UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

FAC.
THEOL.
PADERBOR
NENSIS

Ch. 417 f.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. D. MAGISTRI

PETRI LOMBARDI NOVARIENSIS EPISCOPI PARISIENSIS.

SENTENTIARVM LIBRI IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur.

AB

ANTONIO MONCHIACENO DEMOCHARE ROSSONÆO, DOctore Sorbonico recogniti.

Quibus sub finem annexi sunt articuli erronei, partim Parisiis olim damnati, partim communiter non probati.

Theodoriana, Collegij Soc. 1550 Pad. Aº 1666



MOGVNTIÆ,
Sumptibus HERMANNI MYLII Birckmanni,
Excudebat HERMANNVS MERESIVS,

ANNO M.DC.XXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO GREGORIO HVIVS NOMINIS DECIMO TERTIO PONTIFICI MAximo, Christique vicario Antonius Monchiacenus Democharis perpetuam fœlicitatem summopere exoptat.

NVNQVAM adeo iuueniliter vixi, Beatissime Pontifex, quin summo Dei optimi maximi beneficio, cane peius & angue anules fabulas & deliramenta semper pertimescerem, vtpote qui aude solidam quandam disciplinam adinuenire percuperem: quæ me ad diuinam theologiam, cuius eram studiosus, facili & breui quodam tramite perduceret. Sciebam enim probe, inter tot artes & multiplicia disciplinarum genera plurimum referre, quam quis principio eligat, quenque artium præceptorem sequatur. Cum itaque didicissem humanam philosophiam ac naturalem ad hanc non mediocrem adferre accessum, huic primum me totum tradere constitui, & doctorem artium liberalium sum sequutus, qui grauitate ac doctrina inter cæteros clarus, nec non duobus iam (vt aiunt) artium curriculis percelebris circumferebatur, cui tribus, vt moris est, annis cum dimidio integris assidue adhæsi, attente audiens, ac cupide, discens, quæ vel ipse suo marte recenter excogitauerat disserendi argumenta, & quæ calamo excipienda & scribenda, vt tenacius hærerent, studiose dabat: vel quæ ab aliis excusa typis adhuc incalescentibus, sophismata ac noua quæstionum opera toto illo tempore perdiscenda tradidit. Hinc accidit, vt absoluto toto illo cursu laborioso sane, sed inutili, peregrinis quibusdam nugis atque sophismatibus illusus, philosophiæ tyrocinia minime gustauerim, nec ad sacram theologiam, vt sperabam, accessum, sed potius recessum nactus sum. Fatebor tamen ingenue, ne quid dissimulem, me his quæstionum formulis non exiguam disputandi comparasse promptitudinem, quam ne perderem, tam graui laborum precio partam, sed eam omni diligentia conseruarem, statim ab ipso magisterij gradu, quotidie palam & publice, mane & vespere, in gymnasio nomine diuæ Barbaræ

sacro, vbi manebam & discipulus fueram, anno 1527. oppositionũ libros & actuum syncathegorematicorũ Ferdinandi Denzinas Hispani, quas diligenter didiceram, interpretandos suscipio, quam plurimis concurrentibus & curiose audientibus toto fere semestri, quousque felicior aspiraret fortuna. Vocatus subinde in Remigialibus, vt iuuentutem in Philosophia erudiendam acceptarem: quid aliud, quam, quæ noueram, docere potui? quibus ipsa quoque iuuentus, vt temporum est iniuria, admodum oblectabatur. At vero cum plane agnoscerem eam misere decipi, & me, quo tendebam ad institutum haud promoueri, sed remoueri, Aristotelis libros summa cura ac diligentia interpretari aggredior, adiutus libris ipsius Aristotelis Græcis, ac Græcorum commentariis, quos tanta & facilitate & felicitate sum interpretatus, vt præ multitudine auditores schola quam plurimos excluderet. Excitabantur namque mirum in modum ad id nostris hypomnematibus, quæ inter docendum in octo libros topicorum Aristotelis in lucem emiseram, & qui sperabant me in reliquos Aristotelis libros consimilia emissurum, haud expectatione fuissent fraudati, si tulisset simul tum docendi, tum scribendi conditio, hanc tamen iacturam, vt resarcirem, in totam eiusdem Aristotelis philosophiam, Diui Thomæ commentarios Parisiis imprimi curaui, additis quibusdam annotationibus, quorum lectione & vsu candidati philosophiæ facilem ad Aristotelis libros, qui erant prius omnibus inaccessi & deserti, intelligendos ingressum inuenerunt sicut adhuc hodie experimento satis notum euadit. Quandoquidem ab eo tempore præceptores philosophiæ in Aristotelis libris interpretandis diligentem nauarunt operam, quorum & posteri in eodem studio nunc perseuerant: vtinam successores ab eo nequaquam deficiant. Nondum certe ipsum secundi stadii philosophici cursum absolueram, cum in sacræ Theologiæ discipulos adoptatus sum, & iam tempus peruenerat, quo ex almæ facultatis decreto tenebar, vt moris est, legere & interpretari cum condiscipulis omnibus quatuor libros sententiarum, quos magister Petrus Lombardus quondam sexagesimus nonus Episcopus Parisiensis, summus Theologus, ex sacrosanctis conciliis, summis Pontificibus ac Doctoribus scite in vnum collegit: Agebam adhuc in Gymnasio clarissimo Burgundiano, vbi finem secundi cursus expectabam. Summopere tunc do operam, vt non minus inuenirer adhibuisse studium in Theologia quam tantopere diligebam, & cuius ergo cætera passus fueram, quam in humana philoso-

losophia. Primum ergo libros illos arripio, qui non Parisiis, sed ab exteris quatuor nationibus allati & impressi vendebantur. Pudet profecto me tantam bibliopolarum Parisiensium ignauiam reuelare, quos tunc temporis non puduit magno labore & grauiore precio sui Episcopi libros ab extraneis impressos maluisse quærere, quam ipsos voluisse imprimere, præsertim in ea vrbe, in qua sola arcto facultatis imperio legendi & interpretandi ab omnibus Baccalaureis venirent: Quatuor itaq; quatuor diuersis regionibus impressos adinuicem & cum quodam vetere manu in membrana scripto diligenter confero, quos multis sudoribus ac vigiliis à variis mendis & erroribus liberatos, indicibus quoq; & numeris auctores, libros, sententias & capita, quæ in his proferebantur, clare demonstrantibus, & quasi ad fontes ipsos deducentibus, abunde illustraui: & continuo tribus insignibus ac præcipuis huius Academiæ Parisiensis bibliopolis Ioanni Petit, Ponceto le Prex, & Ambrosio Girault, dedi imprimendos. Auditores vero & discipuli mei ipsa folia, quæ quotidie imprimebantur, secum studiose afferebant, donec finem interpretationis meæ simul & impressionis anno 1536. acceperunt. Venditis his breui tempore omnibus, anno statim subsequenti surrexit quidam chalcographus, qui suppresso meo nomine, quod nouus theologiæ tyrunculus adhuc essem, cuiusdam doctoris theologi nomen supposuit, cuius sororem in matrimonium duxerat: vt illum alieno labore apud ornatos ornaret, eosdem impressit, quos sub tali nomine perseuerare vsque ad hæc nostra tempora permisi absque contradictione, atq; adhuc permisissem, nisi me obnixe ante triennium rogasset, qui hos modo imprimi curauit, vt illos serio legerem recognoscerem diligenterque aduerterem si quid amplius corrigere, addere ac inuenire possem: vt castigatiores tandem, & additis nouis ac pluribus indicibus locupletiores prodirent, quæ quidem omnia summa sedulitate ac fide perficere studui, quemadmodum facile comperiet, quicunque omnibus vbiuis locorum prius impressis hos conferre non grauabitur. Etenim omnes illos cum mendis & defectibus solitis editos esse euidenter conspiciet: nec ab his excipio quos nonnulli paucis adiectis indicibus auxerunt. Mirandum sane non est si quam plurimi viri theologi hos libros magni fecerint, & suis lucubrationibus, vt temporum tulit ratio, vehementer extulerunt: vtpote qui clare intelligerent, quanto studio auctor ipse paucis admodum libris, vniuersam ac præcipuam fidei, religionis, theologiæ doctrinam

complecti curauerit: sicut ipsemet in prologo testatur sub his verbis. Hic labor breui volumine complicans patrum sententias, appositis eorum testimonijs: vt non sit necesse quærenti librorum numerositatem euoluere, cui breuitas, quod quæritur, offert sine labore. Quocirca iustum esse duxi, secundo hunc tantum diuinæ sapientiæ thesaurum, quem nobis suis immensis laboribus acquisiuit, repurgare, repurgatum nouis ac quam plurimis annotationibus locupletare, & locupletatum tuæ sanctitati offerre, vt ab ipsa correctior & auctior nobis reddatur. Quandoquidem præter ea quæ ab ipso dicta nequaquam recipi notantur, supersunt quoq; plurima, quæ in dubium & quæstionem vocauit, & quæ absque omni solutione reliquit, quibus non parum anxij redduntur lectores: vt omittam referre, quæ in omni fere quæstione multo plura Sanctorum testimonia addi possunt. Superauit profecto Ioannem Damascenum, auctorem Græcum librorum de Orthodoxa fide, quæstionum multitudine, & auctorum sanctorum testimonijs, cuius methodum sequutus est. Veruntamen multa adhuc supersunt, quæ ab hoc desiderantur, quibus si tua beatitudo vniuersum vellet Christianismum subleuare, certo post sacro sancta biblia, quorum correctionem & impressionem audio te accurate procurare, nullum arbitror opus magis reipublicæ Christianæ necessarium esse, & quod proximis ad tuam auctoritatem spectet, quam hi quatuor libri sacrosanctæ Theologiæ, qui multo plures theologos pepererunt, & quotidie pariunt, quam Gratianus, iuris canonici doctores, ex quibus scholastici omnes scribendi pro nostræ religionis defensione aduersus hæreticos argumenta deprompserunt. Proinde inter catechismos optimo iure primatum tenent, qui & fidei articulos, decalogi præcepta, Ecclesiæ sacramenta abundantius declarent. Volumen ergo hoc in quatuor libros distinctum Petri Lombardi, sententiarum principis, è Nouaria Italiæ ciuitate orti, quondam Episcopi Parisiensis ac anno 1164. in medio chori Ecclesiæ sancti Marcelli extra vrbis muros sepulti, vbi sepulturam elegerat, quale quale sit, quod tuæ sanctitati offero & consecro, ipsum benigne suscipias, humiliter supplico, & in communem studij Theologici vsum, suis omnibus numeris repurgatum ac comprobatum largiri digneris. Tuæ enim offertur sanctitati, & relinquitur: vt tua dignitate ornatum, atq; auctoritate confirmatum fœlicius & speciosius in lucem veniat. Parisijs, ex Sorbonico Theologorum cœtu, anno 1573. die quinta Maij.

PATRES

PATRES, QVORVM DECRETIS, CANONIBUS AC SENTENTIIS IN HOC OPERE VSUS EST PETRUS LOMBARDUS.

Alexander 2. Papa.
Calixtus.
Clemens pri.
Deusdedit.
Euaristus.
Eugenius.
Eusebius.
Fabianus.
Gelasius.
Gregorius. 1. 3.
Innocentius. 1. 2.
Ioannes.
Iulius.
Leo.
Melchiades.
Nicolaus. 1. 2.
Paschalis.
Pelagius.
Pius.
Sergius.
Siluester.
Symmachus.
Vrbanus.
Zacharias.
Aurelianense concilium.
Cabilonense.
Cæsarienſe.
Carthaginense. 2. 3. 4 5.
Compendiense.
Eupaunense.
Hilerdense.
Lugdunense.
Maguntiense.
Meldense.
Synodus 6. 8.
Toletanum.
Triburiense.
Vermerianum.
Vormaciense.
Vrbanense.
Haymo.
Hermes pastor.
Hieronymus.
Hincinarus.
Hilarius.
Ioannes apocrisarius.
Ioannes Damascenus.
Isidorus.
Isychius.
Iulianus Toletanus.
Pandectarum liber.
Albinus siue Alcuinus.
Ambrosius.
Augustinus.
Basilius.
Beda.
Boetius.
Cassianus.
Cassiodorus.
Chrysostomus.
Cyprianus.
Dionysius.
Dydimus.
Eusebius Emisenus.
Fulgentius.
Gennadius.
Lanfrancus.
Maximus Taurinensis.
Origines.
Orosius.
Paschasius.
Prosper.
Rabanus.
Strabus.
Theodorus Cantuariensis.

INCIPIVNT RVBRICÆ LIBRI PRIMI.

DISTINCT. I.

OMNIS doctrina est de rebus vel de signis. A

De rebus quibus fruendum est vel vtendum, & de his quæ fruuntur & vtuntur. B

Quid sit frui vel vti. B.C. D.E.F.G.H.I.

DISTINCT. II.

De Trinitate & vnitate. A

Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate ibid. B

Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur. C

De Testimoniis veteris testamenti, quibus Trinitatis mysterium declaratur. D.E F.G

De testimoniis veteris testamenti ad idem pertinentibus. H

DISTINCT. III.

De cognitione creatoris per creaturas, in quibus Trin. vestigium apparet. A.B.C.D E F

De imagine & similitudine Trinitatis in anima humana, G.H.I.K.L.M.N.O

De similitudine creantis & creatæ Trinit. P.Q.R.S.T.V.X.Y

De Trinitatis vnitate. Z

DISTINCT. IV.

Vtrum Deus se Deum genuerit. A.B.C D

Vtrum Trinitas de vno Deo prædicetur sicut vnus Deus de tribus personis. ibid.

DISTINCT. V.

Vtrum diuina essentia genuerit filium, vel genita sit à patre, vel de ipsa natus sit filius vel Spiritus Sanctus processerit. A.B. C.D E F.G.H.I.K.

Quod filius non est de nihilo sed de aliquo, non tamen de materia: sic & Spiritus Sanctus. L

Quare verbum Patris dicatur filius naturæ. M

DISTINCT. VI.

Vtrum Pater voluntate genuerit filium, an necessitate: & an volens vel nolens sit Deus, A B.C

DISTINCT. VII.

Vtrum pater potuerit vel voluerit gignere filiū. A B.C.D.E

An posse gignere filium sit aliqua potentia in patre quæ non sit filio. F.G

DISTINCT. VIII.

De veritate ac proprietate diuinæ essentiæ. A.B

De incōmutabilitate eiusdē. C

De simplicitate eiusdem. Ibid.

De corporali & spirituali creatura quomodo sit multiplex, & non simplex. E

Quod Deus cum sit simplex ta-

tamen multiplex dicitur. Ibid. F
Quod Dei simplicitas nulli prædicamentorum subijcitur. G
Quod Deus abusiuè dicitur substantia. ibid. H
Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus. ibid. I

DISTINCT. IX.

De distinctione trium personarum. A
De coæternitate patris & filij. ibidem. B.C.D.E.F.G
De ineffabili & intelligibili generationis modo. H.I
Vtrum debeat dici, semper gignitur filius vel semper gignitus est. K.L.M.N.O
De obiectionibus hæreticorum nitentium probare filium non esse coæternum patri. P

DISTINCT. X.

De Spiritu sancto quod amor patris & filij propriè dicitur, cum sit in Trinitate amor qui est Trinitas, sicut verbum propriè dicitur sapientia, & tamen tota Trinitas dicitur sapientia A.B.C
Quod eadem nomina propriè & vniuersaliter accipiuntur. D. E. F. G
Quod Spiritus S. sicut patri & filio est communis, ita commune nomen habet proprium. H

DISTINCT. XI.

Quod Spir. S. procedit à patre & filio, quem tamen Græci à filio procedere diffitentur. A.B.C
De conuenientia Latinorum & Græcorum in sensu & differentia in verbis. D.E

DISTINCT. XII.

Vtrum Spiritus S. prius vel plenus procedat à patre quam à filio. A.B
Quod Spiritus sanctus principaliter & propriè dicitur procedere à patre. C.D.E

DISTINCT. XIII.

Quare Spiritus S. cum sit de substantia patris, non dicatur genitus, sed tantum procedens. A
Cur filius dicatur procedere cum Spiritus sanctus non dicatur gigni. ibid. B
Quod non potest mortalis distinguere inter generationem filij & processionem Spiritus sancti. C.D
Vtrum Spiritus sanctus debeat dici ingenitus, cum non sit genitus. E.F.G.H

DISTINCT. XIV.

De gemina processione Spiritus sancti temporali & æterna. A.B.C.
Quod non solum dona Spiritus sancti, sed etiam spiritus Deus datur hominibus & mittitur. C
An viri sancti possint dare Spiritum sanctum. D.E.F

DISTINCT. XV.

Quod Spiritus sanctus à seipso datur & filius quod à seipso mittitur. A.

Quomodo intelligenda sit missio vtriusque, ibidem. C

Quod à spiritu sancto etiam sit filius missus. D

Quod filius etiam sit datus à seipso, ibidem. E.F.G

Quomodo intelligendum sit illud, A meipso non veni. H

Vtrum semel tantum sit filius missus, an sæpè, ibid. I

De duobus modis missionis filij, ibidem. K

Quod secundum alterum modum semel sit missus, secundum alterum sæpè: & secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non ibid. L.M

Quare pater non dicitur missus. N

Quod filius & spiritus sanctus non sunt quasi minores patre quia misit, ibid. O

DISTINCT. XVI.

De missione spiritus sancti, quæ fit duobus modis, visibiliter & invisibiliter. A. B. C

Quod filius secundum quod homo non modo patre, sed spiritu sancto etiam minor est. D. E

DISTINCT. XVII.

Quod spiritus sanctus est charitas, qua diligimus Deum & proximum. A.B.C

Quod fraterna dilectio est Deus, nec pater vel filius, sed tantum spiritus sanctus. D

Quod non est dictum illud per causam Deus charitas est: sicut illud, Tu es patientia mea, & spes mea. E

Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis. F

Vtrum spiritus sanctus augeatur in homine, vel minus vel magis habeatur vel detur: & an detur habenti vel non habenti. G. H I. K

Quod aliqui dicunt charitatem Dei & proximi non esse spiritum S. L.M.N.O.P.Q.R.S

Vtrum concedendum sit per donum dari dona. T

DISTINCT. XVIII.

Vtrum spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum qua datum siue donatum. A B.C.D.E

Quod sicut filius nascendo accepit non tantum, vt esset filius, sed etiam essentia: ita spiritus S. procedendo accipit non tantum, vt esset donum, sed etiam, vt esset essentia. F.G.H

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatum secundum duos modos prædictos processionis, qui secundum quod donum est, refertur ad patrem & filium: secundum quod datum, ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur. I. K

An filius cum sit nobis datus possit dici noster, vt spiritus sanctus. L

Vtrum

Vtrum spiritus sanctus ad seipsum referatur. M

DISTINCT. XIX.

De æqualitate trium personarum. A

Quod æternitas & magnitudo & potentia in Deo vnum sunt, etsi videantur diuersa. B

Quod aliqua personarum aliam non excedit, magnitudine: quia non est maior vna persona alia nec non maius aliquid duæ quam vna, nec tres quam duæ vel vna. C.D

Quomodo dicitur pater esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroq;. E.F

Quod nulla personarum pars est in Trinitate. G

Quare tres personæ dicantur summæ vnum. ibid. G

Cum dicimus tres personas esse vnam substantiam vel essentiam, nec vt genus de speciebus, nec vt speciem de indiuiduis prædicamus: quia non est essentia genus & persona species, vel essentia species & persona indiuidua. H. I. K

Quod nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna essentia. L

Nec ita dicuntur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura vel vnius naturæ. M. N.O.P

Vtrum tres personæ differant in numero, quæ in proprietatibus distinctæ sunt. Q

Quare tres personæ simul non sint maius aliquid quam vna. R. S

Quod Deus non est dicendus triplex sed vnus. T. V

DISTINCT. XX.

Quod aliqua personarum non excellit aliam potentia. A

Quod non minus potest filius, quam pater. ibid B

De obiectionibus hæreticis contra hoc, & responsionibus catholicis. C.D.E.F

DISTINCT. XXI.

Quomodo possit dici solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, cum sint inseparabiles. A

Vtrum debeat dici solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, vel solus spiritus sanctus est Deus: an pater est solus Deus, filius est solus Deus spiritus sanctus est solus Deus. ibid. B

Quomodo Trinitas dicatur solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus & animabus sanctis. C.D

DISTINCT. XXII.

De nominum differentia quibus vtimur loquentes de Deo. A

De hoc nomine quod est Trinitas. ibid. B

De his quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur. C

De

De his quæ temporaliter Deo conueniunt, & non relatiuè dicuntur. ibid. D

De his, quæ propriè ad singulas personas pertinent, & de his quæ vnitatem essentiæ significant. E. F

DISTINCT. XXIII.

De hoc nomine quod est persona, quod cum secundum substantiam dicatur, tamen non singulariter sed pluraliter accipitur in summa. A. B. C

Qua necessitate dictum sit tres personæ à Latinis, à Græcis tres hypostases vel substantiæ. D. E

Quare non dicimus patrem & filium, & spiritum sanctum esse tres Deos, vt tres personas ibid. F

Cur non dicimus tres essentias, vt tres personas. ibid. G H

Quod in Trinitate non est diuersitas vel singularitas vel solitudo, sed vnitas & trinitas & distinctio & identitas. ibid. I

Quod non debet dici Deus multiplex. K

DISTINCT. XXIV.

Quid significetur his nominibus Vnus vel vna, Duo vel duæ, Tres, vel tria, Trinus vel trinitas, Plures vel pluritas, Distinctio vel distinctæ, cum his vtimur loquentes de Deo. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K.

DISTINCT. XXV.

Quid significetur hoc nomine persona in plurali numero, scil. cum dicitur personæ. A. B. C. D

De triplici acceptione huius nominis persona in trinitate. E. F. G H

Ex quo sensu dicatur, Alia persona patris, alia filij alia spiritus S. siue alius in persona pater alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus. I. K. L. M

DISTINCT. XXVI.

De hoc nomine hypostasis. A

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis. ibid. B

Quod non omnia dicuntur de Deo secundum substantiã: quædam enim secundum relationem, non tamen secundum accidens. C

Quare dicatur proprium esse vnigeniti filium Dei esse, cum etiam homines sint filij Dei. D

Quod homo dicitur filius trinitas & trinitas pater hominum. E

Quod spiritus sanctus eadem proprietate donum dicitur, qua spiritus sanctus, & vtroq; modo relatiuè ad patrem & filium. F

Vtrum pater vel filius vel trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus. G

Quod non omnia quæ relatiuè dicuntur, suis ad se vicissim respondent vocabulis.

DISTINCT. XXVII.

Quæ sint illæ proprietates quibus distinguuntur personæ. A B

Quod non est omninò idem dicere

cere esse patrem & genuisse vel habere filium. C
Quod proprietates determinant hypostases non substantiam id est naturam. D.E.F
De generali regula eorum quæ ad se & eorum quæ relatiuè dicuntur. G
An secundum substantiam dicatur Deus de Deo & huiusmodi. H.I

DISTINCT. XXVIII.

Quod non tantum tres sint proprietates personarum. A
An solus pater debeat dici non genitus vel non filius, sicut dicitur ingenitus. B
De proprietate quam notat ingenitus. ibid. C
Responsio Ambr. contra Arianos de ingenito. D
An diuersum sit esse patrem & filium esse ibid. E
Si sapientia genita dicitur secundum relationem vel secundum substantiam. F
De imagine. ibid. G

DISTINCT. XXIX.

De principio. A
Quod ab æterno pater est principium & filius, sed non spiritus sanctus. ibid. B
Quomodo pater sit principium filij & ipse cum filio spiritus S. C
An eadem notione pater & filius sit principium spiritus sancti. D

DISTINCT. XXX.

De his quæ temporaliter de Deo dicuntur & relatiuè secundum accidens, quod non Deo sed creaturis accidit. A.B
An spiritus sanctus dicatur datum vel donatum relatiuè ad se, cum à se detur. C

DISTINCT. XXXI.

An filius dicatur æqualis vel similis patri secundum substantiam. A.B
De sententia sancti Hilarij, quæ trinitatem personarum propriam ostendit. C.D.E.F.G
Quæ patri attribuitur vnitas. H
Quare pater & filius dicantur esse vnum vel vnus Deus, sed non vnus. ibid. I
Quare dicitur æqualitas esse in filio. K
Quare in spiritu sancto dicitur esse vtriusque concordia vel connexio. ibid. I

DISTINCT. XXXII.

Vtrum pater vel filius eadem dilectione se diligant, quæ procedit ab vtroque, id est, spiritu sancto. A.B
Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit. C.D
An filius sit sapiens seipso vel per ipsum. E
An vna sit tantum sapientia patris. F
Sicut in Trinitate est dilectio quæ

quæ est Trinitas, & tamen spiritus S. est dilectio quæ non est Trinitas, nec ideo sunt duæ dilectiones, ita & de sapientia. G

Quare pater non dicitur sapiens sapientia genita sicut dicitur diligens dilectione quæ ab ipso procedit. H

DISTINCT. XXXIII.

Vtrum proprietates personarum sint ipsæ personæ vel diuina vsia. A.B.C.D.E.F.G

Quomodo proprietates possunt esse in natura Dei, nec eam determinent. H.I.K

DISTINCT. XXXIV.

De verbis Hilarij, quibus secundum paruorum intelligentiam, videtur ducere non idem esse diuinam naturam & rem naturæ, & non idem esse Deum & quod Dei est. A.B.C.D

Vtrum ita possit dici vnus Deus trium personarum, vt dicitur vna essentia trium personarum: & tres personæ vnius diei, vt tres personæ vnius essentiæ. E

Quod potentia sapientia bonitas in scriptura interdum ad personas distinctè referuntur. E.F

Quare patri potentia. filio sapientia, spiritui sancto bonitas tribuatur cum sit vna sapientia, potentia, bonitas trium. G.H

De hoc nomine homousion vbi in auctoritatem receptum sit, & quid significet. I.K.L

DISTINCT. XXXV.

De scientia, præscientia, prouidentia, dispositione, & prædestinatione Dei. A

De quibus sit præscientia vel prouidentia. ibid. A

De quibus dispositio. A

De quibus prædestinatio. A

De quibus prouidentia. A

De quibus sapientia vel scientia. A

Vtrum præscientia vel dispositio, vel prædestinatio Dei esse potuerit, si nulla essent futura. B.C

Quod scientia Dei de temporalibus est & æternis. D

Quomodo omnia dicuntur esse in Deo & vita in eo. E F

DISTINCT. XXXVI.

Vtrum omnia debeant dici esse in Dei essentia vt in Dei cognitione, vel præscientia esse dicuntur. A.B

Qua ratione bona dicuntur esse in Deo & non mala. C

Vtrum idem sit omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso. D

Quod omnia sunt in quolibet trium & per ipsum & in ipso. E

Quod non omnia quæ ex Deo sunt, etiam de ipso sunt. F.G

DISTINCT. XXXVII.

Quibus modis dicitur esse Deus in rebus. A

Quod Deus non vbicunq; est habi-

habitat, sed è conuerso. B
Vbi erat Deus antequam esset creatura. C.D.E.F.G
Quod Deus cum sit in omnibus rebus essentialiter, non tamen coinquinatur sordibus rerum. H
Cum Deus sit vbiq; & semper, non tamen localis, nec loco, nec tempore mouetur. I
Quibus modis aliquid dicatur locale vel circumscriptibile. I
Quid sit mutari secundum tempus. ibid. K
Vtrum spiritus creati sint locales & circumscriptibiles. L.M.N
Quod Deus est vbiq; sine locali modo. ibid. O.P.Q

DISTINCT. XXXVIII.

An scientia vel præscientia Dei sit causa rerum, vel è conuerso. A.B.C.D
Vtrum præscientia Dei possit falli. E

DISTINCT. XXXIX.

Vtrum scientia Dei possit augeri vel minui vel aliquo modo mutari. A
An Deus possit nouiter vel ex tẽpore scire vel præscire aliquid. B
Vtrum Deus possit scire plura quam scit. C
Quod Deus & semper & simul scit omnia. ibid. D.E

DISTINCT. XL.

An aliquis prædestinatus possit damnari, vel reprobus saluari. A.B.C
Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur: & quis sit prædestinationis effectus. D

DISTINCT. XLI.

Vtrum aliquod sit meritum obdurationis vel misericordiæ. A. B.C
De varijs super hoc carnalium opinionibus, An ea quæ scit semel Deus vel præscit, semper sciat vel præsciat, & semper scierit & præscierit. F.G

DISTINCT. XLII.

De omnipotentia Dei, quare dicatur omnipotens, cum nos multa possumus, quæ ipse non potest. A
Quomodo dicatur Deus omnia posse. ibid. B C.D
De omnipotentia Dei secundum duo considerãtur. E F.G H

DISTINCT. XLIII.

Inuectio contra illos qui Deum dicunt nihil posse nisi quod vult & facit. A.B.C

DISTINCT. XLIV.

An Deus possit facere aliquid melius quam facit: vel alio vel meliori modo. A.B.C
Vtrum possit Deus semper omne quod potuit. D

DISTINCT. XLV.

De voluntate Dei quæ essentia Dei est, & de signis eius. A
Quod licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia esse quæ vult. B
De intelligentia harum locutio-

cutionum, Deus scit, vel Deus vult, Deus scit omnia, vel vult aliquid. C

Quod Dei voluntas summè bona causa est omnium, quæ naturaliter sunt: cuius causa non est quærenda, quia prima & summa causa est omnium. D.E

Quibus modis accipitur Dei voluntas. F

Quod præceptio, prohibitio, permissio, consilium operatio nomine voluntatis interdum intelliguntur vel accipiuntur. G.H.I

Vtrum Deus velit ab omnibus fieri ea, quæ præcipit, vel non fieri ea, quæ prohibet. K.L.M

DISTINCT. XLVI.

Quod voluntas Dei quæ ipse est, in nullo cessari potest. A

Quomodo intelligendum sit illud, Volui congregare filios tuos, & noluisti, & illud. Qui vult omnes homines saluos fieri. B C

Vtrum mala Deo nolente vel volente fiant. D

Quomodo intelligendum sit illud Aug. Mala fieri bonũ est. E.F

De multiplici acceptione boni. H

Quod mala vniuersitati valent. I.K

Quod in Deo est causa, vt sit deterior homo. L.M.N.O.P

DISTINCT. XLVII.

Quomodo voluntas Dei de homine impletur quocunque se vertat. A

Ex quo sensu quædam dicuntur fieri contra Dei voluntatẽ. B

Quare præcepit Deus omnibus bona facere & mala vitare, etsi non id ab omnibus vult impleri. C

DISTINCT. XLVIII.

Quod homo aliquando bonâ voluntate aliud vult quam Deus: & mala idem quod Deus. A

Quod Dei voluntas per malos hominum voluntates impletur. B.C

Vtrum placuerit viris sanctis quod Christus moreretur, & pateretur. D

Vtrum passiones sanctorum debeamus velle. E

INDICIS LIBRI I.
FINIS.

PETRI

PETRI LOMBARDI, EPISCOPI PARISIENSIS, IN LIBROS SENTENTIARVM.

PROLOGVS.

CVpientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cũ paupercula in gazophylaciũ Domini mittere, ardua scandere, opus vltra vires nostras agere præsumpsimus: cõsummationis fiduciam, laborisque mercedẽ, in Samaritano statuẽtes: qui Prolatis in curationẽ semiuiui duob⁹ denarijs, supererogãti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicientis: sed terret immensitas laboris. Desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi; quam vincit zelus domus Dei. Quo inardescẽtes, fidem nostrã aduersus errores carnaliũ atq; animaliũ hominũ, Dauidicæ turris clypeis munire, vel potius munitã ostẽdere, ac theologicarũ inquisitionũ abdita aperire, nec nõ & sacramẽtorum ecclesiasticorũ pro modulo intelligentiæ nostræ notitiã tradere studuimus: Non valentes studiosorum fratrũ votis iure resistere, eorũ in Christo laudabilibus studijs lingua ac stylo nos seruire flagitãtium: quas bigas in nobis agitat Christi charitas. Quamuis nõ ambigam⁹ omnẽ humani eloquij sermonẽ calumniæ, atq; contradictioni ęmulorũ semper fuisse obnoxium, quia dissentientibus volũtatum motibus, dissentiens quoq; fit animorũ sensus: vt cùm omne di-

Luc. 12. a Marc. 12. b.

Luc 10. f.

Ex August. in præmio lib. 1 de trinitate to. 3.

Ex eodem paulo inferius.

Ex Hilario in principio l. 10. de trin.

ne dictum veri ratione perfectum sit, tamẽ dum aliud aliis aut videtur, aut cõplacet, veritati vel non intellectę, vel offendenti, & impietatis error obnitatur, ac voluntatis inuidia resultet: quã De⁹ seculi huius operatur in illis diffidentiæ filiis, qui non rationi voluntatem subiiciunt, nec doctrinæ studium impendunt: sed his quæ somniarunt sapientię verba coaptare nituntur. nõ veri, sed placiti rationem sectantes, quos iniqua voluntas nõ ad intelligẽtiam veritatis, sed ad defensionẽ placentiũ incitat: nõ desiderantes doceri veritatem, sed ab ea ad fabulas conuertẽtes auditũ. Quorũ professio est, magis placita quam docẽda cõquirere: nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare, habent rationem sapientiæ in * superstitione. Quia fidei defectionem sequitur hypocrisis mendax: vt sit in verbis pietas, quam amiserit conscientia: ipsamq; simulatam pietatẽ, omni verborum mẽdacio impiam reddunt: falsæ doctrinæ institutis, fidei sanctitatem corrũpere molientes: auriumq; pruriginem, sub nouello sui desiderii dogmate aliis ingerẽtes: qui contẽtioni studentes contra veritatẽ sine fœdere bellant. Inter veri namq; assertionem, & placiti defensionẽ, pertinax pugna est, dũ se & veritas tenet, & se voluntas erroris tuetur. Horum igitur & Deo odibilem Ecclesiam euertere, atq; ora opilare (ne virus nequitię in alios effundere queãt) & lucernã veritatis in candelabro exaltare volentes, in labore multo ac sudore, hoc volumen Deo præstante cõpegim⁹, ex testimoniis veritatis in æternum fundatis, in quatuor libris distinctũ. In quo maiorũ exẽpla doctrinamq; reperies: in quo per dominicæ fidei sinceram professionem, vipereę doctrinę fraudulẽtiam prodidim⁹, aditum demõstrandæ veritatis complexi: nec periculo impiæ professionis inserti, tẽperato inter vtrumq; moderamine vten-

Ephes 2. a.

2. ad Ti. 4. b.
1. ad Ti. 4.

**superficie.*

2. Tim. 4. b.

Luc. 8. c.

vtentes. Si ubi vero patrum vox nostra insonuit, non à paternis discessit limitibus. Nõ igitur debet hic labor cuiquam pigro vel multũ docto videri superfluus: cũ multis impigris multisq; indoctis, inter quos etiã & mihi sit necessarius: breui volumine complicans patrum sentẽtias, appositis eorum testimoniis: vt nõ sit necesse quærenti, librorũ numerositatem euoluere, cui breuitas q; quæritur, offert sine labore. In hoc autẽ tractatu, non solum pium Lectorem, sed etiam liberũ correctorẽ desidero, maximè vbi profunda versatur veritatis quęstio, quæ vtinam tot haberet inuẽtores, quot habet cõtradictores. Vt autem quod quæritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, præmisimus.

Ex Aug. in proœm. li. 3. de Trin.

Ex eodem loco suprà citato.

DE MYSTERIO TRINITATIS LIB. I.

DISTINCTIO. I. A

Cap. 1.

VETERIS ac nouę legis continẽtiam, diligenti indagine, etiã atque etiam cõsiderantibus nobis, prævia Dei gratia, innotuit sacræ paginæ tractatum circa res, vel signa præcipuè versari: vt enim egregi⁹ doctor Augustinus ait in lib. de doctri. Christ. Omnis doctrina vel rerũ est vel signorum: sed res etiam per signa discuntur. Proprie autem hic RES appellantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: SIGNA vero quorum vsus est in significãdo. Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis vsus est in significando, non in iustificãdo: quibus non vtimur nisi aliquid significandi gratia, vt aliqua Sacramẽta legalia. Alia quæ non solum significant, sed conferunt quod intus adiuuet: sicut Euangelica Sacramenta. Ex quo aperte intelligitur, quæ hic appellentur signa, res illæ videlicet quæ ad significãdum aliquid adhibentur. Omne igitur signũ etiam res aliqua est:

Omnis doctrina est de reb vel de signis. Lib. 1. cap. 2. Tom. 3.

Res.

Signa.

Quod enim nulla res est, vt in eodē Augustin. ait, omnino nihil est. Nō autē ediuersò omnis res signum est: quia non adhibetur ad significandū aliquid. Cumq; his intenderit theologorum speculatio studiosa atq; modesta, diuinam scripturam, formā præscriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas, Deo duce, aperire volētib⁹ differēdum est: & primum de rebus, postea de signis differemus.

Lib. & loc. citatis.

De rebus communiter agit. B

De rebus quibus fruendum est, lib. 1. c. 3. de doct. Christ.

ID ERGO in rebus cōsiderandum est: vt in eodem Aug. ait: quod res aliæ sunt quibus fruendū est, aliæ quibus vtendum est, aliæ quæ fruūtur & vtuntur. Illę quibus fruendum est, nos beatos faciunt: istis quibus vtendū est, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quasi adminiculamur, vt ad illas res, quæ nos beatos faciūt, peruenire, eisq; inhærere possimus. Res verò quæ fruūtur & vtūtur, nos sum⁹: quasi inter vtraq; cōstituti, & angeli, & sancti. FRVI autem est amore alicui rei inhærere propter seipsam. VTI vero, id ꝙ in vsum venerit referre: ad obtinendum illud quo fruendum est: alias abuti est, nō vti: nam vsus illicitus, abusus vel abusio nominari debet. Res igitur quibus fruendū est, sunt pater & filius & Spirit⁹ sanctus. Eadē tamē trinitas quædam summa res est, communisq; omnibus fruentibus: ea si tamen res dici debet, & non rerum omniū causa: si tamen & causa. Non enim facile potest inueniri nomen ꝙ tantæ excellentię conueniat, nisi quod melius dicitur trinitas hęc vnus Deus. Res autē quibus vtēdum est, mundus est, & in eo creata. Vnde Aug. in eodem. Vtēdum est hoc mundo non fruendū, vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciantur, id est, vt de temporalibus æterna capiantur. Item in eodem, In omnibus rebus illę tā-

Aug. cap. 4. eiusdem i. 1. de doctr.

Lib. 1. cap. 5. de doctr.

Lib. 1. ca. 4. eiusdem li. Rom. 1. ca. Caput 2. li. 1. de doctri.

tum

tum sunt quibus fruendum est, quæ æternæ & incommutabiles sunt: cæteris autem vtendum est, vt ad illarum perfruitionem perueniatur. Itē Augustin. in 10. lib. de trinit: fruimur cognitis, in quibus ipsis proper se voluntas delectata conquiescit: vtimur verò eis, quæ ad aliud referimus, quo fruendum est. *Cap. 10. lib. 10. de trin. tom. 3.*

Item quid interſit inter frui & vti aliter quam ſupra. C *Cap. 11.*

NOTANDVM verò quod idē Aug. in lib. 10. de trin. aliter quam supra accipiens vti & frui, sic dicit, Vti est assumere aliquid in facultatē voluntatis. Frui autē est, vti cum gaudio: nō adhuc spei, sed iam rei: ideoq; omnis qui fruitur, vtitur: assumit enim aliquid in facultatem volūtatis cum fine delectationis. Non autem omnis qui vtitur, & fruitur, si id quod in facultatē volūtatis assumit, nō propter ipsū, sed propter aliud appetit. Et attende, quia videtur Augustin. dicere illos frui tantum, qui in re gaudent, nō iam in spe: & ita in hac vita non videmur frui, sed tantum vti, vbi gaudemus in spe cum supra dictum sit, Frui esse amore inhærere alicui rei propter se: qualiter etiam hic multi adhærent Deo.

Determinatio eorum quæ videntur contraria. D *1. Cor. 13. d.*

HÆC ergo quæ sibi contradicere videntur, sic determinam⁹: dicētes, nos & hic, & in futuro frui: sed ibi proprie, & perfectè, & plenè vbi per speciem videbimus quo fruemur: hic autē dum in spe ambulamus, fruimur quidem, sed nō adeo plenè. vndè in libr. 10. de trin. Fruimur cognitis in quibus volūtas ipsis propter seipsam delectata conquiescit. Idem in lib. de doctr. Christ. ait, Angeli illo fruentes iam beati sunt, quo & nos frui desideramus: & quātū in hac vita iam fruimur, vel per speculū, vel in ænigmate, tāto nostram peregrinationē, & tolerabili⁹ sustinemus, & ardētius finire cupimus. *Cap. 10. Lib. 1. ca. 30.*

Alia determinatio. E

POTEST etiã dici quod quĩ fruitur etiam in hac vita, non tãtum habet gaudiũ ſpei, ſed etiam rei: quia iam delectatur in eo quod diligit, & ita iam rem aliquatenus tenet. Conſtat igitur quod debemus Deo frui & non vti. Illo enim, vt ait Aug. frueris quo efficeris beatus, & in quo ſpem ponis, vt ad id peruenias. De hoc idem ait in libr. de doctrin. Chriſtian. Dicimus nos ea re frui quam diligimus propter ſe, & ea re fruendum nobis eſſe tantũ qua efficimur beati: cæteris vero vtendum. Frequenter tamen dicitur frui, cum delectatione vti. Cum enim adeſt quod diligitur, etiam delectationem ſecum gerit: ſi tamẽ per eam tranſieris, & ad illud vbi permanendum eſt, eam retuleris, vteris ea: & abuſiué non proprie diceris frui. Si vero inhæſeris atque permanſeris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc vere & proprie frui dicendus es: quod non eſt faciendum niſi in illa trinitate, id eſt, ſummo & incommutabili bono.

lib. 1. de doctri. Christ. cap. 33.

Aug lib. eodẽ c. 31. c. 3. eiuſdem lib.

Vtrum hominibus ſit vtendum, vel fruendum. F

CVM autẽ homines qui fruuntur & vtũtur aliis rebus, res aliquæ ſint, quæritur vtrum ſe frui debeant, an vti, an vtrũque: Ad quod ſic reſpondet Auguſtinus in lib. de Doctrin. Chriſt. Si propter ſe homo diligendus eſt, fruimur eo: ſi propter aliud, vtimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter ſe diligẽdum eſt, in eo conſtituitur beata vita: cuius etiam ſpes hoc tempore nos cõſolatur. In homine autẽ ſpes ponẽda nõ eſt, quia maledictus eſt qui hoc facit. Ergo ſi liquide aduertas, nec ſeipſo quiſquã frui debet: quia diligere ſe propter ſe non debet, ſed propter illud quo fruendũ eſt. Huic autem contrariũ videri nõ debet quod Apoſtolus ad Philemonem loquens ait: Ita frater ego te fruar in Domino. Quo dicta determinat Auguſt. Si dixiſſet tantum te fruar.

Aug. l. 1. c. 22.

Hieren. 17.

fruar, & non addidisset in Domino, videretur finem dilectionis ac spē constituisse in eo: sed quia illud addit, in Domino se finem posuisse, eodemque frui significauit. Cum enim (vt idē Aug. ait) homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris. *Cap. vnico Aug. in lib. 1 de doctr. Christ. c. 33. Ibid. paulo superius.*

Hic quæritur an Deus fruatur, an vtatur nobis. G

SED cū Deus diligat nos, vt frequēter scriptura dicit; quæ eius dilectionem erga nos multū cōmēdat, quærit Augustin⁹ quomodo diligat: an vt vtens, an vt fruēs, & procedit ita, Si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Ait enim Propheta, Bonorū meorum nō eges. Omne enim bonum nostrum vel ipse est, vel ab ipso est: nō ergo fruitur nobis, sed vtitur. Si enim nec fruitur, nec vtitur, nō inuenio, quomodo diligat nos: neq; tamē sic vtitur nobis, vt nos aliis reb⁹. Nos enim res quibus vtimur ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur. Deus vero ad suā bonitatē vsum nostrū refert. Ille enim miseretur nostri propter suā bonitatē: nos autem nobis inuicē propter illius bonitatē. Ille nostri miseretur, vt se perfruamur: nos vero inuicem nostri miseremur, vt illo fruamur. Cum enim nos alicuius miseremur, & alicui cōsulimus, ad eius quidē facimus vtilitatē, eamq; intuemur: sed & nostra fit consequens, cū misericordiā quam aliis impēdimus, non relinquit Deus sine mercede. Hæc autē merces summa est, vt ipso fruamur. Item quia bonus est, sumus: in quantū sumus, boni sumus. Porro etiam quia iustus est, non impunè mali sumus: & in quantū mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille ergo vsus, quo nobis vtitur Deus, non ad eius, sed ad nostram vtilitatem refertur: ad eius vero tantummodo bonitatem. *Ad Eph. 2. Aug. in li. 1. de doctr. Christ. c. 31. Psal. 15. c. 32. continuo.* *Aug. li. 1. de doctrin. christ. c. 30.* *Ex eodem li. c. 32. paulo superius. Ibid. paulo inferius.*

Vtrum vtendum, an fruendum sit virtutibus. H

HIC considerandum est, vtrum virtutibus sit

vtendum,an fruēdum. Quibuſdam videtur quod eis ſit vtendum, & non fruendum: & hoc confirmāt authoritate Auguſtini, qui, vt prętaxatū eſt, dicit non eſſe fruendum niſi Trinitate, id eſt, ſummo & incommutabili bono. Item, dicūt, ideo non eſſe fruēdum eis, quia propter ſe amandę nō ſunt, ſed propter æternam beatitudinem. Illud autem, quo fruēdum eſt, propter ſe amādū eſt. Sed quod virtutes propter ſe amādę nō ſint, immò propter beatitudinem ſolam, probāt authoritate Auguſt. qui in lib. 13. de Trin. cōtra quoſdam ait. Fortè virtutes, quas propter ſolam beatitudinē amamus, ſic nobis perſuadere audēt, vt ipſam beatitudinē non amemus: quod ſi faciunt, etiam ipſas vtique amare deſiſtimus, quādo illam, propter quam ſolam iſtas amauimus, nō amamus. Ecce his verbis videtur Aug. oſtendere, quod virtutes nō propter ſe, ſed propter ſolam beatitudinem amandæ ſint. Quod ſi ita eſt, ergo eis fruendum nō eſt. Aliis verò contrà videtur, ſcilicet, quod fruendum eis ſit. quia propter ſe petēdæ & amandę ſunt. Et hoc cōfirmant authoritate Ambr. qui ait ſuper illum locū epiſtolæ ad Galat. Fructus autē ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, &c. at hic non nominat opera, ſed fructus, quia propter ſe petenda ſunt: ſi verò propter ſe petēda ſunt, ergó & propter ſe amanda. Nos autē harum, quæ videtur, authoritatum repugnātiam de medio eximere cupientes, dicimus, quod virtutes propter ſe petēdę & amādæ ſunt: & tamen propter ſolam beatitudinem: propter ſe quidē amandæ ſunt, quia delectant ſui poſſeſſores ſincera & ſancta delectatione, & in eis pariunt gaudiū ſpirituale. Veruntamen nō eſt hic cōſiſtēdum, ſed vltra gradiēdū nō hic hęreat dilectionis greſſus, neq; hic ſit dilectionis terminus, ſed referatur hoc ad illud ſummū bonum, cui ſoli omnino inhęrēdūeſt: quia illud propter ſe tantū aman-

Lib. 1. de doct. Chriſt. cap. 33.

Cap. 3.

Cap. 5. To. 5. Gloſſa inter lineas.

amãdum est, & vltra illud nihil quærẽdũ est; illud est enim suprem⁹ finis. Ideo Augu. dicit, quod eas diligimus, propter solam beatitudinem: nõ quin eas propter se diligamus, sed quia id ipsum, quod eas diligimus, referimus ad illud summum bonũ, cui soli inhærendum est. & in eo permanẽdum, finisque lætitiæ ponendus: quare virtutibus nõ est fruendum. Sed dicet aliquis, Frui est amore inhærere alicui propter seipsam, vt prædictum est. Si ergo propter se virtutes amandę sunt, & eis fruendũ est. Ad quod dicimus, in illa descriptione, vbi dicitur propter seipsam: intelligẽdum est tãtummodo, vt scilicet ametur propter seipsam tãtum, vt non referatur ad aliud, sed ibi ponatur finis, vt supra ostẽdit Augu. dicens, si inhæseris atque permanseris finem ponens lætitiæ, tunc vere & proprie frui dicendus es: quod nõ est faciendum, nisi in illa Trinitate, id est, summo & incommutabili bono. vtẽdum est ergo virtutibus, & per eas fruẽdum summo bono: ita & de voluntate bona dicimus. vnde Aug. in lib. 10. de Trin. ait, Voluntas est, per quam fruimur: ita & per virtutes fruimur, non eis, nisi forte aliqua virtus sit Deus, vt charitas: de qua pòst tractabitur.

Aug. ca 4. l. 1. de doctr. Christ.

Lib. 1. de doct. Christ. cap. 33.

Cap. 10. 1. Ioan. 4. e. Dist. 7. 1 lib.

Epilogus.

OMNIVM igitur quæ dicta sunt, ex quo de rebus specialiter tractauimus, hęc summa est, Quod aliæ sunt quibus fruendũ est, aliæ quibus vtendũ est: aliæ quæ fruuntur & vtuntur: & inter eas quibus vtendũ est, etiam quędam sunt per quas fruimur: vt virtutes & potentiæ animi, quæ sunt naturalia bona. De quibus omnibus antequã de signis tractemus, agendum est, ac primum de rebus quibus fruendum est: scilicet de sancta atque indiuidua Trinitate.

Ex Aug. c. 52 li. 1. de doct. Christian.

DE MYSTERIO TRINITATIS ET VNITATIS. DISTINCT. II.

Aug, c. 2. l. 1. Trin, tō. 3.

HOC quoque vera ac pie fide tenendum est, quod Trinitas vnus sit & solus verus Deus, vt ait Augustin. in primo lib. de Trin. scilicet Pater, & Filius & Spiritus sanctus: & hæc trinitas vnius eiusdemq; substantiæ vel essentiæ dicitur, creditur & intelligitur: quæ est summum bonū, & purgatissimis mētibus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida, in tam excellenti luce nō figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. Item in libro primo retract. ca. 4. Nō approbabo quod in oratione dixi: Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti, respōderi enim potest, multos etiā nō mūdos multa scire vera. De hac re ergo, summa & excellentissima, cum modestia & timore agendum est, & attentissimis auribus atque deuotis audiēdum, vbi quæritur vnitas trinitatis, Patris scilicet & Filii & Spiritus sancti: quia nec periculosius alicubi erratur, nec laborosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Proinde omnis qui audit & legit ea quæ de ineffabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari atque seruare, quod venerabilis doctor Aug. in 1. li. de Trinit. de se ipso ait. Nō pigebit me, inquit, si cubi hæsito quærere: nec pudebit si cubi erro, discere. Quisquis ergo audit hoc vel legit, vbi pariter certꝰ est, pergat mecum vbi pariter hæsitat, quærat mecū: vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi mecū, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam tendentes ad eum, de quo dictum est, Quærite faciem eius semper.

Aug. tomo 1. in libr. 1. Soli loquiorum cap. 1.

Aug. lib. de Trin. 1. ca. 3.

1. Tim. 6.

Cap. 2. & 3.

Psalm. 104.

Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate.

OMNES autem catholici tractatores, vt in eod. 1. libr. de Trinitat. 4. August. ait, qui de Trinitate quæ Deus est, scripserunt, hoc intenderunt secundum scripturas docere, & Pater & Filius & Spiritus

Aug. in lib. 1. Ret. c. 1. lib. 1. Soliloquiorum to. 1. c. 4. Vbi.

ritus sanctus vnius sint substantiæ, & inseparabili æqualitate vnus sint Deus: vt sit vnitas in essentia, & pluralitas in personis: ideoque non sunt tres Dii, sed vnus Deus, licet Pater filium genuerit, & ideo filius non sit qui pater est: filiusque à patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius est, & spiritus sanctus nec pater sit nec filius, sed tantũ Patris & Filii spiritus, vtrique coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. Teneamus ergo Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, vnum esse naturaliter Deum, vt ait Augustinus in libro de fide ad Petrum, neque tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium ipsum esse, qui Pater est: nec Spiritum sanctum ipsum esse, qui pater est, aut filius. Vna est enim Patris & Filii & spiritus sancti essentia, quam Græci οὐσίαν vocant: in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus: quamuis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

dixi de patre & filio, qui gignit, & quem gignit vnum est, dicendũ fuit, vnum sunt, sicut ipsa veritas aperte loquitur dicẽs Ego & pater vnum sumus. De cõs. disti. cap. omnes. Aug. ca. 1. libr. de fide ad Pet. to. 3. Lib. 1. ca. 2.

Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur. C

CÆTERVM vt primo li. de Trin. Aug. docet, primo secundum authoritates sanctarũ scripturarum, vtrum fides ita se habeat, demõstrandum est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores magis quã capaciores, rationibus Catholicis, & similitudinibus congruis ad defensionem & assertionem fidei vtendũ est: vt eorum inquisitionibus satisfacientes, mansuetos plenius instruam⁹, & illi si nequiuerint inuenire quod quærunt, de suis mẽtibus potius, quam de ipsa veritate vel denostra assertione conquerantur.

Testimonia Sanctorum de Trinitate. D

PROPONAMVS ergo in mediũ veteris ac noui Testamẽti authoritates, quib⁹ diuinę vnitatis atque Trinitatis veritas demõstretur: ac primũ ipsa legis exordia occurrãt, vbi Moyses ait, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Item,

Testimonia, quibus mysterium Trinitatis declaratur.

Ego

Deut.6.a. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi de terra
Exod.20.a. Ægypti: non erunt tibi alii Dii præter me. Ecce
de fide lib.1. hic ſignificauit vnitatem diuinæ naturæ. Deus e-
cap.1.Io.2. nim, vt ait Ambr. in 1.li. de Trin. nomẽ eſt naturæ.
Exod.3. Dominus vero nomẽ eſt poteſtatis. Idẽ alibi De⁹ loquẽs ad Moyſen ait: Ego ſum qui ſum, & ſi quæ-ſierint nomẽ meum, vade, & dic eis, Qui eſt, miſit me ad vos. Dicẽs enim, Ego ſum: nõ, Nos ſumus: & qui eſt, nõ qui ſumus, apertiſsimè declarauit vnum ſolum Deum eſſe. In cantico etiam Exodi legitur, Dominus omnipotens nomen eius. nõ ait, Domini: vnitatem volens ſignificare. Perſonarũ quoque pluralitatem, & naturæ vnitatẽ ſimul oſtẽdit Dominus in Geneſi, dicẽs; Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Dicẽs enim, faciamus & noſtram, pluralitatẽ perſonarum oſtendit; dicens vero imaginem, vnitatẽ eſſentię. Vt enim dicit Aug. in lib. de fide ad Petrũ. Si in illa natura patris & filii, & Spirit⁹ ſancti vna eſſet tantum perſona; nõ diceretur, Faciam⁹ hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Cum enim dicit ad imaginẽ, oſtẽdit vnam naturam eſſe, ad cuius imaginem homo fieret; cum vero dicit noſtram, oſtendit eundẽ Deum non vnã, ſed plures eſſe perſonas.

Exod.15.
Gen.1.

Ad finem cap.1.

Aperte oſtẽdit quod nec ſolitudo nec diuerſitas, nec ſingularitas ibi eſt, ſed ſimilitudo. E

Circa finem. HILARIVS quoq; in libro tertio, de Trin. dicit his verbis ſignificari. quod in Trinitate nec diuerſitas eſt, nec ſingularitas vel ſolitudo: ſed ſimilitudo & pluralitas ſiue diſtinctio. ait enim ſic, qui dixit. Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; inuicem eſſe ſui ſimiles, in eo ꝙ dicit, imaginem & ſimilitudinem noſtram oſtendit. Imago enim ſola non eſt, & ſimilitudo ſibi nõ eſt; neque diuerſitatem duobus admiſceri alteri⁹ ad alterum ſimilitudo permittit. Item idem in 4.

Circa medium.

lib.

lib. Absoluti⁹ voluit intelligi significationem hāc non ad se esse referendā tantum, dicendo, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. professio enim consortii sustulit intelligētiam singularitatis, quia consortium aliquod nec potest esse sibi ipsi solitario, neq; rursus solitudo solitarii recipit, faciamus: neque quispiam alieno à se loquitur, nostram. Vterq; ergo sermo scilicet faciamus, & nostram, vt solitariū eundemque nō patitur, ita neque diuersum à se, alienumq; significat. solitario conuenit, faciam, & meam: nō solitario vero cōuenit dicere, faciamus, & nostram. vterq; sermo vt non solitarium tantum, ita neq; differētem esse, vna diuersum esse significat. Nobis quoq; nec solitarius nec diuersus est confitendus, ita ergo Deus ad communem sibi cum Deo imaginem eādemque similitudinem, hominē reperitur operari: vt nec significatio efficientis admittat intelligentiā solitudinis, nec operatio cōstituta ad eandem imaginem ac similitudinē patiatur diuersitatē diuinitatis. In his verbis Hilarius pluralitatem personarū voluit intelligi nomine consortii, atq; significauit nomine consortij vel pluralitatis nō poni aliquid, sed remoueri. Pluralitas enim vel consortium personarum, cū dicitur, solitudo vel singularitas negatur: cū dicimus plures esse personas, significamus, quod nō est vna sola. Ideo Hilarius volens ista subtiliter & sanè intelligi, ait, Professio cōsortii sustulit intelligentiam singularitatis: non dicit, posuit aliquid: ita etiam cū dicimus tres personas, singularitatē & solitudinem tollimus; & quod pater nō est solus, nec filius est solus, nec Spiritus sanctus est solus, significamus: & quod nec pater tantum est & filius, nec pater tantum & Spiritus sanctus, nec filius tantum & Spiritus sanctus. De hoc autem in sequenti plenius agetur, vbi etiam secundū quid

simi-

similes dicantur tres personæ, & vtrũ aliquo mõdo sit ibi diuersitas vel differentia, ostendetur.

Ad idem quod cœperat redit, vt alias authoritates supponat. F

NVNC vero ad propositũ redeamus, & ad ostendẽdum personarum pluralitatem, atq; essentiæ diuinæ vnitatem, alias sanctorũ authoritates inducamus, Moyses dicit: In principio creauit Deus cœlum & terram: per Deum significans partem: per principium, filium. Et pro eo quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet *Heloym*: quod est plurale huius singularis, quod est *Hel*. Quod ergo nõ est dictũ *Hel*, quod est Deus, sed *Heloym*, quod interpretari potest Dii siue Iudices, ad pluralitatem personarum refertur. Ad quã etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpẽtem dixit, Eritis sicut dii. Pro quo in Hebraico, habetur *Heloym*: ac si diceret: Eritis sicut diuinæ personæ. Ille etiam maximus Prophetarũ & Regum Dauid, qui suam cæteris præfert intelligẽtiam, dicens, Super senes intellexi: vnitatẽ diuinæ naturæ ostendens, ait Dominus nomen est illi: nõ dicit Domini. Alibi etiam eiusdem vnitatem & æternitatem simul ostendens ait ex persona Dei, Israel, si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Aliud horum, vt dicit Ambros. in lib. 1.* de Trin. significat æternitatem: aliud vnitatẽ substantiæ indifferentis, vt neque posteriorem patre, neque alterius diuinitatis filiũ, vel spiritum sanctũ esse credamus, nam si patre posterior est filius, vel spiritus sanctus, recẽs est: & si vnius non est diuinitatis, alienus est, sed nec posterior est, quia recẽs nõ est, nec alienus quia ex patre natus est filius, ex patre procedit S. sãctus. Alibi quoq; distinctionẽ personarum insinuans ait, Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Alibi etiam ait: Benedicat nos Deus Deus noster, bene-

Genes. 1.

Genes. 3. b.

Psalm. 118.

Psalm. 67.

Psalm. 80.

** de fide ad Gratianum lib. 1. ca. 5. tom. 2.*

Psalm. 12.

Psalm. 66.

benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Trina enim confessio Dei, Trinitatē exprimit personarum: vnitatē vero essentiæ aperit, cū singulariter subiungit, eum. Esaias quoq; dicit se audisse Seraphin clamantia, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deꝰ. Per hoc quod dicit ter sāctus, Trinitatem significat, per hoc quod subdit Dominus Deus, vnitatem essentiæ. Dauid quoq; ęternā filii generationem aperte insinuat ex persona filii dicēs, Dominꝰ dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili Esaias ait. Generationem eiꝰ quis enarrabit? In libro quoq; Sapiētiæ, æternitas filii cum patre mōstratur, vbi sapientia ita loquitur. Dominꝰ possedit me ab initio viarū suarū: antequā quicquā faceret à principio, ab æterno ordinata sum: antequam terra fieret, nec dum erant abyssi, & ego iā concepta eram, necdū fontes, necdum mōtes, aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram nō fecerat, & cardines orbis terrę: quādo prępārabat cęlos, aderam, quando appēdebāt fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componēs, & delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce aptum de æterna genitura testimonium: quo ipsa sapientia perhibet se ante mundum cōceptam esse, & parturiri, id est, genitam, & apud patrē æternaliter existere. Ipsa etiam alibi ait. Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Micheas quoque Propheta æternā verbi generationē, & temporalem ex Maria, simul insinuauit dicens, Et tu Bethleē Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à dieb⁹ æternitatis.

Ambr. cap. 4. l. 2. de fide.

Esaiæ 6.

Psalm. 2.

Esaiæ 53.

Prou. 8.

Eccles. 24.

Michea 5.

Specialia testimonia de Spiritu sancto. G

De Spiritu sancto etiam expressa documētā in veteri Testamento habemus. In genesi enim legitur, Spiritꝰ Domini ferebatur super aquas. Et Dauid

Genes. 1. a.

Psalm 138. uid dicit, Quo ibo à spiritu tuo? In lib. Sapientiæ
Sapien. 1. b. dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū:
Esaiæ 61. benignus est enim spiritus sapiētiæ. Esaias quoq;
ait, Spiritus Domini super mę.

De testimoniis noui Testamenti. H

NVNC vero post testimonia veteris Testamēti, de fide sanctę Trinitatis & vnitatis, ad noui Testamēti authoritates accedam⁹: vt in medio duū
Esaiæ 6.6. animalium, id est, testamentorū, cognoscatur ve-
Matth. vlt. ritas: & forcipe de altari sumatur calcul⁹, quo tāgātur ora fidelium: Dominus itaque Christ⁹ vni-
Amb. li. c. 1. de fide ad Gratian. tatem diuinæ essentiæ ac personarum trinitatē, aperte insinuat, dicens Apostolis, Ite, baptizate o-
Ioan. 1 f. lib 1. ca eodem mnes gentes in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. In nomine vtique ait, vt Amb. ait in lib. 1. de Trin. non in nominib⁹, vt vnitas essentiæ ostēdatur. Per nomina tria quę supposuit, tres esse personas declarauit. Ipse etiam ait, Ego & pater vnum sumus: vnū dixit, vt ait Ambros. in eodem, ne fiat discretio potestatis naturę: & addidit, sum⁹, vt patrem filiūque cognoscas: scilicet vt perfectus pater filium perfectum genuisse credatur: & quod pater & filius vnum sint, non confusione personæ, sed vnitate naturæ Ioānes quoque in epistola canonica ait. Tres sunt qui testimoniū perhibent in
1. Ioan. 5. b. cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Ipse etiam in initio Euāgelii sui ait: In
Ioan. 1. a. principio erat verbū, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū: vbi aperte ostēdit filium sem-
Galat. 4. a. per & æternaliter fuisse apud patrem, vt alium a-
Roman. 8. b. pud alium. Apostolus quoque aperte Trinitatem distinguit, dicens; Misit Deus spiritum filii sui in corda nostra. Et alibi, Si spirit⁹ eius qui suscitauit
Roman. 2. d. Iesum habitat in nobis, &c. Item alibi, Trinitatē atque vnitatem euidentissimè cōmendat, dicēs:
Aug. de trinit. lib. 1. capit. 6. Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria, Ex ipso vt August. in lib. de Trinitate

tate ait propter patrem: per ipsum dicit, propter filium: in ipso, propter S. sanctũ. Per hoc vero quod non ait ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: nec ait, ipsis gloria, sed ipsi: insinuauit hanc Trinitatem vnum Deum esse. Sed quia singulę pene syllabæ noui testamenti, hanc ineffabilis vnitatis atq; Trinitatis veritatem cõcorditer insinuãt, inductioni testimoniorũ super hac re supersedeamus, & rationibus congruisque similitudinibus ita esse, prout infirmitas nostra valet, ostendamus.

INCIPIT OSTENDERE, QVOMODO per creaturam potuerit cognosci creator.

DISTINCT. III.

A *Glossa ordinaria ad locum à creatura mũdi.*

APOSTOLVS namque ait, quod inuisibilia Dei à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas: vel propter cõueniẽtiam, quã habet cũ omni creatura. Homo ergo inuisibilia Dei intellectu mentis conspicere potuit, vel etiam conspexit, per ea quæ facta sunt, id est, per creaturas visibiles vel inuisibiles. A duobus enim iuuabatur, scilicet, à natura, quæ rationalis erat & ab operibus à Deo factis, vt manifestaretur homini veritas. Ideoque Apostolus dixit. Quia Deus reuelauit illis, scilicet, dum fecit opera: in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

Roman. 1. c.

Tom. 4. in commen. 1. ca. epistolæ ad Rom.

Prima ratio vel modus quomodo potuit cognosci Deus. B

Quod notũ est Dei. Prima respõsio vel modus quo potuit cognosci Deus.

Nam sicut ait Ambrosius, vt Deꝰ, qui natura inuisibilis est, etiam à visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificẽ visibilitate sui manifestauit: Vt per certum incertum posset sciri, & ille Deus omniũ esse crederetur: qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri. Potuerũt ergo cognoscere,

siue cognouerunt, vltra omnem creaturã esse illum, qui ea fecit, quæ nulla creaturarũ facere vel destruere valet. Accedat quæcunq; vis creatura, & faciat tale cœlum & terrã; & dicam, quia Deus est. Sed quia nulla creatura talia facere valet, cõstat super omnem creaturam esse illum, qui ea fecit, ac per hoc, illum esse Deum humana mens cognoscere potuit.

Secunda ratio qua potuit cognosci, vel modus quo nouerunt. C

Aug. lib. 8. cap. 6. de ciuit. to 5.

ALIO etiam modo Dei veritatẽ ductu rationis cognoscere potuerunt, vel etiã cognouerunt. vt enim Augustin. ait in lib. de Ciuit. Dei, viderũt summi Philosophi nullum corpus esse Deum, & ideo cuncta corpora transcẽderunt quærẽtes Deũ. viderunt etiã quicquid mutabile est, nõ esse summum Deum, omniumq; principium: & ideo omnem animam mutabilesque spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est, nõ posse esse, nisi ab illo qui incommutabiliter & simpliciter est. Intellexerunt ergo eum, & omnia ista fecisse, & à nullo fieri potuisse.

Tertia ratio vel modus. D

Aug. ibidem paulo inferius.

CONSIDERAVERVNT etiã quicquid est in substantiis, vel corpus esse, vel spiritum, meliusq; aliquid spiritum esse quam corpus, sed longe meliorem qui spiritum fecit & corpus.

Quartus modus vel ratio. E

Aug. lib. de ciuit. c. 6.

INTELLEXERVNT etiam corporis speciem esse sensibilem, & spiritus speciem intelligibilem, & intelligibilem speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus quæ visu, tactuq; corporis sẽtiri queunt: Intelligibilia, quæ conspectu mentis possunt intelligi. Cum ergo in eorum cõspectu & corpus & animus magis minusq; speciosa essent: si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent: viderũt esse aliquid, quo illa speciosa facta

Ibid. paulo inferius.

cta sunt, vbi est prima & incommutabilis species, ideoque incomparabilis, & illud esse rerum principium rectissimè crediderunt, quod factum non esset, & ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas Dei. Cum ergo Deus vna sit & simplex essentia, quę ex nulla diuersitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus, Inuisibilia Dei: quia pluribus modis cognoscitur veritas Dei per ea quæ facta sunt. *Roman. 1.* Ex perpetuitate namq; creaturarum, intelligitur conditor æternus: ex magnitudine creaturarum omnipotens: ex ordine & dispositione, sapiens; ex gubernatione, bonus. Hæc autem omnia ad vnitatem Deitatis pertinentem monstrandam.

Quomodo in creaturis apparet vestigium Trinitatis. F

NVNC restat ostēdere, vtrum per ea quę facta sunt, aliquod Trinitatis indicū vel exiguum habere potuerit. De hoc Augustinus in libro 6. de Trinit. ait, Oportet vt creatorē per ea quę facta sunt, intellectu conspiciētes, Trinitatem intelligamus. *Aug. lib. 6. cap. 10. ibid. paulo superius.* Huius enim Trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hæc enim quę arte diuina facta sunt, & vnitatem quandam in se ostendunt, & speciem & ordinem Nā quodque horum creatorum, & vnum aliquid est, sicut sunt naturę corporum, & ingenia animarum, & aliqua specie formatur, sicut sunt figuræ vel qualitates corporum, ac doctrinæ vel artes animarum: & ordinem aliquē petit aut tenet, sicut sunt pondera vel collocationes corporum, & amores vel delectationes animarum, & ita in creaturis prælucet vestigium Trinitatis. In illa enim Trinitate summa origo est omnium rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Summa autem origo, vt Augustinus ostēdit in libro de vera religione, intelligitur Deus pater, à quo sunt omnia, à quo filius & spiritus san- *In tom. 1. capit. 5.*

ctus. Perfectissima pulchritudo intelligitur filius, scilicet veritas patris, nulla ex parte ei dissimilis, quem cum ipso, & in ipso patre veneramur: quæ forma est omniũ quæ ab initio facta sunt, & ad vnum referuntur, quæ tamen omnia nec fierent à patre per filium, neque suis finibus salua essent, ni si Deus summè bon⁹ esset: qui & nulli naturæ quæ ab illo bona esset, inuidit: & vt in bono ipso maneret alia quantum vellet, alia quantum posset, dedit. quæ bonitas intelligitur Spiritus sanctus, qui est donum patris & filii. Quare ipsum donum Dei cum patre & filio æquè incommutabili, colere & tenere nos conuenit. Per considerationẽ itaque creaturarum vnius substãtię, Trinitatem intelligimus, scilicet vnum Deum patrem à quo sumus & filium per quem sumus, & Spiritum sanctum in quo sumus, scilicet principium ad ꝙ recurrimus, & formam quam sequimur, & gratiã qua reconciliamur: vnum scilicet quo authore conditi sumus, & similitudinem eius, per quã ad vnitatem reformamur & pacẽ, qua vnitati adhęremus: scilicet Deum qui dixit: Fiat lux & verbũ, per quod factum est omne quod substãtialiter & naturaliter est, & donũ benignitatis ei⁹, qua placuit quod ab eo per verbũ factum est, & reconciliatum est authori vt non interiret. Ecce ostensũ est qualiter in creaturis aliquaten⁹ imago Trinitatis indicatur: nõ enim per creaturarũ contemplationem sufficiens notitia Trinitatis potest haberi, vel potuit, sine doctrinæ, vel interioris inspirationis reuelatione. Vnde illã antiqui Philosophi quasi per vmbrã & de longinquo viderũt veritatẽ deficientes in contuitu Trinitatis, vt Magi Pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tamen in fide inuisibilium, per ea quæ facta sunt.

Genes. 1. a.

Exod 8. c.

Quomodo in anima sit imago Trinitatis. G

NVNC vero ad eam iam perueniamus disputatio-

tationem, vbi in mente humana quæ nouit Deũ, vel potest nosse, Trinitatis imaginem reperiam⁹. Vt enim ait Augustinus in 14. libr. de Trinit Licet humana mens non sit eius naturæ, cuius Deus est, imago tamen illius, quo nihil melius est, ibi quærẽda & inuenienda est, quo natura nostra nil habet melius, id est, in mente. In ipsa etiam mẽte antequam sit particeps Dei, eius imago reperitur. etsi enim amissa Dei participatione deformis sit, imago Dei tamen permanet. Eo enim ipso imago Dei est mẽs, quo capax eius est, eiusque particeps esse potest. Iam ergo in ea, Trinitatẽ, quæ De⁹ est, inquiramus. Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se: hoc si cernimus, cernim⁹ Trinitatem, nondum quidem Deum, sed imaginem Dei. Hic enim quædam apparet Trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Hæc ergo tria potissimũ tractemus, memoriam, intelligentiam, voluntatem. Hæc ergo tria vt Augustinus ait in libro decimo de Trin. non sunt tres vitæ, sed vna vita: nec tres mentes, sed vna mens, vna essentia. Memoria vero dicitur ad aliquid, & intelligentia & voluntas siue dilectio similiter ad aliquid dicitur, vita vero dicitur ad seipsam, & mens & essentia. Hæc ergo tria eo vnum sunt quo vna vita: vna mens, vna essentia, quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur, etiam simul, non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo vero tria sunt, quo ad se inuicem referuntur.

Aug. lib de Trinitate.

Aug lib. 10. cap. 11.

Quomodo æqualia sint, quia capiuntur à singulis omnia & tota. H

ÆQVALIA etiam sunt non solum singula singulis, sed etiam singula omnibus: alioquin nõ se inuicem caperent: se autem inuicẽ capiunt. Capiuntur enim & à singulis singula, & à singulis omnia. Memini enim me habere memoriã, & intelligentiam, & voluntatem: & intelligo me intelligere

Aug. ibidem continuo cap. 11. libr. 10. de Trin.

gere & velle atque meminisse: & volo me velle, & meminisse, & intelligere.

Quomodo tota illa tria memoria capiat. I

TOTAMQVE meam memoriam, & intelligẽtiam, & voluntatem simul memini. Quod enim memoriæ meæ non memini, illud non est in memoria mea: nil autem tam in memoria est, quam ipsa memoria: totã ergo memini. Item quicquid intelligo, intelligere me scio: & scio, me velle quicquid volo, quicquid autem scio memini. Totam ergo intelligentiam totamque voluntatem meam memini.

Aug. ca. 11. continuo.

Aug. ibidem continuo.

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia. K

SIMILITER cum hæc tria intelligo, tota simul intelligo, neque enim quicquam intelligibilium est, quod non intelligã, nisi q̃ ignoro. Quod autem ignoro, nec memini, nec volo. Quicquid ergo intelligibilium non intelligo, consequenter etiam nec memini nec volo. Quicquid ergo intelligibilium memini, & volo, consequenter intelligo.

Quomodo illa tota capiat voluntas. L

VOLVNTAS etiam mea tota intelligentiam totamque meam memoriam capit, dũ vtor toto eo quod intelligo & memini. cum itaque inuicem à singulis & omnia & tota capiantur, æqualia sunt tota singula totis singulis, & tota singula simul omnibus totis: & hæc tria vnum, vna vita, vna mens, vna essentia. Ecce illius summæ vnitatis atque Trinitatis, vbi vna est essentia & tres personæ imago est humana mens, licet impar. Mens autem hic pro animo ipso accipitur, vbi est illa imago Trinitatis. Propriè verò mens dicitur, vt ait Augustinus, non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, qualiter sæpè accipitur. Illud etiam sciendum est, quod memoria non solum est absentium & præteritorum, sed etiam præsentium, vt ait Augusti-

Aug. ibidẽ continuo.

gustinus in xiiii. libro de Trinitate, alioquin non se caperet.

Ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum, & vna essentia, quæritur. M

HIC attendendum est diligenter, ex quo sensu accipiēdum sit, quod supra dixit, illa tria, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatē esse vnum, vnā mentem, vnā essentiam, quod vtiq; nō videtur esse verum iuxta ꝓprietatem fermonis. Mens enim, id est, spiritus rationalis, essentia est spiritualis & incorporea. Illa vero tria, naturales proprietates seu vires sunt ipsius mētis, & à se inuicē differunt: quia memoria non est intelligētia, vel voluntas: nec intelligētia voluntas siue amor.

Quod etiam ad se inuicem dicuntur relatiue. N

ET hęc tria etiā ad seipsa referuntur, vt ait Augustinus in nono libro de Trinitate. Mēs enim amare se ipsam vel meminisse nō potest, nisi etiam nouerit se. Nam quomodo amat vel meminit ꝙ nescit? Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt, à seipsis: & tamen eorum singulum, & simul omnia vna essentia est, cum & relatiue dicantur ad inuicem. *Cap. 3.* *Augustl. lib. de Trinit. 9. capit. 5.*

Hic aperitur quod supra quærebatur, scilicet quomodo hæc tria dicantur vnum. O

Sed iam videndum est quomodo hæc tria dicātur vna substātia Ideo quia scilicet in ipsa anima vel mente substātialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis quę possunt adesse vel abesse. vnde Augustin⁹ in nono libro de Trinit. ait, Admonemur, si vtcunq; videre possumus, hæc in animo existere substātialiter, non tanquam in subiecto, vt color in corpore: quia & si relatiue dicūtur ad inuicē, singula tamē substātialiter sunt in substātia sua. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum vel vna substantia. Quæ tria, vt Augustin. ait in xv. libro de Trinitate, in mente naturaliter *Cap. 4.*

diuinit⁹ instituta quisquis viuaciter perspicit, & quam magnum sit in ea, vnde potest etiam sempiterna immutabilisque natura recoli, conspici, cócupisci, reminiscitur enim per memoriam, intuetur per intelligẽtiam, amplectitur per dilectionẽ, profecto reperit illius summæ Trinitatis imaginem.

Quod in illa similitudine est dissimilitudo. P

Aug. lib. de Trin. 15. ca. 20 paulo inferius.

VERVNTAMEN caueat, ne hanc imaginẽ ab eadem Trinitate factam ita ei comparet, vt omnino existimet similem, sed potius in qualicunque ista similitudine, magnam quoque dissimilitudinem cernat.

Prima dissimilitudo. Q

Ex Exod. li. 35. cap. 22.

QVOD breuiter ostẽdi potest. Homo vnus per ista tria meminit, intelligit, diligit: qui nec memoria est, nec intelligẽtia, nec dilectio, sed hęc habet. Vnus ergo homo est, qui habet hęc tria, non ipse est hæc tria. In illius vero summæ simplicitate naturę, quę Deus est, quamuis vnus sit Deus, tamẽ tres personæ sunt, pater & filius & Spiritus sanctus: & hæ tres personæ sunt vnus Deus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in re alia: propter quam imaginem etiam illud in quo sunt hæc tria, imago dicitur, scilicet homo. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ est in ea, sed tabula nomine imaginis appellatur, propter picturam quæ est in ea.

Altera dissimilitudo.

Aug lib. 15. cap. 23.

RVRSVS ista imago quę est homo habens illa tria, vna persona est: illa vero Trinitas nõ vna persona est, sed tres personæ, pater filii, & filius patris, & Spiritus patris & filii. Itaq; in ista imagine Trin. nõ hæc tria vnus homo, sed vnius hominis sunt. In illa vero summa Trinitate, cuius hęc imago est: nõ vnius Dei sunt illa tria, sed vnus Deus, & tres sunt illæ personæ, non vna persona. Illa enim tria

Ibid. inferius. Lib. 15. cap. 3 de Trin.

non

non homo sunt, sed hominis sunt, vel in homine sunt. Sed nunquid possumus dicere, Trinitatē sic esse in Deo, vt aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit vt hoc credamus. Dicamus ergo in mēte nostra imaginē Trinitatis, sed exiguam, & qualemcunq; esse: quæ summæ Trinitatis ita gerit similitudinē, vt ex maxima parte sit dissimilis. Sciendū vero est quod hęc Trinitas mentis, vt ait Augustinus in 14. lib. de veritate, non propterea tantum imago Dei est, quia sui meminerit mens, & intelligit, ac diligit se; sed quia potest etiam meminisse, & intelligere, & amare illum à quo facta est.

Alia assignatio Trinitatis in anima, scilicet mens, notitia, amor. S

POTEST etiam alio modo aliisque nominibus distingui Trinitas in anima, quæ est imago illius summæ & ineffabilis Trinitatis. vt enim ait Aug. in nono lib. de Trinit. Mens, & notitia eius, & amor, tria quædam sunt, Mens enim nouit se, & amat se; nec amare se potest, nisi etiam nouerit se, Duo quædam sunt mens & notitia eius. Item duo quædam sunt mens & amor eius. Cum ergo se nouit mens & amat se, manet Trinitas, scilicet mens, amor, & notitia. Mens autem hic accipitur nō pro anima, sed pro eo quod in anima excellētius est.

Aug. c. 4. 5. 3. c. 4. c. 5. lib. de Trin 15. cap. 7.

Hæc autem tria cum sint distincta à se inuicem. dicuntur tamen, esse vnum: quia in animo substantialiter existunt.

Quia mens, vice patris: notitia filii: amor Spiritus sancti accipitur. T

ET est ipsa mēs quasi parēs, & notitia eius quasi proles eius. Mens enim cū se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suæ notitiæ. Tertius est amor, qui de ipsa mente & notitia procedit, dum mens cognoscit se & diligit se. non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. Amat etiam placitam

Aug. lib. de Trin. 9. b 12. Ibidem infra.

prolem, id est, notitiam suam: & ita amor quidã complexus est parentis & prolis.

Quod non est minor mente notitia, nec amor vtroque. V

Aug. lib. 9. in fine. NEC minor proles parente, dum tantã se nouit mẽs, quanta est: nec minor est amor parẽte & prole, id est, mente & notitia, dum tantum se diligit mens, quantum se nouit & quanta est.

Quod hæc tria in se ipsis sunt. X

Ex eodem li. 8. ca. 5. SVNT etiam hæc singula in seipsis: quia & mẽs amãs in amore est, & amor in amantis notitia, & notitia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecunque vestigium Trinitatis apparet,

Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deum. Y

Ex c. 12. li. 9. de trin. Aug. MENS itaq; rationalis considerans hæc tria, & illam vnam essentiam in qua ista sunt, extenditse ad contemplationem creatoris: & videt vnitatẽ in Trinitate, & Trinitatem in vnitate. Intelligit enim vnum Deum esse, vnam essentiã, vnũ principium. Intelligit enim, quia si duo essent, vel vterq; insufficiens esset, vel aliter superfiueret: quia si aliquid deesset vni q; haberet alter, non esset ibi summa perfectio. Si vero nihil vni deesset q; haberet alter, cum in vno esset omnia alter superfluere t. Intellexit ergo vnum esse Deum omnium auctorem: & vidit quia absq; sapientia non fit, quasi res fatua, & ideo intellexit eum habere sapientiã, quæ ab ipso genita est: & quia sapientiam suam diligit, intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic de summa Trinitatis vnitate. Z

Aug. li. 9. Cap. 1. QVAPROPTER iuxta ipsam considerationẽ, vt ait Aug. in IX. lib. de Trinit. credamus patrẽ, & filium & spiritum sanctum vnũ esse Deum, vniuersę creaturæ conditorem & rectorem, nec patrem esse filium, nec spiritum sanctum vel patrem esse, vel filium, sed Trinitatem relatarum ad inuicem perso-

personarū. Vt enim ait ipse in libro de fide ad Petrū. Vna est natura siue essentia patris & filii & spiritus sancti, non vna persona. Si enim sic esset vna persona, sicut est vna substantia patris & filii & spiritus sancti, veraciter Trinitas nō diceretur. Rursus quidē Trinitas esset vera, sed vnus Deus Trinitas ipsa non esset, si quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus personarū sunt ab inuicē proprietate distincti, sic fuissent quoq; naturarum diuersitate discreti. Fides autē Patriarcharum, Prophetarum, atq; Apostolorum vnum Deum prædicat Trinitatem esse. In illa ergo sancta Trinitate vn⁹ est Deus pater, qui solus essentialiter de seipso filium vnum genuit: & vnus fili⁹ est, qui de vno patre solus essentialiter natus: & vnus spiritus sanctus, qui solus essentialiter à Patre filioque procedit. *Cap. 1.* *Ibidem paulo superius.* *Ibidem in fine cap.*

Hoc autem totum non potest vna persona, id est, gignere se, & nasci de se, & procedere de se, vt enim ait August. in lib. 1. de Trin. Nulla res est, quæ seipsam gignat, vt sit. *Cap. 1.*

HIC QVAERITVR VTRVM CONCEDENDVM SIT QVOD DEVS se genuerit.

DISTINCT. IV.

HIC oritur quęstio satis necessaria. Constat enim, & irrefragabiliter verum est, quod Deus pater genuit filium. Ideo quæritur, vtrum concedēdum sit, quod Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit Deum, videtur, quod aut se Deum, aut alium Deum genuerit. Si vero alium Deum genuit, non est tantum vnus Deus. Si autē seipsum Deum genuit, aliqua res seipsā genuit. Ad quod respondētes dicimus, sanè & catholicè cōcedi, q; vn⁹ vnū genuit, & quod Deus Deum genuit: quia De⁹ pater Deum *De comparatione generationis ad terminū essentialem connotatum, qualis est hoc nomen Deus.* *Solutio.*

Symbolum Nicenum. Deum filium genuit. In symbolo quoque scriptū est. Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Quod vero additur, ergo genuit se Deum, vel alium Deum, neutrum concedendū esse dicimus. Quod alium Deum nō genuit, manifestū est: quia vnus tantum Deus est. Quod autē seipsum non genuit, ostendit Augustin. in 1. li. de Trin. dicēs: Qui putāt eius potentiæ esse Deum, vt seipsum ipse genuerit: eo plus errant, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, neque corporalis creatura. Nulla enim res est quæ seipsam gignat vt sit: & ideo non est credendum vel dicendum q Deus genuit se.

Cap. 2.

Alia quæstio de eodem. B

SED adhuc componūt garruli ratiocinatores dicentes: Si Deus pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deꝰ pater, aut Deum, qui nō est Deꝰ pater. Si genuit Deum qui nō est pater, ergo Deus est, qui non est Deus pater: non ergo vnus tantum Deꝰ est. Si vero genuit Deum, qui est Deus pater, ergo genuit seipsum. Ad quod respōdemus determinantes istam ꝓpositionem, qua sic proponūt. Si Deus pater genuit Deum, aut Deum qui est Deꝰ pater, aut Deum qui nō est Deus Pater. Hoc enim sane, & praue intelligi potest: & ideo respondendū est ita, Deus pater genuit Deum, qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsum, & cōcedimꝰ alterā, scilicet genuit Deum, qui non est pater: nec tamē genuit alterum Deum, nec ille, qui genitus est, est alius Deus quā pater, sed vnus Deus cum patre. Si vero additur, genuit Deum, qui nō est Deus pater, hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi. Genuit Deum, qui non est Deus pater, scilicet Deū filium: qui filius nō est pater, qui Deus est. hic sensus verꝰ est. Si vero intelligatur sic, genuit Deum, qui nō est Deus pater, id est qui nō est Deus, qui pater est, hic sensus falsus est. Vnus enim & idē Deꝰ est,

Responsio.

est,pater,& filius,& Spirit⁹ sanctus: & ediuerso, pater & filius & Spiritus sanctus vnus est Deus.

Opinio quorundam dicentium:tres personas esse vnū Deum, vnam substantiam: sed non econuerso scilicet vnum Deum vel vnam substantiam esse tres personas. C

QVIDAM tamē veritatis aduersarii,cōcedunt patrem & filium & Spiritum sanctū,siue tres personas,esse vnum Deum,vnam subsātiam,sed tamen nolunt cōcedere, vnū Deum siue vnam substantiam esse tres personas: dicentes, diuinā substantiam prędicari de tribus personis, nō tres personas de substantia diuina. Fides autē catholica tenet ac prędicat,& tres personas esse vnūDeum, & vnam substantiam siue essentiam siue naturā diuinam: & vnum Deum siue essentiam diuinā, esse tres personas.Vnde Aug.in li. de Trin. ita ait. Recte ipseDeus trinitas intelligitur,beatus & solus potēs.Ecce quam expresse dixit,ipse Deus Trinitas:vt ostēderet,& ipsum Deum esse Trinitatē, & Trinitatem ipsum Deum.Item in eodē,In verbis,inquit,illis Apostoli,quibus de aduētu Christi agens dicit: Quem ostendit beatus& solus potēs: Rex regum & Dominus dominantium:qui solus habet immortalitatē, &c. nec pater proprie nominatus est,nec filius,nec Spirit⁹ sanctus:sed beatus & solus potēs, id est, vnus & solus Deus ver⁹, qui est ipsa Trinitas. Ecce & hic aperte dicit vnū solum verum Deum,esse ipsam Trinitatē: & sivnus De⁹ Trinitas est,ergo vnus Deus est tres personæ. Item in libr.5.de Trinitate.Non tres Deos,sed vnum Deum dicimus esse ipsam præstantissimā Trinitatē. Item in libro qui dicitur Enchiridion ad Laurentium,capite nono,Satis est Christiano, rerum creatarum causam visibiliū siue inuisibilium, non nisi bonitatē credere creatoris,qui est Deus verus & vnus:nullamq; esse naturā,quæ nō aut

Aug.li.de Trin. ca. 6.

Aug. eodem cap 6.

1. Tim. 6.

Cap.8.

Aug ca.9. Tom.3.

ant ipse sit, aut ab ipso: eumq; esse Trinitatem, Patrem scilicet & filium & Spiritum sanctum.

Aug. serm. de tempore 129. qui est 3. feriæ quibus in cœna domini de fide.

Item Aug. in sermone de fide, Credimus vnum Deum vnam esse diuini nominis Trinitatem. Idem in 6. de Trinit. Dicimus Deus solum esse ipsam Trinitatem. Ecce & his & aliis pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur, dicendum esse & credendum, quod vnus Deus est Trinitas, & vna substantia tres personæ: sicut econuerso Trinitas dicitur esse vnus Deus, & tres personę dicuntur esse vna substantia.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet an Deus pater se Deum, an alium Deum genuerit. D

Epist. 66. Maximo medic. to. 2.

NVNC ad præmissam quæstionem reuertamur: vbi quærebatur an Deus pater genuerit se Deum, an alium Deum. Ad quod dicimus, neutrum fore concedēdum. Dicit tamen Augustin. in epistola ad Maximum, quod Deus pater se alterum genuit, his verbis, Pater vt haberet filium de seipso, nō minuit seipsum: sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, esset in filio tātus quātus & solus. Quod ita intelligi potest, i. de se alterum à se genuit: nō vtique alterum Deum, sed alteram personam: vel genuit se alterum, id est, genuit alterum, qui hoc est quod ipse. Nā & si alius sit pater q̄ filius, nō est tamē aliud quā filius, sed vnum.

HIC QVAERITVR, AN PATER GENVIT Diuinam Essentiam, vel ipsa filium: an essentia genuit essentiam, vel ipsa nec genuit, nec genita est.

DISTINCT. V. A

De comparatione generationis ad terminū essentialem.

POST hæc quæritur, vtrum concedendum sit. Quod pater genuit diuinam essentiā, vel quod diuina essentia genuit filium, vel essentia genuit essentiā: an omnino nō genuit, nec genita est diui-

diuina essentia? Ad Quod Catholicis tractatoribus consentiētes dicimus, quod nec pater genuit diuinam essentiā, nec diuina essentia genuit diuinā essentiam, hic autē nomine essentiæ intelligim⁹ diuinā naturam, quæ cōmunis est tribus personis & tota in singulis. Ideo nō est dicendū, ꝙ pater genuit diuinam essentiā: quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiā, diuina essentia relatiue diceretur ad patrem, vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiue diceretur, vel ꝓ relatiuo poneretur, nō indicaret essentiā. Vt enim ait Aug. in 5. lib. de Trin. Quod relatiue dicitur, non indicat substantiam.

abstractum, qui est essentia.

Ratio prima quare ita sit.

Aug. in fine cap. 7.

Secunda ratio. B

ITEM, cū Deus pater sit diuina essentia, si eius esset genitor, esset vtiq; genitor eius rei quæ ipse est: & ita eadem res seipsam genuisset: quod Aug. negat, vt supra ostendimus.

1. lib. de trinit. ca. 1.

Tertia ratio & potior. C

ITEM, si pater est gēitor essentię diuinę, cūipse essentia diuina sit, & De⁹ sit: eo ꝙ generat, & est, & Deus est. Ita ergo non illud quod generatur, est à patre Deus: sed pater eo ꝙ generat, & est, & Deus est, & si ita est, non genito gignēs, sed gignenti genitus causa est, vt & sit, & Deus sit. Simili ratione probat Augustinus in lib. 7. de Trinit. quod pater non est sapiens sapientia quam genuit: quia si ea sapiens est, ea est, hoc enim est sibi esse, ꝙ sapere. Quod si hoc est sibi esse, quod sapere: non per illam sapientiam, quam genuit pater, sapiens est. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus, hoc illi est esse quod sapere: nisi, eo est quo sapiēs est? Ergo quæ causa illi est vt sapiēs sit, etiā ipsa illi causa est vt sit. Si ergo sapiētia, quā genuit, illi causa est vt sapiens sit, & causa illi est vt sit. Sed causā patri, qua sit, á patre genitā, nullo modo quisquā dixerit sapientiam: quid enim est insanius? Ita ergo si pater

Aug. de trinit. lib. 7. c. 1. in fine.

pater genuit essentiã qua est, essentia quã genuit, causa est illi vt sit. Nõ ergo ipsã qua est, essentiam genuit. Nã in illa simplicitate, vt inquit Aug. quia non est aliud sapere quã esse, eadem est ibi sapientia quę essentia, ideoq; quod de sapiẽtia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam, qua sapiens est, ita nec essentiam, qua est. Vt enim sapiẽtia sapiens est, & potentia potens: ita & essentia ipse est. Eademq; sapientia est & potentia, quæ essentia. Patet itaq; ex prædictis, quia pater essentiam diuinam non genuit.

Ibidem fere continuo.

Huic aduersari videtur Augustꝰ. D

HVIC autem videtur cõtrarium quod Aug. ait in lib. vnico de fide & symbolo capit. tertio. Deus cum verbũ genuit, id quod ipse est genuit: nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaq; materia, sed de seipso id quod ipse est. Item Deus pater qui verissime indicare animis cognituris & voluit & potuit, hoc ad seipsum indicãdũ genuit, quod est ipse qui genuit. Ecce aperte dicit his verbis, Deum patrẽ genuisse illud quod ipse est. Illud autẽ quod ipse est, nõ est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus illa verba sic intelligenda esse: dicentes, Pater de seipse genuit illud quod ipse est, id est filium, qui est illud quod pater est. Nam quod pater est, & filius, hoc est: sed non qui pater est, & filius hic est.

Aug. Tom. 3

Ibid. paulo inferius.

Alias partes quæstionis exequitur. E

ITA etiam non est dicendũ quod diuina essentia genuit filium; quia cũ filius sit diuina essentia, iam esset filius res à qua generatur; & ita eadẽ res seipsam generaret. Ita etiã dicimus quod essentia diuina nõ genuit essentiam. Cũ enim vna & summa quædã res sit diuina essentia si diuina essentia, essentiam genuit, eadem res seipsam genuit, quod omnino esse nõ potest; sed pater solus genuit filium, & à patre & à filio procedit Spiritus sanctus.

Quæ.

Quæ videantur prædictis esse contraria.

F Prædictis autem videtur contrarium esse quod dicit Augustin. in libro septimo de Trinitat. Hoc, inquit, est Deo esse, & sapere, vnde pater & filius simul vna sapientia, quia vna essentia: & singillatim sapientia de sapiētia, sicut essentia de essentia. Ecce. his verbis aperte dicit Augstin⁹ sapientiam de sapiētia, & essentiam de essentia. vbi videtur significare, ꝙ sapientia sapientiam, & essentia genuerit essentiam. Idem in l. de fide ad Petrum ait, Sic Christum Dei filium, id est, vnam ex Trinitate personā. Deum verum crede, vt diuinitatem ei⁹ de natura patris natam esse nō dubites. Hic videtur dicere ꝙ natura filii sit nata de natura patris. Idem in libro xv. de Trin. ait: Dicitur filius consilium de cōsilio, & voluntas de voluntate: sicut substātia de substātia, sapiētia de sapiētia. Et hic videtur dicere ꝙ substātia sit genita de substātia, & sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinam⁹, Sapiētia de sapientia, & substātia de substantia est, id est, filius qui est sapientia, qui est substantia, est de patre, qui est eadem substātia & sapientia & fili⁹, qui est diuinitas, natus est de patre, qui est natura diuina. Et, vt expressi⁹ dicam⁹, dicimus filium sapientiā, esse de patre sapientia: & dicimus filium substātiam, esse genitum de patre & à patre substantia. Quod autem ita intelligi debeat, Augustin. ostendit in libr. 7. de Trin. dicens: Pater ipse sapiētia est: & dicitur filius sapiētia patris, quomodo dicitur lumē patris, id est, sicut lumē de lumine, & vterq; vnum lumen: sic intelligitur sapiētia de sapientia, & vterq; vna sapientia & vna essentia. Item, ideo Christ⁹ dicitur virtus & sapientia Dei, quia de patre virtute & sapientia etiam ipse virtus & sapientia est. sicut ipse lumen de patre lumine est, & ipse fōs vitæ est apud Deum patrē fontem vitæ. Filius ergo sapientia de patre

Aug. de trinis. li. 7. c. 2.

Cap. 2.

Cap. 10.

Determinatio eorum quæ videntur contraria.

Aug. de trinit. li. 7. c. 11. in fine.

Aug. ca. 3. eiusdem l. 7.

Ibidē paulò inferius.

sapientia est: sicut filius lumen de patre lumine, & Deus filius de deo patre: & vt singulis sit lumen & singulus Deus, & singulus sapientia? & simul vnum lumen, vnus Deus, vna sapientia. Ecce manifeste his verbis aperit August. ex quo sensu accipienda sint prædicta verba & his similia, scilicet cum dicitur substantia de substantia, vel substantia genuit substantiam.

Quod videtur prædictæ expositioni contrarium. G

Hilarius Non longe à principio lib. 4.

HVIC vero etiam id cõtrarium videtur, quod Hilarius ait in 4. li. de Trinit. Nihil, inquit, nisi natum habet filius: & geniti honoris admiratio in honore generãtis est. Cum ergo filius essentiã habeat, (tota enim in eo est diuina essentia) videtur, quod ipsa diuina essentia nata sit. Item in 5. lib. ait: Natiuitas Dei nõ potest eam, ex qua prouecta est, non tenere naturam, nec enim aliud quam Deus subsistit quod non aliunde quàm de Deo subsistit.

Idem Hilarius.

Hilarius lib 9. post medium.

Ecce hic dicit natiuitatẽ Dei prouectam ex natura: & ita videtur ex his verbis atque prædictis natura Dei & genita, & genuisse. Quod apertius dicit in li. 9. de Trin. Nos, inquit, vnigenitũ Deum in forma Dei manentem, in natura hominis mansisse profitemur: nec vnitatem formæ seruilis, in naturã diuinæ vnitatis refundimus: nec rursum corporali insinuatione patrem in filio prædicamus, sed ex eo eiusdẽ generis genitam naturãnaturaliter in se gignentem habuisse naturam: quæ in forma naturæ se gignẽtis manens, formã naturę & infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat Dei natura ne esset, sed in se humilitatem terrenæ natiuitatis, manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatẽ in habitu assumptę humanitatis exercens. Ecce hic aperte dicit, & naturam genuisse, naturam genitam. &

In eodem paulo inferius.

naturã assumpsisse naturam: quod à plerisque negatur. Itẽ. Nunquid vnigenito Deo cõtumelia est,

patrem

patrē sibi innascibilem Deū esse, cū ex innascibili Deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam subsistat? Ecce & hic dicit vnigenitam naturam.

Quomodo sint intelligenda præmissa verba Hilarij. H

SED quia hæc verba sane vult intelligi, ipse idē dicit in 4. intelligētia dictorum ex causis est assumēda dicendi: quia nō sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Hæc ergo verba ita intelligi possunt. Nihil habet filius nisi natū, id est, nihil habet secundū quod Deus est, nisi quod nascendo accepit: & ipse nascendo patris in se subsistentem naturā habuit, vnde Hilarius addit in v. lib. eandē naturam habet genitus, quam ille qui genuit: ita tamē vt natus nō sit ille qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse, cū genitus sit? Sed in his ipsis subsistit ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit: quia non est aliunde qui genitus est: & ideo non refertur ad aliud quod in vno subsistit, & ex vno. Ac si in generatione filii & naturam suam, vt ita dicā, sequitur, indemutabilis Deus indemutabilē Deum gignēs, nec naturā suā deserit ex indemutabili Deo indemutabilis Dei perfecta natiuitas. Subsistētem ergo in eo Dei naturam intelligamus, cū in Deo Deus insit, nec præter eum qui Deus est, quisquam Deus alius sit: quia ipse Deus & in eo Deus. Naturę ergo Dei patris veritas in Deo filio esse docetur, cum in eo Deus intelligitur esse qui Deus est. Est enim vnus in vno, & vnus ab vno.

Hilar. ante medium 4. libri.

Ad finem quinti.

Expositionē confirmat per verba eiusdem.

Ioan. 4.

Quod legitur pater de sua substantia genuisse filium, & filium substantiæ patris. I

DICITVR quoq;, & frequenter in scriptura legitur. Patrē de sua substātia genuisse filium. vnde Augustin. in lib. de fide ad Petrū ait, Pater Deus de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit filium Deum sibi æqualem, & eadē qua ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternū.

Cap. 2.

Ecce hic dicit Augustin. filium genitum de natura patris. Est autem vna natura Patris & filii, & Spiritus sancti. Si ergo de natura patris est filius, genitus est de natura filii & spiritus sancti: imo de natura trium personarum. Idem quoq; Aug. in lib. xv. de Trinit. dicit Christum esse filium substantiæ patris, & de substantia patris genitum, tractans illud verbum Apost. loquentis de Deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filii charitatis suæ. Quod dictum est, inquit, filii charitatis suæ, nihil aliud intelligitur quā filii sui dilecti, quam filii substantiæ suæ. Charitas quippe patris, quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam ipsa natura atque substātia, vt sæpe diximus, & sæpé iterare nō piget: ac per hoc, filiꝰ charitas eius nullus alius est, quā qui de substantia eius est genitus. Ecce hic apertè dicit Augustinꝰ filiū esse genitum de substātia patris, & filium substantiæ patris: Idē quoq; Augustinꝰ in libr. 3. cōtra hęreticum Maximinum, substantiā Dei genuisse filium, & filium gēitum de substātia patris asserit dicens, Carnalibꝰ cogitationibꝰ pleni, substantiam Dei de seipsa gignere filium nō putatis, nisi hoc patiatur & substātia carnis patitur quando gignit. Erratis, nō sciētes scripturas neque virtutem Dei. Nullo enim modo verum Dei filium cogitatis, si eū natum esse de substantia patris negatis. Nō enim tam erat hominis filius, & Deo donante factus est Dei filius: ex Deo natus, gratia nō natura. An forte etsi nō hominis filius erat, tamē iam aliqua erat qualiscunq; creatura, & in Dei filium Deo mutante cōuersa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemꝰ vos putare de nihilo esse Dei filium, affirmatis non vos dicere de nihilo esse Dei filium. De aliqua ergo substantia est; & si non de substantia patris, de qua sit dicite: sed

Cap. 19. in fine.

Coloss 1.

Aug. contra Maxim. Arianum. To. 6. ca. 14.

Ibidē paulo inferius.

te: sed non inuenietis. Iam ergo vnigenitum Dei filium Iesum Christum, de patris esse substãtia, non vos nobiscum pigeat confiteri. Idem in eodem. Vtrique legimus vt sim⁹ in vero filio eius Iesu Christo. Dicite ergo nobis, Vtrum iste verus Dei filius, ab eis qui gratia filii sunt, quadã proprietate discretus, de nulla substantia sit, an de aliqua? Nõ dico, inquis, de nulla: nec dicam de nihilo, ergo de aliqua substantia est. Quęro, de qua? si nõ de patris substãtia est, aliam quęre: si aliam nõ inuenis, patris agnosce substantiam, & filium cum patre homousion cõfitere. Idem in eodẽ, Confiteor Deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse: sed quod est ipse genuisse. Itẽ, Dico, quod sæpè dicendum est, Aut de aliqua substãtia est natus Dei filius, aut de nulla: si de nulla ergo de nihilo, quod vos iam non dicitis: si vero de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verus filius: si vero de patris substantia, vnius eiusdemque substantiæ sunt pater & filius. Vos autem nec filium de substantia patris genitum vultis, & tamen eum nec ex nihilo, nec ex aliqua materia, sed ex patre esse cõceditis, nec videtis quam necesse sit, vt qui non est ex nihilo, nec ex aliqua alia re, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non possit, & hoc esse quod De⁹ est, de quo est, id est, De⁹ est, de Deo nat⁹: quia nõ alius prius fuit, sed natura coęterna de Deo est.

Ibidẽ paulo inferius. 1. Ioannis. 5.

Paulo inferius in eodẽ ca. 14. li. 3. contra Maximi.

Ex eodem c. paulo superius.

Colligens summam prædictorum aperit ex quo sensu accipienda sint. K

HIS verbis pręmissis innuividetur, quod diuina substantia filium genuerit, & quod filius sit genitus de substãtia patris, & quod de Deo est, natura coæterna, & quod pater id quod ipse est genuit. Id autẽ quod ipse est, diuina essentia est: & ita putari potest diuinã essentiam genuisse. Vehemẽter mouent nos hęc verba, quę quomodo intelligẽda sint, mallem ab aliis audire, quam ipse tradere. Vt

tamẽ sine prẹiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: Natura coæterna de Deo est, i. filius coæternus patri de patre est, ita quod est eadem cum eo natura, vel eiusdẽ naturę. Quẽ sensum cõfirmat Aug. ibidem subiiciẽs, & quod dixerat quasi explanãs. Dicto enim, Natura coæterna est de Deo, addit. Non est aliud filius, quã illud de quo est, id est, vnius eiusdemq; substãtiæ est. Deinde apertius talem intellectum ex prędictis verbis fore habendum aperit in eodẽ libro contra Maximinũ dicẽs, Trinitas hæc vnius eiusdẽque substantiæ est: quia non de aliqua materia vel de nihilo est filius, sed de quo est genitus. item Spiritus sanctus non de aliqua materia vel de nihilo est, sed inde est, vnde prędit. His vtiq; verbis aperte ostendit ea ratione dici filium esse de substantia patris, qui est de patre genitus, ita quod est eiusdẽ substantię cum eo: & spiritum sanctum esse de substantia patris & filii, quia ab vtroque prędit, ita quod est eiusdem substantiæ.

Aug. ta. 14. lib. 3. contra Maximinũ

Aug. ibi,

Quod nec filius nec spiritus sanctus est de nihilo, sed de aliquo, non tamen de materia. L

Non longe à medio li. 12.

OSTENDITVR quoq; ex illis verbis filium & spiritum sanctum nõ esse de nihilo, sed de aliquo: nec tamen de aliqua materia. Vnde etiam Hilarius in 12. lib. de Trinit, ait. Vnigenitus Deus cum natus sit: patrem testatur auctorem: cum ex manẽte natus est, non est natus ex nihilo: & cum ante tempus natus, est, omnem sensum prẹuenit nascendo. Hic aperte dicitur, quod filius nõ est natus ex nihilo. Similiter, & Spiritus sanctus non est dicendus esse vel procedere ex nihilo: quia filius de substantia patris natus est, id est, à patre est, cum quo eiusdẽ substantiæ est, & eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiẽdum est illud, Pater genuit id quod ipse est, id est filium, qui est hoc quod pater. Et hoc ita debere intelligi. Augustinus aperit dicens in 1. libro contra Maximinum, Hoc genuit pater quod

est: alioquin non est verus filius, si quod est pater, non est filius. Item substantia Dei genuit filium, id est, pater substātia genuit filium, qui est eadem substantia & eiusdem substātiæ. Quod sic esse intelligendum Aug. ostēdit, dicens ad Maximinum, Sicut dicis, Spiritus spiritum genuit: ita dic, Spiritus eiusdem naturæ vel substantiæ spiritum genuit. Itē sicut dicis, De⁹ Deum genuit: ita dic, De⁹ eiusdem naturæ vel substantiæ Deum genuit. Hoc si credideris & dixeris, nihil de hac re vlteri⁹ accusaberis. His enim verbis aperit quomodo prædicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris, vel pater genuit filium de sua natura siue essentia, id est, de se natura & essentia genuit filium eiusdem substantię ac naturæ, & qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud, filius substantiæ patris, & filius patris substantiæ, id est, qui est substantia, cum quo & filius eadē substantia est, quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex his verbis Aug. qui in li. quinto de Trin. ait, Tres personas eiusdem essentiæ, vel tres personas vnam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. His verbis ostenditur non esse dicendum personam esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. Qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in libr. decimoquinto de Trinit. idem ait. Sicut nostra scientia, scientiæ Dei, sic & nostrum verbum quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, de patris scientia, de patris sapientia: vel, quod est expressi⁹, de patre essentia, de patre sciētia, de patre sapiētia. Ex hoc itaq; intellectu, verbū Dei, patris vnigenit⁹ fili⁹ per omnia patri similis & ęqualis, recte dicitur Deus de Deo, lumē de lumine, sapientia

Aug. c. 3. l. de fide & symbolo. Circa medū primi libri. In responsione 38. ad Maxi. Arianum & ca. 18. li. 2. eiusdē ca. 15. lib. 3.

Aug. li. 7. cap. 6. de tri.

Aug. ca. 13.

tia, de sapientia, essentia, de essentia: quia hoc est omnino quod pater, non tamen pater; quia iste filius, ille pater.

Hilarius ad principium lib. 2.

Quare verbum patris dicatur filius naturæ. M

INDE est quod solum vnigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem naturæ est, & eadem natura est cum patre. Vnde Hilarius in libr. de Trin. de Christo loquēs ait, Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit habet.

VTRVM PATER VOLVNTATE GENVIT filium, an necessitate: & an volens vel nolens sit Deus.

DISTINCTIO VI. A

PRÆTEREA quæri solet, Vtrum pater genuerit filium volūtate, an necessitate. De hoc Orosius ad August. ita ait, Volūtate genuit pater filium vel necessitate: sed nec volūtate nec necessitate: quia necessitas in Deo nō est, preire voluntas sapientiam nō potuit. quocirca, vt August. ait in 15. lib. de Trinit. ridēda est dialectica Eunomii, à quo Eunomij, à quo Eunomiani hæretici orti sunt: qui cū nō potuisset intelligere, nec credere voluisset vnigenitum Dei filium verbum Dei esse natura, id est, substantia patris genitū, nō naturæ vel substantiæ dixit esse filium, sed filium volūtatis Dei: volens asserere accedētem Deo voluntatē, qua gigneret filium. sicut nos aliquādo aliquid volumus, quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura, quod absit vt in Deo esse credamus. Dicamus ergo verbum Dei esse filium Dei natura, non voluntate, vt docet Augustinus in decimoquinto lib. de Trinitate, vbi quendā catholicum hæretico respondentē cōmendat dicens. Acutè sane quidā respōdit hæretico versutissimè interroganti, vtrum Deus

De comparatione actus generandi ad potentiam. In tom. 4. in dialogo. 5. quæstionum q. 7. cap. 20.

Aug. de trinit. l. 15. a. 2.

Deus filium volens vel nolēs genuerit: vt si diceret, nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur: si autem, volens, continuo quod intēdebat concluderet, scilicet non naturę esse filium, sed voluntatis. At ille vigilātissime vicissim quęsiuit ab eo, vtrum Deus pater volens aut nolēs sit Deus: vt si responderet, nolens, sequeretur grandis absurditas & miseria, quam de Deo credere magna est insania: si autē diceret, volēs, Responderetur ei, ergo & ipse voluntate sua Deꝰ est, nō natura. Quid ergo restabat, nisi vt obmutesceret sua interrogatione, obligatum indissolubili vinculo se videns? Ex prædictis docetur non esse concedendum, ꝙ Deꝰ voluntate vel necessitate vel volēs vel nolēs sit Deus. Item, quod voluntate vel necessitate vel volens vel nolens genuerit filium.

Et in quæstionibus ad Orosiū, quæstione 7.

Oppositio contra prædicta. B

SED cōtra hoc opponitur sic, Voluntas Dei est natura siue essentia Dei: quia non est aliud Deo esse: aliud velle: & ideo sicut vna est essentia trium personarum, ita & vna voluntas. Si ergo Deus, natura Deus est, & voluntate Deus est: & si verbum Dei, natura filius Dei est, & voluntate filiꝰ Dei est hoc autem facile est refellere. nam & præscientia Dei siue scientia, qa scit vel præscit bona & mala diuina natura siue essētia est, & prędestinatio siue voluntas eius eadē diuina essētia est: nec est aliud Deo scire & velle, quam esse, & cum sit vnum & idem scientia Dei vel voluntas, nō tamen dicitur de voluntate quicquid dicitur de sciētia & ecōuersò, nec omnia illa sua voluntate Deus vult, quæ sua sciētia scit, cum sua scientia nouerit tam bona quam mala, voluntate autem non velit nisi bona. Scientia quippe Dei & pręscientia, de bonis est & malis: voluntas vero & prędestinatio, de bonis est tantum, & tamen vnum & idem in Deo est scientia & voluntas, & præscientia & prædestina-

Responsio.

tio. ita cum vnum sit natura Dei & voluntas, dicitur tamen pater genuisse filium natura non voluntate: & esse Deus natura non voluntate.

Qualiter intelligenda sunt illa verba, pater nec nolens nec volens Deus est, nec volens nec nolens genuit filium.

Hilarius in fine concilii Sardic.

PRÆDICTA tamen verba, quibus prudenter dictum est, quod Deus pater nec volēs nec nolens est Deus, nec nolens nec volens genuit filium, siue voluntate, siue necessitate, ex tali sensu mihi vidētur accipienda, vt voluntatem præcedentē vel accedentem intelligamus: qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse Deus est voluntate præcedenti vel efficienti, vel volens priusquam Deus nec voluntate præcedēti vel accedenti genuit filium: nec prius volens, quam generans genuit filium: nec prius generans quam volens, genuit filium, volens tamen genuit, sicut potens genuit, & bonus genuit filium, & sapiens genuit, & huiusmodi. Si enim pater sapiens & bonus dicitur genuisse filium, cur nō & volēs? cum ita sit Deo idem esse volētem, quod est esse Deum: sicut idem est esse sapientem, quod est esse Deum. Dicamus ergo, quia pater sicut sapiens, ita volens genuit filium: sed nō voluntate præcedēti vel accedenti. Quem sensum aperit Aug. & confirmat, ita dicens super epistolam ad Ephesios De filio Dei, id est, ὁσιοέντος, Domino nostro Iesu Christo scriptum est, quia cum patre semper fuit, & nunquam eum vt esset, paterna voluntas præcesserit, & ille quidem natura filius est. Hilarius in libro de synodis. Eos qui dicunt de non extantibus esse filium Dei, similiter qui dicunt, quod neque consilio neque voluntate pater genuerit filium, anathematizat sancta Ecclesia. Item si quis nolente prędicat natum filium: anathema sit. Non enim nolente patre coactus pater, vel naturali necessitate ductus cū nollet genuit filiū

Hieron. to. 9. in commentariis ad cap. 1. ad Ephe. in charitate prædestinās. Ephes. 1. Eccl. 1. Artic. 25. cōsilii Syrmiensis, & Hila. ad eūdem artic. ubi Articulo. 1. synodi Sirmiensis & Hilarius ad eundē artic.

se

sed mox vt voluit sine tempore, & impassibiliter ex se vnigenitum demonstrauit.

HIC QVAERITVR AN PATER POtuerit vel voluerit gignere filium. A

DISTINCT. VII.

HIC solet quæri à quibusdam, vtrum pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim, inquiunt, potuit vel voluit generare filium, ergo potuit aliquid & voluit, quod nec voluit, nec potuit filius: nam filius nec potuit nec voluit generare filium. Cui versutiæ facile respondemus dicẽtes. Posse vel velle generare filium, non est aliquid posse vel velle subiectum potentiæ vel voluntati. Est tamen aliqua potentia vel voluntas, scilicet posse vel velle gignere filium: & ideo distinguẽda est intelligẽtia propositi verbi, posse vel velle gignere filium, & posse vel velle aliquid. neque enim generatio filii aliquid eorum est, quæ subiecta sunt diuinæ potentiæ & voluntati: nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia & ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit, quã genuit: sicut nec ante fuit, quam genuit: quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex simili quoque hoc videre possumus. Pater enim potest esse pater, & vult esse pater: filius autem non potest, nec vult esse pater: ergo pater potest vel vult esse aliquid, quod non potest vel vult esse filius, non sequitur: quia esse patrem, non est esse aliquid, sed potest esse ad aliquid, vt in sequenti ostendetur. *Distinct. 12. huius pri. mi.*

Ponit quædam verba August. vnde potest moueri auditor.

SED vehemẽter nos mouet, quod Aug. ait in libro cõtra Maximinum, qui asserebat patrem potentiorẽ esse filio, eo quod filium genuit Deũ creatorem, filius autẽ non, dicebatque patrẽ potuisse *3. in fin 12. c.*

se gignere non filium: & ideo potiorem esse filio. Ad quod respondens Augu. dicere videtur, quod filius etiam potuit gignere, volens ostendere patrem esse non potiorem filio, his verbis, Absit vt ideo potẽtior sit pater filio, sicut putas, quia creatorem genuit pater, filius autem nõ genuit creatorem: neque enim non potuit, sed non oportuit. Vide & diligenter attende hæc verba, non enim non potuit: sed non oportuit. Videtur enim dicere, quod filius potuit gignere, sed non oportuit: & ita potuit quod non oportuit. Quare autem nõ oportuit subdit dicens. Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret patri, quia & ipse nepos, nisi auo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiam, impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo, & pronepotem proauo suo, non à vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur: nec eam perficeret vllus, si non sufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotentẽ genuit filiũ patris natura, nõ fecit.

Opponitur prædictis verbis Augustini. C

Hoc autem videtur quibusdam non posse stare, scilicet quod filius potuerit gignere. Si enim potuit filius gignere, potuit esse pater: & si potuit esse pater, potuit ergo esse pater vel sui, vel patris, vel spiritus sancti, vel alicuius alius. sed alius nõ: quia nullus alius semper fuit. Nec patris: quia pater est ingenitus & innascibilis. Nec sui: quia nullares seipsam gignere potuit. Nec spiritus sancti: quia nàsci nõ potuit. Si enim nasci potuit, potuit esse filius, & ita mutabilis esse potuit.

Hic quæritur quomodo intelligenda sint. D

QVOMODO ergo accipiatur quod supra dictũ est, nõ n. non potuit gignere, sed nõ oportuit: quasi potuit, sed nõ oportuit. Non est nobis perspicuum

ſpicuum aperire quomodo ſit hoc verum, & ideo ſub ſilentio potius eſſet prætereũdum, niſi me ſuper hoc aliquid loqui cogeret inſtãtia quærentiũ.

Hic aperitur ex quo ſenſu accipienda ſint. E

POTEST ergo ſic intelligi. Non enim non potuit ſed non oportuit, id eſt, non ex impotentia ſui fuit quod filius nõ genuit, ſed ei non cõueniebat: ſicut Deus filius nõ eſt Deꝰ pater, nec tamẽ hoc ex impotentia ſui eſt. Nam & pater ſimiliter non eſt filius, nec hoc eſt ex impotẽtia patris. Sed quærit Maximinus Arrianorum epiſcopus, Vndè ergo eſt quod pater nõ poteſt eſſe filius, vel filius pater? Non vtique ex impotentia, ſed pater proprietate generationis pater eſt, qua oportet eum non eſſe filiũ: & filius proprietate natiuitatis filius eſt, qua oportet eum nõ eſſe patrem. De quibus proprietatibus poſtea plenius tractabitur.

Lib. 3 ca. 14.

Diſtinct. 10. huius primi.

Vtrum pater natura ſit potens gignere filium: & an hoc ſit aliqua potentia quæ ſit in filio. F

ITEM quæritur à quibuſdam, Si pater potens ſit natura gignere filium, & an hoc ſit aliqua potẽtia quæ ſit in filio? Ad quod dicimus, quia pater non eſt potens niſi natura: eius enim potentia natura eſt vel eſſentia. At, inquiunt illi: Si potens eſt gignere, habet ergo potentiam gignẽdi. Filius autem non habet potẽtiam gignendi, ſi nõ poteſt gignere, habet ergo aliquã potẽtiam pater quam non habet filius. Non ſequitur. Eãdem enim potẽtiã habet penitꝰ filius, quã & pater, qua pater potuit gignere, & filius gigni potuit. Eadẽ .n .potentia eſt in filio, qua potuit gigni, quæ eſt in patre, qua potuit gignere. Sed cõtra hoc opponitur, Aliud eſt poſſe gignere, aliud eſt poſſe gigni: quia aliud eſt gignere, & aliud gigni. Hic diſtinguẽdũ eſt. Si enim cũ dicitur, aliud eſt poſſe gignere, aliud poſſe gigni: aliã ſignificãs potẽtiam, qua pater potens

Oppoſitio.

tens est gignere, & aliam, qua filius potens est gigni, falsus est intellectus: Si autem dicas, patrem posse habere aliam proprietatem siue notionem qua genitor est; & filium aliam, qua genitus est verus est intellectus. Aliam enim pater proprietatem qua pater est: aliam filius, qua filius est.

Quomodo intelligendum sit filius habet vel non habet potentiam generandi. G

ITA etiam cum dicitur, filius non habet potentiam generãdi quam pater habet, dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur, filius non habet potẽtiam generandi quã & pater, scilicet qua potens sit ad generandũ, id est, vt genuerit vel vt generet sicut pater, verum est, si vero intelligatur, sic, non habet potentiã qua possit gigni vel genitus esse, qua eadem pater potẽs est vt genuerit vel vt generet, falsum est. Sicut dicitur, pater habet potentiã qua potest esse pater, filius vero non habet potentiam qua possit esse pater: & econuerso, filius habet potentiam qua potest esse filius: habet ergo aliquam pater, quam nõ habet filius: & econuersò. Absit: quia eadẽ est potẽtia patris, qua potest esse pater: & filii, qua potest esse filiꝰ. Ita etiam eadẽ est volũtas, qua pater vult esse pater non filius, & filius vult esse filius non pater: & eadem est volũtas filii, qua vult esse genitꝰ & patrem genuisse: & patris, qua vult esse genitor & filium genitum esse.

DE VERITATE ET PROPRIETATE & incommutabilitate & simplicitate essentiæ Dei. A

DISTINCT. VIII.

Cap. 2. NVNC de veritate siue proprietate, incommutabilitate atque simplicitate diuinæ naturæ, siue substantiæ siue essentiæ agendum est. Est itaque Deus, vt ait Augustinus in v. lib. de Trin. sine

sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur, essentia: quam Græci οὐσίαν vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapiētia, & ab eo quod est scire dicta est scientia: ita ab eo quod est esse essentia. Et quis magis est, quā ille qui dixit famulo suo. Ego sum qui sum: &, Dices filiis Israhel. Qui est, misit me ad vos. Ipse verè ac propriè dicitur essentia, cuius essentia non nouit præteritum vel futurum, vnde Hieronymus ad Damasum scribens ait, Deus solus, qui exordium non habet, verę essentię nomen tenet: quia in eius comparatione, qui verè est, quia incommutabilis est: quasi non sint quę mutabilia sunt. De quo enim dicitur fuit, non est: & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non nouit fuisse vel futurum esse. Solꝰ ergo Deus vere est: cuiꝰ essentiæ comparatum nostrum esse non est.

Exod. 3. d. Tom. 2. epistolæ cuius initium est Quoniam vetusto.

Qualiter intelligenda sint verba Hieronymi, quærendum est. B

HIC diligenter aduertēdum est, quomodo intelligi debeant illa verba Hieronymi, scilicet, Deꝰ tantum est, & nō nouit fuisse vel futurum esse: tāquam non possit dici de Deo, fuit, vel erit, sed tantum est: cum de eo scriptum frequenter reperiamus, fuit ab æterno, fuit semper, & erit in secula, & huiusmodi: vnde videtur, qnia non est tantum dicendum de Deo fuit, vel est vel erit. Si.n. diceretur tantum, fuit, putaretur quod desierit esse: si diceretur tantum, est, putaretur quod non semper fuerit, sed esse cœperit: si tantum, diceretur erit, putaretur non esse modò. Dicatur ergo quia semper fuit, est, & erit: vt intelligatur quia nec cœpit, nec desijt, nec desinet esse. De hoc Aug. super Ioannem ita ait: Cum de sempiterna re propriè dicatur est, secundū nos benè dicitur fuit & erit: fuit, quia nūquā desijt: erit quia nūquā deerit: est, quia semper est: non pręteriit, quasi quod nō maneat:

In tomo. 9. in tract 99. ad 16. caput Ioann.

neat: nō erit, quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tēpora varietur, de eo vere dicūtur, verba cuiuslibet temporis, qui nullo tēpore defuit, vel deest, vel deerit, & ideo nō est mirum si de spiritu veritatis veritas loquens dixit per futurū, Quęcunq; audiet, loquetur: audiet scilicet ab eo à quo ꝓcedit. Audire illius est scire, idē etiam esse. A quo ergo est illi essentia, ab illo audiētia, id est, scientia: quę nō aliud, quā essentia. Audiet ergo dixit de eo quod audiuit, & audit, id est quod semper sciuit, scit & sciet: Eo se hic dicit Augustinus verba cuiuslibet temporis dici de Deo, sed tamē propriè, est. Illud ergo quod Hieronymus dicit ita intelligēdum est. Nō nouit fuisse vel futurum esse, sed tātum esse: i., cum dicitur de Deo quod fuit vel erit: non est intelligendum quod pręteriit vel futur⁹ sit, sed quod existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substātiua diuersorum temporum de Deo dicantur (vt fuit, erit, est, erat) non tamē temporales motus esse distinguunt, scilicet præteritum, vel futurū, vel præteritum imperfectum, vel præteritum perfectum, vel pręteritum pluſquamperfectum: sed essentiam siue existentiam suę diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus proprie dicitur essentia vel esse. Vnde Hilarius in lib 7. de Trinitate ait, Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, & manens causa, & naturalis generis proprietas.

Ioan. 16. 6.

Hic aperit quomodo sint intelligenda.

Non longe à principio lib. 7.

Hic de incommutabilitate. C

DEI etiam solius essentia incōmutabilis dicitur ꝓprie: quia nec mutatur, nec mutari potest: Vnde Aug. in v. lib. de Trin. Aliæ, inquit, essentiæ vel substantię capiunt accidentia, quib⁹ in eis fiat vel magna vel quantacunque mutatio. Deo autē aliquid huiusmodi accidere nō potest, & ideo sola substantia vel essentia, quę est Deus, incōmutabilis

Ca. 2. in fine

bilis est: cui profecto maxime ac verissimè cõpetit esse. Quod enim mutatur; nõ seruat ipsum verum esse: & quod mutari potest, etiã si nõ mutetur, potest quod fuerat nõ esse. Ideoque illud solũ quod non tãtum nõ mutatur, verũ etiam mutari omnino non potest, verissimè dicitur esse, i. substantia patris & filii & spiritus sancti. Ideoque Apostolus loquẽs de Deo ait; Qui solus habet immortalitatem. Vt enim ait August. in libro primo de Trinitate. Cũ anima quodammodo immortalis esse dicatur & sit, nõ diceret Apostol. Solus Deus habet immortalitatẽ, nisi quia vera immortalitas incõmutabilitas est, quã nulla potest habere creatura, quoniam solius creatoris est. vnde Iacobus ait, Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et Dauid. Mutabis ea, & mutabũtur, tu autẽ idẽ ipse es. Ideo Augu. super Genes. dicit. ꝙ Deꝰ nec per loca, nec per tempora mouetur: creatura vero, per loca, & tempora. Et per tẽpora moueri, est per affectiones commutari. Deus autẽ nec loco nec affectione mutari potest, q̃ per Prophetã ait: Ego Deꝰ & nõ mutor, qui est immutabilis solus. vnde recte solus habere dicitur immortalitatem. In omni. n. mutabili natura, vt ait August. cõtra Maximinum, nonnulla mors est ipsa mutatio, q̃a facit aliquid in ea nõ esse ꝙ erat. vndè & ipsa anima humana, quæ ideò dicitur immortalis, quia secũdum modũ suum nunquam desinit viuere, habet tamen quandã mortẽ suam. q̃a si iustè viuebat & peccat, moritur iustitiæ: si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato, vt alias eiꝰ mutationes taceã, de quibꝰ modo longũ est disputare. Et creaturarũ natura cęlestium mori potuit, q̃a peccare potuit. nã & angeli peccauerũt, & dęmones facti sũt, quorũ est diabolꝰ princeps, & q̃nõ peccauerũt, peccare potuerũt, & cuicũq; rationali creaturę pręstatur vt peccare nõ possit, nõ est

1. Tim. 6. Cap 1. Quæ sit verã immortalitas, quæ in solo creatore est. Iacob. 1. ca. 2 Psal. 101. Cap. 19. 20. 21. 22. 23. to. 3

Malac. 3. b.

Li. 3. ca. 21. ad finem:

1. Timo 6.

hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideo solus Deꝰ. vt ait Apost. habet immortalitatẽ, qui nõ cuiusquã gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua cõuersione mutari nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Proinde. vt ait Aug. in 1. l. de Trin. Substantiã Dei sine vlla sui cõmutatione mutabilia facientẽ, & sine vllo suo tẽporali motu tẽporalia creãtem, intueri & nosse, licet sit difficile, oportet. Vere ergo ac proprie incommutabilis est sola diuinitatis essentia, quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

Hic de simplicitate. D

EADEMQVE sola proprie ac vere simplex est, vbi nec partium, nec accidentiũ, nec quarũlibet formarũ vlla est diuersitas, siue variatio vel multitudo. Vt autẽ scias quomodo simplex sit illa substãtia, te docet Aug. in vi. li. de Trin. Animaduerte primo, quare omnis creatura sit multiplex, & nullo modo vere simplex & primũ de corporali, postea de spirituali creatura. Corporalis vtique creatura ex partibus cõstat, ita vt sit ibi aliqua pars minor, alia maior, & maꝰ sit totũ quã quælibet pars & in vnoquoq; corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud est figura Potest n. imminuta magnitudine manere idem color: & eadem figura: & colore mutato manere eadẽ figura, & eadem magnitudo, ac per hoc multiplex esse conuincitur natura corporis: simplex autem, nullo modo.

Quare creatura sit multiplex & non simplex. Cap. 6.

Hic de corporali ostenditur quare sit multiplex

Hic de spirituali creatura ostendit quomodo sit multiplex, & non simplex. E

CREATVRA quoque spiritualis: vt est anima in comparatione quidẽ corporis est simplex sine cõparatione vero corporis, est multiplex & nõ simplex, quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, qui mole nõ diffũditur per spatiũ loci, sed in vnoquoq; corpore & in tota anima est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideo cũ sit aliquid in quauis exi-

Ex eodem lib. 6. c. 1. eodẽ. ẽtinuo.

exiguapar.icula corporis, & sentiat anima, quãuis non fiat in toto corpore, illa tamẽ tota sentit, qa totam non latet. Sed tamẽ nec in ipsa tota anima vera simplicitas est. Cum n. aliud sit artificiosum esse, aliud inertẽ, aliud acutũ, aliud memorẽ, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lętitia, aliud tristitia: posintq; hæc & alia huiusmodi innumerabilia in animæ inueniri natura, & alia sine aliis, & alia magis alia min⁹: manifestum est nõ simplicẽ, sed multiplicem esse naturã. nihil n. simplex mutabile est: omnis autẽ creatura mutabilis est: nulla ergo creatura vere simplex est. De⁹ vero etsi multiplex dicatur, verè tamẽ & sũmè simplex est, dicitur n. magnus, bon⁹, sapiẽs, beatus, verus, & quicquid aliud non indignè dici videtur: sed eadẽ magnitudo eius est quæ sapiẽtia, Non n. mole magn⁹ est, sed virtute, & eadem bonitas eius est, quæ sapiẽtia, & magnitudo & veritas; & nõ est ibi aliud ipsum beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut verum aut bonum esse, aut omnino esse.

Cap. 7. eiusdem l. continuo.

Quomodo Deus simplex est.

Qualiter Deus cum sit simplex, multiplex tamen dicatur. E

Hic diligenter notandũ est cum dicat Aug. solũ Deũ vere simplicẽ esse, cur dicat eundẽ multipliciter dici? Sed hoc nõ propter diuersitatem accidẽtium vel partium dicit, sed propter diuersitatẽ ac multitudinem nominũ quæ de Deo dicuntur: quę licet multiplicia sint, vnum tamẽ significant, scil. diuinã naturam. Hæc n. non ita accipiuntur, cum de illa incommutabili ęternaq; substantia incõparabiliter simpliciore quã est humanus animus, dicuntur, quemadmodum cum de creaturis dicũtur. Vnde Aug. Li. 6. de Trin. Deo, inquit, est hoc esse, quod est fortem esse, vel sapiẽtem esse, vel iustum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius significetur: Humano autẽ animo nõ est hoc

Cap. 4.

Ibidem paulo inferius.

esse, quod est fortem esse, aut prudentem aut iustum, potest enim esse animus, & nullam istarum habere virtutum.

Cap. 1. in fine.

Tanta est Dei simplicitas, quod nulli prædicamentorum subiicitur. G

QVOD autē in natura diuina nulla sit accidētiū diuersitas, nullaq; penitus mutabilitas, sed pfecta simplicitas, ostendit Augustin. in quinto de Trinitate dicēs, Intelligamus Deum, quantū possum⁹, sine qualitate bonū, sine quantitate magnū, sine indigentia creatorē, sine situ præsidentē, sine habitu omnia continentem, sine loco vbiq; totū, sine tempore sempiternū, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilq; patientem, quisquis Deū ita cogitat, & si nondū potest omnino inuenire quid sit ipse, pie tamen caueat, quantū potest aliquid de illo sentire, quod nō sit. Ecce si subtiliter intendas, ex his atq; prædictis aperitur, illa prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ minime cōuenire, quæ nullis est subiecta accidentib⁹.

Quod Deus non proprie, siue abusiue dicitur substantia. H

VNDE nec proprie dicitur substātia, vt Aug. ostendit in lib vii de Trin. Sicut ab eo q̄ est esse appellatur essentia, ita ab eo q̄ est subsistere, substantiā dicimus: si tamen indignum est, vt De⁹ dicatur subsistere. Hoc enim de his reb⁹ recte intelgitur, in quibus vt subiectis, sūt ea quę in aliq̄ subiecto esse dicūtur: sicut in corpore color, aut forma. Corpus n. subsistit: & ideo substātia est. Res ergo mutabiles neq; simplices, ꝓprie dicūtur substātiæ. De⁹ autem si subsistit, vt substātia ꝓprie dici possit, ineſt in eo aliquid tanquā in subiecto: & nō est simplex. Nefas est autē dicere vt subsistat De⁹ & subsit bonitati suæ: atq; illa bonitas non substātia sit, vel pot⁹ essentia, neq; ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tāquam in subiecto. Vnde manifestum

Cap. 4. in fine.

Cap. 5. eiusdem canonis.

Ibidem paulo inferius.

Ibidem paulo inferius.

festum est Deum abusiue substantiã vocari. vt nomine vsitatiore intelligatur essentia, & vere ac ꝓprie dicitur, ita vt fortasse solum Deũ dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est.

Quod non est aliquid in Deo quod non sit Deus.

HVIVS autem essentiæ simplicitas ac sinceritas tanta est, & non est in ea aliud, quod non sit ipsa: sed idẽ est habens, & quod habetur. Vnde Hilariꝰ in septimo libro de Trinitate ait, Non excõpositis Deꝰ, qui vita est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis continetur: neq; qui lux, ex obscuris coaptatur, neq; qui spiritus est, ex disparibus formalis est: totũ quod in eo est, vnum est. Idem in octauo libro de Trin. Non humano modo ex cõpositis Deꝰ est, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totũ vna est natura scil. perfecta & infinita, & nõ ex disparibus cõstituta, sed viuens per totũ ipsa. De hoc eodem Boetius in primo libr. de Trinitate ait: Quocirca hoc verè vnũ est, In quo nullus numerꝰ, nullum in eo aliud præter id quod in eo est: neq; enim subiectum fieri potest. Aug. quoque in libro de fide & symbolo dicit, in Dei substantia nõ est aliquid quod non sit substantia: quasi aliud sit ibi substãtia, aliud quod accidit substantię. Sed quicquid intelligi potest, substãtia est. Verũ hæc dici possũt facile, & credi: videri autẽ nisi puro corde omnino non possunt. Item Aug. in xv. lib. de Trin. Sic habetur in natura vniuscuiusq; trium, & qui habet, sicut immutabilis simplexq; substãtia. vnde Isidor. ait; Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu quod aliud nõ est ipse, & aliud quod in ipso est. Et cũ tantæ simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina, est tamẽ in ea Trinitas personarum. Vnde Aug. in li. 11. de ciuitate Dei: Non ꝓpter hoc natu-

Paulo post medium l. 7.

Non longe à fine libri.

Boetius c. 3.

Cap. 9. circa. finem eiusdem to. 3.

Cap. 4. circa finem.

7. libro etymologiarum Cap. 1.

Cap. 10. in prin. tom. 5.

ram summi boni simplicē dicimus: quia est pater in ea solus, aut filius in ea solus, aut Spiritus sanctus in ea solus, aut quia est sola ista nominū Trin. siue subsistētia personarū, sicut Sabelliani putauerūt. Sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet: excepto quod relatiue quæque persona ad alteram dicitur, nec est ipsa. Nam vtique pater habet filium, ad quē relatiue dicitur, nec tamen ipse est filius: & filius habet patrem, nec tamē ipse est pater. In quo vero ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur vnus habēdo vitam, & eadē vita est ipse. Propter hoc vtique natura hæc dicitur simplex, q̄ non sit aliud habens, & aliud id quod habet, sicut in cęteris rebus est. Nō enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima est sapiētia. Ecce quanta est identitas, quāta est vnitas, immutabilitas, simplicitas, puritas diuinę substātiæ, iuxta infirmitatis nostrę valetudinē assignauimus.

DE DISTINCTIONE TRIVM PERSONARVM.

DISTINCT. IX.

A NVNC ad distinctionē trium personarum accedamus. Teneamus ergo, vt docet August. in li. de fide ad Petrum, patrem & filium & Spiritum sanctum vnum esse Deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium esse ipsum qui pater est, nec spiritum sanctum esse ipsum qui pater est, aut filius. Vna enim est essentia patris & filii & Sp. S. in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quamuis personaliter alius sit pater, alius spiritus sanctus.

Aug. Cap. 1. tom. 3.

Hic de coæternitate filii cum patre. B

GENITVS est enim à patre filius, & ideo alius, nec tamen ante fuit pater, quam filius: coæternæ enim sunt sibi tres personæ.

Argu-

Argumentatio Arrianorum. C

SED cõtra hoc inquit hæreticus, vt refert Ambr. in li. de fide ad Grat. Omne quod natum est, principium habet: & ideò qui a filius natus est, principium habet & esse cœpit: quod hæreticorum ore sic dictum est. Nam ipse Arrius, vt meminit Aug. in 6. li. 2. de Trin. dixisse fertur. *Si filius est, natus est, erat tempus quando non erat filius.*

Amb. ca. 5. circa medium tom.

Cap. 1. ad principium

Responsio Augustini Catholica. D

QVOD hoc dicit, non intelligit etiam natum esse Deo sempiternum esse vt sit coæternus patri filius: sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coæternus est illi, & esset coæternus si ignis esset æternus.

Aug. ibidem continuo.

Oppositio Augustini contra hæreticum. E

ITEM, Si Dei filius, inquit Aug. virtus & sapiẽtia Dei est, nec vnquam fuit Deus sine virtute & sapientia, coæternus est ergo Deo patri filius: dicit autem Apostolus, Christum esse Dei virtutẽ & Dei sapientiam. Aut ergo non fuit quando nõ fuit filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem & sapientiã: q̃ demẽtis est dicere. cõstat. n. quia semper habuit sapiẽtiam, semper ergo habuit filium.

Aug. ibidem inferius.

1. Cor. 1. d.

Responsio Ambrosii ad idem, auctoritate fulta. F

EIDEM quoque Arrianicæ quæstioni Ambros. in hunc modum respondet, Ego, inquam, filium esse natum confiteor: quod reliquum est impietatis, horresco. Scriptum est enim in veteri Testamento, vt vel vnum è pluribus dicam. Ante me nõ fuit alius Deus, & post me nõ erit. Quis ergo hoc dicit? pater an filius? Si filius, ante me, inquit, non fuit alius Deus. Si pater: post me, inquit, non erit. hic priorem, & ille posteriorem non habet. Invicem enim in se, & pater in filio, & filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem dixeris, eius etiam filium designasti, quia nemo ipse pater est sibi: cũ filiũ nominas, etiam patrẽ fateris, quia

Cap. 5. in principio lib. 11. de fide.

Ioan.13.d. nemo ipse sibi filius est. itaq; nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio: semper ergo pater, semper & filius est.

Inuectio Ambrosii contra hæreticum. G

Lib. & cap. citatis, paulo inferius. ITEM dic, inquam, mihi hæretice, Fuitne aliquando tempus: quo omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Nãsi pater esse cœpit, Deus ergo primo erat & postea pater fact⁹ est. Quomodo ergo immutabilis Deus est? Si enim ante Deus, postea pater fuit, vtiq; generationis accessione mutatus est: sed auertat Deus hanc amentiam.

Ineffabile est quomodo filius sit, & non habeat patrem priorem: sicut modus generationis intelligibilis & ineffabilis est. H

Cap. 5. lib. de fide in fine. SED quæris à me, inquit Ambros. quomodo si filius sit, nõ priorem habeat patrem? Quæro item abs te, quando vel quomodo filium putes esse generatum? mihi enim impossibile est generationis scire secretum mens deficit, vox silet, nõ mea tantum, sed & angelorũ: supra potestates, & supra angelos, & supra Cherubin, & supra Seraphin, & supra omnem sensum est, quia scriptum est, Pax Christi supra omnem sensum est. Et si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum admoue: scrutari non licet superna mysteria. Licet scire quod natus sit non licet discutere quomodo natus sit. Illud mihi negare non hoc quærere metus est. Ineffabilis enim est illa generatio. Vnde Esaias, Generationem eius quis enarrabit?

Philip. 4. b.

Esa. 53. b.

Quidam præsumunt discutere generationis seriem. I

Tom. 7. commentario. ad cap. Ec. clesiastæ. QVIDAM tamen de ingenio suo præsumentes, dicunt illã generationẽ posse intelligi, & alia huiusmodi: inhærẽtes illi auctoritati Hierõ sup Eccles In sacris scripturis, quis, sæpissime nõ pro impossibili sed p difficili ponitur: vt ibi, Generationem

Quis scit.

nem eius quis enarrabit? Sed hoc nō dicit Hieron. ideo quod generatio filii ęterna plene intelligi vel explicari posit à quoquam mortalium: sed quia de ea aliquid intelligi, vel dici potest. quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali CHRIsti generatione.

Vtrum debeat dici, semper gignitur, vel semper genitus est filius. K

HIC quęri potest cum generatio filii à patre nec principium habeat nec finem, quia ęterna est, vtrum debeat dici, filius semper gignitur, vel semper genitus est, vel semper gignetur. De hoc Greg. super Iob ait, Dominus Deus IESVS in eo quod virtus & sapiētia Dei est, de patre ante tempora nat⁹ est, vel poti⁹ quia nec cœpit nasci, nec desiit: dicam⁹ verius semper natus, nō autē possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At vero vt ætern⁹ designari valeat & perfectus & semper dicamus, & nat⁹, quaten⁹ & natus ad pfectionem pertineat, & sēper ad ęternitatem: quāuis per hoc ipsum q̄ perfectū dicim⁹, multum ab illius veritatis expressione deuiam⁹: qa q̄ factum nō est, nō potest dici, pprie perfectū, sed balbutiēdo vt possum⁹, excelsa Dei resonemus, Et dominus nostræ infirmitatis verbis cōdescendens. Estote, inquit, pfecti, sicut & pater vester cœlestis perfect⁹ est. Super illum locum etiā Psal. Ego hodiè genui te. De hac generatione filii ita loquitur Aug. Quanquam per hoc q̄ dicit hodie, possit intelligi dies ille quo Christ⁹ secundum hominem nat⁹ est: tamē qa hodie pręsētiam significat, atq; in æternitate neq; præteritum quicquā est, quasi esse desierit: neque futurum, quasi nondum sit: sed præsens tantum, quia quicquid æternum est, semper est: diuinitus tamen accipitur de sempiterna generatione sapientiæ Dei. Ecce his verbis ostendit Aug. quod generatio filii semper est,

Lib. 29. moralium ca. 1. in principio

Matth. 5.

Psalm. 2.

In tom. 8. in expositione huius Ego hodie psal. 2.

Chrys. tom. 4. homil. 2. ad locum 1. c. Epi. ad Hebr. Ego hodie genuite.

nec præterit, nec futura est, quia æterna est. Ideo dixit genui, ne nouum putaretur, scilicet ne videretur incœpisse: hodiè dixit, ne præterita generatio videretur. Ex his ergo verbis Prophetæ, vt ait Ioan Chrysost. nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essent a patris semper genitus est filius, Aug q. 37. li. 83 qq. ait melior, est semper natus, quam qui semper nascitur: quia qui semper nascitur, nondum est natus: & nūquam natus est, aut natus erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse. Ac per hoc nunquam filius, si nunquam natus, filius autem, quia nat' est, semper est filius: semper igitur natus.

Origenes videtur dicere contrarium: ait enim quod semper generatur filius à patre. L

Orig. tom. 2. Homil. in Hierem. 6. in fine.

ORIGENES vero super Hieremiam dicit, quod filius semper generatur à patre, his verbis: Saluator noster est sapientia Dei, sapientia vero est splendor æternæ lucis: saluator ergo noster splendor est charitatis. Splendor autē non semel nascitur, & desinit: sed quoties ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur: toties oritur etiam splendor claritatis, sic ergo saluator semper nascitur. Vndè ait in lib. Sapien. Ante omnes colles generat me Dominus: non, vt quidam male legunt, generauit. His verbis apertè ostendit Origenes, sanè dici posse & debere, filius semper nascitur: q̄ videtur cōtrarium illi verbo Gregorii prę̄misso, scil. nō possum⁹ dicere, semper nascitur.

Exponit præmissa verba Gregorii, ne putetur, inter doctores esse contrarietas. M

SED nè tanti auctores sibi contradicere in re tanta videantur, illa verba Greg. benignè interpretemur, Dominus inquit, Iesus ante tempora nat⁹ est de patre: vel potius, quia nec cœpit nasci nec desijt, dicam⁹ veri⁹, semper nat⁹. Sed quomodo veri⁹ dicitur hoc, scil. quod filius semper natus est, quam illud scil. quod de patre ante tempora

natus est? illud n. sincera & catholica fides tenet ac prædicat, vt istud. Quare ergo ait, dicamus verius, cum vtrumq; pariter sit verum? nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorē euidentiā & expressionē veritatis dici quā illud. His etenim verbis omnis calumniādi versutis hæreticis obstruitur aditus, quibus Christi secundum deitatē generatio sine initio, & sine fine esse, ac perfecta monstratur. Non autē adeo aperte semper manifestatur veritas cum dicitur, filius ante tempora genitus est de patre, vel filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit Gregor. quod nō possumus dicere, sēper nascitur. Non inquam, ita conuenienter, non ita cōgrue ad explanationem veritatis. potest tamē dici si sane intelligatur: semper n. nascitur filius de patre: vt ait Origenes, non quod quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est, natiuitas eius sempiterna est.

Quod filius semper generatur, cōfirmatur ex dictis Hilarii. N

HILARIVS quoq; dicit filiū nasci ex patre in lib. 7. de Trin. his verbis, Viuens Deus, & naturæ æternæ viuētis potestas est & quod cum sacramēto scientiæ suę ex eo nascitur, nō potuit aliud esse quā viuens. Nā cum ait. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: docuit vitā in se per viuētem patrē inesse. Ecce hic habes, quia filius nascitur ex patre. Itē in eodē, cum dicit Christus; Sicut pater habet vitā in se, sic & filio dedit vitā habere in semetipso: omnia viua sua ex viuēte testatus est. Quod autē ex viuo viuū natū est, habet natiuitatis perfectū sine nouitate naturæ. Nō n. nouū est q; ex viuo generatur in viuum, qa nec ex nihilo est; & vita quæ natiuitatē sumit ex vita, ne cesse est per naturæ vnitatē & perfectę natiuitatis sacramētum, vt & in viuente viuat, & in se habeat vitā viuentē. Ecce & hic habes qa generatur ex viuo

Hilarius paulopost libri medium 7. Ioan. 6. f.

Ioan. 5. d. Idem in eodem continuo.

Ibid. paulo inferius.

viuo viuens filius. Item in eodem. In Deo totũ est viuit: Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquã esse nisi viuũ: neque ex deriuatione, sed ex virtute natiuitatis est, Ac si dum totum qđ viuit, & dum totum quod ex eo nascitur virtꝰ est habet natiuitatem filius, nõ demutationẽ. Et hi dicit quia nascitur. Item in 9. lib. de Trin. Donat

Hilar. post lib. 9 medium.

pater filio tantum esse, quantum est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in sua forma generat. Hic dicit quia generat pater filium.

Breuiter docet quid de hoc concedendum sit.

DICAMVS ergo filium natũ de patre antetẽpora, & semper nasci de patre, sed cõgruentius sẽper natũ & eundẽ fateamur ab ęterno esse, & patri coęternũ, id est, auctori. Pater enim generatione auctor filii est, vt in sequẽti ostendetur. Vt ergo pater est æternus, ita & filius æternꝰ est: sed pater sine auctore, filiꝰ vero nõ: quia pater innascibilis, filius natus. Et vt ait Hilarius in xii. libr. de trinit.

Hilar. penè in medio libri.

aliud est sine auctore semper esse æternũ, aliud patri i. auctori, esse coęternum. Vbi autem pater auctor est, ibi & natiuitas est: quia sicut natiuitas ab amore est, ita & ab æterno auctore æterna est natiuitas. Omne autem qđ semper est, etiã ęternũ est: sed tamen nõ omne quod æternũ est, etiam innatum est: quia qđ ab æterno nascitur, habet æternũ esse quod natum est. Quod autem non natũ est, id cum æternitate non natum est: qđ vero ex æterno natum est, id si nõ æternum natum est, iã non erit & pater auctor ęternꝰ. *Si* quid ergo ei qui ab ęterno patre natꝰ est, ex ęternitate defuerit, idipsũ nõ est auctori ambiguũ defuisse: quia si gignẽti est infinitũ gignere, & nascenti etiam infinitum nasci est. Medium enim quid inter natiuitatẽ Dei filii, & generationẽ Dei patris, nec sensꝰ admittit: quia & in generatione natiuitas est, & in natiuit. generatio

tio est: quia sine vtroq; neutrum est, vtrunq; ergo sine interuallo sui est.

Argumentatio hæretici. P

Sed inquiet hæreticus, Omne quod natũ est, nõ semper fuit: quia in id natũ est vt esset. Nemo ambigit quin ea, quę in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, ꝙ semper nõ fuit: aliud est ex eo natum esse, ꝙ semper est. Ibi nec semper fuit, qui pater est: nec semper pater est: & qui non semper pater est, non semper genuit: vbi autem semper pater est, semper filius est. Quod si semper Deo patri proprium est, ꝙ semper est pater, necesse est filio semper proprium esse quod sẽper est filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostram vt non fuerit semper, cui proprium est semper esse quod natum est? Natum ergo vnigenitum Deum confitemur, sed natum ante tẽpora, nec ante esse quam natum, nec ante natum quã esse, quia nasci quod erat iam, non nasci est, sed seipsum demutare nascendo. Hoc autẽ humanum sensum & intelligentiam excedit mũdi, non hoc capit ratio humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ, fidelis professio est.

Responsio Hilarii lib. 12 fere continuo, supra dicto.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. inferius

HIC DE SPIRITV SANCTO AGITVR & prius quod sit amor patris & filij, dicitur.

DISTINCT. X. A

NVNC post filii æternitatem, de spiritu sancto quantum Deo donante videre conceditur, differamus. Spiritus sanctus amor est siue charitas, siue dilectio patris & filii. Vnde August. in decimoquinto de Trin. lib. ait, Spiritus sanctus nec patris est solius, nec filii est solius, sed amborum: & ideo cõmunem qua inuicẽ se diligunt pater & filius, nobis insinuat charitatem.

Aug. in principio tom. 2.

Quod

Quod Spiritus sanctus propriè dilectio dicatur: & tamen Trinitas sit dilectio.

IOANNES autem in epistola canonica ait, Deus charitas est nō dixit, Spiritus sanctus charitas est, quod si dixisset, absolutior esset sermo: & nō parua pars quęstionis decisa: sed quia dixit, Deus charitas est, incertum est, & ideo quærendum est, vtrum Deus pater charitas an filius, an Sp. sanctus; at Deus ipsa Trinitas, quia & ipsa nō tres dii, sed vnus est Deus. Ad hoc Aug. in eodem libro ita dicit. Nescio cur sicut sapientia & pater dicitur, & filius, & Spiritus sanctus, & simul omnes nō tres sed vna sapientia: nō ita & charitas dicatur pater & filius, & Spiritus sanctus, simul omnes vna charitas. Non ideo tamen quisquam nos inconueniēter æstimet charitatem appellare Spiritum sanctum: quia & Deus pater, & Deus filius potest charitas nuncupari, sicut proprie verbum Dei etiam sapientia Dei dicitur, cum & pater & Spiritus sanctus sit sapientia.

1. Ioan. 4. c.

Exod. ca 17. paulo inferius.

Ibid. paulo inferius.

Sicut verbum Dei proprie dicitur sapientia, & tamen tota Trinitas dicitur sapientia: ita & Spiritus sanctus proprie dicitur charitas: & tamen pater & Filius & Spiritus sanctus dicitur charitas.

Si ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet, quis aptius quā spiritus sanctus? vt scil. in illa summa simpliciq; natura nō sit aliud substantia, & aliud charitas: sed substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit substantia, siue in patre, siue in filio, siue in Sp. S & tamen Sp. S. proprie charitas nuncupatur. Ecce his verbis aperte dicit Aug. quod in Trin. charitas aliquando refertur ad substantiā, quæ cōmunis est trium personarum & tota in singulis: aliquando specialiter ad personā Sp. Sanct. sicut sapientia Dei aliquando pro substantia diuina: aliquando pro filio proprie accipitur, & hoc in multis fieri reperitur.

Aug. eodem lib. ca. eodē continuo.

Exemplis

Exemplis firmat eadem nomina proprie & vniuersaliter accipi. D

PLVRIBVS enim exēplis doceri potest, multa rerum vocabula, & vniuersaliter poni, & proprie quibusdam rebus adhiberi: sicut Legis nomine aliquando simul omnia veteris Testamenti significantur eloquia, aliquādo autē proprie vocatur lex quæ data est per Mosen. Multa alia supersunt exēpla sed in re aperta vitanda est longitudo sermonis. Sicut ergo vnicum Dei verbum proprie vocamus nomine sapientiæ, cum sit vniuersaliter & Spiritus sanctus & pater ipsa sapiētia: ita Spiritus sanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur, cum sit pater & filius vniuersaliter charitas. *Ibidem. consequenter.*

Auctoritatem ponit, quod filius proprie dicitur sapientia. E

SED Dei verbum, id est, vnigenitus Dei filius, aperte dictus est Dei sapientia, ore Apostoli dicētis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Spiritus autē sanctus vbi sit dictus charitas, inuenim⁹ si diligēter Ioannis Apostoli eloquium scrutemur: qui cum dixisset, Diligam⁹ inuicē, quia ex Deo est dilectio: adiunxit, Et omnis qui diligit, ex Deo nat⁹ est; quia dilectio De⁹ est. Hic manifestauit se dixisse eā dilectionē esse Deum, quā dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio: sed quia & fili⁹ ex Deo patre natus est, & Sp. sanctus ex Deo procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionē, merito quæritur. Pater n. solus ita Deus est, vt nō sit ex Deo: & ideo dilectio, quæ ita Deus est, vt ex Deo sit, nō ipse pater est, sed aut filius aut spiritus sanct⁹. Sed in consequentib. cum Dei dilectionem commemorasset Ioan. qua dilexit nos; & hinc hortatus esset, vt & nos inuicē diligamus, atque ita Deus in nobis maneat: vtiq; dilectionē Deū dixerat, statim volens de hac re aperti⁹ aliquid eloqui, inquit, In hoc cognoscim⁹ quia *Ibid. Aug. paulo inferius.* *1. Ioan. 4. b.* *In eod. cap.*

quia in ipso maneam⁹ & ipse in nobis, quia de suo spiritu dedit nobis, Spiritus itaq; sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipse ergo Deus est dilectio. Deus ergo Spiritus sanctus qui procedit ex Deo, significatur vbi legitur, Deus dilectio: & dilectio ex Deo est. Ecce his verbis aperte dicit spiritum sanctum esse charitatem patris & filij: & in tantum quoque sermonem produxit, vt videatur dixisse spiritum sanctum non solum esse dilectionē patris & filii, qua se inuicē & nos diligūt, sed etiā qua diligim⁹ Deum. Sed vtrū ipse sit charitas qua nos diligamus Deum, in sequenti explicatur.

Dist. 17. primi.

Redit ostendere quod proposuerat, scilicet, quod spiritus sanctus sit amor, quo pater à filio & filius à patre diligitur. F

NVNC vero quod incepimus ostendere, curemus scilicet Spiritū sanctū dilectionē esse, siue amorem patris & filii: quo scilicet pater diligit filiū, & filius patrem. De hoc Hieron. super 17. psal. ait, Spiritus sanctus nec pater est, nec filius, sed dilectio quam habet pater in filium, & filius in patrem. Aug. quoque in 6. libro de Trin. ait. In omnibus æqualis est patri filius, & est vnius eiusdemq; substātiæ. Quapropter etiam S. sanctus in eadem vnitate substantiæ, & æqualitate consistit.

Hieron. ad primum versum Psal. 17. nunc diligam te domine tom. 8. Aug. c. 5. eiusdem continuo.

Quid sit Spiritus sanctus, his aperitur. G

SIVE enim sit vnitas amborum, siue sanctitas, siue charitas, manifestum est, quod non aliquis duorum est quo vterque coniungitur: quo genit⁹ à gignente diligatur gēitorēq; suum diligat, sintq; non participatione sed essentia sua: neq; dono superioris alicuius, sed proprio suo seruantes vnitatē spirit⁹ in vinculo pacis. Ecce hic habes Spiritū sāctū esse quo fili⁹ diligitur à patre, & pater à filio: & quo illi duo seruēt vnitatē pacis. Spirit⁹ ergo sāct⁹, vt ait Aug. in eodē cōmune est aliquid patris & filij

Aug. ca. 5. li. 6. de tri. continuo. Ad Ephes. 4. a.

filii, quicquid illud est. At ipsa communio, cõsubstantialis, & coæterna est: quæ si amicitia conuenienter dici potest, dicatur, sed aptius dicitur charitas, & hæc quoque substantia, quia Deus substantia est, & Deus charitas est. Tria ergo sunt, & non amplius: vnus diligens eum qui de illo est, & vnus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio, quæ si nihil est, quomodo Deus substantia est?

Lib. eodem paulo inferius. Cap. 5.

Ibidem inferius.

Quod Spiritus sanctus sicut communis est patri & filio, ita commune nomen habet proprium. H

Hic notandum est, quod sicut Sp.S. in Trinitate, specialiter dicitur charitas, quæ est patris & filii vnio: ita & nomen tenet propriè quod patri & filio communiter quodammodo congruit: vnde Aug. in 15. lib. de Trin. Si charitas, inquit, quia pater diligit filium, & patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid conuenientius quàm vt ille propriè dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur & intelligitur, vt non solum Spiritus sanctus charitas sit in illa Trin. sed non frustra propriè charitas nuncupetur propter illa quę dicta sunt: sicut nõ sol⁹ in illa Trin. vel sp. est: vel sanctus: quia & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus: & tamen ipse non frustra dicitur sp.S. Qui enim est communis ambobus, id vocatur ipse propriè, quod ambo communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus Sp.S. est charitas, profectò & filius non solius patris, sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Ait enim Apost. de Deo patre, Transtulit nos in regnum filii charitatis suę. Si ergo nõ est in ista Trinitate charitas Dei nisi Spiritus sanctus, filius est etiam Spiritus sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat vt non solus ibi sit charitas sp. S. sed propter illa de quibus satis disserui, propriè sic vocatur.

Colo. 1. b. Ibid. paulo inferius.

QVOD SPIRITVS SANCTVS PROCEdit à Patre & Filio.

DISTINCT. XI.

Ex Aug. c. 26 lib. 15 de Trin. 5.
Gal. 4.
Rom. 8 b.
Ad Ro. 8. b.
Matth. 10. c.
Ioan. 14. d.
Ioan. 15. d.

HIC dicendum est spiritũ sanctum à patre & filio, & procedere à patre & filio: quod multi hæretici negauerunt. Quod autem de vtroque procedat, multis diuinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim apostolus, Misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spiritus filii. Et alibi, Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu Sancto. dicit in euangelio: quem ego mittam vobis à patre. Patris autem spiritus dictus est, vbi legitur. Si spiritus eius, qui suscitauit Christum à mortuis habitat in vobis. Et ipse Christus dicit, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritꝰ patris vestri qui loloquitur. Et in alio loco. Quẽ mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de sp. sancto ait, De patre procedit. His & aliis auctoritatibꝰ pluribus ostẽditurq; Spiritꝰ sanctus à patre & filio procedit.

Quod Græci non concedunt Spiritum sanctum procedere à filio.

Quare dicatur.
Prima causa.
Ioan. 15. d.
Secunda causa.

GRÆCI tamen dicunt Spiritum sanctum procedere tantum à patre & non à filio. Quod ideo dicunt, quia veritas in Euangelio fidem integram cõtinente, de processione spiritꝰ loquens solũ patrem commemorat dicens, *S*piritus qui à patre procedit. Et etiam ideo, quia in principalibus cõciliis, quę apud eos celebrata sũt, ita symbola eorũ subiunctis anathematibus sancita sunt, vt nulli de Trin. fide aliud docere vel aliter prædicare quã ibi continetur liceat. In quib. quidẽ symbolis cum *S*p.s. cõmemoretur procedere à patre, & nõ à filio, Quicũq; inquiunt à filio eũ procedere addũt, anathema incurrunt: vndè & nos arguũt anathematis

matis reos. Addunt etiã ad assertionẽ suę opinionis, & in testimoniũ nostrę damnationis, de symbolo fidei, ꝙ secundum traditionẽ prædictorum conciliorũ Leo III. Rom. transcriptum in tabula argentea post altare B. Pauli posita, posteris reliquit ꝓ amore (vt ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. Inquo quidẽ symbolo, in ꝓcessione spiritꝰ solꝰ cõmemoratur pater his verbis: Et in spiritũ sanctũ Dominum & viuificatorẽ, ex patre ꝓcedentẽ: cum patre & filio coadorandũ & glorificandum, &c. Illud est symbolum quod in missa cantatur, editum in Niceno concilio: in fine cuius subiunctum est: Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema sit. ideoq; Græci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus S. sanctũ à filio procedere, quod ibi non cõtinetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur: Qui à patre filioq; procedit: alterum à Latinis est additum, scilicet filioq;. *In symbolo Cõst. synodi prima.*

Responsio, vbi determinantur prædicta.

Nos autem verba ita determinamꝰ: Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, i. contrariũ docuerit, vel contrario modo prędicauerit, anathema sit. Aliud ergo posuit ꝓ oppposito. qualiter & Apost. in epist. ad Gal. si quis aliud euangelizauerit, i. cõtrarium, anathema sit. Nõ dicit, si quis addiderit. Nã si illud diceret, sibiipsi, vt ait Aug, præiudicaret, qui cupiebat venire ad quosdã quibus scribebat, sicut ad Thess. vt suppleret, quæ illorũ fidei deerant. Sed qui supplet ꝙ minus erat, addit: nõ quod inerat, tollit. Qui autẽ prætergreditur fidei regulã: non incedit in via, sed recedit à via. Ad illud autẽ quod de euangelio opponunt, respondemus ita: quia cum dicat in eo veritas Sp. sanctũ à patre procedere, non addidit solo, & ideo etiam à se, ꝓcedere nõ negat: sed ideo patrem tantũ nominat, quia ad eum solet referre etiam quod ipsiꝰ est, quia ab illo habet. *Galat. 3 b.* *Thessal. 3, c.*

Quod Græci in sensu nobiscum conueniunt, etsi verbis differant. D

SCIENDVM est tamen quod Græci confitẽtur spiritum sanctum esse filii, sicut & patris; quia & Apostol⁹ dicit Spiritũ filii. Et veritas in Euangelio Spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud Spiritũ sanctum esse patris vel filii, quàm esse à patre & filio: etiam in hoc in eãdem nobiscum fidei sentẽtiã conuenire videntur, licet in verbis dissentiãt.

Galat. 4. Ioan. 16. 6.

Auctoritatibus Græcorum ostendit Spiritum sanctum procedere etiam à filio. E

VNDE etiam quidam eorũ Catholici doctores intelligentes vnam eãdemq; fore sententiã prædictorum verborũ, quibus dicitur Spiritus sanct⁹ ꝓcedere à filio, & esse filii, professi sunt spiritum sanctum etiam ꝓcedere à filio. Vnde Athanasi⁹ in symbolo fidei. Spiritus sanct⁹ à patre & filio, nõ factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Ecce spiritum sanctum aperte dixit ꝓcedere à patre & filio. Didymus etiam eorum maxim⁹ doctor, in li. 2. de Spiritu sancto, Spiritum sanctum à filio procedere dicit. Saluator, inquit, qui est veritas. Non n. loquetur à semetipso, hoc est nõ sine me & sine meo & patris arbitrio, quia inseparabiliter est à me & à patris volũtate: quia ex se nõ est, sed ex patre & me est. Hoc. n. ipsũ quod subsistit & loquitur, à patre & à me illi est. Idẽ Spirit⁹ sanct⁹ qui est spiritus veritatis, spiritusq; sapiẽtiæ nõ potest audire à filio loquente quę nescit, cũ hoc ipsum sit q̃ profertur à filio, i. procedens Deus de Deo, spiritus veritatis, procedens à veritate, cõsolator manãs ex consolatione nam Cyrillus Episcopus in epistola Nestorio directa ait: Spiritus intelligitur ꝑ se secundum q̃ spiritus est, & non filius: sed tamẽ non est alienus ab eo, Spiritus enim veritatis nominatur, & perfluit ab eo sicut ex Deo patre. Ioãnes quoq; Chrys. in Hõ. quadã de expositione symboli

Athanas. in symbolo quod communiter in ecclesia dicitur ad primam.

Didymus lib. 2. post. medium quem transtulit Hiero. & habetur inter huius opera. to. 7. in fine.

2. paulo inferius.

Cyrillus epist. 10 inter epistolas post mediũ, tom. 4.

Chrys. st. Hom. 1. in expositione symboli.

boli sic ait. Iste est Spiritus procedēs de patre & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idē in alia Hom. credendum est Spiritum sanctum patris esse, & filii. Istum Sp. sanctum dicimus patri & filio coæqualē, & procedentē de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpāt bonos mores. Ecce à doctoribus Græcorum aperte habem⁹ testimonia, quibus Sp. sanctum à patre & filio ꝓcedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur, Spiritum sanctum procedere à patre & filio.

Apostolorū tom. 5. Idem Chrys. Hom. 2. in expositione eiu sdē symboli, tom. eodem.

ꝓTRVM SPIRITVS SANCTVS PRIVS vel plenius procedat à patre quam à filio.

DISTINCTIO XII.

ITEM quæritur cum Spiritus sanctus à patre ꝓcedat & à filio. vtrum prius vel magis ꝓcesserit à patre quam à filio: quod nititur hæreticus ostendere ita dicens: *Si* processit Spiritus sanctus à patre processit vtiq; aut nato iam filio, aut nō nato filio. *Si* vero iam nato filio processit, ante natus est filius quā processerit *Spiritus* Sanctus: præcessit ergo natiuitas filii processionem Spiritus sancti. *Si* autem processit à patre non genito filio, ante processit quam filius genitus fuerit.

Argumentatio hæretici.

Responsio Aug. ad id quod primo quærebatur scilicet an prius à patre quam à filio processerit.

EHIS & huiusmodi quæstionib⁹ magis laboriosis quam fructuosis respondet Aug. in xv. libr. de Trin. dicens, in illa summa Trin. quę Deus est, interualla temporum nulla sunt per quæ possit ostēdi aut saltē requiri vtrum pri⁹ de patre nat⁹ sit fili⁹ & postea de ambob⁹ ꝓcesserit Sp. s. Nunquid ergo possumus quærere vtrum iā processerat de patre Sp. s. quando natus est filius: an nondum processerat, & illo nato de vtroq; processit. Non possūt prors⁹ ibi istaquęri, vbi nihil ex tēpore incho-

In principio cap. 26.

Paulo inferius.

Ibid paulo inferius.

atur, vt ex cõseqnẽti persiciatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationẽ filii de patre, intelligat sine tempore processionẽ Spiritus sancti de vtroque. Ecce his verbis absoluta est quęstio illa qua quærebatur, vtrum prius processerit Spiritus sanctus à patre quam à filio.

Hic agitur de eo quod secundo quærebatur scilicet an plenius vel magis processerit à patre quam à filio. C

NVNC tractandum est ꝙ secundo quærebatur scilicet an plenius aut magis procedat S. sanctus à patre quã à filio. Ad quod dicimus, quia sicut non ante procedit à patre quam à filio: ita non plenius vel magis procedit à patre quam à filio. Aug. tamẽ in xv. de Trin. dicens, ꝙ Sp. sanctus principaliter procedit de patre. Non frustra, inquit, in hac Trin. non dicitur verbum Dei nisi filius: nec donum Dei, nisi Sp. sanctus: nec de quo genitum est verbum, & de quo procedit Spiritus sanctus principaliter, nisi Deus pater. Ecce audistis, quia Spiritus sanctus principaliter procedit à patre. Sed né te hoc turbaret, ipse continuo, ex quo sensu hoc dixit, aperit, dicens. Ideo addidi principaliter, quia de filio Spiritus sanctus ꝓcedere reperitur: sed hoc quoq; illi pater dedit non iam existenti, & nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit gignẽdo dedit. Sic ergo cum genuit, vt etiã de illo donũ cõmune procederet, & Sp. sanct. Spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet, quomodo spiritus principaliter procedat à patre: non quia prius vel magis procedat à patre quam à filio: sed quia cum procedat à filio, hoc ipsum habet filius à patre.

Cap. 1. ad medium huius.

Ibidem continuo.

Ex eodem sensu etiam dicitur Spiritus sanctus proprie procedere à patre. D

Ex eodẽ sẽsu etiam dicitur procedere propriè de patre. vnde Hierõ. in expositione catholicę fidei Niceniq; symboli ait. Credimꝰ in sp. sanctum qui

Hieron. in explanatione fidei post

qui de patre procedit proprie. Item Spiritum sanctum verum Deum inuenimus in scriptura, & de patre esse proprie. Et item, De patre filius & sp.s. propriè & verè de patre procedit. Ecce aperte dicit spiritum sanctum proprie esse de patre, & proprie procedere à patre. Quod non est ita intelligendum, tanquam prius vel plenius à patre procedat quam filio, sed quia hoc habet paterà se non ab alio, vt de ipso sit & procedat Spiritus sanctus. Filius autem non à se, sed à patre hoc habet, vt de ipso sit & procedat Spiritus sanctus.

medium huius.

Ibidem continuo.

Ibid. paulo superius.

Ex eodem sensu dicitur Spiritus sanctus esse & mitti à patre per filium. E

FORTE etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur Spiritus sanctus mitti per filiū, & à patre esse per filium. vnde Hilarius ad Deum patrem de spiritu sancto & filio loquens in 12. libr. de Trin. ait. In Spiritu sancto tuo ex te profecto, & per eū missō. Item, Ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet, ita quod ex te per eum Sp. S. tuus est: quod & si sensu non percipiam, tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem, Conserua hāc oro fidei meę religionem, vt ꝙ in regenerationis meæ symbolo professus sum, semper obtineam: te patrem, scilicet, & filium tuum vna tecum adorem, Sp. S. tuum, qui ex te per vnigenitum tuum est, promerear. Ecce aperte dicit S. sanctum à patre per filium & mitti, & esse: quod non est intelligendum quasi à patre per filium minorē mittatur vel sit, sed qa ex patre & filio est, & mittitur ab vtroꝙ, sed hoc ipsū habet filiꝰ à patre, vt ab ipso sit & mittatur Sp. S. Hoc ergo voluit significi. Hilar. distin. faciēs in locutiōe, vt ostēderet in patre esse auctoritatē. Inde est etiam, ꝙ veritas ostēdēs patrē esse auctorē processionis, qua ꝓcedit spiritꝰ à filio, dixit in Euangelio. De patre procedit, cū & de patre, & filio

Hilarius ad finem. Duodecimi libri.

Ibid. paulo inferius.

Ibidem inferius in fine.

Ioannis 15. *Augustin. ad principium cap. 27.*

lio procedat Spiritus sanctus. Vnde Augustin. in 15. de Trin. quærit: Si de patre & filio procedit Sp. S. cur filius dixit: De patre procedit: Cur putas, nisi quia solet ad eũ referre, etiam quod ipse est, sicut & de quo ipse est: sicut ait, Mea doctrina non

Ioan. 7. b.

est mea, sed eius qui misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina, quã tamen non dixit suam, sed patris, quanto magis illic intelligendus est Sp. S. de ipso procedere, vbi sic ait, de patre procedit: vt non diceret de me non procedit. A quo autem habet filius vt sit Deus (est enim Deus de Deo) ab illo vtique habet, vt etiã de illo procedat Sp. S. Et ideo Spiritus sanctus vt etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Quapro-

Aug. ad finẽ ca. 16. lib. 15. de Trin. Ioan. 3.

pter qui potest intelligere in eo quod ait filius habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse, vt vita quam pater filio gignendo dedit, coæterna sit vitæ patris qui dedit. Intelligat etiam sicut habet pater in seipso, vt de illo procedat Sp. S. sic dedisse filio, vt etiam de illo procedat idem Sp. S. & vtrumq; sine tẽpore. Ita ergo dictum est Sp. S. de patre procedere, vt intelligatur quod etiam procedit de filio, de patre esse & filio: Si enim quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet vtiq; vt de illo procedat Sp. S. sed nulla ibi tempora cogitentur, quæ habeant prius & posterius: quia ibi omninò nulla sunt.

QVARE SPIRITVS SANCTVS CVM SIT De Substantia Patris; Non dicatur genitus vel filius, sed tantum procedens.

DISTINCT. XIII.

POST hęc cõsiderandum est, quantumàtalibus quales nos sumus intelligi potest, cũ Spiritus sanctus procedat de patre, & sit de substantia patris

patris, cur non dicatur esse natus, sed potius procedere: & cur dicatur filius? Quare autem Sp. S. non dicatur vel sit natus, & ideo non sit filius, Augustin. ostendit in 15. lib. de Trin. dicens, Si spiritus sanctus filius diceretur, amborum vtique filius diceretur: qꝫ absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris & matris. Absit autem vt inter Deum patrem, & Deum filium tale aliquid suspicemur. Absurdissimè ergo filius diceretur amborum, id est, patris & filii. Amborum enim filius diceretur, si eum ambo genuissent: quod abhorret omnium sanorum sensus. Non ergo ab vtroque est genitus, sed procedit ab vtroꝫ amborũ spiritus, His verbis ostenditur, cur Sp. S. cũ sit de patre, nõ tamẽ dicatur genitus, vel filius.

Cap. 27. Nõ lõge à principio.

Cap. 26. eiusdem lib. 15. in fine

Cum spiritus sanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere. B

CVM autem spiritus sanctus non dicatur genitus, sed tantum procedens, quæri solet cur filius non dicitur tantum genitus, sed & procedens. Sicut ipse in Euangelio Ioannis ait, Ego ex Deo processi vel exiui, & veni in mundum. Non ergo tantum sp. S. procedit à patre, sed etiam filius. Adꝫ dicimus, quod cum vterque procedat à patre, dissimiliter tamen. Nam sp. S. vt ait Aug. in lib. de Trin. procedit à patre non quomodo natus, sed quomodo datus vel donũ: Filius autẽ processit nascẽdo, exiit vt genitꝰ. At per hoc illud elucescit vt potest, scil. cur spiritus sanctus etiam non sit filius, cum & ipse à patre exeat. Ideo spiritus non dicitur filius, quia neꝫ natus est sicut vnigenitus: neꝫ factus, vt per Dei gratiam in adoptionem nasceretur sicut nos.

Augu. cap. 14 lib 5. de Trinit. ad principiũ. Ioannis. 1.

cap. 14 cõtinuo.

Quod non potest distingui à nobis inter generationem filii & processionem spiritus S. C

INTER generationẽ vero filii & processionem Sp. S. dum hic viuimus, distinguere non sufficimus.

mus. Vnde Aug. Maximino præmissam quæstionem refricanti. s, quærenti cur S. sanctus nõ diceretur filius, cum de patris esset substantia. respondens sic ait. Quæris à me si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam S. sanctus cur vnus filius sit, & alius non sit filius? Ecce respondeo, siue capias siue non capias. De patre est filius, de patre est S. sanctus: sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patri, de quo genitus: iste autem Spiritus sanctus est vtriusque, quoniam de vtroq; procedit. sed ideo cum de illo loqueretur ait: De patre procedit, quoniam pater processionis eius auctor est, qui talẽ filium genuit, & gignẽdo ei dedit, vt etiam de ipso procederet sp. S. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret discipulis. Accipite spiritum sanctum, eumque insufflando daret, vtà se quoque procedere significans, apertè ostenderet stando quod spirando dabat occultè. Quia ergo si nasceretur, non tantum de patre, nec tantũ de filio, sed de ambob⁹ vtiq; nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborũ, nullo modo esset, nõ oportuit nasci eum de ambobus, amborum est ergo spiritus sanctus, procedendo de ambobus.

Tom. 6. lib. contra Maximini. haret 3. c 14. in princip.

Ioan. 15. d.

Ioan. 20 f.

Aug. ibid. consequẽter.

Hic dicit quod non valeat inter illa duo distinguere. D QVID autem inter nasci & procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? Non omne quod procedit, nascitur: quamuis omne procedat, quod nascitur. Sicut enim omne quod bipes est, homo est: quãuis bipes sit omnis, qui homo est. Hoc scio, distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem nescio, nõ valeo, nõ sufficio. Ac per hoc qa & illa & ista est ineffabilis: sicut Propheta de filio loquẽs ait, Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? ita de sp. S verissimè dicitur, Processionẽ ei⁹ quis enarrabit? Satisfit ergo nobis, qa nõ est à seipso fili⁹, sed ab illo

Isaiæ 53. c.

illo de quo natꝰ est: nõ est à seipso Spiritus sanctꝰ, sed ab illo de quo procedit. Et quia de vtroq; procedit sicut iam ostendimꝰ. De spiritu sancto quomodo ipse de Deo sit, nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo non nascendo legitur esse de Deo: iam superius, quantum visum est disputauimus.

An spiritus sanctus debeat dici ingenitus. E

NVNC considerandum est, cum Spiritus sanctꝰ non sit genitus, vtrum debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus. Spiritum sanctum nec genitũ nec ingenitum debere dici. Vnde Aug. ad Orosiũ ait: Spiritũ sanctum nec genitum, nec ingenitũ fides certa declarat: quia si dixerimus ingenitum, duos patres videbimur affirmare; si autẽ genitũ, duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus, ita & solꝰ pater dicitur ingenitꝰ, eo q; ab alio nõ sit. vnde Aug. in xv. l. de Trin. Pater inquit, solus nõ est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus, nõ quidẽ in scripturis, sed in cõsuetudine disputantiũ, & de re tãta sermonẽ qualem valuerint proferentiũ. Filius autem de patre natꝰ est: & S. sanctus de patre principaliter & cõmuniter de vtroq; procedit. Ideoq; cum Sp. sanctum genitum non dicamus dicere tamen ingenitum non audemus, ne in hoc vocabulo, vel duos patres in illa Trin. vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur. Ecce his verbis aperte ostendit Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum debere dici.

Tomo 4. in dialog. quæstionum 67. quæst. 2. in principio.

Cap. 16. in fine.

Ibid. paulo inferius.

Quod Hieronymus dicit spiritum sanctum ingenitum, quod videtur prædictis aduersari. F

HIERONYMVS tamen in regulis definitionũ cõtra hæreticos, dicit Sp. sanctum genitum esse, his verbis, Spiritus sanctus pater non est, sed ingenitus atque infectus. Pater non est, quia patris est & in patre est, processionem habet ex patre, & nõ natiuitatem. Filius autem non est, quia genitus

non

non est. Ecce his verbis dicitur spiritus sanctus esse ingenitus: quod videtur aduersari præmissis verbis Augustini.

Determinatio, Secundum diuersas acceptiones dicit eos locutos. G

SED vt istam, qua videtur, repugnantiã de medio abigamus, dicimus quod Hieron. aliter accepit nomen ingeniti, & aliter August. Accepit n. Augustinus ingenitum qui vel quod de alio non est; & secundum hoc de solo patre dicitur: Hieronymus vero ingenitum dicit, non genitum: & secundum hoc de spiritu sancto potest dici, cum spiritus sanctus non sit genitus.

Ex verbis Hieronymi ostenditur, ex quo sensu dixit: spiritum sanctum ingenitum. H

QVOD autem Hieron. ita acceperit, ostenditur ex verbis eius, quibus in eodem tract. vtitur faciens talem diuisionem: Omne quod est aut ingenitum est, aut genitũ, aut factum. Est ergo ꝙ nec natum est, nec factum: & est ꝙ natum est, & factum nõ est: & ꝙ nec natum est, nec factum est, & est quod factum est, & natum non est: & est quod factum est, & natum est, & renatum est: & est ꝙ factum est & natum est, & renatum non est. Nunc præpositorum singulis rebus subsistẽtiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factum est, pater est: nõ enim ab alio aliquo est. Quod autẽ natum est, & factum non est, filius est qui à patre genitus est, non factus. Quod iterum nec factum nec natum est, Sp. S. est, qui à patre procedit. Quod etiam factum est & natum non est, cœlum & terra cæteraque quæ insensibilia sunt. Quod autẽ factum & natum & renatũ est, homo est. Quod vero factum est, & natum est. & renatum nõ est, animalia sunt. Ecce his verbis ostendit Hieron. se ingenitum accipere, nõ genitum. Aliter enim nõ esset præmissa diuisio vera: scil. omne quod est, aut ingenitum est

Diuisio hæc notanda est diligenter

est aut genitum, aut factum. Atq; in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti, vbiq; ponit non natum.

QVOD GEMINA EST PROCESSIO SPIRITVS SANCTI.

DISTINCT. XIV.

APTAETEREA diligẽter adnotandum est, quod gemina est processio Spiritus sancti: ęterna videlicet, quæ ineffabilis est, qua à patre & filio ęternaliter & sine tẽpore processit: & temporalis, qua á patre & filio ad sanctificandã creaturã procedit. Et sicut ab æterno cõmuniter ac simul ꝓcedit à patre & filio, ita & in tempore cõmuniter, & simul ab vtroq; procedit ad creaturam, non diuisum à patre in filium, & à filio ad creaturam. Vnde Aug. in 15. libr. de Trin. ait, Spiritus sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de vtroque procedit. quamuis hoc filio pater dederit, vt sicut de se, ita etiam de illo procedat. *Cap. 17. ad principium.*

De temporali processione spiritus sancti specialiter agitur.

De temporali autẽ processione, Beda in Homil. Dominicę primæ post ascensionẽ ita loquitur. Cũ gratia spiritus sancti datur hominibus, profecto mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio: procedit à patre: ꝓcedit & à filio: quia & eius missio est ipsa ꝓcessio. His verbis aperte ostẽdit, donationẽ gratiæ spiritus sancti dici ꝓcessionẽ vel missionẽ eiusdem. Sed cũ donatio vel datio non sit tẽporalis, constat quia hæc processio siue missio tẽporalis est. Hanc quoq; temporalem Spir. sancti processionẽ Aug. in 15. lib. de Trin. insinuat, dicẽs: Spiritus sanctus processit à Christo, quãdo post resurrectionem inflauit in discipulos, his verbis: Cum resurrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis, *Libro homiliarum estiualium. Homilia vndecima. quæ dominica Exaudi dicitur in principio.* *Cap. 16. ad principiũ.*

Ioan.20.f. Luc.6.c. Ibid fere immediat.

scipulis, insufflauit, & ait: Accipite Sp. sanctum vt etiam eum de se procedere ostenderet: & ipse est virtus quæ de illo exibat (vt legitur in Euangelio) & sanabat omnes. Et vt ostēderet hanc processionē spiritus sancti nō esse aliud quam donationem vel dationē ipsius spiritus sancti, addidit. Post resurrectionē Domin⁹ Iesus bis dedit spiritum sanctū: semel in terra propter dilectionē proximi, & iterū de cęlo propter dilectionem Dei: quia per ipsum donum diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum & proximum.

Ioan.20.f. Actor.2.a Ibid.paulo superius.

Quod aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum non dari, sed dona eius. C

SVNT autem aliqui qui dicunt spiritū sanctum ipsum Deū non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus: & vt aiunt, spiritus sanct⁹ dicitur dari cum gratia eius, quæ tamē nō est ipse qui datur hominibus. & hoc dicunt Bedam sensisse in superiorib⁹ verbis, quibus dicit spiritum sanctum præcedere, cum ipsi⁹ gratia datur hominib⁹: tanquā non ipse detur, sed gratia eius. Sed q̄ ipse spiritus sanctus, qui Deus est, & tertia in Trin. persona, detur, aperte dicit Augu. in decimoquinto libro de Trin. ita dicēs: Eundem Sp. sanctum datum cū insufflasset Iesus, de quo mox ait: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Sp. sancti, ambigere nō debem⁹. Ipse est ergo qui etiāde cœlo datus est die Pentecostes. Quomodo ergo Deus nō est qui dat spiritum sanctum, imo quantus est Deus qui dat Deum? Ecce his verbis aperte dicit spiritum sanctum ipsum, scil. Deum dari hominib⁹ à patre, & à filio. Et quod ipse spiritus sanctus, qui De⁹ est, ac tertia in Trin persona, nobis detur, nostrisque infundatur atque illabatur mentib⁹, aperte ostendit Ambros. in lib. 1. de spiritu sancto dicens: Licet multi dicantur spiritus: quia legitur. Qui facit angelos suos spiritus: vnus est tamē

Augustī. ad princip ū. cap. 26. Mat. 28. d. Actor. 2. a

Ambro. 2. & a. 4. post medium. Psalm. 103. Actor. 9 c.

Dei

Dei spiritus. Ipsum ergo vnũ spiritum & Apostoli, & Prophetæ sunt consecuti: sicut etiam vas electionis dicit; Quia vnum spiritum potauimus: quasi eum qui non queat scindi, sed infundatur animis, & sensibus illabatur, vt secularis sitis restringat ardorem: qui sp. S. non est de substantia rerum corporalium, nec de substantia inuisibilium creaturarum. His verbis aperte dicit sp. S. ipsum, qui creatura non est, infundi mentibus nostris. Item in eodem: Omnis creatura mutabilis est, sed nõ mutabilis sp. S. Quid autem dicere dubitem, quia datus est & spiritus sanctus, cum scriptum sit: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Sp. S. qui datus est nobis. Qui cum sit inaccessibilis natura, receptibilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complens virtute omnia sed qui solis participetur iustis? simplex substãtia, opulẽs virtutib. vnicuiq; præsens, diuidens de suo singulis, & vbiq; totus. Incircũscriptus ergo & infinitus est, S. sanctus qui discipulorũ sensus separatorum infudit, quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebantur, S. sanctus autem populis infundebatur. Quis ergo dubitet quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus nec videtur? Vnus est ergo S. sanctus, qui datus est omnibus, licet separatis Apostolis. Et hic aperte dicit Ambr. quod sp. S. qui est substantia simplex, cum sit vnus, datur Pluribus. Alia quoq; auctoritate hoc idem astruitur scilicet quod spiritus sanctus, qui est æqualis filio, hominibus detur. Ait. n. Aug. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per sp. S. qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui dedit dona hominibus. Quę dona? Spiritum Sanctum, qui tale donum dat, qualis est ipse. Magna est misericordia ei⁹ donum dat sibi æquale, quia donũ eius spiritus sãctus est. Præmissis his & aliis plurib⁹ auctoritatib⁹, apertè mõstratur q̃ sp. S. æqualis patri & si-

Lib. de spiritu c. 5. in principio.

Ibidem inferius.

Ad Rõ. 5. a.

Ad finem eiusdem cap.

Cap. 7. eiusdẽ l. 1. de S. sancto.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. paulo superius.

Aug. serm. 43. de verbis Dom. Si ego testimoniũ perhibeo de me.

I an. 5. ad principium.

& filio nobis datur, nec ideo tamẽ minor est pater & filio. Vnde Aug. in 4. lib. de Trin. ait: Non ideo, inquit, minorem spiritum sanctum, quia & eum pater misit & filius, arbitrandum est.

Cap. 21. & vltimo circa finẽ l. 40.

An viri sancti & Ecclesiæ prælati dent vel dare possint spiritum sanctum, quod non dant hic ostendit.

Hic quęritur, vtrum & viri sancti dẽt vel possint dare aliis spiritum S. Quem si aliis dant, cũ eius donatio supra fit dicta processio, videtur ab eis procedere spiritus sanctus vel mitti. sed creator à creatura nõ mittitur vel procedit. Restat ergo vt spiritũ sanctum ipsi non dent nec possint dare. Vnde Aug. in 15. l. de Trin. Non aliquis discipulorum Christi dedit spiritum sanctum. Orabat quippe, vt veniret in eos quibus manum imponebant, nõ ipsi eũ dabãt. Quem morem in suis præpositis etiã nunc seruat Ecclesia. Deniq; & Simon Magus offerẽs Apostolis pecuniam nõ ait, Date mihi & hãc potestatem, vt dem spiritum sanctum: sed cuicũque, inquit, imposuero manus, accipiat spiritum sanctum: quia nec scriptura superius dixerat: Videns autem Simon quia Apostoli darent spiritũ sanctum: sed dixerat, Videns autem Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum daretur spiritus sanctus. Ecce his verbis ostendit Aug. nec Apost. alios Ecclesiæ prælatos dediſſe vel dare spiritum sanctum.

Cap. 20. ad principium. Actor. 8. c.

Quod non possunt dare spiritum sanctum E hic docet.

Et quod plus est, non posse etiam dare dicit in eodem lib subdens, De Christo scriptum est quod acceperit à patre promissionem spiritus sancti, & effuderit: in quo vtraq; natura monstrata est humana sc & diuina. Accepit quippe vt homo, effudit vt Deus. Nos autẽ accipere quidem hoc donũ possumus pro modulo nostro, effundere vero sup

Cap. 26. lib. 2. de Trin. post m. ediũ.

alios

alios non vtique possumus: sed vt hoc fiat Deũ super eos à quo id efficitur inuocam⁹. His verbis expresse dicit nos spiritum S. non posse super alios effundere, id est, aliis dare.

Quod videtur contrarium. F *Cap. 3. a.*

SED huic videtur contrarium quod Apost. ad Galat. de se loquens ait, Qui tribuit vobis spiritũ & operetur virtutes in vobis. Ecce euidẽter dicit se tribuisse spiritũ. Sed intelligendũ est hoc dixisse Apost. non quia haberet potestatem & authoritatem dãdi spiritum S. sed qui ministerium haburit, in quo dabatur à Deo spiritus S. vt enim ait August. super eundem locum, exponens illud Apostoli verbum. Ab Apostolo prędicata est eis fides, in qua prædicatione aduentum & præsentiã spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in nouitate inuitationis ad fidem, etiã sensibilibus miraculis præsentia spiritus sancti apparebat, vt in Act. Apost. legitur, aperte hic ostẽdit quomodo illis spiritum sanctum Apostolus tribuerit: non vtique ipsum mittendo in eos, sed prędicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, quod spiritus sanctus in eis esset, aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines quantumcunque sancti dare possunt Spiritum Sanctum.

Aug. to. 4. in explanatione tertii ad Gala.

Ca. ad primũ cipium.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS A SEIPSO DETVR.

DISTINCT. XV. A

HIC considerandum est, cum spiritus Sanctus detur hominibus à patre & filio. Quod est ipsum temporaliter procedere ab vtroque vel minui, vtrum etiam à se ipso detur: Si dãtur à se, & procedit vel mittitur à se. Ad quod dicimus quia S. sãctus & Deus est, & donum siue dãtum, & ideo dat, & datur. Dat quidẽ, in quantũ Deus: & datur, in quantum donũ siue dãtum. Cum autẽ donatio

siue datio spiritus S. sit operatio Dei, & communis sit & indiuisa operatio trium personarum, donatur itaque spiritus sanctus non tantum à patre & filio, sed etiam à seipso. Vnde August. in 15. lib. de Trinit. dicit, quod seipsum dat. Sicut, inquit, corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donū spiritus sancti nihil est quam spiritus sanctus. In tantum ergo donū Dei est, in quantum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, etsi nemini datur: quia Deus erat patri & filio coæternus antequam cuiquam daretur: nec quia illi dant & ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut Dei donum: vt etiam seipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest nō esse suæ potestatis, de quo dictū est, Spiritus vbi vult spirat. Ecce aperte dicit quod spiritus sanctus seipsum dat. Si enim Spiritus sanctus seipsum dare non potest, & eū pater dare potest, & filius: potest vtique pater dare aliquid & filius, quod non potest S. sanctus. Item: Si pater & filius dant Spiritum S. nec ipse dat aliquid: ergo pater operatur & filius quod non operatur Spiritus S. dat ergo spiritus s. seipsum. Si autē seipsum dat, tunc & à seipso procedit & mittitur: quod vtique verum est. Nam processio temporalis S. sācti vel missio, ipsius est donatio, & ipsa Dei operatio. Procedit ergo spiritus sanctus temporaliter à se, & mittitur à se: quia datur à se.

Cap. 9. ad finem.

Non est mirum si spiritus sanctus dicatur mitti vel procedere à se, cum etiam filius dicatur mitti à se. B

Ne autem mireris quod Spiritus S. dicitur mitti vel procedere à se: Nam & de filio dicit August. in 2. lib. de Trinit. quod non tantum à patre missus est, sed etiam à seipso & à Spiritu sancto: quærens quomodo filius vel spiritus sanctus sit missus, cum vterque sit vbique tanquam Deus? Nam vterque, inquit Aug. legitur missus. De spiritu S. enim legitur. Quem mittet pater in nomine meo.

Et

Et iterum: Si abiero, mittam eum ad vos. Et filius de se dicit: Exiui à patre, & veni in mundum. Et Apost, dicit: Misit Deus filium suum. In Propheta autẽ scriptum est ex persona Dei: Cœlum & terrã ego impleo. Itaq; vbiq; Deus est, vbiq; ergo est filius, vbique etiam est spiritus sanctus. Illuc ergo missus est filius & spiritus sanctus vbi erat.

Quomodo intelligenda sit missio vtriusq;. C

QVOCIRCA quærendum est, quomodo intelligatur missio filii vel spiritus sãcti: Pater n. solus, inquit August. in eodẽ, nusquã legitur missus, sed filius, & spiritus sanctus. Et de filio primò videamus quomodo missum eum Apostol⁹ dicat. Misit Deus filium suum, factum ex muliere: vbi satis ostendit eo ipso missum filium, quo factum ex muliere. Proinde mitti à patre sine spiritu sancto non potuit, quia pater intelligitur misisse eum cũ fecit ex fœmina: q̃ vtique non fecit sine spiritu sancto. Ecce hic dicit filiũ missus à patre & spiritu Sancto.

Cap. 5. inferius.

Galat 4 1.

Ibid. paulo inferius.

Quod à spiritu sancto filius sit missus, authoritatibus confirmatur. D

ET quod à Spiritu sancto filius sit missus, vt ait August. in eodẽ. authoritatib⁹ confirmatur: Ipse Christus dicit per Esaiã: Nunc misit me Dominus, & spiritus eius. De hoc Ambrosius in lib. tertio de spiritu sancto ita ait: Quis est, qui dicit: Me misit Dominus & spiritus eius: nisi qui venit à patre, vt saluos faceret peccatores, id est, Christus: ergo & pater filium misit, & spiritus sanct⁹. Idẽ in eodem. Datus est à patre, vt Esaias dicit: Puer nat⁹ est nobis, & fili⁹ dat⁹ est nobis. Datus est audeo dicere, & à sp., quia & à S. S. missus est. Dicit n. fili⁹ Dei, sp. Domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cætera. Quod cum de libro Esaiæ legeret, ait in Euangelio: Hodie completa est hęc scriptura auribus vestris, vt de se dictum esse

Lib. 3 ca. 5. eiusdem inferius.

Cap. 2. eiusdem li. 1. ad principium.

Ibid. Amb. paulo infe-rius.

gnaret. Benè autem dixit, super me: quia quasi filius hominis & vnctus est, & missus ad prædicandum: Nam secundū diuinitatem non super Christum est spiritus, sed in Christo. Ecce his verbis ostendit Ambrosius filium esse missum & datum nobis, nō tātum à patre, sed etiam à spiritu sancto.

Quod filius sit datus etiam à seipso. E

Amb. cap. 2. libr. 3. ad principium.

DEINDE ostendit esse datum etiam à seipso, ita dicens in eodem lib. Cum enim nō definitum fuerit per prophetiam, quo datus est filius, ostenditur datus gratia Trinitatis, vt etiam ipse filium se dederit. Ecce hic dicit, quod filius se dedit, quia Trinitas eum dedit. Si autem filius à se datus est, à se ergo missus est, & à se processit. Et hoc vtique verum est, & concedi oportet, cum eius missio sit diuina operatio.

Quod filius sit missus à se. F

QVOD autem à se mittatur, Aug. astruit libro ij. de Trinit. dicens. Forte aliquis rogat, vt dicam etiam à seipso missum esse filium: quia & Marię conceptus, & partus: operatio Trinitatis est. Sed, inquit aliquis, quomodo pater eū misit, si ipse se misit? Cui respondeo quęrens vt dicat, quomodo eum pater sāctificauit, & si ipse se sanctificauit? Vtrunque enim Dominus ait: Quē pater, inquit, sanctificauit & misit in hunc mundum. Et alibi: Ego pro eis sanctifico meipsum. Item quæro quomodo pater eum tradidit, si ipse se tradidit, vtrūque enim legitur. Credo respondebit, si probe sapit, quia vna voluntas est patris & filii, & inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat illam incarnationē & ex virgine natiuitatē, in qua filius intelligitur missus, vna eadēq; operatione patris & filii inseparabiliter esse factā, nō inde separato sp. sancto.

Aug. ad. medium cap. 5. lib. 2. de trinitate.

Aug. li. 2. de de Trin. c. 5. inferius.

Ergo à patre & filio missus est idem filius, quia à patre & verbo eius factum est vt mitteretur, i. incarnatus hominibus appareret. Non enim missus est

est mutãdo locũ, quia in mũdo erat. Quapropter pater inuisibilis vna cum filio secum inuisibili, eundem filium visibilem faciendo, misisse eum dictus est. qui si ita visibilis fieret, vt cum patre inuisibilis esse desisteret, id est, si in substantia inuisibilis verbi in creaturam visibilem mutata & trãsiens verteretur, ita missus à patre intelligeretur filius, vt tantum missus, nõ etiam mittens cum patre inueniretur. Cũ vero sic est accepta forma serui, vt maneret incommutabilis forma Dei, manifestum est, quod à patre & filio non apparentibus factum sit, quod appareret in filio, id est, ab inuisibili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius visibilis mitteretur. *Ad finẽ c. 5. eiusdem.* *Ibidem continuo.*

Summatim colligit quæ ex prædictis astruuntur. G

Ex prædictis apertè mõstratur quod filius missus est à patre & spiritu S. & à seipso: & quæ sit ipsa missio, scilicet incarnatio, id est, quod factus est homo, per quod visibilis apparuit: quod est opus commune patris, & filii, & spiritus sancti. *Aug. ibidem continuo.*

Quæstio cur dicit, à meipso non veni. H

SED ad hoc opponitur: Si filius à seipso missus est, cur ergo ait. A meipso non veni? Ad hoc Aug. respondet in 4. lib. de Trin. dicens: Hoc dictum esse secundum formam serui, secundum quam non fecit vt mitteretur, id est, non operatus est incarnationem, secundum formam Dei. *cap. 5.*

Vtrum semel tantum missus sit filius, an sæpe. I

HIC quæritur, vtrũ semel tantum missus sit filius an sæpe mittatur? Si enim misso filii ipsius tãtum incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, & semel tantum videtur missus. At si sæpè mittitur, est & alia eius missio quam incarnatio. Sed quæ est illa?

Nunquid æterna genitura, missio eius dicenda est, an etiam alia missio quærenda est. K

Ad quod dicimus, quod duob⁹ modis dicitur filius

filiꝰ mitti præter illam æternam geniturã, quę ineffabilis est: secũdum quã etiam missus posset dici, vt videtur quibusdam, sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Præter eã ergo, duo bꝰ modis dicitur mitti: scil. vel cũ visibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum se in animas pias sic trãsfert, vt ab eis percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis modos aperte Aug. distinguit in 4. lib. de Trin. dicens. Non eo ipso quod de patre natus est, missus dicitur filius: sed eo ꝙ apparuit huic mũdo, verbũ caro factum. Vnde dicit: A patre exiui, & veni in mundũ: vel eo quod ex tempore cuiusquã mẽte percipitur: sicut dictũ est de sapiẽtia. Emitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecũ laboret, id est, doceat me laborare. Et tunc vnicuiq; mittitur, cum à quoquam cognoscitur atq; percipitur, quantum cognosci & percipi potest, pro captu vel proficiẽtis in Deum vel perfectæ in Deo animæ rationalis.

Cap. 10. ad medium.

Ibidem paulo inferius.

Quod secundum alterum semel, secundum alterum sæpe sit missus: & secundum alterum vt sit homo, & secundum alterum vt sit cum homine. L.

Ecce distincti sunt duo modi missionis filii, & secundum alterum semel tantum missus est Dei filius, secundum alterum sæpe missus est, & mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est, vt sit homo, & semel tantũ factum est: secundum alterũ vero mittitur, vt sit cũ homine, quomodo quotidie mittitur ad sãctos, & missꝰ est etiã ante incarnationẽ, & ad omnes sãctos qui ante fuerũt, & etiã ad angelos. Vnde Aug. de filio, i. sapiẽtia patris loquens. 4. lib. de Trinit. ait. Aliter mittitur sapientia vt sit cũ homine, aliter missa est vt sit homo. In animas sanctas se trãsfert, & amicos Dei & Prophetas constituit, sicut implet etiam sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis missa est

Aug. ante medium Cap. 20. Sapien. 7. d

est non vt impleret angelos, nec vt esset angelus, nec vt esset cum hominibus vel in hominibus, vt antea in patribus erat & in Prophetis, sed vt ipsum verbum fieret caro, id est, homo.

Quod secundum alterum modum dicitur missus in mundum secundum alterum non. M

PRÆTEREA notandum est, quod cũ his duobus modis mittatur filius, secundum alterum dicitur missus in mundum, secundum alterum verò non. Eo enim modo missus dicitur in mundum, quo visibilis mundo apparuit. Vnde Augu. in eodem lib. ait, Cum ex tẽpore cuiusquam mẽte percipitur, mitti quidem dicitur, sednõ in hũc mundum, non enim sensibiliter apparet, id est, corporeis sensibus præsto est. Nam & nos, secundum quod mente aliquid æternum capimus, non in hoc mundo sumus: & omnium iustorum spiritus etiam in carne viuentium, in quantum diuina sapiunt, non sunt in hoc mundo. Ex prædictis liquet, quod præter ineffabilem genituram, duobus modis mittitur filius, scilicet cum visibiliter apparuit, vel inuisibiliter percipiatur mente.

Cur pater dicitur non missus, cum ab aliquo cognoscitur, vt filius.

HIC quæritur cur pater non dicitur missus, cũ ex tempore à quoquam cognoscitur, sicut filius? Ad quod dicim⁹, quia in eo est principii authoritas, quæ non habet de quo sit, à quo filius & spiritus S. Pater enim est, vt ait Aug. in eodem lib principium totius diuinitatis, vel si melius dicitur, deitatis: quia principium est filii, & spirit⁹ S. Nam, vt ait August. in eodem. Si voluisset etiam Deus pater per subiectã creaturã visibiliter appareret: absurdissimè tamen aut à filio quem genuit, aut àspiritu sancto qui de illo procedit, missus diceretur. Cõgruẽter autem ille missus dicitur, qui in carne apparuit: misisse autẽ ille, qui in ea nõ apparuit.

Aug. li. 4. de Trin. ad finem c. 20. Aug. in fine lib. 4. ca. 21.

Putauerunt quidam filium & spiritum sanctum minores fuisse patre, quia missi dicuntur. O

IDEOQVE putauerunt quidã hæretici, cũ pater non sit missus, sed filius & spiritus S. patrẽ esse maiorem, ac filium minorem esse, & Spiritum S., atq; patrem, quasi maiorẽ, misisse vtrunque quasi minorẽ Quod Aug. improbat in 4. li. de Trin. illis cõtradicens: Nõ ideo, inquit, arbitrandum est minorẽ esse filium q̃ missus est à patre, nec ideo minorem Spiritum sanctum q̃ & pater eum misit & filius. Siue enim propter visibilem creaturã, siue potius propter principii authoritatẽ vel commẽdationem, non propter inæqualitatem vel imparilitatem & dissimilitudinem substantię, in scripturis hæc posita intelligũtur; Non ergo ideo dicitur pater misisse filium vel spiritum s. q̃ ille esset maior, & illi minores; sed maxime propter authoritatem principii cõmendandam, & quia in visibili creatura non sicut ille apparuit. Ecce ostensũ est quæ sit missio filii, & quibus modis mittatur.

Cap. 21. in fine libri.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, QVÆ FIT DVOVS MODIS VISIBILITER & INVISIBILITER.

DISTINCT. XVI. A

NVNC de Spiritu S. videndum est, præter illam ineffabilem & æternam processionẽ qua procedit à patre & filio, & non à seipso: quę sit eius tẽporalis processio, quæ dicitur missio siue datio. Ad quod dicimus, quia sicut filius duobus modis dicitur mitti, vno quo visibiliter apparuit, altero quo inuisibiliter à castis mentibus percipitur: ita & spiritus S. à patre & filio ac à seipso duobus modis procedere siue mitti, siue dari dicitur; vno visibiliter, altero inuisibiliter. Datus est enim visibilis creaturæ demõstratione, sicut in die Pentecostes, aliisq; vicibus: & datur quotidie inuisibiliter, illabendo mentibus fidelium.

Prius

Prius de illo modo missionis qui fit visibiliter, agit.

Et primo agam⁹ de illo missionis modo qui fit visibili specie. De hoc Augustin. in 2. lib. de Trin. ait: *Cap. 5. in fine.* In promptu est intelligere de Spiritu S. cur missus & ipse dicatur. Facta est n. quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostēderetur Spiritus S. siue cum in ipsum Dominum corporali specie columbæ descendit, siue cum in die Pentecostes factus est subito de cœlo sonus quasi ferretur flatus vehemēs, et visæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Hęc operatio visibiliter expressa, & oculis oblata mortalib⁹, missio Spiritus sancti dicta est: non vt appareret eis ipsa in substantia, qua & ipse inuisibilis & incommutabilis est, sicut pater & filius: sed vt exterioribus visis corda hominum commota à temporali manifestatione venientis, ad occultam æternitatem semper præsentis conuerterentur. Ecce his verbis aperit Augustin. illum modum missionis, qui visibiliter exhibetur, cum tamen ipse spiritus in sui natura nō videatur, qui nec in illis creaturis magis erat, quā in aliis, sed ad aliud. In illis n. erat vt per eas ad homines veniēs ostenderetur esse in illis ad quos illæ creaturæ veniebant. Non enim Spiritus sanctus temporali motu tunc venit, vel in homines descendit, sed p temporalem motum creaturæ significata est spiritualis & inuisibilis Spiritus S. infusio. Et vt apertius dicam, per illum modū missionis Spiritus S. corporaliter exhibitum, monstrata est spiritualis & interior missio Sancti spiritus siue donatio, de qua agendum est.

Cum filius sit minor patre secundum formam creatam in qua apparuit, cur non & Spiritus sanctus similiter. C

SED prius quęr endū est, cum filius dicatur minor patre secūdum missionē, qua in forma creata

apparuit, cur & Spiritus S. non dicatur similiter minor patre, cum in forma creata apparuit. Nam de filio quod minor sit patre secundum formam qua missus apparuit, apertè ostendit August. in 4. lib. de Trinit. dicens: Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: vsque adeo paruum, vt factum: eo ita q; missum, quo factum. Fateamur ergo factum, minorem: & in tantū minorem, in quantum factum: & in tantum factum, in quātū missū. Ecce hic habes, qa filiꝰ in qᵘātū est missus, id est, factus minor est patre. Cur ergo Spiritus Sanctus non dicatur patre minor, cū & ipse creaturam assumpserit in qua apparuit? quia aliter Spiritus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter filius. Nam filius accepit pervnionem, spiritus verò non. Filius enim accepit hominem, ita vt fieret homo. Spiritus vero sanctus non ita accepit columbam, vt fieret columba. De hoc August. in 2. libr. de Trin. ait, Ideo nusquam scriptum est, quod Deus pater maior sit spiritu sancto, vel spiritus S. minor est patre? quia non sic est assumpta creatura in qua appareret Spiritus S. sicut assumptus est filius hominis: in qua forma ipsius Dei verbi persona præsentaretur, non vt haberet verbum Dei sicut alii sancti sapientes, sed quod ipsum verbum erat: Aliud est enim verbum in carne, aliud verbum caro, ideſt, aliud verbum in homine, aliud verbū homo. Caro .n. pro homine: posita in eo quod ait: Verbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura in qua apparuit Spiritus. sanctus, sicut assumpta est caro illa & humana forma ex virgine Maria. Non enim columba, vel illum flatum, vel illum ignem beatificauit, sibique in vnitatem personæ cōiunxit in ęternū. Ex prædictis apertè ostensū est, secūdū quid filiꝰ dicatur minor patre, & quare filius dicatur minor patre, & non Spiritus sanctus.

Cap. 19. circa medium Galat. 4.

Cap. 6. in principio.

Quod

Quod filius secundum quod homo est, non modo patre, sed spiritu sancto & etiam seipso minor est. D

NOTANDVM autem, quod filius secundum q̃ homo factus est, non tantũ patre, sed spiritu S. & etiã seipso minor dicitur. Et quod etiã seipso minor dicatur secundum formã serui, Augustin. ostendit in primo de Trin. dicens. Errauerũt homines, ea quæ de Christo secundum hominẽ dicta sunt, ad eius substantiam quæ sempiterna est transferentes: sicut illud quod ipse Dominus ait: Pater maior me est, q̃ propter formam serui veritas dicit: secundũ quem modum, etiã seipso minor est filius. Quomodo n. non etiã seipso minor fact⁹ est, qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Non n. sic accepit formam serui, vt amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri. In forma ergo Dei vnigenit⁹ patris æqualis est patri: In forma serui, etiã seipso minor est. Nõ ergo immerito scriptura dicit vtrunq; scil. & æqualẽ patri filium, & patrem maiorem filio. Illud n. propter Dei formã, hoc autem propter formam serui. De hoc eodem in secundo libr. de Trinit. Augustinus ait: Dei fili⁹ est æqualis patri secundum formam, in qua est: & minor patre secundum formam serui quam accepit, in qua non modo patre sed etiam spiritu S., nec hoc tantum, sed etiam seipso minor inuent⁹ est. Propter quod, vt idem in libro contra Maximinum ait: non tantum patre: sed etiam seipso, & Spiritu sancto minor factus est, & etiam minoratus paulominus ab angelis. Est ergo Dei filius, vt ipse ait in secundo libr. de Trinit. Deo patri in natura æqualis, habitu minor, id est, in forma serui quam accepit. His authoritatibus ostenditur aperte filius secundum formam serui minor patre, & seipso, & Spiritu sancto.

Cap. 7. ad principium.

August. in principio cap. 1.

Aug. epist. 66. ad Maximum Maydicum circa finem. tom. 1. Aug. lib. 2. de Trin. ca. 7. in fine.

Hilarius

Hilarius aliter dicit, scilicet quod pater sit maior, nec filius tamen minor.

HILARIVS autem dicere videtur, quod pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter authoritatem, quia in eo est authoritas generationis: secũdum quam dicit: Pater maior me est. Et Apost. Donauit ei nomen quod est super omne nomen. Cum ergo ait: Pater maior me est, hoc est ac si diceret, donauit mihi nomen. Si ergo, inquit Hilar, in 9. lib. de Trin. donantis authoritate pater maior est, nunquid per doni cõfessionem filius minor est? maior itaque donans est, sed minor iam non est cui vnum esse donatur: ait enim: Ego & pater vnum sumus. Si nõ hoc donatur IESV, vt cõfitendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autem in ea gloria ei donatur esse qua pater est, habes & in donantis authoritate, quia maior est: & in donati cõfessione, quia vnum sunt. Maior itaque pater & filio est, & planè maior: cui tantum donat esse quantus est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem Sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in forma sua generat. Audisti lector quid super hoc dicat Hilarius. cuius verba vbicunque occurrerint, diligenter nota, pieque intellige.

Hilar. ad finem lib 9. de Trin.

Hilar. ibid. continuo.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, *Qua Inuisibiliter mittitur.*

DISTINCT. XVII.

IAM nũc accedamus ad assignãdam missionem Spiritꝰ sancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse Spiritus S. qui Deus est, ac tertia in trinitate persona, (vt supra ostensum est) à patre & filio ac seipso temporaliter procedit, id est, mittitur ac donatur fidelibus. Sed quæ sit ista missio siue donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

Præmitti-

Præmittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet quod Spiritus sanctus est charitas quia diligimus Deum & proximum. B

HOC autem vt intelligibilius doceri, ac plenius perspici valeat, prę̃mittendū est quiddam ad hoc valdè necessarium. Dictum quidem est supra, & sacris authoritatibus ostensum, quod Spiritus S. amor est patris & filii, quo se inuicem amāt, & nos. His autem addendum est, quod ipse idem Spiritus est amor siue charitas, qua nos diligimus Deum & proximum: quæ charitas cum ita est in nobis, vt nos faciat diligere Deum & proximum, tunc Spiritus sanctus dicitur mitti vel dari nobis: & qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso Deum diligit, quia ipsa dilectio Deus est, id est, Spiritus sanctus.

Authoritatibus ita esse confirmat. C

NE autem in rē tāta aliquid de nostro astruere videamus, sacris authoritatibus quod dictū̃ est corroborēmus. De hoc Augustin. in 8. libr. de Trin. ait: Qui proximū̃ diligit, consequens est, vt ipsam præcipue dilectionem diligat, Deus autem dilectio est. consequens ergo est vt præcipue Deum diligat. Item in eodem: Deus dilectio est, vt ait Ioannes Apostolus: Vt quid ergo imus & currimus in sublimia cælorum & ima terrarū̃, quærentes eum qui est apud nos, si nos apud eū̃ esse velimus. Nemo dicat, non noui quid diligam, diligat fratrem, & diligat eandē dilectionem. Magis enim nouit dilectionē̃ qua diligit quā fratrē̃ quē̃ diligit. Ecce iam potes notiorē̃ Deū̃ habere quā fratrē̃. Plane notiorē̃, qa certiorē̃. Amplectere dilectionē̃ Deū̃, dilectione amplectere Deū̃. Ipsa est dilectio, quę omnes bonos ãgelos, & omnes Dei seruos cōsociat vinculo sāctitatis. Quāto ergo saniores sū̃9 à tumore superbiæ, tanto sumus dilectione pleniores:

In medio cap. 7.

In fine ca. 7.

Aug. li. præd. cto cap. 8. continuo.

res: & quo nisi Deo, plenus est, qui plen⁹ est dilectione? His verbis satis ostendit August. ꝙ dilectio ipsa qua diligimus Deum vel proximum, De⁹ est. Sed adhuc apertius in eod. li. subdit dicẽs: Dilectionẽ quãtum cõmendat Ioannes Apost. attẽdam⁹. Qui diligit, inquit, fratrẽ in lumine manet, & scandalum in eo non est. Manifestum est quod iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est, vtiq; perfect⁹ est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse: ꝙ nunquã faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissimè n. in eadem epistola paulò post ait ita: Dilectissimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo nat⁹ est, & cognouit Deũ. Qui nõ diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio est. Ista cõtextio satis aperte declarat, eandem ipsam fraternam dilectionẽ (nam fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem) non solum ex Deo, sed etiam Deum esse: tanta authoritate prædicari, scil. Ioannis. Cum ergo de dilectione diligim⁹ fratrẽ, de Deo diligimus fratrem: nec fieri potest vt eandem dilectionem non præcipuè diligam⁹ qua fratrem diligimus, quoniam Deus dilectio est. Item, qui non diligit fratrem, non est in dilectione: & qui non est in dilectione, non est in Deo, quia De⁹ dilectio est. Ecce aperte dicit, fraternam dilectionem Deum esse.

1. Ioan. 2. b Lib. & ca. inferius eiusdem.

Ibid. paulo inferius.

Quod fraterna dilectio cum sit Deus, non est pater, vel filius, sed tantum Spiritus sanctus. D

CVM autem fraterna dilectio sit Deus, nec pater est, nec fili⁹, sed tãtum spiritus sanctus, qui ꝓprie in Trinit. dilectio vel charitas dicitur. Vnde Aug. in xv. lib. de Trin. Si in donis Dei nihil est mai⁹ charitate, & nullum est mai⁹ donũ Dei quã Sp. S. quid consequentius est, quam vt ipse sit charitas,

Cap. 19. ad finem.

tas, quæ dicitur & Deus & ex Deo? Ita enim ait Ioan. Dilectio ex Deo est. Et paulo post: Deus dilectio est. vbi mãifestat se eã dilectionẽ dixisse Deũ, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Itẽ in eodem: Ioannes volens de hac re apertius loqui: In hoc, inquit, cognoscim⁹ quia in ipso manemus, & ipse in nobis. quia de spiritu suo dedit nobis. Spirit⁹ itaq; S. de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis: hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse igitur significatur vbi legitur, Deus dilectio est: Ex his ergo apparet, quod spiritus sanctus charitas est.

1. Ioan. 4. ad finem c. 17. eiusdem libr. 15. de Trin. Eodem cap. 17. paulo inferius.

Quod non est dictum per causam illud: Deus charitas est: sicut illud, tu es patientia mea, & spes mea. E

SED ne forte aliquis dicat illud esse dictum per expressionem causæ, Deus charitas est, eo scilicet quod charitas sit ex Deo, & non sit ipse Deus: sicut dicitur, Deus nostra patientia est, & spes, & non quod ipse sit ista, sed quia ista ex Deo sunt: occurrit Aug. ostendens hoc non esse dictũ per causam, sicut illa in xv. lib. de Trinit. dicens. Non dicturi sumus charitatem nõ propterea esse dictam Deũ, quod ipsa charitas sit vlla substantia quæ Dei digna sit nomine, sed quod bonum sit Dei: sicut dictũ est Deo: Tu es patientia mea Non vtiq; ideo dictũ est, tu es patiẽtia mea, ꝙ Dei substãtia est nostra patientia, sed quia ab ipso nobis, est. Vnde alibi: Ab ipso est patientia mea. Huncenim sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale est enim: Tu es patiẽtia mea: quale est: Domine spes mea, & Deus meus misericordia mea: & multa similia. Non est autẽ dictũ, Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea, sed ita dictum est: Deus charitas est, sicut dictum. Deus spiritus est. Hoc qui non discernit intellectũ à Domino, non expositionem quærat à nobis. Nõ. n. apertius quicquã possum⁹ dicere,

Ad principium ca. 17.

Psalm.

Deus

Deus ergo charitas est. Ex prædictis clarescit, q̃ Spiritus S. charitas est, qua diligimus Deum & proximum, vnde facilius est nobis ostendere quomodo Spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

Quomodo Spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

In fine c. 17. TVNC n. mitti vel dari dicitur, cum ita nobis est, vt faciat nos diligere Deum & proximum: per q̃ manemus in Deo, & Deus in nobis. Vnde Aug. hunc missionis modũ insinuans in xv. li. de Trin. ait: Deus Spiritus S. qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse dilectio est. Non enim habet homo vnde diligat Deum, nisi ex Deo. Ecce quomodo datur vel mittitur nobis Spiritus sanctus secundũ q̃ dicitur datum, siue donum. Quod donum commendat Aug. explanans aperti⁹ quomodo detur, in eodem libr. Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, vt ait, Apostolus p̃ Spiritum sanctũ qui dat⁹ est nobis. Nullũ est isto dono Dei excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur & alia per spiritũ munera, sed sine charitate nihil prosũt: Nisi ergo tantum impartiatur cuiquam Spir. S. vt eum Dei & proximi faciat amatorẽ, à sinistra non transfertur ad dexteram. Neq; Spiritus S. proprie dicitur donum, nisi propter dilectionẽ; quã qui non habuerit, etsi loquatur omnib. linguis, & habuerit Prophetiam, & omnem scientiam & omnem fidem & distribuerit omnem substantiã suam, & tradiderit corpus suũ ità vt ardeat, non ei prodest. Quantum ergo bõum est, sine quo ad æternam vitam neminem tanta bona perducunt. Ipsa vero dilectio vel charitas (nã vni⁹ rei nomen est vtrũq;) perducit ad regnũ. Dilectio ergo, quæ Deus est, & p̃priè ex Deo est, Spiritus S. est, per quẽ diffunditur in cordibus nostris Deus charitas, per quem

Cap. 18. lib. eiusdem. 15. de Trin. in principio.

Ibid. paulo inferius.

quem nos tota inhabitabit Trin. Quocirca rectissime Spiritus S. cum sit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligendum est, quæ perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum. Ecce hic aperitur quod supra dictum erat, scil. quod charitas sit Spiritus sanctus & donū excellentius: & quomodo hoc donum, id est, Spiritꝰ sanctus detur nobis, scil. cum ita impartitur alicui, id est, ita habet esse in aliquo, vt eum faciat Dei, & proximi amatorem. Quod cum facit, darī dicitur siue mitti alicui: & tunc ille dicitur proprie habere Sp. sanctum.

Vtrum concedendum sit, quod Spiritus sanctus augeatur in homine, vel magis vel minus habeatur vel detur. G

HIC quæritur, si charitas spiritus sanctꝰ est, cum ipsa augeatur & minuatur in homine, & magis & minus per diuersa tēpora habeatur, vtrum cōcedendū sit, q̄ spiritus S. augeatur vel minuatur in homine, vel magis & minus habeatur? Si enim in homine augetur, & magis vel minus datur & habetur, mutabilis esse videtur. Deꝰ autem omnino immutabilis est. Videtur ergo quod vel spiritus S. non sit charitas, vel charitas nō augeatur vel minuatur in homine. Itē charitas & non habēti datur vt habeat, & habenti vt plenius habeat. Si ergo spiritus S. charitas est, & non habenti datur vt habeat, & habēti vt plenius habeat. Sed quomodo datur nō habēti, cum ipse vt Deus sit vbiq;, & in omnibus creaturis totus: & quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione?

Responsio ad primam quæstionem. H

HIS itaq; respondemus, dicētes q̄ spiritus S. siue charitas penitus immutabilis est, nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine vel potius homini augetur &

minuitur, & magis vel minus datur vel habetur sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis qui tamn in se nec magnificatur nec exaltatur Vnde Propheta: Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait authoritas Deus nō in se, sed in corde hominis grādescit sic ergo Spiritus S. homini natus, & datus, amplius datur, id est, augetur, & magis & minus habetur: & tamen immutabilis existit.

Cassiodorus ad hunc versum 73. Psalm. 63.

Responsio ad secundam.

CVMQVE vbiq; fit, & in omni creatura totus sunt tamē multi qui eum non habent. Non enim omnes Spiritum sanctum habent, in quibus est: alioquin & irrationabiles creaturæ haberent Spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.

Authoritate confirmat vtramque responsionem.

VT autem certius fiat, quod diximus, authoritate confirmemus quod Spiritus S. magis ac minus percipiatur & homini augeatur, & non habenti detur, & habenti vt plus habeatur, Augustinus ostendit super Ioan. dicens: Sine Spiritu S. constat nos Christum non diligere, & eius mandata seruare non posse: & id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus: tātoverò amplius, quanto illum percipimus amplius. Deoque non solum non habēti, verum etiam habenti non incassum promittitur. Nō habenti quidē, vt habeatur: habēti autē, vt ampliꝰ habeatur. Nam si ab alio minus, & ab alio amplius non haberetur, sanctus Helisæus, sancto Heliæ non diceret. Spiritus qui est in te, duplo sit in me. Christo autē qui est Dei filius, nō ad mēsurā datus est Spiritus: Neq; n. sine gratia spiritus S est mediator Dei & hominū homo Christus. q. n. est vnigēitus Dei filius equalis patri, nō est gratię sed naturę. Quod autē in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo,

Aug. tract. 74. ad hunc locum. Ioan. 14. Si diligitis me tom. 9.

Ibidē paulo inferius.

homo, gratiæ est, nō naturæ. Cæteris autē ad mē-
suram datur, & datus additur, donec vnicuique
pro modo suæ perfectionis propria mensura cō-
pleatur. Ecce expresse habes quod spiritus S. ma-
gis & minus datur vel accipitur, & homini datus
augetur, & habenti & non habenti datur: quia Sp.
ritus S. est charitas, quæ non habenti datur, & in
habente augetur & ꝓficit. Immo, vt verius & ma-
gis proprie loquar, homo in ea proficit & deficit
aliquando: & tunc ipsa dicitur proficere vel defi-
cere, quæ tamen nec proficit nec deficit in se, quia
Deus est. Vnde Aug. in homil. 9. super epistolam. *Exponens*
Ioan. ait, Probet se quisq; quantum in illo profe- *illud 1. Ioan.*
cerit charitas, vel potius quantum ipse in chari- *4. in hoc*
tate profecerit, Nam charitas Deus est, nec deficit *perfecta est*
nec proficit. Sic ergo in te, proficere dicitur chari- *dilectio in*
tas, quia tu in ea ꝓficis. Ecce quomodo intelligē- *nobis.*
dū sit cum dicitur Spiritus S. augeri in nobis, qa
nos in eo scilicet ꝓficimus. sic & alia huiusmodi

Quod aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatem, qua diligimus Deum & proximum

L

SVPRA dictum est, quod Spiritus S. charitas est *Rom. 5.*
patris & filii, qua se inuicem diligunt & nos: & ip-
se idem est charitas quę diffunditur in cordib⁹ no
stris, ad diligendū Deum & proximū. Horū alterū
omnes catholici cōcedunt, scil. quod ⁹piritus S. sit
charitas patris & filii. Quod autem ipse idem sit
charitas qua diligimus Deum & proximū, à pleri-
que negatur. Dicunt n. Si spiritus S. charitas est
patris & filii & nostra, eadē ergo charitas est qua
Deus diligit nos, & qua nos diligimus eū. Hoc au-
tem sanctorū authoritates negare videntur. Di-
cit n Aug. in li. de spirit. & litera, Vnde est dilectio:
nisi vnde & ipsa fides, „id est, à Sp. sancto. Non esset *Tom. 3. cap.*
n. in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris *32. ad finem.*
per spiritum. Charitas autem Dei dicta est dif-

fundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Sicut iustitia Dei dicitur, qua nos iusti eius munere efficimur: & domini salus, qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit. His verbis videtur monstrari distinctio inter charitatem, qua nos Deus diligit, & qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur Dei, non quod ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit, similiter & fides, & salus: sic videtur dicta Dei charitas, quæ est in nobis, non quod ipse ea diligat, sed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem Aug. in libr. 15. de Trin. ait, Cum Ioannes commemorasset Dei dilectionem, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos, & misit filium suum liberatorem pro peccatis nostris. Ecce & hic videtur manifestè diuidere dilectionem qua nos diligim⁹ Deum, ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo, inquiunt, spiritus sanctus dilectio est qua Deus diligit, & qua nos diligimus, duplex dilectio est, immo duo diuersa est, quod absurdum & à veritate longè est Non est ergo dilectio, qua diligimus, sed qua Deus tantum diligit nos.

Cap. 17. ad finem.

Ex verbis authoritatũ argumentando procedit.

Responsio ad prædicta, determinans authoritates. M

His respondemus prædictarum authoritatum verba determinantes hoc modo, Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua ipse nos diligit, sed qua nos diligere facit, &c. His verbis non diuiditur nec diuersa ostenditur charitas qua Deus nos diligit, ab ea qua nos diligimus: sed potius cum sit vna & eadem charitas, & dicatur ipsa Dei charitas, & diuersis de causis & rationibus Dei charitas appellari in scriptura ostẽditur. Dicitur enim Dei charitas, vel quia Deus ea diligit nos, vel quia nos ea suos dilectores facit.

Determinatio primæ authoritatis. N

CVM ergo ab Apost. dicitur charitas Dei diffundi in cordib⁹ nostris, nõ est dicta charitas Dei qua dilig-

Rom. 5. a.

diligit nos, sed qua facit nos diligere, id est, nō ibi appellatur charitas Dei, eo quod Deꝰ nos ea diligit, sed eo quod nos ea sui dilectores facit. Et quod ea ratione possit dici charitas Dei, quia nos ea diligere facit, ex simili genere locutionis ostenditur. sicut dicitur iustitia Dei qua nos iustificat, & Domini salꝰ qua nos saluat, & fides Christi qua nos fideles facit.

Determinatio secunda. O

SIMILITER & aliam exposuimus authoritātem, vbi ait dilectionem Dei commemorari, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos: ac si diceret, commemorat dilectionem DEI, non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum quod ipse ea diligit nos.

Aliud obiiciunt. P

SED aliud est, inquiunt, quod magis vrget, dixit enim supra Augustinus quod dilectio est à Spiritu S. à quo fides. Sicut ergo fides nō est Spiritus sanctus à quo est, ita nec charitas. Quomodo ergo S. sanctus est, si ab ipso est? Nam si ab ipso est, & ipse est, et Spiritus S. à seipso est. Ad quod dicimus: Spiritus S. quidem à seipso non est, sed tamen à seipso datur nobis, vt supra dictum est, dat enim seipsum nobis Spiritus S. Et ex hoc sensu dictum est, quod charitas ab ipso est in nobis, & tamen ipsa Spiritus S. est. Fides autem est à Spiritu S. & non est Spiritus S. quia donum vel datum solummodo est, non Deus dans.

Lib. de spiritu & litera in fine ca. 32. in tomo 3.

Quod alias inducunt rationes & authoritates ad idem probandum. Q

ALIAS quoque inducunt rationes ad idem ostendendum, scilicet quod charitas non sit Spiritus S. quia charitas affectio mentis est, & motus animi, Sp. S. vero non est affectio animi, vel motus mentis, quia Spiritus sanctus immutabilis est & increatus: non est ergo charitas.

Quod charitas est motus vel affectio animi. R

QVOD autē charitas sit affectio animi, & motus mentis, authoritatib. confirmāt. Dicit n. Aug. in 3. li. de doct. Christ. Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo ꝓpter ipsum, & se ac proximo ꝓpter Deum. Idem in li. de moribus Ecclesię Catholicæ, tractans illud verbum Apost. Nec mors nec vita poterit nos separare à charitate Dei. Charitas Dei, inquit, hic dicta est virtꝰ siue animi nostri rectissima affectio, quæ cōiungit nos DEO, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur, quod charitas est affectio & motus animi: ac per hoc non videtur esse Spiritus sanctus.

Aug. ad finē cap. 14 tō. 3.

Ad finem ca. 1 li. 1. Tom. 1.

Rom. 8. c. 11.

Responsio determinans authoritates. S

AD quod dicimus hoc ita dictum esse, sicut dicitur, Deus est spes nostra & patiētia nostra, quia facit nos sperare & pati: ita charitas dicitur esse motus siue affectio animi, qa per eam mouetur & afficitur animꝰ ad diligendū Deum. Nō autē mireris si charitas, cū sit spiritꝰ sanctus dicatur motꝰ mētis, cum etiā in li. Sapientiæ dicatur de spiritu sapientiæ, qui attingit à fine vsq; ad finē, qui est actꝰ mobilis, certus, incoinquinatus. Quod nō ideo dicitur, qꝺ sapientia sit mobile aliquid vel actꝰ aliquis, sed qa sui immobilitate omnia attingit, non locali motu, sed vt vbiq; semper sit, & nusquā inclusa teneatur. Si ergo charitas dicitur motꝰ animi, nō qꝺ ipsa sit motꝰ, vel affectio, vel virtus animi, sed quia per eā quasi esset virtus, afficitur mēs & mouetur. Sed si charitas Spiritus S. est, qui operatur in singulis prout vult, cum per eum mens hominis afficiatur & moueatur ad credendum, vel sperandum, & huiusmodi, sicut ad diligendū: quare non sic dicitur charitas motus vel affectio mentis ad credendum vel sperādum, sicut ad diligendum? Ad quod sane dici potest, qa alios actus atque modus virtutum operatur charitas, id est

Sapien. 8. a

1. ad Cor. 12. b.

spiri-

Spiritus S. mediantibus virtutibus quarum actus sunt, vt pote actum fidei, id est, credere fide media, vt actum spei, id est, sperare media spe. Per fidem enim & spem prædictos operatur actus. Diligendi vero actum per se tantum, sine alicuius virtutis medio operatur, id est, diligere. Aliter ergo hunc actum operatur quam alios virtutum actus. Ideoq; differenter de hoc & de aliis loquitur scriptura, quæ istum specialiter charitati tribuit. Est ergo charitas vere Sp. S. vnde August. præmissum verbum Apostol. tractans in eodem libro charitatẽ dicit esse bonum, quo nil melius est: & per hoc ipsam esse Deum significat dicens: Si nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius, hoc bono potest? Ecce dicit, quia charitate nihil melius est: Charitas ergo Spir. Sanctus est, qui Deus est, & donum Dei siue datum: qui diuidit singulis fidelibus dona, nec ipse diuiditur, sed indiuisus singulis datur. Vnde Aug. vbi Ioannes dicit non ad mensuram Christo dari spiritum, ait: Cæteris vero diuiditur, non quidem ipse spiritus, sed dona eius.

Aug. tom 3. paulo superius.

De moribus Eccl. ca. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

To. 9 tract. 14. ad tertiũ cap. Ioan.

An concedendum sit quod per donum dentur dona.

HIC quæritur, cum Spiritus S. per quem diuiduntur dona, ipse sit donum, vtrum concedendum sit quod per donum diuidantur ac dentur dona? Ad quod dicimus, quia per donum quod est Spiritus S. singulis propria diuidũtur, & ipsum communiter omnes boni habent. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. ait, Per donum quod est Spiritus S. in commune omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibuscunq; propria, diuiduntur. Non enim singuli quiq; habent omnia, sed hi illa, alii alia, quamuis ipsum donũ à quo cuiq; propria diuidũtur, omnes habeãt, id est, Spiritũ S. Ecce apertè dicit, per donum dona donari.

Non enim ad mensurã dat Deus spiritum.

Cap. 19. ad medium.

VTRVM EADEM RATIONE SPIRITVS Sanctus dicatur Donum & datum siue donatum.

DISTINCT. XVIII. A

De temporali processione spiritus sancti quantum ad proprietatē per quam natus est, temporaliter procedere. Cap. 19. ad finem.

PRÆTEREA diligenter cōsiderandum est, cū spiritus S. dicatur donum & datum, vtrum & eadem ratione vtrumque nomen ei conueniat: quod vtique videri potest.

Quare ita esse videtur. B

CVM enim idem sit Spiritum sanctum dari, & spiritum sanctum donari, ex eadē ratione videtur Spiritus sanct⁹ dici datum & donum: Hocetiā videtur Aug. significare in 15. lib. de Trin. cum ait: spiritus S. in tantum donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur: apud se autem Deus est, etsi nemini datur. Ecce aperte dicit S. sanctum donū appellari, quia datur. Si autem ex eo tātum appellatur donum, quia datur, nō ab ęterno fuit donū quia non datur nisi ex tempore.

Responsio quare datum siue donatum dicatur Spiritus sanctus. C

Ad quod dicimus, quia Spiritus sanctus & donum dicitur, & datum siue donatum: sed datū siue donatum ex eo tantum dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

Hic quare donum. D

DONVM verò dicitur non eo tantum ꝙ donetur, sed ex proprietate quam habuit ab ęterno. vnde & ab æterno fuit donū. Sempiternè n. donū suis, nō quia daretur, sed quia processit à patre & filio. Vnde Aug. 4. li. de Trin. ait: Sicut natū esse est filio à patre esse: ita spiritui sancto donum Dei esse est à patre & à filio procedere. Hic aperte ostenditur quod Spiritus sanctus eo donum est, quod ꝓcedit à patre & filio: sicut filius eo est à patre, ꝙ natus est ab eo. Non enim idē est filio esse à patre, & Spi-

ritui sancto, i. non ea proprietate filius dicitur esse à patre qua spiritus S. Nam filius dicitur esse à patre, quia genitus est ab eo: spiritus S. vero dicitur esse à patre & à filio, quia spiritus S. est donum patris & filii: i. quia procedit ab vtroq; Eo n. dicitur spiritus, quo donum: & eo donum, quo procedens. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trinit. ait: spiritus S. cui non est Trinit. sed in Trin. intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritꝰ S., relatiue dicitur, cũ & ad patrem & filium refertur: quia spiritus S. & patris & filii spiritus est: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum Dei, donũ est n. patris & filii: quia & à patre procedit, & à filio. Ecce his verbis aperte ostẽditur eadem relatione dici spiritum S. & donum. Donum autem, quia procedit à patre & filio. Proprietas ergo qua dicitur S. sanctus vel donum, ꝓcessio ipsa est, de qua post plenius agemus cum aliis. Cum ergo ab æterno processerit ab vtroque, & ab æterno donum fuit: non ergo spiritus sanctus eo tãtum dicitur donũ, quia donatur: nam & ante fuit donũ quam donaretur. Vnde Aug. in 5 lib. de Trin. Semper spiritus sanctus procedit, & nõ ex tempore, sed ab æternitate procedit. Sed quia sic procedebat, vt esset donabile, iam donum erat antequã esset cui donaretur. Aliter n. intelligitur, cum dicitur donum; aliter, cũ dicitur donatum: nã donũ potest etiam esse antequã detur, donatum autẽ, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Sempiternè ergo spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatũ. His verbis aperte ostenditur, quod sicut spiritus S. ab æterno procedit, ita ab æterno donum est non quia donaretur à patre filio, vel à filio patri, sed quia ab æterno processit donabilis.

Cap. 11. l. 5. circa mediũ.

Cap. 15. in fine.

Quod sæpe procedit S. sanctus.

Ca. 16. eiusdem l. 5 fere continue.

Quæritur cui donabilis.

SED quæritur cui donabilis: vtrũ patri & filio,

an tantum nobis qui nondum eramus? Si autem non erat donabilis patri & filio, sed tantum nobis, & ex eo donum erat, quia sic donabilis procedebat, videtur quod filius semper eadem ratione donum fuerit: quia ab æterno processit à patre donabilis, nobis in tempore, nã & de filio legitur quod datus est nobis. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus nobis tãtum non patri vel filio donabilis processit, sicut & nobis tantum datus est. Et filius vere datus est nobis, & ab æterno processit à patre, nõ vt donabilis tãtum, sed vt genitus qui & donari posset. Processit ergo vt genitus & donabilis: sed spiritus S. non procedit vt genitus, sed tantum vt donum. Donum autem semper fuit, nõ solum quia donabilis, sed quia ab vtroque processit, & donabilis fuit. Vnde Augu. in li. 5. de Trin. ait, Eo ipso quod daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur, & ideo donabilis est: sed aliter donabilis, quam filius: nam & aliter datur, & aliter processit quam filius. Filii enim processio genitura est, vel natiuitas: spiritus sãcti vero processio, natiuitas non est: vtraque vero ineffabilis est.

Esaiæ 9. b.

Cap. 15. non lõge à principio.

Quod sicut filius nascendo accepit non tantum vt esset filius, sed etiam essentia: ita & spiritus sanctus procedendo accepit non tantum vt esset donum, sed etiam vt esset essentia. F

ET notandum, quod sicut filius nascendo accepit non tantum vt filius sit, sed omnino vt sit, & vt ipsa substantia sit, ita & spiritus sanctus à patre & filio procedendo, accepit nõ tantum vt spiritus sanctus sit, vel donum sed etiam vt omnino sit, & vt substantia sit, quod vtiq; nõ accepit ex eo quod datur. nam cum detur nisi ex tempore, si hoc haberet ex eo quod datur, accepisset ergo ex tẽpore vt esset. Vnde Aug. in v. li. de Trinit. Filiꝰ nõ hoc tãtũ habet nascẽdo, vt sit filiꝰ, sed omnino vt sit.

Cap. 15. in medio.

Quæri-

Quęritur ergo, vtrũ spiritꝰ sãctꝰ eo ꝙ datur, habeat non tantum vt donũ sit, sed omnino vt sit. Quod si nõ nisi quia datur, id est, si nõ habet esse nisi eo quod datur, sicut filius nascendo habet nõ tantũ vt sit filius, ꝙ relatiuè dicitur, sed omnino vt sit ipsa substantia; quomodo iam spiritus S. erat ipsa substantia, cum non prius daretur, quam esset cui daretur? Non ergo eò quod datur, sed procedendo habet vt sit donum, & vt sit essentia: sicut filius non eo quod datus est, sed nascendo accepit non tantũ vt sit filius, sed vt essẽtia. Vnde Aug. in li. de Trin. ait: Sicut filio præstat essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturæ de patre generatio: ita spiritui S. præstat essentiam sine vllo initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ de vtroque processio.

Ad finem 26. l. 15. de Trinit.

Quod ex prædictis videtur, quod filius non tantum sit filius natiuitate, sed etiam de simili essentia, & spiritus sanctus processione. G

HIC oritur quæstio: Si filius nascẽdo habet nõ tantum vt sit filius, sed vt sit essentia, & spiritꝰ S. procedendo nõ tantum vt sit donum, sed vt sit essentia: ergo & filius natiuitate essentia est, & spiritus sanctus processione est essentia: cũ alibi dicatur, quod nec pater eo pater est quo Deꝰ, nec filius eo filius quo Deus, nec Spiritus S. eo donũ quo Deus: quia vt ait Aug. in 7. li. de Trin. His nominibꝰ relatiua eorũ ostẽduntur, nõ essentia. vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respondentes dicimus, quia nec filius natiuitate essentia est, sed tantum filius, nec spiritus sanctus processione essẽtia est, sed donum tãtum, & tamẽ vterq;, & ille nascendo, & iste procedendo accepit vt esset essentia. Non n. vt ait Hilar. in 5. lib. de Trinit. per defectionem aut protensionem aut deriuationẽ ex Deo, Deus est, sed ex virtute naturæ in naturã eãdem

Ca. 2. ad fin. Resoonsio.

Hilar. ad finem. lib. 5.

dem natiuitate subsistit filius, & ex virtute naturæ in naturam eandem processione subsistit Spiritus sanctus.

Exponit verba Hilarii. H

QVOD ita intelligi potest: Ex patre qui est virtus ingenita, naturam quam habet eandem filius, natiuitate, id est nascendo, & Spiritus S. processione, id est, procedendo habet. Vnde ipse idem apertius eloquens quod dixerat aperit dicens: Natiuitas, inquit, Dei non potest non eam de qua profecta est, tenere naturam: Non enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit. Ecce his verbis aperitur, quomodo intelligendum sit illud: De patre generatio præstat essentiam filio, & de vtroque processio præstat essentiam spiritui sancto. Non quia ille essentia sit filius, & iste essentia sit S. sanctus, immo proprietate personali: sed quia & ille nascendo, & iste procedendo essentiam habet eandem, & totam quæ in patre est.

Ibid. Hilarius paulo inferius.

Aug. in fine cap. 26. lib. 15. de Trin.

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatum secundum duos prædictos modos processionis. I

Ex prædictis patet quod Spiritus S. sempiternè donum est & temporaliter datum vel donatum: Ex quo apparet illa distinctio geminæ processionis, de qua supra egimus. Nam secundum alteram processionem dicitur donatum vel datum, secundum alteram vero dicitur donum.

Secundum hoc quod donum est, refertur ad patrem & filium: secundum quod datum, ad Deum, qui dedit, & ad eos quibus datum est. K

Et secundum hoc quod sempiterne donum est, refertur ad patrem & filium: secundum hoc vero quod dicitur datum vel donatum, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur: & eius dicitur esse qui dat, & illorum quibus datur. Vnde Augustin. in quinto lib. de Trinit. ait: Quod datum est,

Cap 14. ante medium.

est,& ad eum qui dedit refertur,& ad eos quibus dedit. Itaque Spiritus S. non tantum patris & filii qui dederūt,sed etiā noster dicitur qui accepim⁹: Spirit⁹ ergo & Dei est qui dedit, & noster qui accepimus: non ille Spiritus noster quo sumus,quia ipse est spiritus hominis qui in ipso est:quamuis & illum spiritum qui hominis dicitur, vtique accepimus: sed aliter iste, aliter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus vt essemus, aliud quod accepimus vt sancti essemus: Quod autem Spiritus S. noster dicatur,Scriptura ostendit. Scriptū est enim de Ioanne,quod in Spiritu Heliæ veniret. Ecce dictus est Heliæ spiritus quem accepit Helias. scilicet Spiritus. S. Et Moysi ait Dominus, Tollam de Spiritu quem iam dedi tibi. Ecce & hic dictus est spiritus Moysi. Patet igitur, quia Spiritus S. noster dicitur spiritus,sed quia nobis datus, & datus vtique ad hoc vt sancti essemus: Spiritus vero creatus,ad hoc est datus,vt essemus.

Ibidē paulò inferius.

1. *Cor.* 4.

Luca 1. *b.* *Num.* 11. *b.*

An filius cum sit nobis datus,posset dici noster, vt spiritus sanctus. I

HIC quæritur,vtrum & filius cum sit nobis datus, dicatur vel possit dici noster? Ad quod dicimus, quia filius dicitur noster panis, noster redemptor, & huiusmodi: sed non dicitur noster filius quia fili⁹ dicitur tātū relatiuè ad eū qui genuit. Et ideo noster filius nō potest dici,sed patris tātum. In eo autem quod dicitur datus, & ad eum qui dedit,& ad eos quibus datus est refertur: vt & spiritus S. qui etiam cum in scriptura (vt supra dictum est) dicatur spiritus noster,vel spiritus tuus, vel illius, vt de Moyse & Helia dictum est,nusquā tamē in scriptura occurrit ita dici, spirit⁹ S. noster vel tu⁹ vel illius, sed spiritus noster,vel tu⁹,vel illius, qa spiritus S. eo dicitur quò donū; & vtrunque relatiuè dicitur ad patrē & ad filiū,& hoc sempiterna relatione. Si tamē aliquādo dicitur donū nostrum,

Quod non dicitur spiritus sanctus noster, sed spiritus noster.

nostrum, accipitur donū pro donato vel dato. Cū vero donum accipitur eo modo quo spritus S. donum patris & filii dicitur, non hominis: ita & filius sub hac appellatione nō potest dici noster, vt dicatur filius noster, sicut nec dicitur spiritus sāctus noster; & tamen de filio dicitur, panis noster: & de spiritu, spiritus noster. Ille noster panis, quia nos reficit nobis datus: iste noster spiritus, quia nobis inspiratur à patre & filio, & in nobis spirat sicut vult. Vnde Aug in v. libr. de Trin. ait: Quod de patre natum est, ad patrem solum refertur cū dicitur filiꝰ. Et ideo filius patris est, & non noster. Dicimus tamen & panē nostrum da nobis, sicut dicimus spiritum nostrum.

Ad princi. pium ca 14 Mat. 6. b. & Luc. 11. a.

Ibid. paulo inferius.

Vtrum spiritus sanctus ad seipsum referatur. M

POS Thęc quęritur, vtrū spiritus S. ad se ipsum referatur: hoc enim videtur ex prędictis posse ꝓbari. Si n. quod datur refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur: & spiritus sanctꝰ datur à seipso, vt prædictum est, ergo refertur ad seipsum. Huius quæstionis determinationē in posterum differimus, donec tractemus de his quę relatiue dicuntur de Deo ex tempore: in quibus datum & donatum continentur.

HIC DE QVALITATE TRIVM PERSONARVM.

DISTINCT. XIX. A

NVNC postquam coæternitatem trium personarum ꝓ modulo facultatis nostræ insinuauimus, iam de earundem æqualitate aliquid eloqui supereſt. Fides n. catholica sicut coęternas, ita & cōæquales tres personas asserit. Aequalis est enim in omnibus patri filius, & patri de filio spiritus sanctus. Quia (vt Aug. in lib. de fide ad Petrū, breuiter aperiēs quomodo intelligatur ęqualitas docet) nullus horum aliū aut prędecedit ęternitate, aut

Aug. ad medium cap. 1. tom. 3.

aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritu S. (quantum ad naturæ diuinæ vnitatem pertinet) aut anterior, aut maior est pater, nec filius spiritu sancto. Aeternum quippe & sine initio est, quod filius de natura patris extitit: & æternum ac sine initio est, quod spiritus S. de natura patris filiique processit. Ob hoc ergo tres vnum recte credimus, & dicimus Deum, quia vna prorsus æternitas, vna immensitas, vna naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augustinus in quo trium personarum consistat æqualitas, scilicet quia alia aliam non excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut potestate.

Quod æternitas, & magnitudo, & potestas in Deo sunt vnum, licet ponantur quasi diuersa. B

CVMQVE enumerentur ista quasi diuersa, in Deo tamen vnum & idem sunt, scilicet essentia diuina simplex & incommutabilis. Vnde Aug. in li. 7. de Trin. Non alio magnus, alio Deus est: sed eo magnus, quo Deus: quia nō est illi aliud magnum esse, aliud Deum esse. Eadem quippe eius magnitudo est, quæ virtus: & eadem essentia, quæ magnitudo. Pater ergo & filius simul vna essentia, & vna magnitudo. Ita etiam & potentia Dei, essentia diuina est. Vnde August. in 7. lib. confess. Voluntas & potentia Dei Deus est. Aeternitas quoq; Dei essentia diuina est. Quod Aug. ostendit super illum locum Psal. In generatione & generationem anni tui. Est generatio generationum quæ non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sanctis. In illa erunt anni Dei qui non transeūt, id est, æternitas Dei. Nō. n. sunt aliud anni Dei aliud ipse: sed anni Dei, æternitas Dei est. Aeternitas vero ipsa Dei substātia est, nihil habens mutabile. Inconcussè ergo teneamus quod vnum & idem est, scilicet essentia diuina, Dei æternitas, potentia, magnitudo. & tamē cōsueuit scriptura hęc

Aug. ca. 1. ad principium.

Aug. in fine cap. 4. tō. 1. Aug. ad 25. vers. Psal. 101. tom. 8. hunc: Ne reuoces me.

&his

& his similia quasi distinctè ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est Aug. Quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quod autem æternitate aliqua trium personarū alium non excedat, supra ostensum est, vbi coæternitas trium personarum insinuata est.

Hic de magnitudine, quod ea aliqua personarum aliam non excedit. C

NVNC igitur supereſt ostendere, quod magnitudine vel potētia alius alium nō excedat; & prius de magnitudine videamus.

Quod est maior vna persona alia, nec maius aliquid duæ quam vna, nec tres vel duæ quam vna. D

Aug. ca. 10. & vlt. l. 6. de Trin. in fin.

SCIENDVM est ergo quia pater non est filio, nec pater vel filius maior spiritu sancto, nec maiꝰ aliquid duę personæ simul sunt, quam vna, nec tres simul maius aliquid quam duæ: nec maior est essentia in tribꝰ quam in duabꝰ, nec in duabus q̄ in vna: quia tota est in singulis. Vnde Ioā. Damas. ait: Confitemur Deitatis naturam omnē perfectè esse in singula suarum hypostaseō, id est, personarum: omnē in patre, omnē in filio, omnem in Sp. sancto. Ideo perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus.

Lib. 3. de orthodoxa fide cap. 6.

Iuxta latinā interpretationem.

Quomodo dicitur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroq;, & singulus in singulis. E

Et inde est quod pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroq;, & singulus in singulis. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum: Propter vnitatem naturalem totus pater in filio & spiritu S. est, totus quoq; spiritus sanctꝰ in patre & filio est. Nullus horum extra quēlibet ipsorum est, propter diuinæ naturæ vnitatē. Ecce hic aperit aliquatenus: non enim plenè potest tā-

Cap. 1. ad medium.

tum

tum ab homine referari arcanũ: ex qua intelligẽtia dicatur singula personarũ tota esse in aliis. Vn de etiã Hilar. ista interius perquirens in lib. 3. de Trin. ait: Affert plerisq; obscuritatem sermo Domini cũ dicit: Ego in patre, & pater in me est: nec immeritò. Natura n. intelligentiæ humanæ rationẽ dicti huius nõ capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit. Sed quod non intelligibile est homini, Deo possibile est. Cognoscendum itaque atq; intelligendũ est quid sit illud. Ego in patre, & pater in me est: si tamẽ cõprehendere hoc ita vt est valebim⁹: vtq; natura rerum pati non posse æstimatur, id diuinæ veritatis ratio cõsequatur. Patrem ergo in filio, & filium in patre esse plenitudo in vtroq; diuinitatis perfecta est, quia plenitudo diuinitatis est in filio: q̃ in patre est, hoc & in filio est: q̃ in ingenito est, hoc in genito, alter ab altero, & vterq; vnum. Is scil. qui est nihil habẽs q̃ non sit etiam in eo à quo est, non duo vnus, sed alius in alio: quia non aliud in vtroq;: vt vnum sint in fide nostra vterq; nõ vnus, nec eundẽ vtrunque: nec aliud confitemur, quia Deum ex Deo natum, nec eundem natiuitas, nec aliud esse permittit. Eandem ergo in vtroq; & virtutis similitudinem, & deitatis plenitudinem confitemur: quia veritas dicit, Ego in patre, & pater in me est. Omnia n. filius accepit à patre: nã si patrem eiusdem qui genuit accepit, neuter ergo perfectus est: deesset n. ei vnde decessit: nec plenitudo in eo erit, qui ex portione constiterit. Neuter ergo perfect⁹ est, si plenitudinẽ suam & qui genuit, amittit nec qui nat⁹ est consequitur. Fateamur ergo quod pater est in filio, & filius in patre, & Deus in Deo, vt idem Hilar. ait in 7. lib. de Trin. non per duplicem cõuenientium generũ coniunctionem, nec per insitam capacioris substantiæ naturã: sed per naturæ vnitam similitudinem, per natiuitatẽ

Hilar. in exordio l. b. 3.
Ioan. 14. b.
Ibid. paulo inferius.
Ibid. paulo inferius.
Hilar. ad finem lib. 3.
Ioan. 14. b.
Hilar. ad finem lib. 7.

viuentis ex viuente natura: dum re non differt, dum naturam Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud al. quid ex Deo quam Deus nascitur: dum nihil in his nouum est, nihil alienum, nihil separabile. Ecce his verbis, prout humana permittit infirmitas, aperitur ex quo sensu Christus dixerit se esse in patre, & patrem in se. Ex eodem etiam sensu intelligitur spiritus S. esse in vtroque, & singula personarum in singulis: quia scilicet in singulis est eadem plenitudo diuinitatis, & vnita similitudo naturæ: quia non est maior diuina natura in aliqua harum personarum, sed vnius & indifferentis naturę sunt hę tres personę. Ideoq; altera in altera esse dicitur, vt prædictũ est. Vnde Ambr. prædictorum verborum sententiam nobis aperiens super epistolam 2. ad Corint. 5 ait: Per hoc intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorum substantia. Ibi enim est vnitas, vbi nulla diuersitas. Ecce tribus illustrium virorum testimoniis, scilicet Augustini, Hilarii, atque Ambrosii in eodem concurrentibus reuelatione spiritus sancti in eis loquentis, pie credere volentibus ostenditur (tamen quasi per speculum & in ænigmate) qualiter accipiendum sit, cum dicitur pater in filio esse, vel filius in patre, vel spiritus S. in vtroque.

Amb. to. 5. Explanatione ad 5. cap. 2 ad Corin. in fine.

1. Cor. 13. d

Ad id quod cœperat redit scilicet vt ostendat quod magnitudine alius alium non superat.

SED iam nunc ad propositũ redeamus, cœptoque insistamus, ostendentes quod magnitudine nulla trium personarum aliam superat: quia nulla maior aliis, nec maius aliquid sunt duæ quam vna, nec tres quam duæ, nec maior Deus quam singuli horum, quia singulus horum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio.

Quod

Quod nulla personarum pars est in Trinitate. G

NEC est aliqua trium personarum pars Dei, vel diuinę essentiæ: quia singula harũ verus & plenus Deus est & tota & plena diuina essentia est: & ideo nulla istarum in Trinitate pars est. Vnde August. in lib. 3. contra Maxim. hęreticum ait: Putas Deum patrem cum filio & spiritu sancto vnum Deum esse non posse. times enim ne pater sit pars vnius Dei, qui constet ex tribus, noli hoc timere, nulla enim sit partium in Deitatis vnitate diuisio: vnus est Deus pater & filius & spiritus S. id est, ipsa Trinitas vnus est Deus: Ergo, inquis, Deꝰ pater est pars Dei: absit. Tres enim personæ sunt pater & filius & spiritus sanctus, & hi tres quia vnius substantiæ sunt vnum sunt, & summè vnum sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas volũtatum. Si enim natura vnum essent, & consensione vnum nõ essent, non summè vnum essent. Si verò natura dispares essent, non summè essent. Hi ergo tres, quia vnum sunt propter ineffabilem coniunctionem Deitatis qua ineffabiliter copulantur, vnus Deus est. Pars ergo trinitatis esse non potest, quicunque vnus est in tribus. In Trinitate ergo, quæ Deus est & pater Deus est, & filius Deus est, & spiritus sanctus Deus est: simul hi tres, vnus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est vnus, nec maius aliquid duo, quam vnus est ibi, nec maius aliquid sunt omnes quam singuli: quia spiritalis, non corporalis, est magnitudo. Quí potest capere capiat: qui autẽ nõ potest, credat, & oret vt qꝫ credit intelligat. Verum est enim quod per Prophetam dicitur. Nisi credideritis, nõ intelligetis. His verbis apertè ostẽdit indifferẽtẽ magnitudinẽ trium personarũ. Itẽ in eod. Tu nẽpè dixisti vnũ Deũ nõ ex partibꝰ esse cõpositũ, & hoc de patre tãtũ vis intelligi. Ille, inquis, virtꝰ est ingenita, simplex: & tamen,

Aug. in prin. cap. 10.

Ibidẽ paulo infernus.

Ibidẽ paulo inferius.

Matth 19.

Esaiæ 7. b.

Aug. ibid. cap. 10. consequentur.

men in hac simplici virtute multa videris commemorare cum dicis: Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem: Nunquid ergo bonitas, & sapientia, & clementia, & potentia tres partes sunt vnius virtutis, quam simplicem esse dixisti? Si dixeris, partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex illa virtus, te definiente, vnus est Deus: ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Nō dico, inquis, nō sunt partes. Si ergo in vna persona patris, & illa inuenis quæ plura vidētur, & partes nō inueneris, quia vnus virtus simplex est, quanto magis pater & filius & spiritus S. & propter indiuiduam Deitatem vnus Deus, & propter vniuscuiusq; proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes vnius Dei non sunt? Virtus est pater, virtus est filius, virtus est spiritus S. Hoc verum dicis: sed quod virtutem de virtute genitam, & virtutem de virtute procedentem nō vis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidē rectā & catholicā dicis. His verbis apertè docetur, quod tres personæ illæ non sunt partes Dei vel diuinæ essentiæ. Nullaque illarum Trinitatis pars dicenda est, nec vna alias vlla maior aliis.

Ibidem ferè cōtin. ad finē. cap. 10.

Cum dicimus tres personas esse vnam essentiam, nec vt genus de speciebus, nec vt speciem de indiuiduis prædicamus: quia non est essentia genus, & persona species, vel essentia species, & persona indiuiduum. H

HIC adiiciendum est, quod tanta est æqualitas trium personarum atque indifferens magnitudo, quod cum dicamus tres personas vnā essentiam vel substātiā, neq; vt genꝰ de speciebꝰ, neq; vt speciē de indiuiduis prędicamꝰ: Non n. essētia diuina genꝰ est, & tres personę species: vel essentia diuina species, & tres personę indiuidua. Quod Augustī

guſt, rationibus probabilibus, atq; irrefragabilib⁹ aperte demonſtrat in lib. vii. de Trin. dicens: *Si eſſentia genus eſt, ſpecies autem perſona, vt nonnulli ſentiunt, oportet appellari tres ſubſtantias, vt appellantur tres perſonæ. Sicut cum ſit animal genus & equus ſpecies, appellantur tres equi, ijdemque tria animalia. Non enim ibi ſpecies pluraliter dicitur, & genus ſingulariter: vt ſi diceretur, tres equi ſunt vnum animal. ſed ſicut tres equi ſpeciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur. Cum ergo tres perſonas vnam fateamur eſſe eſſentiam, non tres eſſe eſſentias, cum tres equi tria animalia dicantur non vnum, patet nomine eſſentiæ non ſignificari genus, nec nomine perſonæ ſpeciem.* *Aug. poſt principium capit. 6.*

Hic probat quod non dicitur vt ſpecies de indiuiduis. I

SI vero dicunt nomine perſonæ non ſpeciem ſignificari, ſed aliquid ſingulare atque indiuiduum, & nomine eſſentiæ ſpeciem intelligi: vt perſona non dicatur ſicut homo, ſed quomodo dicitur hic homo: velut Abrahã, Iſaac, Iacob vel quis alius qui etiam digito præſens demonſtrari poſſit: ſic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicũtur Abrahã, Iſaac, Iacob tria indiuidua: ita tres homines, & tria animalia. Cur ergo pater & filiꝰ & ſpiritꝰ S. ſi ſecũdũ genus & ſpeciẽ & indiuiduũ iſta dicimus, nõ ita dicuntur tres perſonæ? *Ibid Aug. ſubiungit.*

Alio modo probat idem. K

ALIO quoque modo idẽ probat Aug. ſcil. quod eſſentia diuina non eſt genus, nec perſonę ſpecies: vel eſſentia non eſt ſpecies, nec perſonę indiuidua. Vna, inquit, eſſentia non habet ſpecies, ſicut vnũ animal nõ habet ſpecies. pater ergo & filius & ſpiritus S. non ſunt tres ſpecies vnius eſſentiæ: diuina ergo eſſẽtia genꝰ nõ eſt. Sed nec ſpecies, eſt eſſẽtia diuina & perſonę indiuidua: ſicut homo ſpecies eſt, indiuidua autẽ Abraham, Iſaac, & Iacob. Si enim *Lib. & ca. eiſdem paulo inferius.*

nim essentia species est, vt homo: sicut nō dicitur vnus homo esse Abraham, Isaac, & Iacob. ita non dicitur vna essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus & species ita dicimus.

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna essentia. L

Idem Aug. Cap. 6. paulo inferius.

NOTANDVM etiam quod essentia diuina non est materia trium personarum, vt Augustin. in eodem lib. docet, tanquam secundum communem eandemque materiam tres personæ dicantur esse vna essentia: sicut ex eodem auro si fierēt tres statuæ, diceremus tres statuas vnum aurum. Non autem sic Trinitatem, id est, tres personas dicimus vnam essentiā, & Deum vnum, tanquam ex vna materia tria quędam subsistant. In statuis enim æqualibus, plus auri est tres simul quam singulæ: & minus auri est vna, quam duæ. In illa vero essentia Trinitatis nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam tres personas vnam dicimus esse substantiam vel essentiam, sicut tres statuæ dicuntur vnum aurum.

Ibidem paulo inferius.

Nec ita dicitur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura vel vnius naturæ. M

Cap. eodem 9. circa medium.

His quoque addendum est, quod tres personas nō ita dicimus esse vnam essentiam, vt Augustin. in eodem ait, vel vnius essentiæ, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus, & eiusdem tēperationis corporis, eiusdemque animi, vnam esse naturam vel vnius naturæ. Nam in his rebus non tātum est vnus homo, quātū tres homines simul, & plus aliquid sūt homines duo, quā vn⁹ homo, sicut in statuis esse diximus: at in Deo non est ita. Non .n. maior essentia est pater & filius simul, quā sol⁹ pater vel sol⁹ fili⁹: sed tres simul illæ personę æquales sūt singulis. Ex præmissis patet q tres personę dicūtur diuina essētia: nec secūdum materialē causam, vt tres statuę vnū aurū: nec secun-

Ibidem inferius.

cundum complexionis similitudinem, vt tres homines vnius naturæ: nec vt genus prædicatur de speciebus, vel vt species de indiuiduis, id est, continens de contentis, maius de minoribus.

Quæ videntur aduersari prædictis. N

His autem videntur aduersari, quę quidam sacræ scripturæ tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt. In quibus significari videatur quod essentia diuina sit quiddam commune & vniuersale, velut species, tres vero personæ sint, tria particularia, tria indiuidua numero differētia. Vnde Ioan Damas. inter doctores Grecorum maximus, in lib. quem de Trin. scripsit, quem & Papa Eugenius transferri fecit, ait. Communia & vniuersalia prædicantur de subiectis sibijpsis particularibus. Commune ergo substantia est, particulare vero hypostasis, id est persona. Particulare autem dicitur, non quod partem naturæ habet: sed particulare numero, vt atomus, id est, indiuiduum. numero enim non natura differre vidētur hypostases. Idē in eod. Substātia significat cōmunem & circumplectiuam speciem, homo idea, id est, similium specie, hypostaseon, id est, personarum, vt puta Deus, homo, hypostasis autem inuiduum demonstrat, id est, patrem, filium, & spiritum sanctum, Petrum, Paulum, & huiusmodi. Ecce aperte dicit substātiam esse vniuersale, hypostasim vero particulare: & quod Deus est species vt homo, & quod pater & filius & spiritus S. sunt indiuidua, sicut Petrus & Paulus, eo quod numero differunt: quæ præmissæ sententiæ Aug. penitus contradicere videntur. Quid ergo dicimus ad hæc? Hoc vtiq; dicere possumꝰ atq; debemꝰ, ꝙ ea quę Aug. tradidit superius, sine omni hęsitatione tenēda sunt.

Ioan Dam. li. 3. de orthodoxa fide cap 6. in principio.

Lib. 3. ca. 4. in principio.

Quod sane possunt intelligi quæ Ioannes dicit, & quomodo, ostendit. O

Hæc autem quę diçuntur, licet in sermonis su-

perfici e aliquid à fide alienum resonare videãtur, sane tamẽ intelligi queunt, piumq; lectorem atq; intellectorem plurimum efflagitant. in quorum explanatione mallẽ silẽs alios audire, quã loquẽdo maleuolis detrahendi occasionẽ præstare. Videtur tamẽ mihi ita posse accipi, cum ait, Substãtia est commune, & hypostasis est particulare. Nõ ita hęc accipit cũ de Deo dicãtur, vt accipiũtur in philosophica disciplina, sed per similitudinẽ eorum quæ à Philosophis dicuntur, locut⁹ est: vt sicut ibi cõmune vel vniuersale dicitur, quod prædicatur de pluribus, particulare vero vel indiuiduũ q̃ de vno solo: ita hęc essẽtia diuina dicta est vniuersale, qa de omnib. personis simul, & de singulis separatim dicitur. Particulare vero, singula quælibet personarum: qa nec de aliis cõmuniter, nec de aliarum singulariter prædicatur. Propter similitudinẽ ergo p̃dicationis, substantiã Dei dixit vniuersale, & psonas particularia vel indiuidua. ꝓpter hoc idẽ etiã, eandẽ diuinam essentiã dixit esse speciẽ cõmunem, & complectiuã similium speciepsonarum: qa sicut hęc species homo de suis p̃dicatur indiuiduis, velut de Petro Paulo & aliis, nec ista specie differunt, sed cõueniunt per omnia: ita De⁹ de trib⁹ prædicatur personis, quæ indiuinitate nõ differunt, sed p omnia cõueniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas & res temporales perpendens Ioannes, vniuersalitatis & particularitatis nomina, quæ rebus temporalibus ꝓprie conueniunt ad res æternas transtulit: Aug. verò maiorem videns dissimilitudinem quã similitudinem inter res prędictas, ab excellentia Trinitatis, prædicta nomina remouit.

Ex quo sensu dixerit personas differre numero. P

QVOD autem Ioannes dicit hypostases differre nũero nõn atura. In eo q̃ non differre natura ait, verissimè & sine scrupulo loquitur. Quod vero dicit

dicit differre numero, cauēdum est quomodo intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

Quibus modis dicantur differre numero, & secundum quem modum possit conuenire personis. Q

DICVNTVR n. aliqua differre numero, quando ita differunt vt hoc non sit illud, nec aliquid ꝙ illud est, vel in ipso est: qualiter differunt Socrates & Plato, & huiusmodi quę apud Philosophos dicuntur indiuidua vel particularia, iuxta quē modū nō possunt dici tres personæ differre numero. Dicuntur quoq; differre numero, quæ in enumeratione siue cōputatione nō sibi admiscentur, sed à se inuicē discernuntur, vt cum de aliquib⁹ reb⁹ loquentes dicimus, vna, duæ, tres, & secundum hunc modum fortę dixit Ioan. hypostases: id est personas differre numero. Possumus n. dicere, pater est vn⁹, & fili⁹ sunt duo, & pater & fili⁹ & Sp.S. sunt tres. Et itē; Hæc persona est vna, & hæc & illa sunt duę, & hæc & illa & alia sunt tres. Conueniētius tamen tres illæ personę proprietatibus tantum distingui dicuntur: de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur, *Distin. 26.* Nunc vero ad inceptum redeam⁹, quę dicta sunt repetētes, vt sępi⁹ versādo familiari⁹ innotescāt.

Quod vna persona non est maior alia, nec tres simul quam vna: & hoc ratione ostendit catholica.

SCIENDVM est ergo tantā equalitatē esse in Trin. vt ait August. in 8. lib. de Trin. vt non solum pater non sit maior quam filius, sed nec pater & filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus S. aut quęlibet persona minus aliquid sit, quam ipsa Trinitas. Quod autem ita sit, aliquo modo, si fieri potest, demōstrandum est. Quātum ergo creator ipse adiuuat, attendam⁹. Inquit Aug. in eodē, *Aug. cap. 1. In medio.* *Cap. 2. in principio.*

quomodo in hac Trinitate duæ vel tres personæ non sunt maius aliquid quàm vna earum.

Ratione vtitur subtilissima ad ostendendum quod ita sit. S

Vide Aug. fere contin. uo eiusdem cap. 2. libr. 8. de Trinit.

QVOD ibi magnum dicitur, aliunde magnum nõ est, quã eo quo vere est: quia ibi magnitudo ipsa veritas est, & veritas essentia, nõ ergo ibi maius est, quod verius non est. Non autem verius est pater & filius simul, quam pater solus vel filius. Non ergo maius est aliquid vterque simul, quam singulus eorũ: Et quia æquè vere est etiam spiritus S. ideo pater & filius simul non sunt aliquid maius quam ipse: quia nec verius sunt. Item in essentia veritatis, hoc est, verum esse: & hoc est esse, quod est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse, quod verum esse. Quod igitur ibi æquè verum est, æquè magnũ est. Quod ergo ibi plus veritatis non habet, nõ plus habet magnitudinis. Plus autem veritatis nõ habet, quod verius nõ est. Nõ est autem verius vna persona quam alia, vel duę, quam vna, vel tres simul quam singula, non ergo plus veritatis habet vna quã alia, vel duę quam vna, vel tres simul quam singula. Sic ergo, & ipsa Trinitas non est maius aliquid, quam vna quæque ibi persona, sed tam magnum quam singula: Non enim ibi maior est, quæ verior non est, vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce modo conueniẽti & ratione catholica ostensum est, quomodo indifferens sit magnitudo trium personarũ: quia nec vna maior est alia, nec duæ maius aliquid quam vna, nec tres simul maius aliquid quam singula.

Ibid. paulo superius.

Quod Deus non est dicendus triplex, sed trinus. T

PRÆTEREA cum Deus dicatur trinus, nõ tamen debet dici triplex. Ibi enim nõ est triplicitas, vbi summa est vnitas & indifferens æqualitas, vnde Aug. in li. 6. de Trin. ait: Nõ quoniã Deus Trinitas est, ideo triplex putãd⁹ est, alioquin minor esset

In medio cap. 7.

fet pater solus, vel filius solus, qua simul pater & filius. Cũ itaq; tãtus est pater solus, vel solus filius, vel s. sanctus quãtus est simul pater & filius & sp. S. nullo modo triplex dicendus est Deus. Non enim pater cum filio & spiritu sancto, maior Deus est quam singuli eorum: quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est & pater, & filius, & spiritus sanctus, & perfectus dicitur Deus singulus eorum. Et ideò Trinitas potius, quam triplex dici debet.

In principio cap. 8. eiusdem.

Ibid. paulo inferius.

Quod non ita in rebus corporeis, vt in Trinitate. V

In rebus corporeis non tantum est vna, quantum tres simul, & plus sunt duæ, quam vna res. In Trinitate vero summa, tantum est vna persona, quantum tres simul: & tãtum sunt duę, quantum vna: & in se infinitæ sunt, & nõ est finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur quod superius dictũ est, quomodo singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum in omnibus est, & vnum omnia. Ecce iam ostendimus sufficienter, qualiter in Trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

Aug. lib. 6. Cap. 10. de Trin. infine.

OSTENSO QVOD ALIQVA PERSONARVM ALIAM NON SVPERAT MAGNITVdine, *nunc ostendit quod alia non excellit aliam potentia.*

DISTINCT. XX.

A NVNC ostẽdere restat, quomodo aliqua harũ personarum aliã non excellat potentia: vt sicut vna & indifferens est magnitudo trium, ita vna & indifferens esse monstretur potentia triũ. Sciendum est ergo, quia non est potentior pater filio, nec filius vel pater spiritu S. nec maiorem potẽtiam habent duo vel tres simul, quam singulus eorũ: quia nec plus potest pater & filiꝰ simul, quam solus

solus Spiritus S. Nec hi tres plus possunt, quam singulus eorum quia omnipotẽtiam quam habet pater, & filius, accepit nascendo, & Spiritus S. procedendo, quod August. rationibus & authoritatibus probabiliter astruit in lib. contra Maximinum, qui dicebat patrem meliorem ac potẽtiorem filio.

Aug. ca. 14. lib. 3. contra Maximinũ. post mediũ.

Quod non potest minus filius quam pater. B

Ibid. cap. 14. inferius.

NIHIL, inquit, patre min⁹ habet ille qui dicit. Omnia quæ habet pater, mea sunt Nam si minus habet in potestate aliquid quam pater, non sunt eius omnia quæ habet pater. Sed eius sunt omnia, quæ habet pater: tantam ergo habet potestatem filius, quantam pater. æqualis est ergo patri. Non enim potest qui accepit, inæqualis esse ei qui dedit. Tu autem hoc de potentia sapis, quod potens sit filius, sed potentior pater: vt secundum doctrinam vestram potens potẽtem potuerit generare vel gignere, & non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam quam non habet filius: & si hoc est, falsum est quod ait filius, Omnia quæ habet pater, mea sunt.

Ibid. paulo superius.

Ibid. cap. 12. in princip.

Hoc verum fatebatur hæreticus, ex quo progrediebatur ad falsa. C

SED, inquis, pater à nemine potentiam accepit, filius autem à patre Fatemur & nos filium accepisse potentiam ab illo de quo natus est potens: patri verò potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia quę habet in substantia sua gignendo, dedit ei quem genuit de substantia.

Aug. ibid. fere continuo cap. 12.

Quæstio Augustini, qua arctat hæreticum. D

SED quęritur, vtrum ei tantam quanta ipsi est, potẽtiam pater filio dederit, an minorem. Si tantam, nõ solũ potẽtẽ, sed etiã omnipotẽtẽ genuisse omnipotẽs intelligitur: si vero minorẽ, quomodo omnia, quæ habet pater, filii sunt? Si patris omnipo-

Ibid. consequenter

nipotentia, filii non est, non omnia procul dubio quæ habet pater, filii sunt. At omnia quæ habet pater, filii sunt: omnipotentia ergo patris etiam est filii, non est ergo pater potentior filio.

Aliter probat filium æqualem patri. E *Aug. ca. 18. medium.*

ITEM alio modo probat filium æqualem patri contra Maximi. ita dicens: Tu dicis quod pater genuit filium minorem seipso, in quo & patri derogas: qui si filium vnicũ minorem genuit, aut nõ potuit, aut non voluit gignere æqualem. Si dicis quia non voluit, eum inuidum esse dixisti: si autẽ non potuit, vbi est omnipotẽtia Dei patris. Prorsus ad hũc articulũ res colligitur, vt Deus pater æqualem sibi gignere filium, aut non potuerit, aut noluerit. Si nõ potuit, infirmus: si noluit, inuidus inuenitur. Sed vtrunq; hoc falsum est: patri ergo filius verus æqualis est. Genuit ergo pater sibi æqualem filium, & ab vtroque procedit vtriq; æqualis Spir. S. Si enim formam suam (vt ait Aug. contra eundem) pater in vnico filio plenam gignere potuit, nec tamen plenam genuit, sed minorem, cogimini patrem inuidum dicere. Plenum ergo Deum & æqualem sibi genuit, filium.

Aug ca. 7. eiusdem lib. 3. contra Maximinũ. Lib. 3. ca. 15. in princip.

Per similem ostendit, quod non minorem pater filium genuit. F

HOC autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat, inquiens: Homo pater si potuisset, æqualem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quod hoc omnipotens non potuit? Addo etiã, si posset homo, maiorẽ meliorẽque seipso gignere filiũ. Sed maius vel melius Deo quicquã esse nõ potest. Deꝰ ergo cur nõ æqualem (vt ais) filium genuit: cui nec anni necessarii fuerũt, per quos adimpleretur æqualitas, nec omnipotẽtia defuit? An fortè noluit: ergo (ꝙ absit) inuidit. Sed nõ inuidit: æqualem ergo genuit filium: Credamus ergo filium ei esse æqualem.

Lib. 3. ca. 11. in medio.

Aug c. 15. lib. eiusd. 3. contra Maximinum ad finem tom. 6.

Opinio-

Opinionem hæretici ponit, vt destruat. 6

Sed forte dicis, eo ipso pater est maior filio, quia de nullo genitus, genuit tamē æqualem. Ad quod cito respondebo: imo ideo non est pater maior filio, quia æqualem sibi genuit. Origenis enim quæstio ista est, quis de quo sit: æqualitatis autem, qualis aut quantus sit, quod est dicere. Ad Orig. pertinet quæstio qua quæritur, quis de quo sit: ad æqualitatē vero illa qua quæritur qualis aut quantus quis sit. Nec cum dicitur filius à patre genitus, ostenditur inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ, non quo alter prior esset altero, sed quo alter est ex altero. Non ergo secūdū hoc quod pater genuit, & filiꝰ genitꝰ est, vel spiritꝰ S. ab vtroq; procedit, æqualitas vel inæqualitas ibi existēt: quia nō secūdū hoc alia psona alii æqualis vel inæqualis dicitur. Ecce æqualitas. Trinit. & vna eademq; substātia, quātū breuiter potuimꝰ, demonstrata est in superioribꝰ: qualiter scil. aliqua trium personarū quamlibet aliam nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

QVÆRITVR QVOMODO POSSIT DIci Solus Pater, vel Solus Filius, vel Solus Spiritus sanctus, cum sint inseparabiles.

DISTINCT. XXI. A

Distin. 19. HIc oritur quæstio trahens originem ex prædictis. Dictū est enim supra, quod tantus est solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus Sanctus quantum simul illæ tres: & quod duæ vel tres personæ simul non sunt maius aliquid, quam vna *Aug. c. 7. l. 6.* persona sola. Ideo quærit August. in 6 lib. de trinit. quomodo hęc sane dici possint, cum nec pater sit solus, nec filius, nec spiritus S. sed semper & inseparabiliter & filius cum patre cum filio, & sp. *Aug. in fine cap. 7. li. 6.* S. cum vtroque. Inseparabiles enim sunt hæ tres personæ. Ad quod respondet August. in eodem.

Solum

Solum Deum patrem dicimus, non quia separatur à filio, vel à spiritu sancto: sed hoc dicentes significamus quia illi simul cum eo nō sunt pater. Solus enim pater, pater est. Quod nō dicitur quia ipse sit solus, id est, sine filio, vel spiritu S. sed per hoc filius, vel spiritus S. à paternitatis consortio excluduntur. Ita & cū dicitur, solꝰ filius filiꝰ est, vel solus spiritus S. est spiritus S. non diuiditur filius à patre, vel spiritus sanctus ab vtroq; sed à consortio filialis proprietatis excluduntur pater & spiritus S. & à consortio processibilis proprietatis pater & filius. Cum ergo dicitur, tantus est solus pater, quantum simul illi tres, per hoc quod dicitur solus, non separatur pater ab aliis: sed hic est sensus solus pater, id est, pater qui ita pater est, quod nec filius, nec spiritus sanctus, tantus est, &c. Similiter intelligi cum dicitur, solus est filius, vel solus est spiritus S. Solus ergo pater dicitur, vt ait Aug. in eodem, quia non nisi ipse ibi pater est: & solus filius, quia non nisi ipse ibi filius est: & solus spiritus S. quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

In princip. ca. 8. lib. 6.

Augusti. in princip. ca. 9 eiusdem libr. 6.

Vtrum possit dici, solus pater est Deus, solus filius est Deus, vel solus spiritus est Deus: vel pater est solus Deus, vel spiritus sanctus est solus Deus.

POST hæc quæritur, vtrum sicut dicitur, solus pater est pater, vel solus filiꝰ est filius, ita possit dici, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, ita & de spiritu S. Aut pater est solus Deus, filius est solus Deus. Ad quod dicimus, quia pater & filius & spiritus S. dicitur, & est vnus Deus: & hæc Trinitas simul ꝓprié dicitur esse solꝰ Deꝰ, sicut solus sapiēs & solꝰ potens. Sed nō videtur debere dici à nobis, verbis nostris vtēb, nisi vbi sermo authoritatis occurrit. solꝰ pater est Deꝰ, vel pater est solus Deꝰ, ita de filio & spir. S. dicimꝰ: Vnde Aug. in 7. li. de Trin. ait: Quoniam ostēdimus quomodo possit

1. ad Ti. 6. d.

Cap. 9. li. 6. in princip. Aug. ibid. ca. 9. lib. 6. continuo.

ſet dici ſolus pater vel ſolus filius, conſiderãda eſt illa ſentẽtia qua dicitur: Nõ eſſe ſolum patrẽ Deũ verum ſolũ, ſed patrem & filium & Sp. S. Ecce habes, quia non ſolus pater dicẽdus eſt eſſe verũ Deũ. Item in eod. Si quis interrogat vtrum pater ſolus ſit Deus, quomodo reſpondebimus non eſſe: niſi forte dicamus, ita eſſe quidem patrem Deum, ſed non eum eſſe ſolum Deum. Eſſe autẽ ſolum Deũ dicamus patrẽ & filium & ſpiritum S. Ecce & hic habes, quia pater non debet dici ſolus Deus, atq; hic ſolum in parte ſubiecti tantũ accipere quidã volunt: in parte verò prędicati ſi ſit, concẽdunt q; pater eſt ſolus Deus. Sed ex verbis Auguſtini videtur oſtendi, quod proprie ſolus Deus dici debeat tota Trinitas, Et hæc Trinitas, vt ait Auguſt. contra Maxim. intelligitur cum Apoſtolus dicit: Beatus & ſolus potens, & ibi: Soli ſapienti Deo. & ibi: Inuiſibili ſoli Deo. Non n. de ſolo patre hæc accipienda ſunt, vt contendebat Maximinus & alii hæretici, ſed de Trinitate. Sicut & illud: Solus habet immortalitatem: quia ſecundum rectam fidẽ ipſa Trinitas eſt vnus ſolus Deus, beatus, potens, ſapiens, inuiſibilis. Vnde Auguſt. in eod. Cum vnus Deus ſit Trinitas, hæc ſit nobis ſolutio quęſtionis, vt intelligamus ſolum DEVM ſapientem, ſolum potentem, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, qui eſt vnus & ſolus Deus.

Aug. cap. 9. li. 3. in principio cõtra Maximinũ Hæreticum tom. 6.

Ad principiũ li. 3. contra eundem Maximinum.

Quomodo dicitur Trinitas ſolus Deus, cum ipſa ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis. C

SED iterũ quæritur, quomodo ipſam Trinitatẽ dicimus ſolum Deum, cum ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis. Ad quod reſpondet Auguſt. in 6. lib. de Trinit. dicens: Trinitatem dicimus Deum ſolum, quamuis ſemper ſit cum ſpiritibus & animabus ſanctis: ſed ſolum dicimus, quia non aliud quam ipſa Trinitas Deus eſt. Non enim illi, cũ illa

Cap. 7. in fine.

Deus

Deus sunt, vel aliqua alia: sed ipsa Trinitas tantũ nonilli vel alia Deus est.

Etsi de patre solo prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius, & spiritus sanctus. D

VERVNTAMEN, ait Aug. etsi de solo patre prędicta dicerentur, non tamen excluderetur filius vel spiritus S. quia hi tres vnũ sunt, sicut in Apoc. de filio legitur, ꝙ habet nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse: nõ n. inde separatur pater vel spiritus S. Et cum dicitur: Nemo nouit patrem nisi filius, non inde separatur pater vel spiritus S. quia inseparabiles sunt. Aliquando etiam nominantur pater & filius, & tacetur spiritꝰ S. vt veritas ad patrem loquens ait: Vt cognoscãt te, & quem misisti Iesum Christum, esse vnũ verum Deum. Cur ergo (inquit Augustꝰ.) tacuit de spiritu sancto quia consequẽs est, vt vbicunq; nominatur vnus, sicut pater & filius, tanta pace vni adhærens intelligatur etiam ipsa pax, quamuis non commemoretur: vno ergo istorum nominato, etiam reliqui intelliguntur, quod in pluribus scripturæ locis occurrit.

August. in principio cap. 3. l. 3. contra Maximinum.

Lib. 6. de Trin. t. cap. 9. in medio.

DE NOMINVM DIFFERENTIA, QVIBVS VTIMVR LOQVENTES *de Deo*

DITINCT. XXII. A

POST prædicta nobis differendum videtur de nominum diuersitate, quibus loquentes de vnitate ac Trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandũ est, quibꝰ modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo præcipue teneamus, quędam esse nomina distincte ad singulas personas pertinẽtia, vt ait Aug. in 9. lib. de Trin. quæ de singulis tantũ dicuntur personis. Quędãvero vnitatem essentiæ significãtia sũt, quæ & de singulis sigillatim, & de

Aug. lib. 5. de Trin. hæc tradit:

omnibus cõmuniter dicũtur. Alia vero ſunt quæ tranſlatiuè aꝫ per ſimilitudinem de Deo dicuntur. Vnde Ambr. in 2. lib. de Trin. ait: Quo purius niteat fides, tripartita videtur deriuanda diſtinctio. Sunt n. nomina quædam, quę euidenter proprietatem perſonãque deitatis oſtendũt. Et ſunt quædam, quæ perſpicuã diuinæ maieſtatis exprimunt veritatem. Alia verò ſunt quæ trãſlatiuè & per ſimilitudinẽ de Deo dicũtur. Proprietatis itaq; indicia ſunt, generatio, filius, verbum, & huiuſmodi: vnitatis vero æternę, ſapiẽtia, virtꝰ, & veritas, & huiuſmodi: ſimilitudinis vero, ſplendor, character, ſpeculum & huiuſmodi.

Ambroſ. in principio Prologi. li. 2. de fide to. 2.

Præmiſſis addit quædam eſſe nomina, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur. B

HIS adiiciendũ eſt, quædam eſſe nomina, vt Auguſt. ait in 5. lib. de Trinit. quæ ex tempore Deo conueniunt, & relatiuè ad creaturam dicuntur: quorum quædam de omnibus dicuntur perſonis: vt, Dominus, creator, refugium: quædam autem non de omnibus, vt donatus, datus, miſſus.

Aug cap. 16. & vlt. lib. 5. per totum.

De hoc nomine Trinitas addit. C

PRÆTEREA eſt vnum nomen quod de nulla perſona ſigillatim dicitur, ſed de omnibus ſimul, id eſt, Trinitas: quod non dicitur ſecundum ſubſtantiam, ſed quaſi collectiuam pluralitatem deſignat perſonarum.

De aliis nominibus quæ temporaliter Deo congruunt, & non relatiuè dicuntur. D

SVNT etiam quædam nomina quæ ex tempore Deo conueniunt, nec relatiuè dicuntur, vt humanatus, incarnatus, & huiuſmodi. Ecce ſex nominum differentias aſſignauimus, quibus vtimur loquentes de Deo: de quibus ſingulis agẽdum eſt.

Quod

Quod nomina quæ ad singulas pertinent personas, propriè relatiuè dicuntur: ea vero quæ vnitatem essentiæ significant, ad se dicuntur, & de singulis, & de omnibus communiter dicuntur personis, & singulariter non pluraliter in summa accipiuntur. E

SCIENDVM est ergo, q̃ illa quæ propriè ad singulas personas pertinent, relatiuè ad inuicem dicũtur: sicut pater & filius, & vtriusq; donũ spiritus S. Ea vero quæ vnitatem essentiæ significãt, ad se dicuntur: & ea quæ ad se dicuntur, substantialiter vtique dicuntur, & de omnibus communiter, de singulis sigillatim dicuntur personis: & singulariter non pluraliter accipiuntur in summa vt Deus bon⁹, potẽs, magnus, & huiusmodi. Quæ autem relatiue dicuntur, substantialiter non dicuntur. vnde Aug. in .4. libr. de Trinit. ait: Quicquid ad se dicitur, præstantissima & diuina sublimitas substantialiter dicitur. Quod autem ad aliquid dicitur, non substantialiter dicitur, sed relatiuè. Tantaq; est vis eiusdem substãtiæ in patre & filio & spiritu S. vt quicquid de singulis ad seipsos dicitur, nõ pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Dicimus n. pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus S. est Deus: quod secundum substantiam dici nemo dubitat. Non tamen dicim⁹ hanc Trinit. esse tres Deos, sed vnum Deum. Ita dicitur pater magnus, filius magnus, & spiritus sanctus magn⁹: non tamen tres magni, sed vnus magnus. Ita etiam omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus S. non tamen tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Quicquid ergo ad seipsum dicitur Deus, & de singulis personis similiter dicitur, & simul de ipsa Trinitate, nõ pluraliter, sed singulariter dicitur. Et quoniam non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse, sed idem

Augustin. in principio cap. 4. lib. 5. de Trin.

Ibid. paulò inferius.

Ibid. continuè in fine ca. 2. c. usq; lib. 2.

est illi esse quod est magnū esse: propterea sicut nō dicemus tres essentias, sic non dicim⁹ tres magnitudines, sed vnam essentiam, & vnam magnitudinem.

Quod Deus magnus est ea magnitudine qua Deus est: sic de bonitate, & de omnibus quæ secundum substantiam dicuntur. F

DEVS n. non est magnus ea magnitudine, quæ nō est ꝙ ipse, vt quasi particeps eius sit: alioquin maior esset illa magnitudo quam Deus. Deo autē non aliquid maius: ea ergo magnitudine magnus est qua ipse est. Ideoq; nec tres magnos, sed vnum magnū: qa nō participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magn⁹ est, quia ipse est sua magnitudo. Ita & de bonitate, & æternitate, & omnipotentia Dei dicendū est, & de omnib. omnino quæ de Deo possūt pronunciari substātialiter: quibus ad seipsum dicitur, nō translatiuè ac per similitudinem, sed propriè, si tamē de illo proprie aliquid ore hominis dici potest. Ecce aperte docuit, ꝙ nomina vnitatem diuinæ maiestatis significātia, & ad se dicuntur de Deo, id est, sine relatione, & de omnibus personis cōmuniter, & de singulis diuisim dicūtur: nec pluraliter: Sed singulariter in sūma accipiūtur. Illa vero nomina quæ proprie ad singulas pertinent personas, relatiue, nō substātialiter dicuntur. Quod enim ꝓpria singula in Trinitate persona dicitur, vt ait Augustin. in eod. nullo modo, ad seipsum, sed ad aliam inuicem, vel ad creaturam dicitur. Et ideo relatiuè, non substantialiter dici, manifestum est.

Aug. lib. de Trin. 5. cap. in medio.

Aug. ca. 11. eiusdem li. 3. de Trin. cōtinuo.

* *
*

DE

DE HOC NOMINE QVOD EST PERSONA, QVOD CVM SECVNDVM *substantiam dicatur: tamen pluraliter non singulariter in summa accipitur.*

DISTINCT. XXIII. A

PRÆDICTIS adiiciendū est, ꝙ cum omnia nomina, quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter & non pluraliter de omnibus in sūmma dicantur personis, vt supra ostensum est: est tamen vnum nomen, scilicet persona, quod secundū substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter nō singulariter in summa accipitur. Dicimus n pater est persona, filius est persona, spiritus S. est persona, & hoc secundum substantiam dicitur: Nec tamen dicitur, pater & filius & spiritus sanctus sunt vna persona, sed tres personæ. Hoc ergo nomen excipitur à prædicta regula nominum, quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, quia cum hoc ad se dicatur, & secundum substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur.

Auctoritas quod persona ad se dicatur & secundum substantiam. B

QVOD autem persona secundum substantiā dicatur Aug. ostendit in 7. lib. de Trin. dicens: Nō est aliud Deo esse, aliud personā esse, sed omnino idem. Item in hac Trinitate cū dicim⁹ personam patris, non aliud dicimus q̄ substantiam patris. Quocirca vt substantia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quo est ita & persona patris, nō aliud q̄ ipse pater est. Ad se quippe dicitur psona, nō ad filium vel spiritum S. sicut ad se Deus dicitur & magnus, & bonus, & iustus, & huiusmodi. Et quemadmodū hoc illi est esse, quod Deum esse quod magnum esse, quod bonū esse: ita hoc est illi

Aug. cap. 9 ad principium.

Ibid. paulo inferius.

esse, & personam esse. Ecce expresse habes, quod persona secundum substantiam dicitur: vt cũ dicitur, pater est persona, hic sit sensus, pater est diuina essentia. Similiter cum dicitur, filius est persona, spiritus S. est persona, id est, essentia diuina.

Cur pater & filius & spiritus sanctus non dicantur vna persona, vt vna substantia, & vnus Deus. C

IDEO oritur hic quæstio difficilis quidem, sed non inutilis: qua quæritur, Cur non dicantur hi tres vna persona, sicut vna essentia, & vnus Deus. Quã quæstionem Aug. diligenter tractat, atq; cõgruè explicat in 7. lib. de Trin. ita dicens: Cur non hæc tria simul vnam personam dicimus, sicut vnã essentiam & vnum Deum, sed dicimus tres personas, cũ tamen tres Deos, aut tres essentias non dicamus? Quia volumus vel vnum aliquod vocabulũ seruare huic significationi, qua intelligitur Trin. ne omnino taceamus interrogati quid tres essent, cum tres fateamur. Cũ ergo quæritur quid tres, vt ait Augustin. in lib. v. de Trin. magna prorsus inopia humanũ laborat eloquium: dictũ est tamẽ tres personæ. nõ vt illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non n. rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostẽdit qua necessitate dicatur pluraliter personæ: videlicet vt hoc vno nomine quærẽtibus de tribus respondeam⁹.

Cap. 9. eiusdem continuo.

Solutio.

Aug. cap. 9. in fine li. 9. de Trin.

Qua necessitate dictum sit tres personæ à Latinis, & à Græcis tres hypostases vel substantiæ. D

QVA necessitate nõ solum Latinus sermo, sed etiam Græcus eadem pene super hac laborans nominum penuria coarctatur. Vnde Augustin. quid à Græcis vel Latinis necessitate de ineffabili Trin. dictũ sit aperiens, in 7. lib. de Trinitate ait: Loquẽdi causa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo

Cap. 4. in principio.

pos-

possemus, dictū est à Græcis, vna essentia, tres substātiæ, id est, vna vsia, tres hypostases. Aliter enim Græci accipiunt substātiam quam Latini. A Latinis autē dictum est, vna essentia vel substātia, tres personæ: quia nō aliter in sermone nostro, id est, Latino essentia quam substantia solet intelligi. Et vt intelligatur saltem in ænigmate, placuit ita dici, vt cum quæreretur quid tria sint, aliquid diceretur: quæ tria esse fides vera pronuntiat, cum & patrē nō dicit esse filiū, & spiritū *S.* scil. donū Dei, nec patrem dicit esse nec filium. Cum ergo quæritur, quid tria, vel quid tres, conferimus nos ad inueniendum aliquod nomē, quo cōplectamur hęc tria. Neq; occurrit animo: quia supereminentia diuinitatis, vsitati eloquij facultatē excedit. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur: & verius est, quam cogitatur.

Quid hoc nomine tres significetur. E *Ibid. cap. 4. inferius.*

PATER ergo filius & spiritus *S.* quoniā tres sūt, quid tres sint, quæramus, quid commune habeant. Non n. possunt dici tres patres, quia tantum pater ibi pater est: nec tres filii, cum nec pater ibi sit filius, nec spiritus S. nec tres spiritus S. quia spiritus S. propria significatione, qua donum Dei dicitur, nec pater est, nec filius. Quid ergo tres? Si tres personę esse dicuntur, cōmune est eis id q; persona est: Certe enim quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus *S.* est persona, Ideo tres personæ dicuntur. Propterea ergo dicimus tres personas, quia commune est eis id q; psona est. Ex prædictis aperte intelligi potest, qua necessitate dictum sit à Latinis tres personæ, cum persona secūdum substantiam dicatur. Vnde & tribus commune, est id, quod persona est, id est, hoc nomen persona.

Ibid. paulo inferius.

Quare non dicimus tres Deos esse, patrem & filium & spiritum sanctum, vt dicimus tres personas, cum id quod Deus est sit eis commune: quia pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus.

SED quæritur hic, cum dicamus patrem & filiũ & spiritum S. esse tres personas, quia commune est eis quod psona est, id est, quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctꝰ est persona: cur non dicamus similiter tres Deos, cum & pater sit Deus, & filius sit Deus, & spiritus sanctꝰ sit Deus. Quia illud scil. scriptura contradicit: hoc autem, & si non dicit, non tamen contradicit. vnde Augustin. hanc mouens quæstionem atque definiens in libr. 7. de Trinit. ait: Si ideo dicimus patrẽ & filium & spiritum sanctum esse tres personas, quia commune est eis id quod persona est; cur nõ etiam tres Deos dicimus? Certe vt prædictum est, quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Quia ergo pater est Deus, & filius est Deꝰ, & spiritus S. Deus, cur non dicuntur tres dii? Ecce proposuit hanc quæstionem: attende quid respondeat subdens: An ideo non dicuntur tres dii, quia scriptura non dicit tres Deos? Sed nec tres psonas alicubi scripturæ textus commemorat. An ideo licuit loquendi & disputãdi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit. Si autẽ diceremus tres Deos, contradiceret scriptura dicens: Audi Israel. Deus tuus Deus vnus est. Ecce absolutio quæstionis, quare potius dicamus tres personas quam tres deos: quia scilicet illud non contradicit scriptura.

Aug. in eodem lib. 7. paulo inferius.

Aug. ca. eodem 4. paulo inferius.

Deut. 6. a. Lib. & ca. eisdem circino.

Alia

Alia quæstio, cur non dicimus tres essentias, vt tres personas, cum scriptura non contradicat. G

VERVM & hic alia emergit quæstio; quã Au. consequenter annectit dicens. Cur, inquit, & tres essentias non licet dicere: quod similiter scriptura sicut non dicit, ita non contradicit? At si dicis ꝙ propter vnitatem trinitatis non dicuntur tres essentiæ, sed vna essentia: quæro, cur non propter eandem vnitatem Trinitatis dicantur vna persona, & nõ tres personæ. Vt n. est illis cõmune nomen essentiæ, ita vt singulus quisq; dicatur essentia: sic illis commune est personæ vocabulũ. Quid igitur restat, nisi vt fateamur loquẽdi necessitate à Græcis & Latinis parta hęc vocabula aduersus insidias vel errores hęreticorũ. Cumq; conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus, ꝙ in secretario mentis de Deo tenet, siue ꝑ piã fidẽ, siue per qualẽcunq; intelligentiã, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa æqualitate vlla diuersitas. Rursum non poterat dicere, nõ esse tria quędã, quod quia dixit Sabellius, in hæresim lapsus est. Quęsiuit ergo quid tria diceret, & dixit tres personas, siue tres substantias secundum Græcos.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. paucis interiectis.

Ibidem continuo.

Sicut nos dicimus tres personas, ita Græci tres substantias, quas dicunt hypostases aliter accipientes substantiam quam nos. H

QVOD n. de personis secundum nostrã, hoc de substantiis secundum consuetudinem Grẹcorum oportet intelligi. Si n. illi dicunt, tres substantias vnam essentiã, id est, tres hypostases vnam vsiam, quemadmodum nos dicimus tres personas vnam essentiam vel substantiam. Quanquam & illi si vellent, sicut dicunt tres substãtias tres hypostases, possent dicere tres personas, tria πρόσωπα. Illud autem maluerunt dicere: quia fortasse secundum

Ibid. in prin. c. 4. & post medium eiusdem.

Cap. 6. lib. eiusdem 7. in principio.

linguę suæ consuetudinem aptius dicitur.

Quod in trinitate non est diuersitas, nec singularitas, vel solitudo: sed vnitas, & trinitas, & distinctio & identitas.

IAM sufficienter, vt puto, ostensũ, qua necessitate dicamus tres personas, & quare nõ similiter tres Deos vel essentias: quia scil. in altero obuiat scriptura, in altero diuersitatis intelligentia, quia ibi nulla penit⁹ est diuersitas, sicut nec singularitas vel solitudo, sed vnitas & trin. Vnde Aug. in li. 7. de Trin. ait, Humana inopia quęrẽs quid diceret tria, dixit tres personas & substãtias. Quib. nominib⁹ nõ diuersitatẽ voluit intelligi, sed singularitatẽ noluit: vt nõ solum ibi vnitas intelligatur ex eo ꝙ dicitur vna essentia, sed Trin. ex eo quod dicuntur tres personę. Hilar. quoq; in 7. lib. de Trin. ait: Dominus dicit, Qui me videt, videt & patrem. Cum hoc dicitur, excluditur singularitas, atque vnici, id est, solitarii intelligẽtia. Nam nec solitariũ, sermo significat, & indifferentẽ tamen naturã professio docet. Visus est enim in filio pater per naturę vnitam similitudinem. Vnum sunt enim natus & generans: vnum sunt: neque vnus. Non itaque solitarius filius est, nec singularis, nec dispar. Item in eodem. Sicut in patre & filio credere duos Deos impium est, ita patrem & filium singularẽ Deum prædicare, sacrilegium est. Nihil in his nouum, nihil diuersum, nihil alienum, nihil separabile est. De hoc etiam Augustin. in libr. quæstionum veteris ac nouæ legis ait. Vnus est Deus, sed nõ singularis. Item Ambr. in lib. de fide ait, Quod vnius est substantię, separari nõ potest: & si nõ sit singularitatis sed vnitatis Deus vnus cũ dicitur, nequaquã deitatis Trinitatẽ excludit: & ideo non ꝙ singularitatis, sed ꝙ vnitatis est prędicatur. Ecce ex prędictis ostenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec vnicus vel solitarius confitendus est

Cap. 4. ad finem.

Hilarius ad finem l. 7. Ioan. 4. b.

Paulo inferius. Ibidem superius immediatè. Tom. 4. quæst. 122.

Amb. ad finem. Lib. 3. c. 5. Et c. 1. l. 2. eiusdem ad principiũ, tomo 2.

Deus

De⁹: quia singularitas vel solitudo personarũ pluralitatem excludit, & diuersitas vnitatẽ essentiæ tollit. Diuersitas inducit separationẽ diuinitatis, singularitas adimit distinctionẽ Trinitatis. Ideo Ambr. in 2. lib. de fide ait: Non est diuersa nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrẽ filiumq; confundens: nec iuxta Arrianos, patrem filiumq; secernens. Pater n. & filius distinctionem habent, separationem vero non habent. Item in eodem, Pater & filius diuinitate sunt vnum, nec est ibi substantię differentia, nec vlla diuersitas: alioquin quomodo vnũ Deũ dicimus? diuersitas n. plures facit, Constat ergo ex prędictis, quia in Trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personæ, & huiusmodi diuersas dicit distinctas.

Ca. 1. in fine.

Ambr. ca. 2. in medio l. 1. de fide.

Quod non debet dici Deus multiplex. K

ET sicut in Trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas. & ideo nõ dicend⁹ Deus multiplex, sed trinu⁹ & simplex. Vnde Ambr. in lib. 1. de fide ait: Est in patre & filio nõ discrepans, sed vna diuinitas: nec confusum quod vnum est, nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

Lib. 1. de fide. ca. eodem secũdo paulo superius.

QVID SIGNIFICETVR HIS NOminibus vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distinctæ, cum his vtimur de Deo loquendo.

DISTINCT. XXIV. A

HIC diligenter inquiri oportet, cum in Trin. nõ sit diuersitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctæ

Quid significetur per nomen numerale cũ loquitur de diuinis.

ctæ vel distinctio: cū dicitur, vnus Deus, duæ personæ, vel tres personæ, plures personæ, distinctæ sunt personæ: vel cum dicitur, distinctio personarū, pluralitas personarū, Trinit. personarū, & huiusmodi. Videmur enim hoc dicentes, numerorū quantitates, & rerum multitudinem vel multiplicitatē in Deo ponere. Quid ergo ista ibi significēt ipso de quo loquimur aperiēte, insinuare curem⁹?

Magis illa dicuntur ad excludendum ea quæ non sunt in Deo, quam ad ponendum aliqua. B

SI diligenter præmissis auctoritatū verbis intēdimus, vel dictorum intelligentiam capiamus, magis videtur horū verborū vsus introductus ratione remouēdi atque excludendi à simplicitate Deitatis quæ tibi non sunt, quam ponendi aliqua.

Hic non tenetur.

Quid per vnum significetur cum dicitur, vnus Deus. C

CVM n. dicitur, vnus Deus, multitudo deorū excluditur, nec numeri quātitas in diuinitate ponitur: tanquā diceretur, Deus est, nec multi sunt vel plures dii. Vnde Amb. in lib. de fide ait: Cū vnū dicimus Deum, vnitas excludit numerum Deorū: nec quantitatē in Deo ponit, quia nec numerus nec quantitas ibi est.

Lib. 1. ca. 2. ante medium.

Quo sensu dicitur vnus est pater, vel vnus est filius. D

SIMILITER cum dicitur, vnus est pater, vnus est filius, & huiusmodi: ratio dicti hæc est, quod non sunt multi patres, vel multi filii, ita & de similib⁹. Itē cum dicimus plures esse personas, singularitatē atq; solitudinē excludim⁹, nec diuersitatem nec multiplicitatē ibi ponimus: quasi diceretur: *Sine* solitudine ac singularitate personæ cōfitemur. Vnde Hilar. in lib. 4. de Trinit. sic ait: Dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē nostram. Quæro nunc, an solū Deum sibi

Hilar. ante medium l. 4.

sibi locutum existimes. an hũc sermonem eius intelligas ad alterum extitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius voce argueris, dicẽtis: Faciamus, & nostrã. Sustulit. n. singularitatis ac solitudinis intelligẽtiam, pfessio consortii: quia aliquod consortium esse nõ potest ipsi solitario, neq; solitudo solitarii recipit Faciam⁹: nec aliẽo à se diceret, Nostrã. Attẽde lector his verbis, & vide, quia nõine cõsortii pluralitatem significauit: professio ergo cõsortii, est professio pluralitatis: quam professus est dicẽs; Faciamus, & nostram: pluraliter enim vtrunq; dicitur. Sed hac professione pluralitatis non diuersitatem vel multitudinem posuit, sed solitudinẽ & singularitatem negauit. Sic ergo cum dicimus plures psonas vel pluralitatẽ personarũ, singularitatis & solitudinis intelligentiam excludimus. *Ibid. paulò inferius.* *Genes. 1. 6.*

Quid per ternarium significetur cum dicitur, tres personæ. E

ITA etiam cum dicimus tres personas, nomine ternarii non quantitatẽ numeri in Deo ponimus, vel aliquam diuersitatẽ, sed intelligentiam nõ ad alium nisi ad patrem & filium & spiritũ S. dirigẽdam significamus: vt sit huius dicti intelligentia, Tres personæ sunt, vel tres sunt pater & filius & spiritus sanctus, id est, nec tantũ pater, nec tãtum filius: nec tantũ pater & filius in Deitate sunt, sed etiã spiritus sanctus, & non alius ab his. Similiter, non tantum est ibi hæc persona, vel illa, vel hæc & illa, sed hæc & illa, & illa, & nõ alia. Et hoc fore ita intelligendum Aug. satis ostendit, vbi dicit, quod illo nomine non diuersitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit. *Aug. ad finẽ ca. 4. l. 7. de Trinitate.*

Quid per duo, cum dicitur, duæ personæ, vel pater & filius duo sunt. F

SIMILITER cum dicitur, duo sunt pater & filius, non dualitatis quãtitatẽ ibi ponim⁹, sed hoc significamus, q; non est tantum pater, nec tantum filius,

filius, sed pater & filius, & hic nō est ille: ita & de aliis huiusmodi. Ita etiam cum dicimus pater & filius sunt duæ personæ, hoc significamus, quod nō tantum pater est persona, nec tantū filius est persona, sed pater est persona, & filius est persona, & hæc non est illa.

Ex quo sensu dicitur in personis distinctio, vel personæ distinctæ. G

CVM autem dicimus, distinctæ personę vel distinctio est in personis, confusionem ac permixtionē excludimus, & hanc nō esse illam significam⁹. Cumq; addimus, distinctæ sunt personæ proprietatibus siue differentes, proprietatibus, aliā esse hanc personam, & aliam illam suis proprietatib⁹ significamus. Et cum dicimus, aliam & aliam, nō diuersitatem vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem Sabellianam excludimus.

Quomodo ibi accipiatur discretio. H

Amb. c 2. l. 1. de fide ante mediū.

ITA & cum dicuntur discretæ personæ, vel cū dicitur discretio in personis esse, eādem intelligētiā facimus. Eodem n. modo ibi accipitur distinctio, quo discretio. Et congruè dicitur ibi esse discretio vel distinctio, non diuersitas vel diuisio siue separatio. vnde Ambr. in 1. lib. de Trinit. Nō est ipse pater qui filius, sed inter patrem & filium expressa distinctio est.

Quomodo Trinitas ibi accipiatur. I

CVM vero dicitur, Trinitas, id significari videtur, quod significatur cum dicitur, tres personę: vt sicut non potest dici pater est tres personæ, vel filius est tres personæ, ita non debet dici pater est Trinitas, vel filius est Trinitas.

Hoc videtur contrarium esse prædictis. K

Septimo lib. etymologiarum. c. 4.

HIC non est prætermittendū, quod cū suprà dictum sit Deum, nec singularē nec multiplicē esse confitendū, idq; sanctorum auctoritatibus sit confirmatū, in cōtrariam videtur sentire Isid. di-

cens)

cens: Distinguēdum est inter Trinit. & vnitatem: Est n. vnitas simplex & singularis, Trinitas vero multiplex & numerabilis: quia Trinitas, est trium vnitas. Ecce vnitatem dicit esse singularem, & Trinitatem multiplicem & numerabilem. Sed ad hoc dicimus, quia singularem accepit sicut & alii accipiunt vnum: multiplicem vero & numerabilem, sicut alii dicunt trinum.

QVID SIGNIFICATVR CVM DICITUR pluraliter, tres personæ, vel duæ personæ.

DISTINCT. XXV.

Quid significatur hoc nomine persona.

PRÆTEREA considerandum est, cum hoc nomē persona (vt prędictum est) secundum substantiam dicatur, quæ sit intelligentia dicti cum pluraliter ꝓfertur, tres personę vel duæ personæ: & cum dicitur, alia est persona patris, alia est persona filii, alia est persona spiritus S. Sicut enim in his locutionibus personæ vocabulum essentiæ intelligentiam facit, plures essentias confiteri videmur, & ita plures Deos. Si vero essentiæ significationem ibi non tenet, alia est huius nominis ratio cum dicitur, pater est persona, vel filiꝰ est persona: & alia cū dicitur: Pater & filiꝰ & spiritus S. sunt tres personę: & cum dicitur: Alia est persona patris, alia filii: & huiusmodi.

Quod videtur secundum essentiam dici, alia est persona patris, alia filii, siue tres personæ: vt cum dicitur, pater est persona filius est persona.

PERSONA n. vt supra ait Aug. ad se dicitur, & idem est Deo esse personā quod esse: sicut idē est ei esse, quod Deum esse. Vnde manifestè colligitur quod essentiam diuinam prædicamus dicentes: Pater est persona, filiꝰ est persona, spiritꝰ S. est persona, id est, essentia diuina: & omnino vnū & idē signi-

Aug. c. 8. l. 7. de tr. n. fere ad princip.

significatur nomine personæ, id est essẽtia diuina: cum dicitur, pater est persona, & filiꝰ est persona: & significatur nomine Dei, cum dicitur, pater est Deus, filius est Deus. Ita etiã idem significatur cũ dicitur, Deus est Deus, & Deus est persona. Vtroq; n. nomine essentia diuina intelligitur, quia vtrũque secundum substantiam dicitur. Cũ vero dicitur pater & filius, & spiritus S. sunt tres personæ, quid nomine personę significamus? an essentiam? hoc enim videtur, si supra posita verba Aug. diligenter scrutemur. Supra n. dixit, quod ideo tres personas dicimus, quia id quod persona est, cõmune est tribꝰ; Et item, quia pater est persona, & filiꝰ est persona, & spiritus S. est persona, & ideo tres psonæ dicuntur. Videtur ergo eandem tenere significationẽ hoc nomen persona, cum dicitur, tres personæ, quam habet cum dicitur, pater est persona, filius est persona, spiritus sanctꝰ est persona. Quia vt ostẽdit Aug hoc dicitur, id est, tres personæ, propter illud, quia id quod persona est, cõmune est eis: Id ergo quod commune est eis, id est, patri & filio & spiritui sancto, videtur significari nomine personæ, cum dicitur tres personæ.

Aug. ad mediũ c. 4. l. 7. de Trinit. Ibid. paulo inferius.

Aliter etiam videtur posse ostendi, quod secundum essentiam dicatur etiam cum pluraliter profertur. C

ALITER etiam videtur posse ostendi, quod ibi nomine personæ significetur essentia, cũ dicitur tres personæ; Vt n. supra dixit Augustꝰ. Ea necessitate dicimus tres personas, vt responderemus quærentibus quid tres, vel quid tria. Cum ergo queritur quid tres, vel quid tria, cõuenienter respõdetur cũ dicitur, tres personæ. At cũ quęritur, quid tres, vel quid tria? p quid de essẽtia quęritur. Non. inuenitur quid illi tres sint nisi essẽtia. Si ergo quæstioni rectè respondemꝰ, oportet vt respõdendo essentiã significemꝰ: alioqui nõ ostẽdemus

Aug. c. 4. l. 7. de trin. ad principium.

mus quid tres sint. Si vero respondentes, essentiã significamus, ipsam essentiam personæ nomine intelligimus, cum dicitur, tres personæ.

Opinio quorundam qui putant essentiam significari nomine personæ. cum dicimus tres personas.

D QVIBVSDAM videtur ꝙ nomine personæ significetur essentia, cum dicitur, tres personę, propterea quia Aug. dicit ideo dici tres personas, qa commune est eis id ꝙ est persona, vt sit talis intelligentia, Pater & filius & spiritus S. sunt tres personæ, id est, sunt tres id habentes commune ꝙ est persona, id est, tres sunt quorum quisque est persona, id est, essentia. Sed quomodo iuxta hanc intelligẽtiã dicetur, alia est persona patris, alia filii? Et hoc etiam ita volunt intelligere. s. alius est pater, & alius est filius, id tamen commune habentes quod est persona. Et hoc confirmant authoritate Aug. qui in 7. lib. de trin. ait. Tres personas eiusdẽ essentiæ, vel tres personas vnam essentiã dicimus. Tres autem personas ex eadẽ essentia nõ dicim⁹: quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona est. Hac authoritate & præmissis conantur asserere. in prædictis locutionibus nomẽ personæ essẽtiam significare. Sed quid respõdebũt ad id quod ipse Aug. in l. de fide ad Petrum dicit, scil. quod alius est pater in persona siue personaliter, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus. Quomodo enim alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanct⁹, si in esse personam omnino conueniunt, id est, si persona essentiæ tantum intelligentiam facit?

Lib. 7. de Trin. ca. 4. ad medũ.

Cap. 6. ad medium.

Cap. 1. post medium.

Ideo nobis videtur aliter hoc posse dici congruentius iuxta catholicorum doctorum authoritates.

Quod hoc nomen persona tripliciter in Trinitate accipitur: & hæc est vtilis & catholica doctrina de persona & personis. B

SCIENDVM est igitur, ꝙ hoc nomen persona multiplicem intelligentiã facit, non vnam tantũ. Et vt Hilar. ait in lib. 4. de Trinit. intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Discernẽtes ergo dicẽdi causas huius nominis, scil. personę significationẽ distinguimus dicẽtes, quod hoc nomen, scil. persona, proprie secundũ substantiã dicitur & essentiam significat, sicut supra ostendit Aug. cũ dicitur: Deus est persona, pater est persona. Quadã tamen necessitate (vt supra dixit August.) translatũ est hoc nomen, vt pluraliter diceretur tres personę, cũ quęreretur, quid tres, vel qd tria: vbi nõ significat essentiã, i. naturam diuinam quæ cõmunis est tribus personis, sed subsistentias vel hypostases secundũ Græcos. Græci quippe (vt supra dicit Aug.) aliter accipiunt substantiã, i. hypostasim, aliter nos. Nos n. substantiã dicimus essẽtiam siue naturam. Personas autem dicimus sicut illi dicunt substantias, i. hypostases. Si ergo nos ita accipimus personas, vt illi accipiunt substantias vel hypostases: At illi aliter accipiunt hypostases ꝙ nos substantiam, aliter ergo nos accipimus personas quam substantiã. Cum ergo dicimus tres personas, non ibi personæ nomine essentiam significamus. Quid ergo dicim⁹? Dicimus quia tres personæ sunt, id est, tres substantiæ, scilicet tres entes, pro quo Græci dicunt tres hypostases.

Hilar ante medium lib. 4. l

Ibid. id est, l. 7. de Trin. cap. 4. in principio.

Ostendit verba Augustini conuenire huic sententiæ. F

Et hic sensus adiuuatur ex verbis Aug. prẽmissis si interius intelligãtur. Quia n. pater est persona, id est, essentia, & filius persona, & spiritus S. perso-

persona, ideo dicuntur tres personę, tres subsistẽtiæ, tres entes: Non n. possunt dici tres subsistẽtiæ vel entes, nisi singulus eorum esset persona, id est, essẽtia. Quia ergo eis commune est id, q̃ est psona, id est, essentia, ideo recte dicuntur tres personæ, id est, subsistentię vel subsistentes, vt sicut essentia quæ est eis cõmunis, vere ac proprie est tria illi tres vere ac ꝓprie subsistentiæ vel entes intelligãtur. Ideoque Aug. causas dictorum discernens, dicit tres personas esse vnam essentiam, vel eiusdem essentiæ, nõ ex eadem essentia, ne aliud intelligatur ibi esse persona, aliud essentia: tres enim psonæ id est, subsistentię vna sunt essentia, & vnius essentię, non autẽ sunt vna persona vel vnius personę: licet persona secundum substantiã dicatur aliquãdo; nam si hoc diceretur, confusio fieret in psonis.

Obiectioni illorum hic respondet, qua nituntur probare personas secundum essentiam accipi: quia respondemus quærentibus quid tres, vel quid tria. O

AD hoc autem quod illi dicunt, cum quæritur, quid tres vel tria, de essentia quęritur, quia nõ inuenitur quid illi tres sint nisi essentia: per hoc volentes nos inducere, vt nomine personæ essentiã intelligam⁹, cũ respondemus tres personas: Iradicim⁹, Indubitabiliter verum est, quia nõ inuẽitur vnum aliquid quod illi tres sint, nisi essentia. Vnũ n. sunt illi tres, id est, essentia diuina. vnde veritas ait: Ego & pater vnum sumus. Veruntamen cum quęritur, quid tres vel quid tria, non de essentia quæritur, nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cum fides catholica tres esse ꝓfiteretur, sicut Ioãnes in epistola canonica ait: Tres sunt qui testimonium perhibent de cœlo: quærebatur quid illi tres essent, id est, an essent tres res, & quę tres res, & quo nomine illæ tres res significarentur. Et ideo loquẽdi necessitate inuentum est hoc nomẽ per-

Ioan.10.b.

1.Ioan.5.b.

persona ad respondendum, & dictum est tres personæ.

Quid tres res, & quid vna res hic dicitur. H

NON autem moueat ꝙ dicimus tres res. Non enim hoc dicentes diuersarum rerum numerũ ponimꝰ in Trinit. sed ita tres res dicimus, vt easdẽ esse vnam quandam summam rem confiteamur. Vnde Aug. in 1. lib. de doctrin. Christ. sic ait: Res quibꝰ fruendum est, nos beatos faciunt; res ergo quibus fruendum est sunt pater & filius & spiritus S. Eademq; Trinitas vna quædam summa res est, cõmunisq; fruentibus ea, si tamen res & non rerum omnium causa sit. Non enim facile potest inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat: nisi quod melius dicitur Trinitas hæc vnus Deus: Sicut ergo tres res dicuntur, & hę sunt vna res: ita tres subsistẽtiæ dicuntur, & hę sunt vna essentia. Ecce ostensum est, quę sit intelligentia huius nominis persona, cum dicimus tres personas.

In princ. c. 5. li de doct. In 3. tomo.

Ex quo sensu dicatur alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti. I

NVNC inspiciamus, vtrum secundum eandem rationem & causam dicatur, alia est persona patris, alia filii, alia spiritus S. Quod vtiq; sane intelligi potest: vt sit sensus talis: Alia est subsistẽtia vel hypostasis patris, alia subsistentia filii, alia subsistẽtia spiritus S. Et alia subsistentia pater, alia filius, alia spiritus sanctus.

Quomodo hæc intelligantur, alius in persona pater, alius filius, alius spiritus sanctus. K

DEINDE quæritur, vtrum secundum eãdem rationem accipiatur cum dicitur: Alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritus S. siue, alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus S. Ad ꝙ dicimus, quia etsi possit eodem modo accipi, cõgruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intel-

telligentia, vt hic persone nomine, proprietas p- *Quod aliter hic accipitur persona quã supra hic pro proprietate accipitur.*
sonæ intelligatur: vt sit sensus talis: Alius est in persona vel personaliter pater, id est, proprietate sua alius est, q̃ filius, & filius proprietatẽ sua alius quã pater. Paternali enim proprietate distinguitur hypostasis patris ab hypostasi filii, & hypostasis filii filiali proprietate discernitur à patre, & spiritus sanctus ab vtroque processibili proprietate distinguitur.

Quod secundum hunc modum etiam in prædictis locutionibus potest accipi. L

Hoc etiam modo sane potest accipi persona in præmissis locutionibus cum dicitur, alia est persona patris, alia filii, id est, alia est proprietas qua pater est pater, alia qua filius est filius, alia qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ita etiam nomine personę quidam ꝓprietates intelligere volũt, cũ dicuntur tres personę: sed melio⁹ est vt subsistẽtias vel hypostases intelligamus, cum dicim⁹ tres personas. Ex prędictis colligitur, quod nomẽ personæ in Trinitate triplicem tenet rationem Est enim vbi facit intelligentiam essentiæ, & est vbi facit intelligentiam proprietatis.

Authoritatibus sanctorum ostendit quod dixit. M

QVOD autẽ secundum substantiã dicatur, & essentiã aliquando significet, supra ex dictis Aug. aperte ostendim⁹. Quod vero ꝓ hypostasi atque proprietate accipiatur, ex authoritatibus sanctorum ostendi oportet, ne coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc Hieron. in expositione fidei catholicæ ad Damasum ita ait: Nõ est prorsus aliquis in Trin. gradus, nihilq; ꝙ inferius superiusve dici possit: sed tota diuinitas sui pfectione ęqualis est, vt exceptis vocabulis, quæ ꝓprietatẽ indicãt personarũ, quicquid de vna persona dicitur, de tribus possit digniſsime intelligi. *Hieron. in tom. 4. in. Symbo. i explanatione ad princ. & inter opera Aug. serm. 191. de tem. to. 10. refertur.*

Atq; vt cõfutantes Arrium, vnũ eandẽq; Trinitatis dicim⁹ esse essentiam vel substantiã, & Deũ vnum in trib⁹ personis fatemur: ita etiã impietatem Sabellii declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritũ S. esse dicentes, aliam patris, aliam filii, aliam spiritus S. essepersonam. Non n. nomina tantummodo, sed etiã nominum proprietates, id est, personas, vel vt Græci exprimunt hypostases, id est, subsistentias confitemur. Nec pater filii, vel spiritus sancti personam aliquando excludit nec filius, & spiritus S. patris nomen personamq; recipit: sed pater semp pater, & filius semper filius, vel spiritus sanct⁹ sẽper spiritus sanctus. Itaq; substantia vnum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Ecce hic aperte dicit Hieron. proprietates esse personas, & personas esse substantias. Vnde manifestum fit, quod diximus, scil. personæ nomine significari & hypostasim & proprietatem. Ioannes etiam Damasc. personas dicit esse hypostases, & eas dicentes, ita inquiens: In Deitate vnam naturam confitemur, & tres hypostases secundum veritatem entes, id est, personas.

Lib. 3. de orthodoxa fine c. 5. in principio.

DE PROPRIETATIBVS PERSONArum, sed prius de hoc nomine hypostasis.

DISTINCT. XXVI.

NVNC de proprietatibus personarũ, quas frequenter in hoc tractatu commemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primum audiam⁹ quid de hoc nomine hypostasis Hierõ. dicit: Ait n. sub hoc nomine venenum latere, sed hoc dicit secundum quod hæretici eo vtebantur vt simplices seducerent, scil. pro persona & pro essentia, vt siue diceretur vna tantum hypostasis, siue tres, min⁹ peritos ad inconueniens deducerent, cum non erat

erat hoc nomen ita apud Catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata vt modo. Et ideo Hier. dicit hoc nomine non vtendum fore sine distinctione vel expositione, tunc scil. quando cum hæreticis contendebatur, ita scribens de fide Catholica ad Damas. Papam, ab Arrianorum præsule hypostasion nouellum nomen à me homine Romano exigitur. Interrogam⁹, quid tres hypostases arbitrẽtur intelligi? tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus: ipsum nomẽ efflagirant: qa nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases, i. tres subsistẽtes personas non cõfitetur, anathema sit. Si qui autẽ hypostasim vsiã intelligens, non tribus personis vnã hypostasim dicit, alienus à Christo est: qui scil. tres hypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam substantiam & tres personas perfectas æquales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bonæ suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiũt. Aut si rectũ putatis, tres hypostases cum interpretationib⁹ suis debere dicere, nõ negamus. Sed mihi credite, venenũ sub melle latet. Trãsfigurat n. se angelus Satanæ in angelũ lucis. His verbis non negat vtendũ esse nomine hypostasis, sed hæreticos eo prauè vsos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin sibi contradiceret, qui supra tres hypostases confitetur.

Hier. ad medium epist. ad Dam. to. 2.

Ibid. paulo inferius.

2. ad Cor. 1.

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis. B

IAM de proprietatibus personarum videamus (quæ etiam notiones siue relationes in scriptura plerunq; dicuntur) in illa sancta Trinitate: quæ ideo à nobis repetitur, vt cordi nostro tenaci⁹ infigatur. Ait Augustin. in l. de fide ad Petrum: aliud est

Cap. 1 in fine.

Cap. 2. eiusdē in prin.

genuisse, quam natū esse: aliudque est procedere, quā genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, ꝙ alius est pater, aliꝰ filius, alius spiritus S. Et est proprium soliꝰ patris, nō quia non est natus ipse, sed quia vnum filium genuerit ꝓpriumq; soliꝰ filii, nō quia ipse nō genuit, sed quia de patris essentia natus est: ꝓprium verò spiritus S. est, non quia nec natus est ipse, nec gennit, sed quia solus de patre filioq; ꝓcedit. Ecce breuiter assignauit tres ꝓprietates trium personarum: quarum vna non est alia. Hoc enim significauit cum dixit: Aliud est genuisse quam natum esse: aliudque ꝓcedere, id est, alia proprietas, siue notio est generatio, & alia natiuitas, alia processio, quæ aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, scilicet pater, filiꝰ, & spiritus S. quę relatiua sunt, & ad se inuicē dicuntur, quia notant relationes, quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt immutabiliter: vt non modo appellationes sint relatiuę, sed etiam relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

Hic de nominibus relatiuis quæ notant ipsas relationes.

Quod non omnia quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens. C

Cap. 4. ad finem.

QVOCIRCA sciendum est, nō omne ꝙ dicitur de Deo, dici secundum substantiā: quia quædam dicuntur secūdum relationē, quæ nō est accidēs, quia nō est mutabilis. vnde Aug. in v. lib. de Trin. ait: Nihil in Deo secundum accidēs dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamē omne quod dicitur, secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus, ꝙ non secundum substantiā dicitur, restat vt secundum accidēs dicatur. In Deo autē nihil quidē secundum accidens dicitur

Lib. eod. c. 5. in prin.

tur, quia nihil in eo mutabile est aut amissibile: nec tamen omne ꝙ dicitur de Deo, secūdum substātiam dicitur. dicitur n. ad aliquid, sicut pater ad filiū, & filiꝰ ad patrē, ꝙ nō est accidēs: qa & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ita semper: qa sēper natus est filius, nec cœpit vnquā esse filius. Quod si aliquando esse cœpisset, aut aliquādo desineret esse filius, secundum accidēs diceretur. Et quia pater nō dicitur pater, nisi ex eo ꝙ est ei filiꝰ, & filiꝰ non dicitur filius, nisi ex eo ꝙ habet patrē, non secundū substantiā hæc dicuntur, sed ad inuicē ista dicuntur: neque tamen secundum accidens: quia & quod dicitur pater, & ꝙ dicitur filius, & æternum atq; incōmutabile est eis. Ecce aperte his verbis ostēditur, quædā dici de Deo secundū substantiā, quędam secundū relationem, nihil tamen secundum accidens. Ostenditur etiā proprietas patris esse, quod habet filium: & proprietas filii, quod habet patrem. Ideoque cum dixerit æternum & incōmutabile esse ꝙ pater dicitur, & ꝙ filius dicitur, ita intelligi voluit, id est, proprietas qua pater est pater, & proprietas qua filiꝰ est filius, æterna est & incōmutabilis: quia & pater semper pater, & filius semper filius. Vnde & Hilar. proprietates personarum assignans de Trinit. ait: Si semper patri proprium est, quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse quod semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper & filius est: ergo qui non semper pater est, non semper genuit. Item in eodem: Nato Deo manifestum est proprium esse quod filius est.

Hilar. ante medium 12. lib. de Trin.
Ibid. paulo superius.
Ibid. linea superiore.
Ibidē paulo superius.

Quare dicatur esse proprium vnigeniti quod est filius Dei, cum etiam homines sint filii Dei. D

HIC quæritur, quomodo dicatur proprium nato Deo, quod est Dei filius vel genitus ex Deo, cū etiam homines filii Dei dicantur & sint: secundū

illud, Filii excelsi omnes. Et ad Mosen de populo Is-
Psalm. 81. rael Dominus ait. Filius me⁹ primogenit⁹ Israel.
Exod. 4. f. Sed magna est distantia. Homines n. filii Dei sunt factura, non natiuitatis proprietate: Deus autem filius originis, proprietate filius est & veritate natiuitatis, non factura, vel adoptione: & illi quidē ante sunt, q̄ filii Dei sunt. Fiunt n. filii, nō nascuntur filii Dei. Vnde Hilar. solum Deum natum ori-
Non longe. à principio li. 12. ad Eph. 2. a ginis proprietate Dei filium ostendēs, inter ipsum & homines filios Dei euidentissimè distinguit in 12. li. de Trin. ita dicens: Vero patri solus qui ex eo nascitur verè filius est, & nos quidem filii Dei sumus, sed per facturam. Fuimus n. aliquando filii iracundiæ, sed filii Dei per adoptionem effecti sumus potius quā nascimur: & quia omne q̄ fit antequam fiat non fuit, nos cum filii non fuissemus, efficimur. Ante n. filii non eramus, sed per gratiā facti sumus, non nati, neque generati, sed acquisi-
Ibid. paulo intermedi. s. ti. Acquisiuit n. nos Deus sibi, & per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse n. Deum filios, nunquā cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione. n. homo factus filius Dei, non ex gene-
Ibid. fere immed. ate. ratione, neq; ei proprietas est, sed nuncupatio, ac per id nō vere filius est, quia nec proprie natus dicitur, nec semper fuit filius. Vnigenitus autē Deus nec fuit aliquando non filius, nec fuit aliquid antequam filius, nec quicquam ipse nisi filius. Atque ita qui semper est filius nascibilitatis proprietate ac veritate filius est solius qui genuit, & ille tantū qui genuit pater ipsius est, quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

Quod homo dicitur filius Trinitatis, & Trinitas potest dici pater hominum. E

Homo vero, qui filius Dei est factura, nō tantū
Cap. 11. ad principium patris, sed filii, & spir. sancti filius est, id est totius Trinitatis: & Trinitas ipsa pater eius dici po. est. Vnde Augustinus in 5. libr. de Trinita. e dicit: Non

potest

potest dici Trinitas pater, nisi forte trãslatiue ad creaturam propter adoptionẽ filiorum. Quod enim scriptum est. Audi Israel, *Dominus Deus tuus, Deus vnus*, nõ vtiq; excepto filio aut spiritu S. oportet intelligi: quẽ vnum Dominum Deum nostrum rectè dicimus etiã patrem nostrum p gratiã suam nos regenerantẽ. De hoc etiam Hilar. in 6. lib. de Trin. ait: Omnibus per fidem Deus pater est, quibus est pater per eam fidẽ, qua Iesum Christum Dei filium confitemur: Ecce ostensum est, quare proprium dicatur esse Dei nati, quod filius est. quia scil. ipse solus natus proprie dicitur. Vnde Hilar. in l. de Trin. ait: Dñs dicens, clarifica filium tuũ nonsolo nomine contestatus est se esse filium, sed & proprietate Nos filii Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius: origine, non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate nõn creatione. *Ioan. 17. A*

Quod spiritus sanctus dicitur proprie donum Dei, quæ proprietate est donum, vt filius natiuitate: & vtroq; modo dicitur relatiuè & secundum eandem relationem. F

Ita etiam de spiritu S. dicendum est, qui proprie dicitur donum Dei, cum tamen & alia plura sint dona Dei. Sed spiritus S. in proprietate immutabili & æterna donum est, sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donũ, quo spiritus S. & vtroque vtiq; nomine relatiue dicitur, eademq; relatione dicitur spiritus S. & donum, licet ipsa relatio non ita appareat hoc nomine spiritus S. sicut in hoc nomine donum. Vnde August. in v. li. de Trinit. ait: spiritus sanctus qui non est Trinitas, sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relatiue dicitur, cum ad patrem & filium refertur: quia spiritus sanctus, & patris, & filii, spiritus est. sed ipsa relatio non appa- *Cap. 11. in medio.*

apparet in hoc nomine: apparet autem cũ dicitur donum Dei. Donum n. est patris & filii, quia à patre procedit, & à filio: ergo spiritꝰ S. ineffabilis quædam patris filiiq; communio est. Et ideo fortasse sic appellatur vt iam diximus, nec iterare piget qa patri & filio potest eadem appellatio conuenire, nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter quia etiam pater spiritꝰ, & filius spiritus; & pater sanctus, & filius sanctus. Vt ergo ex nomine ꝙ vtriq; conuenit, vtriusq; cõmunio significetur, vocatur donum amborum spiritus S. Ecce habes quare spiritus S. proprie dicatur donum, & quod relatiue dicitur, siue donum, siue Spiritꝰ sanctus: & quod nomen sibi proprium tenet, quod cõmuniter patri & filio cõuenit, sed diuisim. Et est sciẽdum quod cum pater vel filius dicitur spiritus siue sanctus, neutrum relatiue dicitur, sed secundum substantiam.

Cap. eodem n. paulo inferius.

An pater, vel filius, vel Trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus. G

HIC quęri potest, vtrum pater vel filius vel etiam ipsa Trinitas possit dici spiritus sanctus, sicut disiunctim dicitur & spiritus & S. De hoc Aug. in 5. libr. de Trin. sic ait: Trinitas nullo modo potest dici filius: Spiritus vero sanctus potest quidẽ vniuersaliter dici, secũdum id quod scriptum est: Quoniam Deus spiritus est. Itaque pater & filiꝰ & spiritus sanctus quoniam vnus Deus est, & vtriq; Deus sanctus est, & Deus spiritus est, potest appellari Trinit. & spiritus sanctus. Sed tamen tunc spiritus sanctus relatiue non dicitur secundum essentiam; quia proprie spiritus sanctus qui non est Trinitas, sed in Trinitate, dicitur relatiuè.

Cap 11. fere ad principium.

Iaan. 4. ca.

Ibid. continuo.

Quidam

Quidam putant spiritum sanctum non dici relatiuè ad patrem & filium, quia non vicissim respondent sibi vocabula, sed falsò. H

QVIDAM tamen putant spiritum S. vel donũ, nõ dici relatiuè ad patrem vel ad filium. Si enim, inquiunt, hæc relatiue ad se dicuntur, suis inuicẽ sibi respondent vocabulis: vt sicut dicitur, pater filii pater, & filiꝰ patris filiꝰ, ita dicatur pater spiritus S. vel doni pater, & spiritus S. vel donum patris spiritus vel donum. Sed non ita est in omnib. relatiuis. Nõ enim omnia quæ relatiuè dicuntur, suis ad se inuicẽ respondent vocabulis. Vnde Aug. horum elidens opinionem in v. lib. de Trinit. Nõ te moueat, inquit, quoniam diximus Spiritum S. non ipsam Trinitatem, sed eum qui est in Trinitate, relatiue dici, licet non ei respondeat vicissim vocabulum eius ad quem refertur. Dicimꝰ enim spiritum *S.* patris, sed non vicissim dicimus patrẽ spiritus sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum filii, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc cõtingit, vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimꝰ donum patris & filii, non quidem possumus dicere patrem doni, aut filium doni: sed vt hæc vicissim respondeant, dicimus donum donatoris, & donatorem doni: quia hic potuit inueniri vsitatũ vocabulum, illic nõ potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cum dicimus, relatiué vtrunq; ad inuicem dicimus, donator tamen non fuit Deus, nisi ex tempore, cum spiritus sanctus sit donum, & ab æterno.

Cap. 12. in principio.

Ibid. continuo.

Lib. eo ca. 21 ad finem.

Cap. 16. in principio. lib. eod 3.

(..)

AN

AN EASDEM PROPRIETATES ASSIGNENT Augustinus & Hilarius: & an istæ sint quæ dicuntur paternitas, filiatio, & processio.

DISTINCTIO XXVII.

HIC quæri potest, vtrum proprietates quas Hilarius supra assignauit, scil. q̃ pater semper est pater, & filius semper est filius, sint illæ eædem proprietates quas Augustinus superius distinxit, dicens, proprium esse patris quod genuit filium, & proprium filii quod genitus est à patre, & spiritus sancti quod ab vtroque ꝓcedit? Ac deinde, vtrum & istæ sint illæ quę dicuntur paternitas, filiatio, processio? Videtur quod nõ sint eædem proprietates quas ponit Hilarius, & illæ, quas ponit Aug. Si enim eędem sunt, idẽ est ergo patri esse patrẽ, & genuisse filium, quod vtiq; quidam cõcedunt. Si autem hoc est, cui ergo conuenit vt sit pater, ei cõuenit genuisse filium. Natura ergo diuina si pater est, genuit filium: si vero nõ genuit, pater non est. Sed quis audeat dicere, aut quod ipsa genuit filium, aut quod ipsa pater non sit? Si autem ipsa pater est, non est ergo idem dicere aliquid esse patrem, & gignere filium. Et ita non videbitur, vna eademque esse proprietas.

Responsio, vbi ostendit easdem esse proprietates.

Hilar. ante medium li. 12. de Trin.

AD quod sine præiudicio aliorum dicimus, q̃ easdem proprietates notauit vterq;, licet diuersis verbis. Quod n. Hilarius ait: ita intelligi debet: Proprium patris est quod semper pater est, id est, proprietas patris est, qua semper pater est: semper vero pater est, quia semper genuit filium. Ita & propriũ filii est, q̃ semper filius est, i proprietas filii est, qua semper filius est. Filius vero semper est, quia sẽper genitus est, ergo ꝓprietas qua pater est, eum

quia

quia semper genuit. & hæc eadem dicitur paternitas, vel generatio. Et proprietas qua filius semp est filius, est, quia semper genitus est à patre: & hęc eadem dicitur filiatio, vel genitura, vel natiuitas, vel origo, vel nascibilitas. *Sic* & proprietas qua spiritus sanctus est spiritus sanctus, vel donum est quia procedit ab vtroque: & hæc eadem dicitur processio. In præmissis ergo locutionibus eædem significatæ sunt proprietates.

Quomodo non est omnino idem dicere esse patrem & genuisse, vel habere filium, ita & de aliis. C

NEC tamen videtur nobis omnino esse idē dicere aliquid esse patrem & genuisse filium: vel aliquid esse filium, & habere patrem: vel esse spiritū sanctum, & ꝓcedere ab vtroq;: alioquin pater nō esset nomen hypostasis, id est, personæ, sed ꝓprietatis tantum: ūmiliter filius, & spiritus sanctus & ita non per tria nomina significarentur tres personæ. Ideoq; dicimus, quia patris nomē non tantū relationem notat, sed etiam hypostasim, id est, substātiam significat: ita & filius, & spiritus S. Relationum vero vocabula, scil. paternitas, filiatio, processio, vel gignere, gigni, procedere, ipsas tantum relationes, nō hypostases significant, siue habere filium & habere patrē: vt verbi gratia, cū dicimus Deus est pater, nomine patris & relationē notamus, & diuinā hypostasim significam⁹: vt sit intelligētia talis, Deus vel diuina essentia, i. ille qui genuit, id est, hypostasis quæ habet filiū: Similiter Deus est filius, i. hypostasis genita vel habens patrē. Ita etiā, Deus est spiritus S. id est, hypostasis procedens ab vtroq;, siue ille qui procedit. Cū vero nomina relationum ponim⁹ in prædicatis, notiones ipsas tantum signficam⁹, non hypostases: vt cū dicimu⁹, Deus genuit, i. habet filium, & De⁹ genit⁹ est, i. habet patrem. Et tunc oportet intelligi

ligi subiectis hypostases tantum non essentiã quã illis proprietatibus determinantur.

Quod proprietates determinant hypostases, non substantiam id est, naturam. D

ILLÆ n. ℘prietates singulæ singulis ℘prie cõueniunt personis, & per eas personę determinantur, & à se inuicem differunt, sed à se non secedũt. Vnde Ioan. Damasc. Non differũt ab inuicem hypostases secundum substantiam, sed secundũ characteristica idiomata, id est, determinatiuas proprietates. Characteristica vero, id est, determinatiua, sunt hypostaseon & non naturæ. etenim hypostases determinant. Item esse quidẽ intẽporaliter & ętternaliter dicimus diuinã verbi hypostasim, simplicem, omnia habentẽ quæ habet pater, vt eius homousion, id est, cõsubstantialẽ: natiuitatis modo & habitudine à paternali hypostasi differentẽ, nũquam vero à paternali hypostasi secedẽtem. Idem apertius exprimens personales ℘prietates, in eodẽ ait: Differentiã hypostaseon, id est, personarum in tribus proprietatibus, id est, paternali & filiali & processibili recognoscim⁹. Inseparabiles autem ipsas hypostases, & indistabiles inuicem, & vnitas quidem inconfusibiliter; tres n. sunt & si vnitę: diuisas autẽ indistanter. Etenim singula perfecta est hypostasis, & propriã ℘prietatem, scil. existentiæ modum propriũ possidet: sed vnitæ sunt substantia, & non distant neq; secedunt à paternali hypostasi. Ecce hic habet distinctas tres illas proprietates, quæ supra diuersis significatæ sunt modis.

Ioan. Dam. lib. 3. de orthodoxa fide cã. 6. ad principium. Cap. 7. eiusdem in principio.

Lib. 3. cap 5. in princip.

Quod sunt alia nomina personarum easdem proprietates notantia scilicet genitus genitor, verbum, imago. E

HIC non est prętermittendũ, quod sicut pater & filius & spiritus S. nomina personarum sunt, & proprietates personales designant: ita etiã sunt & alia

alia nomina personarum, i. quæ ipsas personas significant, & earum proprietates denotant, & easdem quas & nomina prædicta: vnde & relatiuè dicũtur, scilicet genitor, genit⁹, verbũ, imago. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trinit. ait: Videndum est, inquit, hoc significari cũ dicitur genitus, quod significatur cum dicitur filius: Ideo. n. filius quia genitus: & quia filius, vtiq; genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorẽ refertur: & sicut pater ad filiũ, ita genitor ad genitum. Idẽ in vj. lib. de Trin. Verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater & filius, tanquã ambo sint vnum verbum. Sic. n. verbum dicitur, quomodo imago, nõ autẽ pater & filius simul ambo imago: sed filius solus est imago patris, quemadmodũ & filius. Idẽ in 7. li. de Trin. Verbum secũdum quod sapientia est & essentia, hoc est, q̃ pater, quia verbum nõ est pater, & verbum relatiuè dicitur, sicut filius. Item in eodẽ, Sicut filius ad patrẽ refertur, ita & verbum ad eum, cuius est verbũ, refertur; cũ dicitur verbum. Et propterea nõ eo verbum, quo sapiẽtia dicitur: quia verbũ non ad se dicitur, sed tantũ relatiuè dicitur ad eum cui⁹ est verbum, sicut filius ad patrẽ. Eo quippe est filius, quo verbũ: & eo est verbum, quo filius: sapientia verò, quo essentia: & ideo, quia pater & filius sunt vna essentia & vna sapientia. Item in eodem: Non est pater ipse verbum, sicut nec filius, nec imago. Quid autem absurdius quã imaginem ad se dici? Idem in 5. Dicitur relatiuè filius, relatiuè dicitur verbum, & imago: & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur, nihil autem horum pater dicitur.

Cap. 7. l. 5. in princip.

Cap. 2. post principiũ

Cap. 3. ferè ad princip.

Lib. 7. de Trin. cap. 1. ad princip.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. paulo superius.

Ibid. paulo inferius.

Lib. 7. ad princi ium: ca 13. lib. 5. de Trinit.

Breuiter summam colligit intelligentiæ prædictorum. F

APERTE ostensum est, q̃ sicut filius vel genitus relatiuè dicitur ad patrẽ, ita verbũ, & imago, & q̃ eo dicitur verbũ siue imago quo filius, id est,

eadem proprietate siue notione dicitur verbū & imago qua filius: sed non eo quo verbum, dicitur sapientia vel essentia, quia non notione qua dicitur verbum, dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur secundū essentiā, nō secundum relationem.

Generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur: Quicquid enim ad se, simul ambo dicuntur: sed non ita in prædictis relatiuis. G

Cap. 2. statim post principium.

EST & hic aduertenda quædam generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiué dicūtur de patre & filio. Quicquid.n. ad se dicūtur, vt ait August. in sexto lib. de Trin. non dicitur alter sine altero, id est, quicquid dicuntur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec pater est Deus sine filio, nec filius sine patre, sed ambo simul Deus: sed non ambo simul pater, nō ambo simul filius, vel verbum, vel imago.

An secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi. H

Hic quæricur cum dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine, & huiusmodi, vtrum dicantur secundum substātiam. nam secundum relationem constat ista non dici. Si vero secundum substantiam dicuntur simul ambo, scil. pater & filius, possunt dici Deus de Deo, lumē de lumine, secundum prędictam regulam. Ad quod dicimus, quia licet Deus secundum substantiam dicatur & lumē, & sapientia, & huiusmodi, & nunquam relatiuè accipiantur: aliquādo tamē pro relatiuis, i. pro psonis, sed non relatiue, accipiuntur: vt cum dicitur. Deus genuit Deum, alterum pro patre, alterū pro filio ponim⁹: similiter cū dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine. In aliis quoque locutionibus sæpe reperiuntur nomina essentiæ ad significationē personarum deducta: vt cū dicitur, Deus nat⁹, Deus mortuus, Deus passus, vbi filius tantū significatur. Ita

& de

& de solo filio intelligitur, cum dicitur, Deus de Deo, & huiusmodi. Vnde Augustinus quærens quomodo huiusmodi dicantur, in 6. li. de Trinit. Quomodo de Deo, lumen de lumine dicitur? Non enim simul ambo Deus de Deo, sed solus filius de Deo, scilicet patre: nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre. *Aug. lib. 6. cap. 2. versus finem.*

Quod tantum secundum nomen substantiæ dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum.

ET est sciendum quod secundum nomina substantiæ tantum dicitur illud de illo, licet ibi illa nomina substantiam non significent. Secundum vero eadem nomina personarum nunquam dicitur illud de illo, sicut verbum de verbo, vel filius de filio, quia huiusmodi nomina diuersis personis conuenire nō possent. Quod Augustinus licet obscure, in eodem libro ita dicit. Hoc solum de eis dici non potest illud de illo, quod simul ambo nō sunt, id est, illo solo nomine non possumus vti ad ostendendum vnū de vno, quod simul ambobus non conuenit: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum, nec imago de imagine, nec filius de filio, quia non simul ambo filius vel imago. Et sicut nomina substantiæ aliquando intelligentiam personarū distinctè faciunt, ita etiam interdum totius Trinitatis simul. Vnde Augustinus in eodem libro ait, In patris nomine, ipse pater per se pronunciatur: in Dei vero nomine, & ipse pater & filius & spiritus sanctus: vt cum dicitur: Nemo bonus nisi solus Deus: quia Trinitas est vnus solus Deus. *Aug. lib 6. c. 2. in fine.*

(.·.)

QVOD NON TANTVM TRES PRÆdictæ Proprietates sunt in personis, sed etiam aliæ quæ aliis significantur nominibus, vt ingenitus.

DISTINCT. XXVIII.

PRÆTEREA considerare oportet, quod non tantum tres prędictę proprietates siue notiones in personis sunt, verum etiam aliæ, quæ aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenit⁹ relatiue dicitur de patre tãtum, & aliam designat notionem quã pater vel genitor. Non est enim idem, esse patrem & esse ingenitum, i. non ea notione pater dicitur quo ingenitus. Pater. n. vt prædictum est, dicitur secundum proprietatẽ generationis, ingenitus autẽ secundum proprietatẽ innascibilitatis. Differt ergo pater à filio authoritate generationis, differt etiam proprietate innascibilitatis, ideo quia ingenitus. Vnde Augu. distinguẽs inter proprietatem quã pater dicitur, & illã qua dicitur ingenitus in 5. lib. de Trin ficait: Non est hoc dicere, ingenitum, quod est patrẽ dicere: quia etsi filium nõ genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Etsi gignat quisq; filium, non ex eo ipse est ingenitus: quia geniti homines gignũt alios. Nõ ergo ideo dicitur pater qa ingenit⁹. Ideo cũ de Deo pãtrẽ vtrũq; dicatur, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenit⁹. Genitor enim dicitur ad genitum, i. filium. Cum vero ingenitus dicitur, nõ quid sit, sed quid nõ sit ostenditur. Hoc exẽplis plane faciẽdum est. Quod dicitur ingenitus, hic ostẽditur quod nõ sit filius; sed genitus ingenitus cõmode dicitur, filius autẽ Latine dicitur. Sed vt dicatur infilius non admittit loquendi consuetudo: nihil tamen intellectui demitur si dicatur non filius, quemadmodum etiã si dicatur nõ genit⁹, pro eo quod dicitur ingenitus;

Cap. 6 ad principiũ.

Eod. ca. 6. paulo infe-rius.

ibid cap. 6. in fine continuo.

Ibid. cap. 7.

nitus,nihil aliud dicitur.Ideo nō est in rebus considerandū quid vel sinat, vel non sinat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tātum dicamus ingenitum sed etiam non genitum, quod tantum valet Nūquid ergo aliud dicimus, quam non filium? Negatiua porro particula non id efficit, vt quod sine illa relatiuè dicitur, eadē proposita substantialiter dicatur, sed id tantū negatur ꝙ sine illa agebatur: sicut in aliis prædicamentis, cū dicimus homo est, substātiā designam⁹. Qui ergo dicit, nō homo est, nō aliud genus prędicamēti enunciat, sed tātū illud negat. Sicut ergo secundū substantiā ait homo est: sic secūdum substātiā, nego, cū dico nō homo est. At si tātū valet ꝙ dicitur genitus, quantum valet quod dicitur filius: tantūdē ergo valet, quod dicitur nō genitus, quātū valet quod dicitur non filius. Relatiuè autē negam⁹ dicēdo, non genitus Ingenit⁹ porro quid est, nisi nō genitus? Non ergo receditur à relatiuo prędicamento, cū ingenitus dicitur. Sicut.n. genit⁹ nō ad se dicitur, sed quod ex genitore sit: ita cū dicitur ingenitus, non ad se dicit, sed quod ex genitore non sit ostēditur: vtrunque tamē relatiuè dicitur. Quod autem relatiue pronunciatur, nō indicat substātiam. Quamuis ergo diuersum sit genit⁹ & ingenitus, nō tamē indicat diuersam substātiam: quia sicut fili⁹ ad patrem, & nō filius ad nō patrē refertur, ita genit⁹ ad genitorē, & nō genit⁹ ad nō genitorem referatur necesse est. Ecce euidēter ostēdit, quod ingenit⁹ relatiue dicitur, & de solo patre accipitur. Alia notio est qua dicitur ingenitus, alia qua pater. Atque tantum valet cum dicitur ingenitus, quantum non genitus, vel non filius.

Aug. l. 5 ca. eisdem ad finem ca. 7.

An sicut solus pater dicitur ingenitus, dici debeat non genitus vel non filius. B

Ideo solet quæri: Vtrū sicut solus pater dicitur

ingenitus, ita ipse solus debeat dici non genitus, vel non filius: vt nec etiam Spiritus S. possit dici non filius, vel nō genitus? Quibusdā videtur quod pater solus debeat dici non genitus vel non filius: spiritus vero sanctus sicut non dicitur ingenitus, ita inquiunt, nō est dicendus non genitus vel non filius. Debet quidem dici & credi spiritus sanctus non esse genitus vel non esse filius, sed non debet dici esse non genitus vel nō filius. Aliis autē videtur quod cum spiritus sanctus nō possit dici ingenitus, potest tamen dici non genitus vel non filius. Quod autem August. supra ait, tantum valere cum dicitur ingenitus, quātum cum dicitur non genitus vel non filius, etymologiam nominis offendendo eum dixisse dicunt, non rationem prædicationis.

Opinio quorūdam.

Aliorum opinio.

Aug. c. 7. l. 5. de Trin.

Quæ sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenitus. C

Si autem vis scire quæ sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenitus, audi Hilarium ipsam vocantem innascibilitatem in 4. li. de Trin. ita aientem. Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distincto innascibilitatis natiuitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus. Discretio ergo vel distinctio personarum in scripturis posita est, in nullo autem naturæ distinctio.

Ibidē paulo inferius.

Ibidem inferius.

Arriani nitebantur probare alterius substantiæ patrem, alterius filium, quia ille ingenitus, iste genitus, quibus respondens Ambrosius dixit se hoc nomen in scripturis non legisse diuinis. D

Illud etiam taceri non oportet, quod Arriani ex eo nitebātur alteri⁹ substātię esse patrē, alteri⁹ filium, quia ille ingenitus & iste genitus dicitur: cum

cum diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum. Vnde Ambr. eorum quæstioni respondens, dicit se in diuinis scripturis hoc nomen, scilicet ingenitus, nō legisse, ita inquiens in libr. de incarnationis dominicæ sacramento, Cum dudū audierint quidam dicentibus nobis filium Dei, qui generatus est, patri qui generauit, inęqualē esse nō posse, quamuis ille generatus sit, iste generauit: quia essentia vel generatio est naturæ: aduersus quidē illam quæstionem vocem sibi arbitrantur occlusam: sed tergiuersatione damnabili in eodē loco vestigium vertunt, vt putent mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicētes, Qūo possunt esse ingenit⁹ & genit⁹ vni⁹ naturę atq; substantiæ? Ergo vt respondeā mihi propositæ quæstioni. Primo omnū in diuinis scripturis ingenitus nusquā inuenio, non legi, non audiui. Cui⁹ ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi, vt nos dicāt eavsurpare quę nō sunt scripta: cū ea quę sūt scripta dicam⁹, & ipsi obiiciāt quod scriptū nō sit? Nōne ipsi sibi aduersantur, & authoritatē calumniæ suæ derogent? Attende lector, quoniam hoc nomine ingenitus nolebat vti Ambr. propter hæreticos. Ita & nos subticere quædam oportet propter calumniātium insidias, quæ catholicis ac piis lectorib⁹ securè credi possūt. Sūt etenim quędā quę nō tātę sūt religionis & authoritatis, vt eis nō oporteat semper confitendo ac recipiendo inseruire, verum silentio aliquando præteriri queunt: nec illius tamen sunt peruersitatis, quin cum opportunum fuerit, eis vti liberum habeamus. *Cap. 8. in principio.*

An diuersum sit esse patrem & esse filium. E

PRÆTEREA quæri solet, cum supra dictum sit quia aliud est dicere ingenitum, aliud patrē, & quod diuersum sit genit⁹ & ingenitus: vtrū similiter diuersum sit esse patrē & esse filiū, an idē? Ad ꝙ dicim⁹, qa ex eodem sensu quo dicitur diuersum *Aug. lib. 5. cap. 5.*

genitus & ingenitus, & quo dicitur non esse idem dicere genitum & ingenitum, potest dici nō esse idē, sed diuersum, esse patrē, & esse filium, vel esse spiritum S. quia non ea notione pater est pater, qua filius est filius, vel qua spiritus S. est spiritus sanctus. Ideoque ex hoc sensu concedimus quod aliud est esse patrem, & aliud est esse filium, quia alia notio est, qua pater est pater, alia qua filius est filius. Sed si transponas, vt dicas, aliud est patrem esse, aliud filium esse, variatur intelligentia: & ideo nō conceditur. Est. n. sensus talis, acsi dicatur, aliud est quo pater est, nō quidē pater, sed est: aliud quo filius est, nō quidē filius, sed est: quod penitus falsum est. Eo. n. pater est, quo pater Deus est, id est, per essentiam vel naturā: at filius eo Deus est, quo pater Deus est. Eo ergo filius est quo pater est, & ita idem est patrem esse quod filium esse: sed non est idē esse patrē, & esse filium. Vnde Aug in 5. lib. de Trin. t. ait: Quamuis diuersum sit esse patrē & esse filium, nō est tamē diuersa substantia: quia non hoc secundum substātiam dicitur, sed secundum relatiuum: quod tamen relatiuum nō est accidens, quia non est mutabile. Ecce diuersum esse dicit esse patrem & esse filium, quod iuxta rationem prædictam accipi oportet: quia scilicet alia ratio est qua est pater, alia qua est filius. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater, vel filius, filius, sed secundum relationem.

Cap. 5. in fine.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata: an secundum relationem, an substantiam. F

Sciendum quoque est, quod sicut solus filius dicitur verbum vel imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata vel genita. Et ideo quæritur vtrum hoc relatiuè dicatur: & si relatiuè dicitur, an secundum eādem relationē qua dicitur verbū & imago? De hoc Augustin. in septim. lib. de Trin. ait:

Cap. 2. in medio.

Id

Id dici accipiam⁹, cum dicitur verbum, ac si dicatur nata sapientia, vt filius sit & imago. Et hæc duo cum dicuntur, i. nata sapientia, in vno eorum, eo quod est nata, & verbum & imago & fili⁹ intelligatur. Et in his omnib. nominib. nō ostēdatur essentia, quia relatiuè dicūtur. At in altero q; est sapientia etiam essentia demonstretur, quoniam & ad se dicitur, seipsa. n. est sapiēs, & hoc est eius esse quod sapere: vnde pater & filius simul vna sapientia, quia vna essentia. Caue lector qualiter hoc intelligas, quod hic dicit Aug. Videtur. n. dicere, quod cum dicitur nata sapientia, ibi sapientia essentiā significet, & nata relationem notet. Quodsi ita est, cogimur dicere essentiā diuinam esse natā: quod superiorib⁹ repugnat. Sed ad hoc dicim⁹, quod in altero, i. in eo quod nata est, eadē notio intelligatur quæ notatur cum dicitur verbum & imago. In altero vero, scilicet, sapientia, demōstratur essentia, i. demōstratur quod filius sit essentia, quia sapiētia secundum essentiā dicitur: Et ideo cum dicitur nata sapiētia, intelligatur quod ipse, qui natus est, essentia est: ibi tamē sapiētia nō pro essentia, sed pro hypostasi facit intelligentiam: vt sicut quādo dicitur verbum vel fili⁹, intelligitur hypostasis cum sua proprietate. Item cum dicitur nata sapientia, idem intelligitur, id est genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idē esse intelligendum cum dicitur verbum, & cum dicitur nata sapientia, id est, eademque hypostasis cui inest illa proprietas. Et ex hoc adiuuatur illud quod superi⁹ diximus, scil. cū dicitur pater vel fili⁹ vel spirit⁹ sanctus, nō tātum illæ proprietates significantur, vt cum dicitur paternitas, filiatio: sed etiam hypostasis cum suis proprietatibus.

Quod imago aliquando dicitur secundum essentiam. G

ILLVD etiā sciri oportet, quia cū supra dictum

sit imaginem relatiuè dici de filio, sicut verbum
Cap. 1. ad finem. vel filius: interdum tamen reperitur secundum substantiam dici. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum dicit, quod vna est sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Hilar. etiam in 5. lib. de Trin. ait: Homo fit ad communem imaginem: Nomen non discrepat,
Non longè à princip. natura non differt. Vna est enim ad quam homo creatus est, species. Ex his verbis ostenditur quod imago aliquando essentiæ intelligentiam facit: & tunc ad se dicitur, & non relatiuè.

DE PRINCIPIO, QVOD RELATIVE *dicitur, & multiplicem notat relationem.*

DISTINCTIO XXIX.

EST prętera aliud nomen multiplicem notans relationem, scilicet principium. Dicitur enim principium semper ad aliquid: & dicitur pater principium, & filius principium, & spiritus sanctꝰ, principium: sed differēter. Nam pater dicitur principium ad filium, & ad spiritum sanctum.
Aug. ca. 20. ad finem. Vnde Aug. in quarto lib. de Trin. ait: Pater est principiū totius diuinitatis, vel si melius dicitur, deitatis: quia ipse à nullo est. Non enim habet de quo sit, vel de quo procedat, sed ab eo & filius est genitus, & spiritus sanctus procedit. Non ergo dicitur principium totiꝰ deitatis, quod vel fuit, vel diuinæ essentię principium sit: sed quia principium est filii, & spiritus sancti, in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad Spiritum sanctum dicitur principium. Spiritꝰ vero sanctus nō dicitur principium nisi ad creaturas: ad quas pater etiam dicitur principium, & filius, & Trinitas ipsa simul, & singula personarum principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio. Filius principium de principio: Spiritus sanctus principium de vtroque, id est, de patre & filio.

Quod

Quod ab æterno pater est principium, & filius, sed spiritus sanctus non: immo cœpit esse principium. B

ET pater ab æterno principium est filii, & pater & filius principium spiritus S. quia filius est à patre, & spiritus sanctus ab vtroque. Spiritus vero S. non ab æterno principium est, sed esse cœpit, quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creaturæ esse cœperunt, & Spiritus S. esse cœpit principium earum. Ita etiam pater & filius esse cœpit cum spiritu S. vnum principium creaturarum, quia creaturę esse cœperunt à patre & filio & spiritu S. & dicuntur hi tres, non tria, sed vnum principium omnium creaturarum, quia vno eodemque modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res à patre & aliter à filio, sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus intelligens hanc Trinitatem esse vnum principium rerum, ait: Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cum vero audim⁹ omnia esse ex Deo, vt ait Aug. de natura boni, omnes vtiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturalia sunt. Non.n. ex ipso sunt peccata quæ naturam non seruant, sed vitiant, quæ ex voluntate peccantium nascuntur. Omnium ergo quæ naturaliter sunt, vnum principium est pater cum filio & spiritu S. & hoc esse cœpit. Ab æterno autem pater principium est filii generatione, & pater & filius vnum principium spiritus sancti. Vnde Augustin. in 5. lib. de Trin. ait: Dicitur relatiue pater, idemque relatiue dicitur principium. Sed pater ad filium dicitur, principium vero ad omnia quæ ab ipso sunt. Et principiū dicitur filius. Cum. n. diceretur ei: Tu quis es? Respōdit, Principiū, qui & loquor vobis. Sed nūquid patris principiū est? immò creatorē se voluit ostēdere, cū se dixit esse principiū: sicut & pater principiū est creaturę, qa ab illo sūt omnia.

Lib. 3. c. 13. & in fin. ca. 14. eiusd. lib.

Aug. ca. 13. in princip.

Cum

Ibid. fere continuo.

Cum vero dicimus & patrē principium, non duo principia creaturę dicim⁹: quia pater & fili⁹ simul ad creaturā vnum principium est, sicut vn⁹ creator. Si autem quicquid in se manet & gignit vel operatur aliquid principiū est eius rei quā gignit, vel eius quam operatur: non possumus negare etiam sp. S. recte dici principium, quia non eum separamus ab appellatione creatoris: quia scriptū est de illo, quod operetur: & vtique in se manens operatur. Non enim in aliquid eorum quę operatur ipse, mūtatur & vertitur: Vnum ergo principium ad creaturam cum patre & filio est sp. S. non duo vel tria principia. Ecce aperte ostēdit Augustinus patrē & filium & sp. S. esse vnum principium rerum creatarum, ideſt, vno eodemque modo esse principium: & illum modū satis aperuit: quia scilicet operantur omnia, & quia similiter operātur hi tres, ideo vnum principium esse dicuntur.

in fin. ca. 13. de Trin. li. 5.

Hic ostendit quomodo pater sit principium filii, & ipse, & filius principium spiritus sancti. C

Deinde in eodem libro continue ostēdit, quomodo pater dicatur principiū ad filiū, & ad spiritum S. ipse & filius, dicens ideo esse patrem principium filii, quia genuit eum: & patrē & filium esse principium spiritus sancti, quia spiritus S. procedit vel datur ab vtroq; : ait enim ita: Si gignens ad id quod gignitur principium est, pater ad filiū principium est, quia genuit eum. Vtrum autem & ad spiritum S. principium ūt pater, quia dictum est, de patre procedit, nō parua quæstio est. Quod si ita est, nō iam principium eius tantū erit rei quā gignit vel facit, sed & eius quam dat, & quæ procedit, ab ipso. Si ergo quod datur, vel q̄ procedit, principium habet à quo datur vel procedit, fatēdum est patrē & filiū vnū principiū esse spiritus sancti, nō duo principia. Sed sicut pater & filius ad crea-

Aug. ca. 14. in princip. lib. 5. de trinitate.

Ibidē paulo inferius.

creaturam relatiue vnus creator & vnus Dominus dicitur, sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium. Ad creaturā verò pater & filius & sp. S. vnum principium sunt, sicut vnus creator & vnus Dominus: Ecce habes quod pater principium filii dicitur, quia genuit eum, quā ergo notione est pater, ea principiū filii dicitur, i. generatione: secundum quam etiā dicitur author filii. Vnde Hilar. in 4. lib. de Trinit. ita ait. Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit author ostenditur: id nomē habens, quod neq; ex alio profectum intelligatur, & ex quo is qui genit⁹ est substitisse doceatur. Nouit Ecclesia vnum innascibilem Deum: nouit vnigenitum Dei filium. Confitetur patrem ab originē liberum: cōfitetur & filii originem ab initio nō ipsum initiabilē, sed ab initiabili: nō per seipsum, sed ab eo qui à nemine est natū, ab æterno, natiuitatē scil. ex paterna ęternitatē sumentē. Edita est hiic fidei professio, sed professionis ratio nondum exposita est: & ideo quærenda, scil. quomodo intelligendum sit quod ait, filii originem esse ab initio, & non ipsum esse ab initio, sed ab initiabili. Hoc vtiq; subdens determinauit, quomodo acceperit initiū, inquiēs originē filii esse ab initio ac si diceres: Nō ita intelligas originem filii esse ab initio, quasi ipse fili⁹ habeat initium: sed quia ipse est ab initiabili, i. à patre, à quo sunt omnia Nā licet filius sit principiū de principio, nō est tamē cōcedēdum quod filius habeat principium. Cūq; filius sit principium de principio, & pater principium nō de principio, nō est principium de principio, principium sine principio: sicut filius nō pater, neq; tamen duo principia, sed vnum: sicut pater & filius non duo creatores, sed vnus creator.

Hilar. li. 4. non longe princip o.

Ibid: paulo superius.

Cum pater & filius sint vnum principium spiritus sancti, quæritur an eadem notione. D

Vnum autem principium sunt pater & filius, nō tantum

tãtum creaturarum, vt dictum est supra: sed etiã spiritus S. ideo quæri solet, vtrum eadem notione pater sit principium spiritus S. & filius, an sit alia notio, qua pater dicatur principium spiritus S. & alia qua filius. Ad quod dicimus, cum pater dicatur principium spiritus sancti, & filius, quia spiritus S. procedit vel dãtur ab vtroque, nec aliter procedit vel datur à patre quam à filio: sane intelligi potest, patrem & filium eadem relatione vel notiõe principium dici spiritus S. Si vero quæritur quæ sit illa notio, quã ibi notat principium? Nomen eius non habemus: sed non est ipsa paternitas vel filiatio: immo notio quædam quæ patris est & filii, qua ab æterno pater & filius vnum principium est spiritus S. Donator autem (vt prædictum est) dicitur pater vel filius ex tempore, sicut spiritus sanctus datum vel donatum.

Responsio.

Quæritur quæ sit notio qua pater & filius dicitur principium spiritus S.

DE HIS QVÆ TEMPORALITER DE *Deo dicuntur & relatiue secundum accidens, quod non Deo, sed creaturis accidit.*

DISTINCT. XXX.

SVNT enim quædam quę ex tempore de Deo dicuntur, eique temporaliter conueniunt sine sui mutatione: & relatiuè dicuntur secundum accidens, nõ quod accidit Deo, sed quod accidit creaturis: vt creator, Dominus, refugiũ, datũ, vel donatum & huiusmodi. De his Aug. in v. lib. de Trin. ait: Creator relatiuè dicitur ad creaturam, sicut Dominus ad seruum. Item: Non aliquem moueat quod sp. S. cum sit coæternus patri & filio, dicitur tamẽ aliquid ex tempore: veluti hoc ipsum quod donatũ dixim⁹. Nã sempiternè sp. S. est donũ, tẽporaliter autem donatum. Etsi Dominus nõ dicitur, nisi cũ habere incipit seruum, etiã ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non. n. sempiterna creatura est, cuius ille Dominus est, ergo Dominum

Aug. 13. ad principium. Ca. 16. eiusdem lib. 5.

Ibid. paucis interiectis.

minum esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere: quia ille sempiternè non dominaretur, nisi etiam ista sempiternè famularetur. Sicut autem non potest esse seruus qui non habet dominum, sit nec dominus qui non habet seruum.

Oppositio quod non ex tempore sit Dominus quia est Dominus temporis quod non est ex tempore. B

SED hic aliquis dicet, quod non ex tempore competit Deo hæc appellatio qua dicitur dominus, quia non est tantum dominus rerum quæ ex tempore cœperunt, sed etiam illius rei quæ non cœpit ex tẽpore, i. ipsius tẽporis, q̃ nõ cœpit ex tẽpore, qa nõ erat ante temp⁹ quã inciperet: & ideo nõ cœpit esse dominus ex tempore. Ad quod dici potuit, quia licet nõ cęperit ex tẽpore dominus esse tẽporis, cœpit tamẽ esse domin⁹ tẽporis: quia non sẽper fuit temp⁹: & ipsius hominis ex tempore cœpit esse dominus. De hoc Aug. in eodẽ lib. continuè ita ait: Quisquis extiterit qui æternum Deũ solũ dicat, tẽpora vero nõ esse ęterna propter varietatẽ & mutabilitatẽ, sed tamẽ ipsa tẽpora nõ in tẽpore esse cępisse, quia non erat tẽpus antequã tempora inciperẽt: & ideo nõ in tẽpore accidere Deo vt Domin⁹ esset, qa ipsorum temporum Dominus erat, quæ vtiq; nõ in tẽpore esse cœperunt: qd respõdebit de homine qui in tẽpore factus est? cuius vtiq; Dominus nõ erat antequã esset. Certe vt Domin⁹ hominis esset, ex tẽpore accidit DEO: & vt omnis amoueatur cõtrouersia certe vt tuus Dominus esset vel meus, qui modo esse cœpimus, ex tẽpore habuit. Quomodo ergo obtinemus nihil secũdũ accidens dici DEVM, nisi qa ipsius naturę nihil accidit, quo mutetur: vt ea sint accidẽtia relatiua, quę cũ aliqua mutatiõe rerũ de quib. dicũtur, accidunt: sicut amicus relatiuè dicitur.

Aug. t. 18. continuo nõ longe à princip. li. 5. de Trin.

Ibidẽ paulò inferius.

Non

Non.n.amicus esse incipit, nisi cum amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis, vt amicus dicatur. Num9 vero cum dicitur pretium, relatiuè dicitur, nec tamen mutatus est cum esse cœperit pretium; nec cum dicitur pignus & huiusmodi. Si ergo numm9 potest nulla sui mutatione toties dici relatiuè, vt neque cum incipit dici, neq; cum desinit, aliquid in eius natura vel forma qua nummus est mutationis fiat: quãto facili9 de illa incõmutabili Dei substãtia debem9 accipere, quod ita dicatur relatiuè aliquid ad creaturam, vt quãuis temporaliter incipiat dici; nõ tamen ipsi substãtiæ DEI accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur. Qualiter etiam refugium nostrum dicitur: Refugium enim nostrum dicitur Deus relatiuè: ad nos.n. refertur: & tunc refugium nostrum fit, cum ad eum refugim9. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequã refugerem9 ad eum, nõ erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo efficimur meliores: in illo autem nulla. Sic & pater noster esse incipit, cũ per eius gratiã regeneramur, qui dedit nobis potestatẽ filios Dei fieri. Substãtia ergo nostra mutatur in melius, cum filii eius efficimur. Similiter & ille pater noster esse incipit, sed nulla sui cõmutatione substãtiæ. Quod ergo tẽporaliter dici incipit De9, quod antea nõ dicebatur, manifestum est relatiue dici: non tamẽ secundum accidens Dei, quod aliquid ei acciderit, sed planè secundum accidens ei9, ad quod dici aliquid De9 incipit relatiuè. Ex his apertè ostẽditur, quod quędam de Deo temporaliter dicuntur relatiué ad creaturas sine mutatione Deitatis, sed non sine mutatione creaturę: & ita accidẽs est in creatura nõ in creatore: & appellatio qua creatura dicitur relatiuè, ad creatorẽ relatiua est, & relationẽ notat quæ est in ipsa creatura. Appellatio vero illa qua creator relatiuè dici-

Ibid. continuo Aug. cap. 16.

dicitur ad creaturã relatiua quidem est, sed nullam notat relationem quæ sit in creatore.

Hic soluitur quæstio, qua quærebatur, vtrum spiritus sanctus dicatur datum relatiuè ad se, cum ipse det se. C

HIC potest solui quæstio superius proposita, vbi quærebatur, cum spiritus S. datum dicatur vel donatũ (q̃ autẽ datur, refertur & ad eũ qui dat, & ad illum cui dãtur) & cum spiritus sanct⁹ det seipsum, vtrum ad seipsum relatiue dicatur, cum dicitur dari vel donari? Cui quæstioni respõdentes, dicimus spiritum S. dici datum vel donatum relatiue & ad dantem, & ad illum cui dãtur. Dans autẽ, siue donator, est pater cum filio, & spiritu sancto. Nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se, sed appellatio dati vel donati refertur, & ad dantem & ad recipientem: quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo, & alicui detur. Cum autem spiritus sanctus dari à se vel dãtus à se dicitur, relatiue quidem dicitur ad illum cui dãtur, & est appellatio relatiua: & in illo cui datur mutatio fit, non in dante.

QVOMODO DICATVR FILIVS Æqualis patri: an secundum substantiam, an secundum relationem: ita & similis.

DISTINCT. XXXI. A

PRÆTEREA considerari oportet, cum tres personę coæquales sibi sint, vtrum relatiue hoc dicatur, an secundum substantiam: & si relatiuè, vtrum secundũ relationem, an secundũ essentiam considerãda sit æqualitas: deinde quid sit ipsa æqualitas. Ad quod dicimus, quia sicut simile nihil sibi est, similitudo enim vt ait Hilarius, sibijpsũ non est: ita & æquale aliquid sibi non dicitur: ac per hoc sicut simile, ita & æquale relatiuè dicitur.

De significatione relatiuorum, quæ cõmuniter & æternaliter de Deo dicuntur vt similis & æqualis Hilar. ad finem ibi.

3. de Trin. Ca. 6. in fin. Dicitur ergo relatiuè filius ęqualis patri, & vtriq; spir. S. Est tamen ęqualis patri filius, & vtriq; spiritus S. propter summam simplicitatem essentiæ & vnitatem. Æqualis est ergo filius patri secundum essentiam, non secundum relationem. Vnde Aug. in 5. lib. de Trin. ait: Quęrimus secundum quid æqualis sit patri filius, non secundum hoc quod ad patrem dicitur filius, æqualis est patri. restat ergo vt secundū id ęqualis sit, quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secūdum substantiā dicitur. restat ergo vt secundū substantiā sit æqualis, eadem ergo est vtriusq; substantia. Itē in 6. lib. *Cap. 4. in fine.* Satis est videre nullo modo filium æqualem esse patri, si in aliquo, scil. quod pertineat ad significandā eius substantiam, inæqualis inuenitur. in *Cap. 5. eiusdē in princ.* omnibus ergo æqualis est patri filius, & est eiusdē substantiæ. Aequalis est etiam spiritus S. patri & filio, & in omnibus æqualis propter summā simplicitatē illius substantiæ. Ex his perspicuum fit, ꝙ secundum substantiam filius est æqualis patri, & vtrique spiritus S. & appellatio tantum relatiua est. Æqualitas ergo patris & filii non est relatio vel notio, sed naturalis vnitas & identitas.

Hic quomodo dicatur similis, & quid sit similitudo. B

Hoc idem etiā dicim⁹ de simili & similitudine. Cum n dicitur filius similis patri, relatiuè quidē dicitur: sed similis est patri propter vnitatem es- *Hic non tenetur.* sentiæ. Est ergo appellatio tantum relatiua, similitudo vero indifferēs essentia. Vnde quibusdam nō indoctè videtur nomine æqualitatis vel similitudinis non aliquid poni, sed remoueri: vt ea ratione dicatur filiꝰ æqualis patri, qui nec maior est eo, nec minor, & hoc ꝓpter vnitatē essentiæ. Ita & similis dicitur, quia nec diuersus, nec alienꝰ, nec in aliquo dissimilis. & hoc ꝓpter essētiæ simplicitatem. Hoc ergo secundum ꝙ filiꝰ est genitꝰ à patre æqua-

æqualis vel inæqualis est patri, nec similis vel dissimilis: sed æqualis & similis secundum substantiã.

De sententia S. Hilarii, qua in Trinitate personarum propria ostendit. C

Non est igitur hic prętermittendum, quod vir illustris Hilarius proprietates personarum assignãs, dicit in patre esse æternitatẽ, speciẽ in imagine, vsum in munere: quæ tantæ difficultatis sunt verba, vt in eorũ intelligẽtia atque explanatione vehemẽter laborauerit Aug. vt ipse ostẽdit in 6. li. de Trin. ita dicẽs: Quidã cũ vellet breuissime singularũ in Trinit. personarum insinuare propria: Æternitas est, inquit, in patre, species in imagine, vsus in munere. Et quia nõ mediocris authoritatis in tractatione scripturarum & assertione fidei vir extitit (hæc n. Hilarius in lib. suis posuit) horũ verborum. i. patris, & imaginis & muneris, æternitatis, speciei, & vsus, abditam scrutatus intelligentiã, quantum valeo, non eũ secutũ arbitror in æternitatis vocabulo: nisi quod pater nõ habet patrem de quo sit, filiꝰ autem de patre est vt sit, atq; vt illi coæternus sit. Imago n. si perfectè implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ: in qua imagine speciem nominauit. Credo propter pulchritudinem, vbi tanta est congruentia & prima æqualitas, & prima similitudo nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: sed ad idẽtitatem respõdens ei cuiꝰ imago est: vbi est prima & summa vita: cui non aliud viuere, & aliud esse, sed idem & primus ac summus intellectus: cui non est aliud viuere, & aliud intelligere, sed idem hoc vnum tanquam verbum perfectum, cui nõ desit aliquid: & ars quædam omnipotẽtis & sapiẽtis Dei plena omnium rationum viuentium incõmutabiliũ: & omnes vnũ in ea: sicut ipsa vnum de vno, cũ quo vnum: ibi nouit omnia Deus, quę fecit per ipsam.

Cap 10. in principio.

Hil. in principio lib. 2. de Trinit.

Hilar. li de synodis in declaratione 1. definitionis orientalium dit. Imago omnis eius ad quẽ imaginatur species indifferens est. Neq; enim ipse sibi quis imago est, sed cum cuius imago est, necesse est, vt imago demõstret. Imago itaq; est rei ad rem coæquanda imaginata, & indiscreta simul est.

Hic de spiritu sancto quare vsus dicatur. E

Est ergo pater, est & filius quia imgo patris est filius, & qui imago est, vt vere imago sit, speciem necesse est, & naturam, & essentiã secundum quod imago est, in se habeat authoritas.

EST autem ineffabilis quidã cõplexus patris & imaginis, qui nõ est sine pfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas vel beatitudo (si tamen aliqua humana voce digne dicitur) vsus ab illo appellata est breuiter, & est in Trin. spiritus sanctus non genitus, sed genitoris genitiq; suauitas, ingenti largitate atq; vbertate perfundẽs omnes creaturas pro captu earum. Itaq; illa tria & à se inuicẽ determinari videtur, & in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculũ in ænigmate, gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat. Qui vero non videt, tẽdat per pietatẽ fidei ad videndũ, nõ per cęcitatem ad calũniandum: quoniã vnus est Deus, sed tamẽ Trinitas. Ecce habes qualiter verba Hilarii præmissa accipienda sint, licet tantæ sint profunditatis, vt etiam adhibita expositione vix aliquatenꝰ ea intelligere valeat humanus sensus: cum & ipsa eorum explanatio, quam hic Augustinus edidit, plurimum in se habeat difficultatis & ambiguitatis.

Quod secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres. E

Aug. 1. bid. Hilar. in li. de synodis, Propositione 26. Si quis innascibilem & sine initio dicat filium,

Non n. secundum præmissam expositionẽ distinguuntur hic tres illæ proprietates superius assignatæ, sed ipsæ hypostases distinctæ ab inuicem móstrantur, æternitatis tamẽ nomine eadẽ videtur designata proprietas, quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamꝰ quid sit q̃ ait: Imago sic perfectẽ implet, cuius imago est, ipsa coęquatur ei, nõ illud suæ imagini. Videtur n. dicere, quod filiusꝰ qui est imago patris, patri coæquatur, non pater filio cum & filius dicatur æqualis patri in scriptura, & pater filio: sed filiusꝰ hoc habet à patre, vt sit ei ęqualis, pater autẽ non habet à filio: & tamẽ filius ple-

ne a

ne ac perfecte ęqualis est patri, id est, imago ei cui⁹ est imago.

Quare dicatur Hilarius propria personarum assignasse in verbis prædictis, cum ibi non sint expressæ proprietates. F

PROPRIA ergo personarum in prædictis verbis assignasse dicitur Hilar. qa relatiua nomina pſonarum posuit, scil. imaginis, & muneris: quę relatiuè dicuntur de personis, & proprietates notāt quibus distinguuntur personæ. Ita n. dicitur spiritus sanctus munus relatiue, sicut donum. Verū tamen ipsas proprietates aliis tribus nominib. nō significauit, iuxta prædictā Augustin. expositionem; nisi solo nomine æternitatis, quo non ipsam paternitatem, sed eam voluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

Quod earundem personarum distinctionem notat Augustinus aliis verbis sine expressione trium personarum. G

ILLVD etiam sciri oportèt, quod earundem trium personarum distinctionē Aug. ostēdere volens sine expresione illarum trium proprietatū superius cōmemoratarū in 1. l. de doctr. Christi. sic ait: In patre est vnitas, in filio æqualitas, in spiritu S. vnitatis æqualitatisq; concordia. Et hæc tria vnū, omnia propter patrē, æqualia omnia ꝓpter filium, cōnexa omnia propter spiritum S. Itaq; pater & filius & sp. S. & singulus quisq; horū Deus est, & simul omnes vnus De⁹: & singulus quisq; horū plena substātia est, & simul omnes vna substātia. Pater nec filius est, nec spiritus S. & fili⁹ nec pater est, nec spiritus S. spiritus sanctus nec pater est, nec filius: sed pater tantum pater, & filius tantum filius, & spiritus S. tantum spiritus S. Eadem tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In his verbis aperte insinuatur personarum trium distinctio.

quasi duo sine principio, & duo innascibilia, & duo innata dicens, duos faciat deos anathema sit. Caput enim quod est principium omniū filius, Caput autē quod est principium Christi Deus, & c.

Aug. c. 5. a l. fine tom. 3. Ibidē paulo superius.

Ioan. 10. f.

Quare patri attribuatur vnitas, & filio æqualitas. H

Sed plurimos mouet, quod patri attribuit vnitatē, filio æqualitatē. Cum n. vnitas dicatur secūdum substantiā, non tantum in patre est, sed etiā in filio & in spiritu S. & æqualitas vna est patris & filii & spiritꝰ S. Cur ergo patri attribuitur vnitas, & filio æqualitas? Forte eadē ratione attribuitur patri vnitas secundū Augustū. qua supra eidem æternitas secundū Hilariū: quia videlicet pater ita est, vt ab alio non sit, & quia filium genuit vnum secum Deum, & spiritus sanctꝰ ab eo procedit vnꝰ cum eo Deus. Vnitas ergo in patre esse dicitur, quia nec est aliquid aliud à quo sit. Non enim ab alio est, nec ab eo aliquis vel aliquid est ab æterno, quod vnum cum eo non sit: filius enim & spiritus sanctꝰ vnum sunt cum patre: Vnde veritas ait, Ego & pater vnum sumus.

Quare pater & filius dicatur esse vnum vel vnus Deus, sed non vnus: quia res eiusdem naturæ rectè possunt dici vnum simpliciter esse & cum adiectione: res verò diuersæ naturæ non possunt dici vnum, nisi dicatur quid vnum. I

Hic dici oportet, quod pater & filius & spiritus S. rectè dicuntur esse vnum & vnus Deus, sed non vnus. Res n. duæ vel plures recte possunt dici vnū esse, si sint vnius essentiæ, & earum vna sit natura. vnꝰ autē vel vna non potest dici de diuersis rebus, nisi addatur quid vnus vel vna. quo addito, rectè potest dici de rebus & vnius & diuersæ substantiæ. Vnde Augustꝰ in 6. libr. de Trinit. sic ait: Nescio vtrum inueniatur in scripturis dictum, vnum sunt, quorum est diuersa natura. Si autem & aliqua plura sunt eiusdem naturę & diuersa sentiāt, non sunt vnum in quantum diuersa sentiunt. Cū ergo sic dicitur vnū, vt non addatur quid vnū, &

Cap. 2. in principio. Ib dē paulo superius.

plura

plura vnũ dicuntur eadem natura atque essentia: non dissidens, neq; dissentiens significatur, vnde Paul⁹ & Apollo, qui & ambo homines erant & idẽ sentiebant, vnũ esse dicuntur: cũ dicitur. Et qui plantat, & qui rigat vnũ sunt. Cum vero additur quid vnum, potest significari aliquid ex pluribus vnum factũ, quãuis diuersa natura: sicut anima & corpus non possunt vtique dici vnum, quid n. tã diuersum? nisi addatur vel subintelligatur quid vnũ, scil. vnus homo. vnde Apostol⁹. Qui adhęret, inquit, Domino, spirit⁹ vnus est. Nõ dixit vn⁹ est, vel vnum sunt, sed addidit spirit⁹. Diuersi sunt enim natura spiritus hominis & spirit⁹ Dei: sed inhærendo fit spirit⁹ hominis vnu⁹ spiritus cũ Deo, qa particeps fit veritatis & beatitudinis illius. Si ergo de his quæ diuersæ substantiæ sunt, rectè dicitur q̃ sint vnus spiritus; quanto magis qui vni⁹ substantiæ sunt, rectè dicuntur vn⁹ Deus esse. Pater ergo & filius vnũ sunt, vtiq; secundũ vnitatẽ essentiæ, & vnus Deus: in quo & Arriana hæresis dãnatur, quæ patrem & filium & spir. S. vt ait Aug. in lib. de hæresibus non vult esse vnius eiusdemq; substantiæ atq; naturę, vel vt expressius dicatur, essentiæ: quę Grękè dicitur vsia: sed filiũ esse creaturam. Nec nõ & Sabelliana, quę, vt ait August. in eodẽ lib. dicebat: Christum eundem ipsum & patrem & spiritum S. esse: vt esset Trinitas nominũ sine subsistentia personarum. Vtramq; pestem, vt ait August. super Ioan. elidit veritas, dicens: Ego & pater vnum sumus. Vtrumq; audi & aduerte, vnum, & sumus: & à charybdi & à scylla liberaberis. Quod enim dixit vnum, liberat te ab Arrio: q̃ dixit sumus, liberat è Sabellio. Si vnum, ergo non diuersum: si sumus ergo pater & filius. Sum⁹ n. non diceret de vno, nec vnum de diuerso. Erubescant ergo Sabelliani, qui dicunt ipsum esse patrem qui est filius, confundentes personas: qui

1. ad Cor. 3. b

Ibid. paulo inferius.

1. ad Cor. 6. d.

Ibidem inferius.

Tom. 6. Num. mer. siue Art. 49. Eod. tomo. Num. siue art. 41. Tomo 9. tract. 36 ad illud Ioan. 8. Quia solus non sum.

Ibidem.

& dicti sunt Patripassiani, quia dicunt patrẽ fuisse passum. Arriani vero dicunt aliud patrẽ esse, aliud filium: nõ vnã substantiã, sed duas: patrẽ maiorem, filium minorẽ. Noli hoc dicere tu Catholice. In medio ergo naviga, vtrunq; periculosum latus deuita: & dic, Pater pater est, & filiꝰ filius est: Alius pater, alius filius: sed non aliud. immo hoc ipsum, quia vnus Deus. Ecce ostensum est quare vnitas in patre esse dicatur, cum tres illi vnú sint.

Quare dicatur esse æqualitas in filio, cum sit vna æqualitas trium. K

NVNC videmus quare æqualitas dicatur esse in filio, cum vna & summa æqualitas sit triũ. Hoc ideo forte dictum est; quia filiꝰ genitus est à patre æqualis gignenti, & dono qꝫ ab vtroq; procedit: & ideo illa tria dicuntur esse æqualia propter filium. Filius n. habet à patre, vt sit ei æqualis & spiritui S. & spiritus sanctus ab vtroq; habet, vt sit æqualis vtriq; Hoc autem sine assertionis supercilio & maioris intelligentiæ præiudicio dicimus, malentes in apertione tã clausorum sermonum peritiores audire, quam aliquid aliis influere.

Quare in spiritu sancto dicitur esse vtriusq; concordia vel connexio. L

QVOD autem in spiritu S. dicitur esse vtriusq; concordia, & per eum omnia connexa, facilior est intelligentia nobis præmissa ad mẽtem reuocãtibus. Supra enim secundum authoritates sanctorum dictum est, quod spiritꝰ sanctus amor est, quo pater diligit filium, & filius patrem. Recte ergo spiritus sanctus dicitur connexio vel concordia patris & filii, & per eum omnia connexa. Vnde Augustin. in quinto lib. de Trinit. Communio quædam consubstantialis patris & filii est, amborum spiritus sanctus. Idem in septimo libro de Trinit. Spiritus sanctus est summa charitas vtrumq; cõiungens, nosque subiungens.

Cap. 11. ad finem.

Cap. 3. versus finem.

VTRVM

VTRVM PATER VEL FILIVS SPIRI-
tu sancto diligat, cum diligere idem Deo sit quod esse.

DISTINCT. XXXII. A

HIC oritur quæstio ex prædictis deducta, dictum est n. supra, atque sanctorum authoritatibus ostensum, ꝙ spiritꝰ S. est communio patris & filii, & amor quo pater & filius se inuicem diligunt: Ideo queritur, vtrum pater vel filiꝰ per spiritum sanctum diligat. Quod vtique videtur oportere dici secundum authoritates supra positas: quibus ostenditur spiritum sanctum esse, quo genitꝰ à gignente diligatur, genitorẽq; suum diligat. Sed contra si pater vel filius dicatur diligere per spiritum S. videtur esse per spiritum sanctum: quia nõ est aliud Deo esse, & aliud diligere, sed idem: quia vt ait August, in xv. l. de Trin. Quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiã est intelligẽdum, vt bonꝰ, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoq; si pater vel filius diligit per spiritum sanctum, per ipsum spiritum esse videtur: neque tantum essentia sua diligit, sed etiã dono. *Ca. 5. post medium.* *Ibid. paulo infertus.*

Hæc quæstio insolubilis est, humanum superans sensum: in qua authoritates sibi occurrunt. B

HVIC quæstioni, cum altitudinem nimiæ profunditatis contineat, id solum respondemus, ꝙ Aug. significare videtur, scil. quod pater & filius se diligant, & vnitatem seruent, non solum essentia sua, sed suo dono proprio: ꝙ licet supra positum sit, iterare tamen non piget, quia sic expedit. Ait ergo Aug. in 6. lib. de Trin. ita: Manifestũ est quod nõ aliquis duorum est quo vterq; coniungitur, quo genitꝰ à gignente diligatur, genitorẽq; suum diligat, sintq; nõ participatione, sed essentia sua, *Cap. 5 in principio.*

Cap 7. non lege à prin.

neq; dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes vnitatem pacis. Ecce hic dicit quod essentia sua & dono suo seruant vnitatẽ. Idem in xv. de Trin. ait: In illa Trinitate quis audeat dicere, patrem nec se, nec filium, nec spiritum sanctum diligere, nisi per spiritum sanctum. Hic aperte ostendit, patrem non tantum per spiritum sanctũ diligere: non autem simpliciter dicit patrem non diligere per spiritum sanctum.

Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut diligit amore qui ab ipso procedit. C

Præterea diligenter inuestigari oportet, vtrum pater sapiens sit sapientia quam genuit, quæ tantum filius est. Quod videtur à simili posse probari. *Si* enim pater diligit amore qui ab ipso ꝓcedit. cur nõ & sapientia vel intelligentia quam ipse genuit, vel intelligit? Hãc quęstionẽ vrgere videtur, vt ait Aug. in 6. lib. de Trin. quod scripsit Apostol⁹, dicens: Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vbi quæritur, vtrum ita sit pater sapientiæ & virtutis suæ, & hac sapiẽtia sapiens sit quã genuit, & hac virtute potens quã genuit. Sed absit vt ita sit: quia si hoc est ibi esse ꝙ sapere, non per illam sapientiã quã genuit sapiẽs dicitur pater: alioquin nõ ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. *Si* enim sapiẽtia q̃ genuit, causa est illi vt sapiens sit, etiã vt sit ipsa illi causa est: ꝙ fieri non potest, nisi gignendo eũ aut faciendo: sed nec genitricẽ, nec conditricẽ patris vllo modo quisquam dixerit sapientiã. quid enim est insanius? Ergo pater ipsa sapientia est, qua sapiẽs est. Filiꝰ vero dicitur sapientia patris, & virtꝰ patris: nõ qa pater per eum sit sapiens vel potens, sed quia filius sapientia, & virtus est de patre sapientia & virtute. Ex his ergo pater ꝙ pater nõ est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita. Aug. in li. 83. quæst. 23. quæst. 10. 4. Cũ sapiens

Aug. c. 1. in princ. & c. 2. 1. Cor. 1. d

Deus

Deus dicitur, & sapientia sapiens dicitur, sine qua eum vel fuisse aliquando, vel esse posse nefas est credere, non participatione sapientiæ sapiens dicitur: sicut anima quę & esse, & non esse sapiēs potest, sed quod ipse eam genuerit quæ sapiens dicitur sapientia: Animaduerte lector, patrem dici sapientiam genita sapientia, quod aliis obuiat testimoniis. Verum hoc Aug. corrigit in lib. 1. de tract. ca. xx. inquiens: Dixi in lib. 83. quæstio. de patre, ꝙ eam genuit, qua sapiens dicitur, sapientiam. Sed melius istam quæstionem in libro postea de Trin. tractaui.

Vtrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita. D.

Post hæc quæri solet à quibusdam, vtrum filius sit sapiens sapientia genita, vel ingenita. Si n. non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est: si vero sapientia genita sapiens est, nō vīdetur sapiens esse sapientia ingenita: & ita nō videtur esse sapiens à patre, cū à patre habeat omnia. Ad ꝙ dicimus, ꝙ vna est sapientia patris & filii & spiritus S. sicut vna essentia: quia sapientia in illius naturæ simplicitate est essentia: & tamen filius tantū est sapiētia genita, & pater tantum est sapientia ingenita: & sapiētia genita est de sapiētia ingenita, vel à sapientia ingenita. Et cum idē sit ibi esse, ꝙ sapientē esse, relinquitur vt sapientia genita sit sapiēs de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia Dei, tanquam ipse solus intelligens sit, vel sapiēs sibi & patri & spiritui S. quia vt ait August. in xv. li. de Trin. cap. vij. *Si* solus ibi filius intelligit & sibi & patri & spiritui sancto, ad illā reditur absurditatem, vt pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quā genuit. Vbi n. non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ideoq; si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelli-

Aug. c 7. ante medium.

telligit patri, profecto filiꝰ patrē sapientē facit. Et si hoc est Deo esse qꝫ sapere: & ea illi est essentia quæ sapientia, non filius à patre, quod verum est, sed à filio potius pater habet essentiam, quod absurdissimum atque falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, quæ ipse est, sua sapientia: & filiꝰ sapiētia patris, est sapiens de sapientia quæ est pater, de quo est genitus filius: Ita & pater est intelligens ea, quę ipse est, sua intelligētia. Nō n. esset sapiens, qui nō esset intelligēs. Filius autē intelligētia patris, de intelligētia gēitus est, quæ est pater: de qua & intelligens est. Proinde pater est sapientia: & filius sapientia, & vterque vna est sapientia: & tamen solus pater est ingenita sapientia, & filius solus genita sapientia: nec tamen alia sapiētia pater, alia sapientia filius, sed vna eademq; est: sicut pater est Deus ingenitus, & filius est Deus genitus; neq; Deus genitus, est Deꝰ ingenitus, non ideo tamē alius Deus est pater, alius Deus filiꝰ, sed vnus Deus vterq;, non autem vnus: Alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non alius Deus: imo vterq; vnum, siue vnus Deus. Ita non est sapientia genita, sapiētia ingenita, sed alia est sapientia genita, alia ingenita: non tamen est alia sapientia, sed vna eademq; sapientia.

Ibidem fere continuo.

Ibid. paulo inferius

An filius sit sapiens seipso vel per seipsum. E

Ex prædictis constat, qꝫ filius non est sapiens à se neq; de se, sed de patre, & à patre. Quæri autem solet, vtrum filius sit sapiens seipso vel per se ipsū? Quidā dicunt multiplicem hic fieri intelligentiā, & ideo distinguendum fore: ita vt cum dicis filiū esse sapientem seipso vel per seipsum, si sui natura & essentia sapientem intelligas, verus sit intellectꝰ: si vero à seipso vel de seipso sapientē esse intelligas, falsitati subiectā habeas intelligentiā. Alii vero simpliciter & absq; determinatione cōcedūt huiusmodi locutiones, filius est sapiens per se, sed non

Solutio secūdum quosdam.

Aliorum determinatio

non à se vel de se: & filius est Deus per se, & est per se, sed non à se vel de se: Hoc cõfirmantes verbis Hilarii, qui filium nõ à se, sed per se agere in lib. 9. de Trinit. ait: Naturæ, inquit, cui contra dicis hæretice, hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agat, vt per se agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentẽ. Non à se agit, cũ pater in eo manere monstratur. Per se agit, cum secundum natiuitatem filii agit ipse quę placita sunt. Infirmus sit non à se agẽdo, nisi à Deo ipse ait: non sit vero in vnitate naturæ, si quæ agit & in quibus placet, non per se agit. sicut ergo inquiunt, filius per se agit sed nõ à se, ita & filius debet dici sapiens per se, sed non à se. Sic & ipse per se Deus est, vel esse dicendus est, vt aiunt, sed non à se, vel de se.

Hilar. inter medium & finem lib. 3.

An vna tantum sit sapientia patris? F

Quomodo nituntur quidam probare quod non vna tantum est sapientia patris.

POST hæc à quibusdam solet quæri, vtrum vna tantũ sit sapientia patris? Quod non esse nitũtur probare hoc modo: Filius inquiunt, est sapientia patris genita, qua pater sapiens non est. Est igitur aliqua sapientia patris, qua sapiens non est. Est autẽ & sapientia patris ingenita, & ea pater sapiens est. Est ergo quædã sapientia patris, qua sapiẽs est, & ipsa nõ est illa sapiẽtia patris, qua pater sapiens nõ est. nõ est ergo vna tantũ sapientia patris. Itẽ sapientia ingenita est sapiẽtia patris, & sapientia genita est sapientia patris: nõ est autẽ sapientia ingenita, sapientia genita: nõ est igitur vna tantũ patris sapiẽtia. Hęc & his similia, tanquã sophistica & à veritate lõginqua, cũctisq; in Theologia peritis patẽtia abiicimus, respõso indigna aduertẽtes: Id tamen adiicientes, qa vna tantũ sapientia patris, sed nõ vno modo dicitur. Nã sapiẽtia patris dicitur illa quã genuit, & sapientia patris dicitur ea qua sapiens est. Diuersa est ergo ratio dicti. Illa n. dicitur patris, quia eã genuit: & ea

Quod respõsione indigna sint hæc & hisſimilia,

dici-

dicitur sapiẽtia patris, quia ea sapit. Vna est tamẽ sapientia patris, quia sapientia genita est eadẽ sapientia, & ea qua sapiẽs est; siue ea qua sapiens est intelligatur persona patris, siue essentia patris: qa persona patris quę intelligitur cum dicitur sapiẽtia ingenita, & persona filii quæ significatur cũ dicitur sapientia genita, vna eademque sapientia est: quæ essentia diuina intelligitur communis tribus personis.

Quod in Trinitate est dilectio quæ est Trinitas: & tamen spiritus S. est dilectio, quæ non est Trinitas: nec ideo duæ sunt dilectiones: ita & de sapientia. G

Et sicut in Trinitate dilectio est, quæ est pater, filius, & spiritus S. quæ est ipsa essentia Deitatis: & tamen spiritus S. dilectio est, quæ non est pater vel filius: nec ideo duæ dilectiones sunt in Trinitate: quia dilectio non quæ proprie spiritus sanct⁹ est, est dilectio quæ Trinitas est: non tamen ipsa Trinitas est: sicut spiritus sanctus est essentia quæ Trinitas est, non tamen ipsa Trinitas est: ita in Trinitate sapientia est, quæ est pater & filius & spiritus S. quæ est essentia diuina: & tamen filius est sapientia quę non est pater vel spiritus S. Nec ideo duæ sapientiæ ibi sunt: quia sapientia, quæ proprie est filius, est sapientia, quæ est Trinitas, ipsa tamen non est Trinitas: sicut filius est essentia quæ est Trinitas, ipse tamen est Trinitas.

Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem videtur debere dici, quod non sit diligens pater vel filius dilectione qua ab vtroque procedit. H

Pręterea diligenter notandum est, quod ea ratione qua pater non dicitur sapiens ea sapientia quã genuit, videtur fore dicendũ, quod pater non diligat filiũ, vel filius patrẽ ea dilectione quæ ab vtroque procedit, scilicet quæ propriè spiritus sanctus

ctus est. Sicut n. idem est Deo sapere q̃ esse, ita est ei idem diligere q̃ esse. Ideoq; sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit: qui si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse: ita videtur non debere concedi, q̃ pater vel filius diligat dilectione quæ tantum spiritus S. est: quia si ea diligit pater vel filius, nõ spiritus S. videtur esse à patre & filio, sed pater & filius à spiritu S. quia idem est ibi diligere quod esse. At supra dictum est, atq; authoritate August. sancitum, quod in Trinitate tria sunt, vnus diligens eum qui de illo est, & vnus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio: & non est aliquis duorum quo genitus à gignente diligitur, & genitorem suum diligit. Quibus verbis aperte significatur patrem filium, & filium patrem diligere: ea scil. dilectione quæ nõ est aliquis eorum, sed tantum spiritus S. Cũ idem ergo sit ibi diligere quod esse, quomodo dicitur pater vel filius non esse ea dilectione qua alter alterum diligit? cum ideo pater negetur sapere sapiẽtia quam genuit, ne ea esse intelligatur.

Quod & hæc quæstio inexplicabilis est, quæ excellit infirmitatem hominis: F

Difficilem mihi fateor hanc quæstionem, præcipuè cum ex prædictis oriatur, quæ similem videntur habere rationem: quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas turbatur, cupiens magis ex dictis sanctorum referre, q̃ afferre. Optimus n. Lector est, inquit Hilar. in 1. lib. de Trin. qui dictorũ intelligentiam expectat ex dictis poti⁹, quam imponat: & retulerit magis quam attulerit: neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cum ergo de rebus Dei sermo est, concedamus Deo sui cognitionem, dictisq; eius pia veneratione famulemur. Inuestiget ergo diligenter pius Lector rationẽ dictorum, si forte dictorum aliquam valeat repe-

Hilar. ad medium libri primi.

rire

rire causam: qua nota ipsa præmissa quæstio aliquaten⁹ explicari valeat. Ego autē hanc quæstionē nō absoluens, sed errorē excludens: profiteor nō esse dictum patrē diligere filiū, vel filiū patrē, ea dilectione quæ ab vtroq; procedit: quæ non est aliquis eorum, sed tantum spiritus sanct⁹: tanq; ea dilectione pater sit vel filius. Sed sic ea pater diligit filium, & filius patrē, vt etiam pater per se ea, quæ ipse est, dilectione diligat, sic & filius: non autē sic, vt pater per se nō diligat, & filius, sed per eā tantum. Quis hęc in illa Trinitate (inquit Aug.) opinari vel affirmare præsumat? Eā tamē quæstionem Lectorum diligentiæ plenius diiudicandam atque absoluendam relinquimus, ad hoc minus sufficientes.

Cap. 7. l. 15. de Trin. ante medium.

VTRVM PROPRIETATES PERSONARUM *sint ipsæ personæ vel Deus, id est, diuina essentia.*

DISTINCT. XXXIII.

POST supra dicta interius considerari atq; subtiliter inquiri oportet: Vtrum proprietates personarum, quibus ipsæ personæ determinantur, sint ipsæ personæ, & sint Deus, id est, diuina essentia: an ita sint in personis vt non sint personæ, ac per hoc nec diuina essentia. Quod enim in personis sint proprietates, nemo inficiari audet, cū aperte clamet auctoritas, quod in personis est proprietas, & in essentia vnitas. Superius quoq; multis sanctorū testimoniis astruximus, personas per ꝓprietates distingui atq; determinari: ipsasq; ꝓprietates, tres scil. propriis expressimus vocabulis. Cum ergo proprietates ipsæ ab ęterno fuerint, quib. ipsæ personæ determinātur & differunt: quomodo essent si in eis nō essent? & quomodo in eis essent, & ipsæ personæ nō essent, quin ibi esset multiplicitas? Quocirca sicut ꝓprietates esse in personis

nis, ita & eas personas esse confitemur: sicut supra authoritate Hieronymii (vt nō pigeat reuocare ad mētem) protestati sumus, in expositione fidei ita dicentis. Sabellii hæresim declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus: Non enim nomina tātummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, vel vt Græci exprimunt, hypostases, hoc est, subsistentias confitemur. Ecce aperte dicit personas proprietatibus distingui, & ipsas proprietates esse personas: cuius hic verba perstringim⁹, qu a supra lati⁹ posuimus. *Distin. 26. huius tom. 4. in explanatione ad principium Symboli ad Damasum.*

Quod proprietates sint diuina essentia. B

Cum q; de simplicitate Deitatis supra differerē-mus authoritatibus sanctorum, scilicet Aug. Hila. Isidor. necnon & Boetii, euidenter monstrauimus Deum hoc esse omnino quod in se habet: excepto quod pater habet filium, nec est filius, & fili⁹ habet patrem, nec est pater: & sic esse in natura trium: vt qui habet, hoc sit quod habet: & totum quod ibi est, vnū esse, vnam vitā esse quæ modo non iterā-mus, ne fastidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt, singulā earum est id, in quo est; & vnum, eademque vita singulæ sunt. Fateamur ergo & proprietates esse in tribus personis, & ipsas esse personas atque diuinam essentiam.

Authoritate astruit quod proprietas sit natura. C

QVOD enim proprietas etiā diuina natura sit, ostendit Hilarius, dicens: natiuitatem filii esse naturam. Vnde in 7. l. de Trin. ait: Vtriusq; natura nō differt, vnum sunt pater & filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas, vt complectatur in se & nomē & naturā & potestatē: quia natiuitas nō potest non in ea esse natura, esse ea natura, vnde nascatur fili⁹. Idem in. 6. Natiuitas proprietas est, veritas est Idē in. 7. dicit quod naturæ natiuitas sit intelligēda esse in natura Dei. Supra. n. dixit q; pro- *Hilar. ad mediū libri*

In lib. 6. in medio li. 7. medio.

prium patris est quod semper pater est, & proprium filii est, quod semper filius est: significãs quod proprietas patris est pater, & proprietas filii est filius. His aliisq; plurib⁹ authoritatib⁹ aperte significari videtur, q̃ proprietas filii filius sit, sic & De⁹: ita & proprietas patris, & proprietas spiritus sancti.

Quidam negant, scilicet proprietates esse personas & diuinam naturam, & quare. D

Hoc autem aliqui negant, dicentes quidem proprietates in personis esse, sed non esse personas ipsas: quia ita dicunt esse in personis vel in essentia diuina, vt nõ sint interius, sicut ea quæ secundum substantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iustitia: sed extrinsecus affixæ sunt, atque ita esse rationibus probare contendunt. Si.n. inquiunt, proprietates sunt personæ, nõ eis personæ determinẽtur. Cõtra q̃ dicimus, qa etiam seipsis personæ differunt, sicut supra Hieronymus loquens de patre & filio & spiritu sancto dicit: Substantia vnum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt: Si proprietates ipsæ diuina essentiã sũt, cũ essentia nõ differãt tres personæ, nec proprietatibus differunt. Quomodo. n. differt pater à filio, eo q̃ diuina essẽtia est, cũ in essẽtiã vnũ sunt?

Tom. 4. in explanatione Symboli ad Damasum secunda obiectio.

Responsio ad præmissa auctoritate nitens. E

Horum doctrinis nouis & humanis commẽntis, verbo Hilarii respondeo. Immensum est quod exigitur, & incomprehensibile extra significantiã est sermonis, extra sensus intentionẽ: nõ enũciatur, nõ attingitur, nõ tenetur, verborũ significantiã rei ipsius natura consumit: sensus contemplationẽ inperspicabile lumẽ obcęcat, intelligẽtiæ capacitatẽ q̃ fine nullo cõtinetur, excedit. Mihi ergo in sensu labes est, in intelligẽria stupor est: in sermone vero non iam infirmitatẽ, sed silentiũ cõfitebor periculosũ, nimis est de reb⁹ tãtis reconditis aliquid vltra præscriptũ cæleste præferre, &

Hilar. li. de Trin. 2. statim post principium.

Ibidem superius.

Ibidem superius.

vltra

vltra prefinitionem Dei sermo de Deo sit. Forma fidei certa est. Non ergo aliquid addendum est, sed modus constituendus audaciæ, quicquid vltra quæritur, non intelligitur. *Ibid. paulo inferius.*

Quomodo improbi hæretici insistant alia addentes. F

Cæterum hæreticorum improbitas instinctu diabolicæ fraudulentiæ excitata, nondum quiescit: sed in tanta rerum quæstione addit: Si paternitas & filiatio in diuina essentia sunt, eadem ergo res sibi pater est & filius. Nam in quo paternitas est, pater est: & in quo filiatio est, filius est. Si ergo vna eademque res habet in se paternitatem & filiationem, ipsa generat & generatur: quod dicentes in Sabellianã hæresim pertrahũtur, extẽdẽtes patrem in filium, cum ipsum sibi filium proponãt & patrem. Si verò negauerint in vna Dei essentia paternitatem esse & filiationem, quomodo ergo dicunt esse Deum? His atque aliis argumentorum aculeis vtuntur in suæ opinionis assertionem, vt veritatis formam dissecent. *Tertia obiectio.*

Responsio contra hanc eorum oppositionem, vbi traditur proprietates non penitus ita esse in Dei essentia, sicut in hypostasibus dicuntur. G

Quorum audaciæ resistentes atque ignorantiæ prouidẽtes, audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas & filiatio nõ ita esse omninò in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasibus: in quibꝰ ita sunt, quod eas determinant, vt ait Ioan. Damasc. Characteristica idiomata sunt, i. determinatiuæ proprietates hypostaseos & non naturæ: etenim hypostasim determinãt & nõ naturam. Ideoq; licet paternitas & filiatio sint in diuina essentia, cũ eã nõ determinẽt, nõ ideo potest dici, q̃ diuina essẽtia & generet & generetur: vel quod eadem res sit sib pater & filius. Ita enim proprietas *Dam. li. de orth. fide 3. c. 6. in prin.*

determinat personam, vt hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit genita & ita nõ idẽ generat & generatur, sed alter alterũ

Quæritur quomodo proprietates possunt esse in natura, vt tamen eam non determinent. H

SED forte quæres cum hæ proprietates nõ possunt esse in personis quin eam determinent, quomodo in diuina essentia esse possint, ita vt non eam determinent? Respondeo tibi & hic cum Hilario

Hilar. 2. lib. de Trin. nõ lõge à principio. Ego nescio, non requiro, sed consolabor me tamẽ: archangeli nesciũt, angeli nõ audierũt, secula non tenẽt, Prophẽta non sensit, Apostolus non

Ibidem inferius. interrogauit, filius ipse nõ edidit. Cesset ergo dolor querelarum: non putet homo sua intelligentia generationis Sacramentum posse consequi. Absolute tamen intelligendus est pater & filius & spir. S. Stat in hoc fine intelligentia verborum.

Ibid. paulò superius. Est filius à patre, qui est vnigenitus ab ingenito, progenies à parẽte, vnus ab vno: ẽ natura Deitatis alia & alia, quia ambo vnũ. Hoc credẽdo incipe, percurre, persiste: etsi nõ peruenturum: sciam, tamen gratulabor profecturum: Qui enim pie infinita prosequitur, etsi non contingat, aliquando

Ibidẽ paulò superius. tamẽ proficiet prodeundo. Sed nè te inferas in illud secretum & arcanum inopinabilis natiuitatis, ne te immergas, summam intelligentiæ comprehendere præsumens: sed intellige incomprehensibilia esse. His aliisque multis euidenter ostenditur nobis, nullatenus licere maiestatem perscrutari: ius ponere potestati, modum circumscribere infinito.

Quibus authoritatibus opinionem suam, scilicet quod proprietas patris vel filii non sit Deus, *muniant.* I

VERVNTAMEN nondum desistunt impatientiæ spiritu agitati, sed opinionẽ suã etiã sanctorũ auctoritatib⁹ munire conãtur: quib⁹ ostẽdere volunt proprietatem qua pater est pater, & proprieta-

tatem qua filius est filius, non esse Deum: ad hoc inducentes verba Aug. super illum locum Psal. Et nō est substantia, ita dicentis: Deus enim quędam substantia est. Vnde etiam in fide Catholica sic ædificamur, vt dicamus patrem & filium & spiritū S. vnius est substantiæ. Quid est vnius substātiæ? Quicquid est pater q̄ Deꝰ est, hoc est filius, hoc est spiritus S. Cum autem pater est, non illud est, quod vel quo est. Pater enim non ad se, sed ad filium dicitur: ad se autem, Deus dicitur. Eo igitur quod vel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdē substantię est filius, proculdubio filius est Deꝰ. At vero quod pater est, quia non substātiæ est, sed refertur ad filium, non sic dicimus filium patrem esse, sicut dicimus filium Deum esse. Ex his verbis significari dicunt, quod proprietas patris vel proprietas filii non sit Deus, vel essentia diuina. Cum enim dicit, eo quod Deus est, substantia est: sed quod pater est, substātia non est: apertè inquiunt ostendi id esse substantiam, quo Deus est, id vero quo pater est, non esse substantiam. Item cum ait: Pater nō illud est quod est, ostendit eum non esse patrem eo quod substantia est. Non enim simpliciter dixit, pater non est illud q̄ est: sed ait, cum pater est, nō est illud quod est, significās quo pater est, non esse illud quo est, i. essentiā. Hęc illi ita exponētes, sua cōmēta simplicibꝰ & incautis verā videri faciūt. Nos autē aliter fore ista intelligēda dicimꝰ. Dicens. n. eo q̄ Deꝰ est, substātia est: sed quod pater est, substātia nō est. hoc intelligi voluit, quia essentia Deꝰ est, & Deitate substātia est. Eo. n. substantia est, quo Deus est: & econuersò, cuius ea est Deitas quę est substātia, & substantia quę Deitas: sed quod pater est, non est substantia, id est, non quo pater est, eo substantia est, quia proprietate generatiōis pater est, qua substātia nō est. Ipsā tamē proprietatē substātiā esse nō negauit. Ita etiā illud

Augustin. ad versum 2. Infixus sū in limo.

Quod aliter intelligenda sunt illa verba quā dicant.

illud intelligendum est quod ait: Cum pater est, non illud est quod est: id est, nō illo pater est, quod vel quo ipse est, id est, essentia, vel notione.

Aliis etiam verbis Augustini vtuntur vt asserant quod dicunt, scilicet proprietates personarum non esse Dei substantiam. K

Item illis verbis August. vehementer insistunt superius positis, scilicet quod verbum secundum quod sapientia est & essentia, hoc est, quod pater: secundum quod verbum, non hoc est quod pater. Si, inquiunt, verbum non est hoc quod pater secundum hoc quod est verbum: id ergo quo verbum est, non est illud quod pater est, proprietas ergo qua verbum est, non est quod pater est, non est igitur diuina essentia. Ad quod dicimus, quia licet secundum quod verbum, non sit hoc quod pater est, ea tamen proprietas qua verbum est, est id quod pater est, id est, diuina essentia, sed non est hypostasis patris.

Responsio.

OPINIO QVORVNDAM, NON IDEM esse personam & essentiam vel naturam dicentium, & eandem essentiam non posse esse patrem & filium & spiritum sanctum.

DISTINCT. XXXIV. A

PRædictis autem adiiciendum est, quod quidam peruersi sensus homines in tantam prosiluerunt insaniam, vt dicerent non idem esse naturam Dei & personam siue hypostasim: dicentes eandem essentiam non posse esse patrem & filium sine personarum cōfusione. Si enim, inquiunt, ea essentia quæ pater est, est filius, idem sibi pater est & filius. Si hanc rem dicis esse patrem, aliam quære quam dicas esse filiū. Si vero aliā nō quęsieris, sed eādē dixeris, idē genuit & genit⁹ est. Propter hęc & huiusmodi, inter naturam & personam diuidunt, ita vt nō recipiāt vnam Deitatis naturā & simplicē

esse

esse tres personas. Idq; testimonio Hilarii defēdere nituntur: qui in 8. lib. de Trin. quærens, vtrum Apostolus spiritum Dei nominās & spiritum Christi, idem significauerit vtroque verbo: inquit ita Gētium prædicator, volens naturę vnitatem in patre & filio docere ait: Spiritus Dei in vobis est, si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem spiritus ei⁹ qui suscitauit Iesum, &c. Spirituales omnes sumus, si in nobis est Dei spiritus: sed & hic spiritus Dei, est & spiritus Christi. Et cū Christi spiritus in nobis est, eius spiritus in nobis est qui suscitauit Christum. Et cum eius qui suscitauit Christū in nobis est spiritus, & spiritus in nobis est Christi. nec tamen non Dei est spiritus, qui in nobis est. Discerne ergo ô hæretice, spiritum Christi à spir. Dei: & excitati à mortuis spiritum Christi à spiritu Dei, Christum à mortuis excitātis. Cū qui habitat in nobis spir. Christi, sp. Dei sit: & spir. Christi à mortuis excitati spiritus Dei tātū sit Christum à mortuis excitātis. Et quęro nūc, in spiritu Dei vtrum naturam, an rem naturę significatā existimes? Non est. n. idem natura quod res naturę: sicut nō idē est homo & ꝙ hominis est, nec idē est ignis & ꝙ ipsius ignis est: & secūdū hoc nō est idem Deus & ꝙ Dei est. Huius dicti occasione præfati hæretici dogmatizauerunt non idem esse personam & naturam Dei, asserentes naturam Dei non esse tres personas, intelligentes in his pręmissis verbis Hilarii per rem naturę personam, & nomine naturę diuinam naturam. Et ideo dicunt Hilarium interrogasse hæreticum, vtrum per spiritum Dei putaret significatam esse naturam, an rem naturæ: vt sic ostenderet distinguendum esse inter naturam & rem naturæ, id est personam.

Hilar. li. 8. paulo ante medium.

Rom. 8. b.

Ibid. paulo inferius.

Hilar. ibid. continuo.

(.·.)

Hic docet quomodo eis obuiat ipsius scripturæ circumstantia, & qualiter prædicta intelligi debeant: & quod spiritus sanctus est res vnius naturæ patris, & filii, & est ipsa natura. B

Hilar. ibid. paulo inferius.

Hoc quidem dicunt, non intelligente pia diligentia scripturę circumstantiam: qua considerata percipi potest quomodo prędmissa dixerit Hilari⁹, Subsequenter enim in eadem serie ostēdit in spiritu Dei aliquando significari patrem: vt cum dicitur: Spiritus Domini super me. Aliquādo significari filium: vt cum dicitur: In spiritu Dei eiicio dæmonia, naturæ suæ potestates se dæmones eiicere demonstrans. Aliquando spiritum S, vt ibi. Effundā de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse cum Apostoli Sp.S. misso, omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit, & quod in superiorib. per verba Apostoli idē spiritus S. significatus sit, & quod ipse res vnius naturæ patris & filii, apertè ostendit, inquiens ita: Hæc idcirco sunt demonstrata, vt quacunque parte hæretica falsitas se contulisset, finibus veritatis cōcluderetur. Habitat enim in nobis Christus, quo habitante habitat Deus: & cū habitat in nobis spiritus Christi, nō aliud habitat quā spiritus Dei. Quod si per Spiritum S. Christus in nobis intelligitur esse, hunc tamen ita spiritum Dei vt spiritum Christi esse noscēdum est: & cū per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, indifferēs natura filii creditur esse à patre, cū Sp.S. qui est Sp. Christi, & Spiritus Dei res naturæ demonstretur vnius. Quæro nunc ergo quomodo non ex natura vnum sunt? A patre ꝓcedit spir. veritatis à filio mittitur, & à filio accipit. Sed omnia quę habet pater, filii sūt. Idcircò q̄ ab eo accipit, Dei spir. est, & idē spiritus Christi est. Res naturæ filii est, sed & eadem res & natu-

Esa. 61. c. 2.

Matt. 12. c.

Iohelis. 2.

Hilar. lib. eod. 8. pauo inferius.

Hila. ibid. lontinuo.

ræ

ræ patris est, & Dei excitantis Christum à mortuis spiritus est: & idē spiritus Christi est à mortuis excitati. In aliquo differt Christi & Dei natura, ne eadē sit, si præstari, vt spiritus qui Dei est, non sit etiam Christi. Est ergo in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cum spiritus Christi ineſt, ineſt spiritus Dei. Ita cum quod Dei est, & Christi est, & quod Christi est Dei est: non potest quid aliud diuersum Christus esse, quam Deus. Deus igitur Christus est vnus cum Deo spiritus: secundum illud: Ego & pater vnum sumus. In quo docet veritas vnitatem esse naturæ, non solitudinem vnionis: Ecce si hæc verba diligenter attendas, inuenis spiritū sanctū rem naturæ dici patris & filii: & eundem dici esse naturam Dei, vbi dicitur, per naturā Dei natura ipsa habitat in nobis, si per Spiritum S. Christus est in nobis. Itaque in Trinitate nō ita distinguendum est inter naturam & rem naturę, sicut in reb⁹ creatis: quia, vt ait Hilar. comparatio terrenorum ad Deum nulla est: si qua comparationum exempla interdum afferuntur, nemo ea existimet absolutè in se rationis perfectionem continere. Nō. n. humano sensu de Deo loquendum est.

Ibid. paulo inferius.

Ioan 10. f.

Hilar. lib. 1. de Trin. in medio libr.

Ibid. immediatè superius.

Quod propter res creatas illud dixerit, non idem est natura & res naturæ. G

AD naturam ergo rerum creatarum respiciens inquit: Nō idem est natura quod res naturæ, subiiciēs exempla de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarum metiri creatorem, addit: Et secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est: ac si diceret: Si ad instar creaturarum de creatore sentis, cogeris fateri quia non idem est Deus & quod Dei est: quod dicere, impium est, cum spirit⁹ Dei De⁹ sit, & Dei fili⁹ sit Deus.

Quod non aliud est Deus, & quæ sua sunt, ita vt insint: alia enim sunt quæ insunt, alia quæ non insunt. D

Hila. l. 8 de Trinit. ad medium.

Non ergo secundum corporales modos (vt in eadem subdit serie) accipienda sunt hæc quæ de Deo dicũtur: vbi euacuant opinionem eorum qui ita putant, aliud Deũ esse, & aliud quod Dei est, aliudq; naturam Dei & rem naturę, vt est in creaturis, aperte docet nõ aliud esse Deum, & aliud quod Dei est: aliudque naturam Dei, & quæ sua sunt, ita vt insint illi, sic dicens. Homo aut aliquid ei simile cũ alicubi erit, alibi nõ erit: qa idq; est, illico cõtinetur, vbi fuerit in forma, vt non vbique sit, qui insistens alicubi sit. De' autem immensæ virtutis, viuens potestas, quæ nusquã non adsit, nec desit vsquã: quæ se omnem per sua edocet, & sua non aliud quam se esse significat: vt vbi sua insint, ipse esse per sua intelligatur. Non autẽ corporali modo cũ alicubi sit, non etiã vbiq; esse credatur, cum per sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt, quã quod ipse est, quæ sua sunt. Et hæc propter naturæ intelligẽtiam dicta sunt. His verbis apertè significatur, si tamen intelligis hæretice, quia diuina natura non aliud est ab his, quæ sua sunt, ita vt insint: & per illa in omnibus suis est quæ nõ insũt. Sua. n. sunt etiã quę nõ insunt, ideſt, omnes creaturæ: & sua sunt quæ insunt, vt tres personæ, quæ sunt eiusdem naturæ & eadem natura: sicut suprà Aug. testimonio firmauimus dicẽtis, tres personas esse eiusdem essentiæ vel eandem essentiam, sed non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur essentia, aliud persona. Non tamen diffitemur aliquam distinctionem habendã fore secundum intelligentiæ rationẽ, cum dicitur hypostasis, & cum dicitur essentia: quia ibi significatur q; est cõmune trib⁹, hic vero nõ. Est tamẽ hypostasis essẽtia, & ecõuerso. Fateamur ergo vnum, atq; idẽ esse tres personas secũdũ essentiã, diffe-

differẽtes autem proprietatibus. Vnde Aug. ſuper locum pertaxatum pſalmi ait: Quæris quid ſit pater? Reſpondetur, Deus. Queris quid ſit filius? Reſpondetur, Deus: Quæris quid ſit pater & filius? Reſpondetur Deus. De ſingulis interrogatus, Deũ reſponde. De vtroq; interrogatus, non Deos ſed Deum reſponde. Non ſic in hominibus: Tanta enim eſt ibi ſubſtantiæ vnitas, vt æqualitatem admittat, pluralitatem nõ admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis filium Dei eſſe quod pater eſt, profecto filius pater eſt: Reſponde, ſecundum ſubſtantiam tibi dixi hoc eſſe filium quod pater eſt, nõ ſecundum id quod ad aliud dicitur. Ad ſe enim dicitur Deus, ad patrem dicitur filius. Rurſumq; pater ad ſe dicitur Deus, ad filium Deus dicitur quod dicitur ad filium pater, non eſt filius: quod dicitur filius ad patrem, non eſt pater: quod dicitur pater ad ſe, & filius ad ſe, hoc eſt pater & filius idem, id eſt Deus.

Tom 8. in explanatione 68. Pſal. verſu 2.

Ibidẽ paulo inferius. 2.

Vtrum ita poſsit dici, vnus Deus trium perſonarum vel tres perſonæ vnius Dei, vt dicitur vna eſſentia trium perſonarum, & tres perſonæ vnius eſſentiæ. E.

Hic conſiderandum eſt, cum Deus ſit diuina eſſentia, & ita dicatur vnus Deus eſſe tres perſonæ, ſicut vna eſſentia dicitur tres perſonæ: vtrum ita valeat ſane dici, vnus Deꝰ trium perſonarum, vel tres perſonę vnius Dei: ſicut dicitur vna eſſentia trium perſonarum, & tres perſonę vnius eſſentię? In his locutionibus ſcripturę vſus nobis æmulandus videtur, vbi frequẽter reperitur ita dictũ: Vna eſt eſſentia trium perſonarũ, & tres ſunt perſonæ vnius eſſentię: nuſquam autem occurrit legiſſe, vnum Deũ trium perſonarũ, vel tres perſonę vnius Dei. Quod ideo puto S. doctores vitaſſe, ne ita fortè acciperetur in diuinis perſonis, vt accipitur, cũ de creaturis ſimile qd dicitur. Dicitur n. Deꝰ Abrahã, Iſaac, & Iacob: & Deꝰ omnis craturę. Quod vtique

quæ dicitur propter principiū creationis vel gratiæ priuilegium, & creaturæ subiectionem vel seruitutem. Cum ergo in Trinitate nihil sit creatum, vel seruiens, vel subiectum, non admisit fides in Trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuersò non dicitur de Dei essentia, quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ: ne creatoris & creaturæ naturam confundere videamur.

Quod licet potentia, sapientia, bonitas de Deo secundum substantiam dicantur in scriptura: tamen soleant hæc nomina distinctè ad personas interdum referri.

Ex prædictis cōstat, quod sicut essentia, ita potētia, sapientia, bonitas de Deo dicuntur secūdū substantiam. Quæ autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris & filii & spiritus sancti: & hi tres eadem potentia, eadē sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, rectè dicitur & creditur summum bonū. Cūq; vnum & idē penitus sit in Deo potētia, sapiētia, bonitas: in sacra tamē scriptura frequēter solēt hęc nomina distinctè ad personas referri, vt patri potētia, filio sapiētia, spir. sancto bonitas attribuatur, & quare fiat, nō est otiosum inquirere.

Quare id fiat scilicet quod patri potentia filio sapientia attribuatur. G

ID ergo sacri eloquii prudentia facere curauit, nè Dei immensitatem similitudine creaturæ metiremur. Dixerat enim scriptura sacra, quia Deus pater est, & quod Dei filii est: & audiuit hoc homo qui hominē patrē viderat, Deū patrem nō viderat:

rat cogitare cœpit ita esse in creatore, vt viderat esse in creaturis, á quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem: in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre: & ex antiquitate in patre defectus, ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura dicens patrem potẽtẽ, ne videatur prior filio, & ideo minus potens: & filium sapientem, ne videatur posterior patre, & ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas attribuatur. H

Dictus est etiam spiritus sanctus Deus, & dictus est habere spiritum Deus: & videbatur hoc quasi nomen inflationis & tumoris. Vnde humana conscientia ad Deum pro rigore & credulitate accẽdere metuit. Ideoque scriptura temperauit sermonem suum, spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur qui mitis erat: non quod pater solus sit potens vel magis potẽs, & fili⁹ sol⁹ sapiẽs vel magis sapiens, & spiritus sanctus solus bonus vel magis bonus. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas trium, sicut vna essentia Ideoque sicut dicitur filius homousios, id est, consubstantialis patri, ita & omnipotens.

De hoc nomine homousion, vbi in authoritatem receptum sit & quid significet. I

Hic non est prætermittendum quod Aug. in li. 3. contra Maxim. dicit de hoc nomine homousion, quo Latini tractatores frequẽter vtuntur. Pater, inquit, & filius vnius sunt eiusdemque substantiæ. Hoc est illud homousiõ, quod in concilio Niceno aduersus hæreticos Arrianos à catholicis patrib. veritatis authoritate firmatum est. Quod postea in concilio Ariminensi, propter nouitatem verbi min⁹, quã oportuit intellectã (quã tamẽ fides antiqua peperérat) multis paucorũ fraude deceptis, hæretica impietas sub hæretico Imper. Cõstantio labefactare tẽtauit. Sed post nõ lõgum tempus liber-

Cap. 14. inter principiũ & medium.

bertate fidei Catholicæ prevalente, postquàm vis verbi sicut debuit intellecta est, homousiõ illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; distensum est & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-
Ioan. 10. f. usion, nisi ego & pater vnũ sumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur. K

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominũ, inter alia quę suprà diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè & per similitudinem de Deo dici, vt speculũ, splẽdor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scil. ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligẽtiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus. L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVSDAM QVÆ SECVNDVM *substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia, & depræscientia, & prouidentia & dispositione, prædestinatione, voluntate & potentia.*

DISTINCT. XXXV. A

De scientia Dei in generali secundum se.

CVmque supra diserverimus ac plura dixerimus de his quę communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialẽ efflagitant tractatum: de quib⁹ modo tractãdũ est, i. de sciẽtia, prę sciẽtia, prouiden-

tia,

tia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. *S*ciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo & prædestinauit eis bona præparando. Quod homines prędestinauit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinauit quos præsciuit fieri conformes imagini filii sui. Et alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Propheta Esaias ostendit dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos & beatos, ideſt, elegit vt essent boni & beati: & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Romān. 8.

Ephes. 1. a
Esa. 64. b. &
1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic cōsiderari oportet, Vtrū scientia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse

bertate fidei Catholicæ prevalente, postquàm vis verbi sicut debuit intellecta est, homousiõ illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; distensum est & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-
Ioan. 10. f. usion, nisi ego & pater vnũ sumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur. K

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominũ, inter alia quę suprà diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè & per similitudinem de Deo dici, vt speculũ, splẽdor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scil. ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligẽtiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus. L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVSDAM QVÆ SECVNDVM *substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia, & depræscientia, & prouidentia & dispositione, prædestinatione, voluntate & potentia.*

DISTINCT. XXXV. A

De scientia Dei in generali secundum se.

CVmque supra diserverimus ac plura dixerimus de his quę communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialẽ efflagitant tractatum: de quib⁹ modo tractãdũ est, i. de sciẽtia, prę sciẽtia, prouiden-

tia,

tia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. *S*ciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo & prædestinauit eis bona præparando. Quod homines prędestinauit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinauit quos præsciuit fieri conformes imagini filii sui. Et alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Propheta Esaias ostendit dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos & beatos, ideſt, elegit vt essent boni & beati: & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Romān. 8.

Ephes. 1. a
Esa. 64. b. &
1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic cōsiderari oportet, Vtrū scientia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse

bertate fidei Catholicæ prevalente, postquàm vis verbi sicut debuit intellecta est, homousiõ illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; distensum est & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-
Ioan. 10. f. usion, nisi ego & pater vnũ sumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur. K

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominũ, inter alia quę suprà diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè & per similitudinem de Deo dici, vt speculũ, splẽdor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scil. ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligẽtiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus. L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVSDAM QVÆ SECVNDVM *substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia, & depræscientia, & prouidentia & dispositione, prædestinatione, voluntate & potentia.*

DISTINCT. XXXV. A

De scientia Dei in generali secundum se.

CVmque supra diserverimus ac plura dixerimus de his quę communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialẽ efflagitant tractatum: de quib⁹ modo tractãdũ est, i. de sciẽtia, prę sciẽtia, prouiden-

tia,

tia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. *S*ciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo & prædestinauit eis bona præparando. Quod homines prędestinauit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinauit quos præsciuit fieri conformes imagini filii sui. Et alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Propheta Esaias ostendit dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos & beatos, ideſt, elegit vt essent boni & beati: & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Romān. 8.

Ephes. 1. a
Esa. 64. b. &
1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic cōsiderari oportet, Vtrū scientia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse

bertate fidei Catholicæ prevalente, postquàm vis verbi sicut debuit intellecta est, homousiõ illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; distensum est & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-
Ioan. 10. f. usion, nisi ego & pater vnũ sumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur. K

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominũ, inter alia quę suprà diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè & per similitudinem de Deo dici, vt speculũ, splẽdor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scil. ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligẽtiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus. L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVSDAM QVÆ SECVNDVM *substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia, & depræscientia, & prouidentia & dispositione, prædestinatione, voluntate & potentia.*

DISTINCT. XXXV. A

De scientia Dei in generali secundum se.

CVmque supra diserverimus ac plura dixerimus de his quę communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialẽ efflagitant tractatum: de quib⁹ modo tractãdũ est, i. de sciẽtia, prę sciẽtia, prouiden-

tia,

tia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. *S*ciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo & prædestinauit eis bona præparando. Quod homines prędestinauit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinauit quos præsciuit fieri conformes imagini filii sui. Et alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Propheta Esaias ostendit dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos & beatos, ideſt, elegit vt essent boni & beati: & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Romān. 8.

Ephes. 1. a
Esa. 64. b. &
1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic cōsiderari oportet, Vtrū scientia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse

bertate fidei Catholicæ prevalente, postquàm vis verbi sicut debuit intellecta est, homousiõ illud catholicæ fidei sanitate longè lateq; distensum est & diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-
Ioan. 10. f. usion, nisi ego & pater vnũ sumus? Non ergo inter prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus quæ translatiuè, & per similitudinem de Deo dicuntur. K

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominũ, inter alia quę suprà diligenter executi sumus, quædam diximus translatiuè & per similitudinem de Deo dici, vt speculũ, splẽdor, character, figura, & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scil. ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligẽtiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transiturus. L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVSDAM QVÆ SECVNDVM *substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant tractatum, scilicet de scientia, & depræscientia, & prouidentia & dispositione, prædestinatione, voluntate & potentia.*

DISTINCT. XXXV. A

De scientia Dei in generali secundum se.

CVmque supra diserverimus ac plura dixerimus de his quę communiter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialẽ efflagitant tractatum: de quib⁹ modo tractãdũ est, i. de sciẽtia, prę sciẽtia, prouiden-

tia,

tia, dispositione, prædestinatione, voluntate, & potentia. *S*ciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo & prædestinauit eis bona præparando. Quod homines prędestinauit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinauit quos præsciuit fieri conformes imagini filii sui. Et alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Propheta Esaias ostendit dicens: Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos & beatos, ideſt, elegit vt essent boni & beati: & bona eis prædestinauit, id est, præparauit. Prouidentia autē est gubernandorum: quæ vtiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Romān. 8.

Ephes. 1. a
Esa. 64. b. &
1. Cor. 2. b.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic cōsiderari oportet, Vtrū scientia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio potuerit esse

se in Deo, si nulla fuissent futura? Cum.n. præscientia sit futurorum, & dispositio faciendorum, & prædestinatio saluandorum: si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus, vel aliquos saluaturus, non videtur potuisse in Deo esse præscientia, vel dispositio, vel prædestinatio: potuit autem Deus nulla præscire futura, potuit nō creare aliquid, vt nō saluare aliquos, potuit ergo in Deo nō esse præ-

Oppositio. scientia, vel dispositio, vel prædestinatio. Ad hoc autē ita à quibusdam opponitur. Si, inquiunt, potuit prę̄scię̄tia Dei nō esse in Deo ab ęterno, & potuit nō esse. si verò potuit nō esse? cum prę̄scientia Dei sit ę.ꝰscientia, & scię̄tia sit eius essentia: potuit ergo non esse ab æterno, id quod est eius diuina essentia. Ita & de dispositione & prædestinatione, quæ est diuina essentia obiiciunt. Addunt quoquę & alia ita loquētes: Si potuit Deus non præscire aliqua, cum idem sit Deo prę̄scire quod scire, & scire quod esse: potuit ergo nō esse Item: Cum idem sit Deum præscium esse, & Deum esse, si potuit non esse prę̄sciꝰ, potuit non esse Deus. Potuit autem nō esse prę̄scius, si potuit nulla prę̄scire. At potuit nulla prę̄scire, quia potuit nulla facere.

Responsio quod præscientia, & dispositio & prædestinatio quæsi relatiuè dicuntur ad futuras res vel ad faciendas. C

Ad hoc iuxta modum nostræ intelligentiæ ita dicimus, Prę̄scientia vel dispositio vel prędestinatio ad aliquid dici videntur. Sicut. n. creator ad creaturam relatiuè dicitur, ita prę̄scię̄tia vel prę̄scius ad futura referri videtur, & dispositio ad facienda, ac prædestinatio ad saluanda. Veruntamē creator ita relatiuè dicitur, vt essentiam non significet. Præscientia vel præscius & in respectu futurorū dicitur, & essentiam designat: ita etiā dispositio, & prędestinatio. Ideoq; cū dicitur: Si nulla essent futura, non esset in Deo prę̄scientia, vel non esset

esset Deus præscius: quia varia est ibi causa dicendi, distingui oportet rationē dicti. Cū ergo dicis: Si nulla essēt futura, nō esset in Deo p̄sciētia vel nō esset præscius: si in dicendo hanc causam attendis scil. quia nulla essēt subiecta eius præscientię, vnde ipsa possit dici præscientia vel ipse præscius, ꝙ vtrūq; dicitur ꝓpter futura: verus est intellectus. Sin autem ea ratione id dicis, ꝙ non sit in eo sciētia, qua pręscit futura, vel quod ipse non sit Deus qui est futurorum præscius, falsa est intelligentia. Similiter & illæ locutiones determinandæ sunt: Potuit non esse præsciētia Dei, vel potuit non esse præscius, & potuit Deus nō præscire aliqua, id est, potuit esse ꝙ nulla futura subiecta essēt eius sciētiæ, & ita non posset dici præscius vel pręscire, vel sciētia eius vel præscientia: non tamen eo min⁹ ipse esset, vel eius scientia. Sed non posset dici pręscius vel præscire vel præscientia, si eius scientiæ futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione & prædestinatione & prouidentia. Hæc n. (vt dictum est) ad temporalia referuntur, & de temporalibus tantum sunt.

Quod scientia Dei non tantum est de temporalibus, sed etiam de æternis. D

SCIENTIA verò vel sapientia non tantum de tēporalibus, sed etiā de æternis est. Ideoq; etsi nulla fuissent futura, esset tamen in Deo scientia eadē quę modo est: nec minor esset quā modo, nec maior est quam esset. Sciuit ergo Deus ab ęterno ęternum, & omne quod futurum erat, & sciuit immutabiliter. Scit quoq; non minus præterita & futura quā pręsentia, & sua æterna sapientia & immutabili scit ipse omnia, quæ sciuntur. Omnis enim ratio supernæ & æternæ sapientiæ, vt ait Ambr. in eo est, quia omnem sapientiam & essentiam capit sua immensa scientia. *Amb ea. 3. lib. 5. de fide ad princ.*

Quare omnia dicantur esse in Deo, & quod factum est habet vitam in eo. E

Propterea oĩa dicuntur esse in Deo, & fuisse ab æterno. Vnde Aug super Gen. Hæc visibilia, inquit, antequã fierent, non erant. quomodo ergo nota Deo erant, quæ non erant: Et rursus, Quomodo ea faceret, quæ sibi nota nõ erant: non n. quicquã fecit ignorans. Nota ergo fecit, nõ facta cognouit. Proinde antequam fierent & erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sui natura. Ipsi autem Deo nõ audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quam illo quo ea nouerat, vt faceret: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes quod hæc visibilia antequam fierent, in Dei scientia erãt. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne quod factum est dicitur vita esse in ipso: non ideo quod creatura sit creator, vel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo: sed quia in eius sciẽtia semper sunt, quæ in vita est.

Tom. 3. lib. 5 de Genesi ad literam cap. 185. in principio.
Ibid. paulo inferius.
Iacobi 1. c.
Ioan. 1. a

Quod eadem ratione dicuntur omnia ei præsentia: F

Inde est etiam quod omnia dicuntur ei præsẽtia esse, nõ solum ea quæ sunt, sed etiã ea, quæ præterierunt, & ea quæ futura sunt: secundum illud, Qui vocat ea, quæ nõ sunt tanquã ea quę sũt. Quia vt ait Ambrosius in lib. de Trinit. ità cognoscit ea, quæ nõ sunt, vt ea quę sunt. Et hac ratione omnia dicũtur esse in eo, vel apud eum, siue ei præsentia. Vnde Aug. super illum locum Psalm. Et pulchritudo agri mecum est: Ideo, inquit, mecum est, quia apud Deum nihil præteriit, nihil futurum est. Cũ illo sunt omnia futura, & ei nõ detrahuntur iam præterita, cum illo sunt omnia cognitione quadã ineffabili sapientiæ Dei. Ecce hic aperit Aug. ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba, omnia sunt præsentia, in Deo sunt omnia, vel cum

Amb. ca. 8. li. 5. de fide non longe à principio.
Roman. 4.
Aug. versu 12. Psal. 49 Tomo. 8.

cum Deo, vel apud Deum, vel in eo vita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

VTRVM CONCEDENDVM SIT, OMNIA ESSE in Dei essentia, vel in eo per essentiam: vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione vel præsentia.

DISTINCT. XXXVI.

SOLET hic quæri: cum omnia dicantur esse in Dei cognitione seu p̃sentia, vel in Deo p̃ cognitionē, & eius cognitio vel præsentia sit diuina essentia: vtrum concedendū sit, omnia esse in diuina essentia, vel in Deo per essentiam? Ad q̃ dicim⁹ qa Dei cognitio eius vtiq; essentia est: & eius p̃sentia, in qua sunt omnia, ipi⁹ cognitio est: nec tamē omnia quæ sunt in eius præsentia vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si n. diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum Deo essentię. In Deo n. dicitur esse per essētiam, quod est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in præsentia sua, quæ nō habet in sui natura. Vnde Aug. de verbis Apostoli ita ait: Elegit nos ante mundi constitutionē. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui nō sunt: nec erat qui elegit, nec vanè eligit. Eligit tamē, & habet Electos quos creatur⁹ est eligendos: quos habuit apud semetipsū nō in natura sua, sed in p̃sentia sua. Nondū erāt qui b⁹ promitt̃batur: sed & ipsi promissi sunt, qui b⁹ ꝓmitt̃batur. Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsū habere electos ante mūdi constitutionē̃ non in natura sua, sed in p̃sentia sua: cum tamē̃ eius p̃sentia nō aliud sit q̃ eius natura, quia ipsius præsentia eius non est notitia. Potest tamen ad electos referri, cum ait: In natura sua, id est, illorū. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sua, id est, illorum, qui nondum erant: sed in sua p̃sentia, quia eos ita nouit, ac si essent.

Quomodo res sunt in Deo.

Tom. 10. Serm. 11. nō iōge à principio. Ephes. 1. a

Vtrum mala debeant dici esse in Deo, vbi sunt omnia bona; cum vtraque sint in eius cognitione & præsentia: omnia enim cognoscit. B

POST prædicta quęritur, cum omnia dicantur esse in Deo nō per essentiā naturæ, sed per cognitionē scientiæ, & Deus sciat bona & mala: vtrum concedendū sit simpliciter mala esse in Deo, siue esse in Deo per cognitionē? Scit enim Deꝰ & sciuit semper omnia, tā bona quā mala: etiam antequā fierent, & pręsciuit ab æterno ea futura. Ideoq; cū omnia bona diximus esse in Deo propter præsentiā cognitionis, eadē ratione videtur dicendū omnia mala esse in eo, cū ea semper nouerit, & per cognitionē ei præsentia fuerint: Præcognouit n. Deus ab æterno quosdam futuros malos, & eorū malitiam, vt ait August. præsciuit, sed non præparauit. Cum ergo peccata omniū sciat, numquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dixit Apost. omnia esse in Deo? Ex ipso, inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Sed quis nisi insanꝰ, dixerit mala esse in Deo? Illa enim esse in Deo intelliguntur, quę ex ipso, & per ipsum sunt: ea vero per ipsum sunt & ex ipso, quorū author est: sed nō est author nisi bonorū. Nō ergo ex ipso, & per ipsū sunt, nisi bona: ita ergo non in ipso sunt nisi bona, non ergo mala in Deo sunt: quiā licet ea noscat, nō tamē ita omnino noscit, vt bona. Mala ergo quasi de longe cognoscit, vt ait Propheta: Et alta à lōgè cognoscit, i. superbiā. Et alibi ad Deum loquēs de malis ait: De abscōditis tuis adimpletus est venter eorū. Quod exponens Aug. Abscondita, inquit, peccata sunt, quæ à lumine tuæ veritatis abscōdūtur. Sed quomodo peccata à lumine tuę veritatis abscondūntur: Sed quomodo peccata à lūine veritatis diuinę abscondūtur, cū à Deo sciātur? Si n. nō sciret, quomodo de illis iudicaret, & pro illis malos damnaret?

Rom. 11. d

Quæ intelligantur esse in Deo.

Aug. versus 15. Psal. 16. Tom. 8.

ret? Alibi propheta, Quia neq; ab oriente neque ab occidẽte deest. Quod exponẽs Casiod. inquit, Neq; à bonis, neq; à malis deest Deus: sed omnib. præsẽs & cognitor est. Cognoscit ergo Deus & bona & mala, per scientiam: sed bona cognoscit etiã per approbationẽ, & per beneplacitum: mala vero non. Vnde Casiod. super psalm. dicit, Peccata abscondita Deo sunt, quia non nouit, id est, approbat. Et ex eo sensu Aug. dixit ei abscondita à lumine Dei. Qui etiam in lib. ad Heluidiũ insinuat cognitionẽ Dei variis modis accipiendã. inquiẽs. Si ad scientiam referas, non ignorat Deꝰ aliquos vel aliqua: qui tamẽ in iudicio quibusdam dicet. Non noui vos, sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur Deus, quæ nõ approbat, quæ ei nõ placẽt. Apparet itaq; verum esse quod diximus, scilicet quia quodam modo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem vtraque eodem modo noscit, quantum ad notitiam: sed bona, etiam approbatione & beneplacito cognoscit.

Cassiodorus ad versum 6. Psalm. 74.

Cassiodor. aduersum Psalm. 16. Aug epist. 102. ad Euodium non longè à principio tõ 1. Matth. 7. d.

Hic aperit quare bona tantum dicantur esse in Deo, & non mala. C

ET inde est, q; bona tantum dicuntur esse in Deo non mala, & illa prope, hæc longè: quia licet in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona & mala cognoscat, mala tamẽ nõ cognoscit nisi per notitiam. bona verò non solum per scientiam, sed etiã p approbationem & beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in Deo, scil. quia ita ea scit, vt etiam approbet & placeant, id est, ita scit, vt eorum sit auctor.

Rom. 11 d.

Quod idem est omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso. D

PROINDE si diligenter inspiciamus, idem videtur esse, omnia esse ex Deo, & p ipsũ, & in ipso.

Vnde Ambros. in 2. libr. de spiritu sancto: Hæc tria, ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia, vnum esse supra diximus. Cum dicit per ipsum esse oĩa, non negauit in ipso esse omnia. Eandẽ vim habẽt oĩa hæc, scil. cum ipso, & in ipso, & per ipsum. & vnum in his atq; consimile, non contrarium intelligitur. Ecce habes quia ex eadẽ intelligentia scriptura dicit esse omnia in ipso, & per ipsum, & ex ipso, & cũ ipso. Cum ergo ex eadẽ ratione omnia dicantur esse ex Deo, vel per ipsum, non solum gascit, sed etiam qua eorum auctor est, cõsequitur vt eadem ratione ea esse in Deo dicãtur, scil. quia scit, & eorum auctor esse dicitur: quia in illo viuimus, & mouemur, & sumus: quia eo auctore sum⁹, mouemur & viuimus. Cum ergo nõ sit auctor nisi bonorũ, merito sola bona in eo esse dicuntur, sicut ex ipso & per ipsum. Cum ergò in eius cognitione vel præsentia sint oĩa scil. bona & mala, in eo tamen nõ dicuntur esse, nisi bona, quorum auctor est. Vnde Aug. in li. de natura boni, Cum audimus, inquit, ex Deo, & per ipsum, & in ipso esse oĩa, omnes vtiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Neque n. ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed vitiant: quæ ex voluntate peccantium nascuntur omnia. Hic aperte dicitur quod in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

Amb. tom. 2. Cap. 10. post mediũ.

Hæc retulit distinct. 29.

Tom. 6. ca. 28 & in princ.

Quod omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt: ita & de filio, & de spiritu sancto est dicendum, licet propter personas fiat distinctio. E

Præterea sciendum est, q̃ licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso: omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio, & de spiritu sancto accipiẽdum est. Vnde Aug. in 1. li. de Trinit. Non confuse, inquit, accipiẽdum est quod ait Apo-

Aug. l. 6. ca. 10. in fin. l. 6.

Apostolus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens, propter patrem: per ipsũ, ꝓpter filium: in ipso, propter spiritum S. Vigilanter autẽ attende, ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse à patre, vt neges oĩa esse ex filio, vel ex spiritu sancto, cum ex patre, & ꝑ patrẽ, & in patre omnia esse sane dici possunt: similiter de filio, & de spiritu sancto dicendum est.

Quod non omnia quæ ex Deo sunt etiam de ipso sunt: sed econuersò. F

ILLVD etiam hic annectendũ est, quod nõ oĩa quæ dicuntur esse ex Deo, etiam de ipso esse dici debeant. Quia, vt ait Aug. in lib. de natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne ꝙ ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Et ex ipso n. sunt cœlum & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium, & faciat domum, & ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso. domus vero de terra & ligno, non de ipso. *Ca. 27 to. 6. August.*

Quæ dicta sunt summatim colligit. G

Ex pręmissis apertum est, quod in Dei cognitione siue præsentia sunt, scilicet bona & mala: sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona: & ꝙ in Deo, bona tãtum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex eo quo sensu hęc accipienda sint, assignatum est. Et quod de ipso nõ dicitur esse ꝓprie, quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quæ eo authore sunt.

QVIBVS MODIS DICATVR DEVS *esse in rebus.*

DISTINCT. XXXVII. A

ET quoniam demonstratũ est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendũ vide-

tur hic, quibus modis dicatur Deus esse in rebus; si tamen id humana mẽs vel ex parte dignè valeat cogitare, vel lingua sufficiat eloqui. Sciendũ ergo est q̃ Deus incõmutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potẽtialiter, essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui definitione, & in omni loco sine circũscriptiõe, & in omni tẽpore sine mutabilitate. Et preterea in sanctis spiritib⁹ & animab⁹ est excellẽtius, scil. per gratiam inhabitans: & in homine Christo excellentissimè in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, vt ait Apost. In eo n. Deus habitauit, non per gratiam adoptionis, sed per gratiã vnionis. Ne autem ista (quia capacitatẽ humanæ intelligentiæ excedũt) falsitatis arguere aliqui præsumãt, sanctorum authoritatibus munienda mihi videntur. B. Gregorius super Cant. inquit: Licet Deus communi modo omnib. rebus insit præsentia, potentia, substãtia: tamẽ familiariori modo per gratiã dicitur esse in illis, qui mirificentiam Dei acutius & fidelius considerant. De hoc enim eodem August. ad Dardanum in li. de præsentia Dei ait: Cum Deus sit natura incorporea & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus: sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alii amplius, alii minus: quos ipse sibi dilectissimũ tẽplum gratia suę bonitatis ædificat. Hilarius quoq; in lib. 8 de Trin. apertissime docet, Deum vbique esse, Deus, inquit, immẽsę virtutis viuẽs potestas, quæ nusquam nõ adsit, nõ desit vsquã, sed omnẽ per sua edocet, vt vbi sua sint, ipse esse intelligatur. Nõ autẽ corporali modo cũ alicubi sit, nõ etiã vbique esse credatur, cum & in omnibus esse nõ desinat. Ambr. in 1. de spiritu ſ. spiritum sanctũ p̃bat non esse creaturã: quia vbique est, quod est p̃priũ diuinitatis: ita dicẽs. Cũ omnis creatura certis

Glossa ordinaria id habent in fine, cap. 5. Cantic. orum. Quo abiit. Tom. 2. epistol. 57. ante medium.

Non longè ad medium libr. 8. Hilarius.

Amb. ca. 7. in princip.

tis naturę sit circũscripta limitib⁹, quomodo quis audeat creaturã appellare spiritum S. qui non habet circũscriptam determinatãque virtutẽ, quæ & in omnibus, & vbiq; semper est: quod vtiq; diuinitatis & dominationis est propriũ. Idẽ in eod. Domini est omnia complere, qui dicit: Cœlum & terram ego cõpleo. Si ergo Dominus est qui cęlum cõplet & terrã, quis ergo potest spiritum S. iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortẽ, qui repleuit orbem? & quod pl⁹ est, repleuit & Iesum, totius mundi redemptorem? Ex his aliisque pluribus authoritatibus aperte monstratur, q̃ Deus vbique in omni creatura essentialiter, præsentialiter & potentialiter est.

Lib. & ca. 7. paulo inferius.

Hieron. 13. d

Quod in sanctis non modo est, sed etiam habitat, qui non vbicunque est habitat. B

IN sanctis vero etiam habitat, in quibus est per gratiam: non n. vbicũque est, ibi habitat: vbi verò habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt tẽplum eius, & sedes eius. Vnde per Esaiam Domin⁹ ait: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, qa in electis qui sunt cęlum, habitat De⁹ & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperãt: malos vero qui sunt in terra, iudicii districtione calcat. Vnde in li. Sapiẽt. dicitur: Thronus sapientiæ anima iusti, quia in iustis specialius est, quam in aliis rebus: in quibus tamen omnib⁹ totus est, quemadmodũ anima, ait Aug. in epistola ad Hieron. de origine animæ, per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: sed tamen in aliis intensius, & in aliis remissius operatur, cũ in singulis particulis corporis essẽtialiter tota sit. Ita & Deus cum sit in omnibus essentialiter ac totus, in illis tamen plenius esse dicitur quos inhabitat, i. in quib. ita est, vt faciat eos templum suũ: & hi tales cũ eo sunt iã ex parte, sed in beatitudine

Esa. 66. a

Aug. to. 2. epist. 28. non lõge à princ.

Ioan.17.d Tom.9.tractatu.III. ad c.13. Ioã.

pfectè. Mali vero, etsi ibi sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. Vnde Augustinus super Ioannem. Non satis fuit dicere: Vbi ego sum, & illi sint: sed addidit, mecũ: qa & ibi miseri possũt esse vbi & ille est, qui nusquã deest. Sed beati sunt cum illo, quia non sunt beati nisi ex eo ꝙ cum illo sunt: qui fruuntur eo, & vident illum sicut est. Mali vero nõ sunt cum illo: vt cęci in luce non sunt cũ luce: nec boni ita nũc sunt cum eo vt videãt per speciem, etsi sunt aliquo modo cum eo per fidem. Quomodo autem Deus habitet in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, quæ supra dicta sunt, cum de spiritus sancti ꝓcessione tẽporali ageretur: vbi licet ex parte, exponitur (ex parte n. cognoscimus, & ex parte prophetamus) q̃modo spiritus sanctus habitet in nobis, qui non sine patre & filio inhabitat.

Vbi erat vel habitabat Deus antequam esset creatura. C

Aug ca.21. Tomo.6.

Si autem quæris, vbi habitabat Deus antequã sancti essent? Dicimus quia in se inhabitabat. Vnde Aug. in li.3.cõtra Maximin.: in templo, inquit, suo habitat Deus, scil. in sanctis qui sunt templũ Dei, modo secundum fidẽ ambulantes: & templũ Dei erunt aliquando secundũ speciẽ, qualiter etiã nũc templum Dei sunt angeli. Sed dicet aliquis: Antequã faceret Deus cœlum & terram, antequã faceret sãctos, vbi habitabat? In se habitabat De⁹: apud te habitat, & apud se est. Non ergo sancti sic sunt domus Dei, vt ea subtracta cadat Deus. Imo sic habitat De⁹ in sãctis vt si ipse discesserit, cadãt.

Multa hic breuiter docet quæ confirmant prædicta. D

Tom.2 epi. 57.ad Dardanum.

Sciendum est etiam, quia vt ait Augustinus in lib. ad Dardanum. Dici nisi stultissime nequit, spiritum sanctum nõ habere locum in nostro corpore, quod totũ anima nostra impleuerit. Stulti⁹ dicitur

citur etiam angustiis alicubi impedire Trinitatẽ, vt pater & filiꝰ & spiritus S. alicubi simul esse non possint. Verum illud est multo mirabiliꝰ quod cũ Deus vbique sit totus, non tamen in omnibꝰ habitat. Quis porro audeat opinari, nisi insẽparabilitatẽ Trinitatis penitus ignoret, quod in aliquo possit habitare pater & filius, in quo nõ habitet S. S. aut in aliquo spiritus S. in quo nõ habitet pater & filius? Fatendum est ergo vbiq; esse Deum per diuinitatis præsentiã, sed nõ vbiq; p inhabitationis gratiã. Propter hanc n. inhabitationem gratiæ non dicimus: Pater noster qui es vbique, cum & hoc verum sit: sed qui es in cœlis, id est, in sanctis: in quibus est quodam excellentiori modo. *Ibid paulo inferius.* *Luca. 11. a. Matth. 6. b.*

Quod Deus inhabitator est quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium. E

ILLVD quoq; mirabile est, quia vt ait Aug. in eodem, Deus est inhabitator quorundã, nondum cognoscentium Deum, & non quorundã cognoscentium Deum. Illi enim ad templum Dei non ptinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificant. Ad templum Dei pertinent paruuli sanctificati Sacramento Christi, & regenerati S. S. qui nondum valent cognoscere Deũ. Ergo quẽ potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerũt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus est Deum habere, quod nosse. Hic aliquatenus aperit Aug. quomodo Deus habitet in aliquo, id est, habeatur: cum videlicet ita est in aliquo, vt ab eo cognoscatur & diligatur. *Eadem epi. 57 paulo inferius, ad medium.*

Quomodo Deus totus vbique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu. F

Ex prędictis patet, ꝙ Deus vbiꝙ totus est p essentiã, & in sanctis habitat per gratiam. Cumque superius licet tenuiter, ostẽsum sit qua ratione dicatur

catur habitare in quibuſdã, nũc efflagitaret ordinis ratio id etiã aſsignari, quomodo vbiq; per eſſentiam & totus ſit: niſi huiꝰ cõſiderationis ſublimitas atq; immẽſitas, humanæ mentis ſenſum omnino excederet. vt n. ait Chryſoſt. ſuper epiſtolã ad Hebr. Sicut multa de Deo intelligimꝰ, quæ loqui penitus non valemꝰ: ita multa loquimur quę intelligere non ſumus idonei. Verbi gratia, quod vbiq; Deus eſt ſcimus & dicimus: quomodo autẽ vbique ſit, intellectu non capimus. Item, quod eſt incorporea quędam virtus, quæ eſt omnium cauſa bonorum ſcimus, quomodo autem vel quæ ſta ſit penitus ignoramus.

Chryſo ad Heb. c. 10. Hom. 2. in princ.

Ibidem continuo.

Quorundam opinio, qui præſumunt oſtẽdere quomodo Deus vbique ſit per eſſentiam, potentiam, præſentiam. G

QVIDAM tamen immenſa ingenio ſuo metiri pręſumentes, hoc ita fore intelligendum tradiderunt, ꝙ Deus vbiꝙ per eſſentiam eſſe dicitur: non ꝙ Dei eſſentia proprie ſit in omni loco, & in omni creatura: ſed quia omnis natura atꝙ omne quod naturaliter eſt, in quocunꝙ loco ſit, per eũ habet eſſe: & omnis locus, in quo illud eſt. Iidem etiam dicunt, ideo Deum vbiꝙ dici eſſe per præſentiam, vel per potentiam, quia cuncta loca ſunt ei præſentia, & quæ in eis ſunt, nec in eis aliquid operari ceſſat. Nam & ipſa loca, & quicquid in eis eſt, niſi ipſe conſeruet, manere non poſſunt. In iis ergo per ſubſtãtiam Deꝰ eſſe dicitur, vt aiunt; quia per virtutem propriæ ſubſtantiæ ſuæ facit vt etiam loca ſint, & omnia qui in iis ſunt. Sed licet hæc vera ſint quę aſſerunt in explanandis intelligẽtiis prædictorum, in illis tamẽ verbis, quibus dicitur Deus vbique eſſe per eſſentiam, plus contineri credendum eſt, quod homo viuens capere non valet.

Quis

Quod Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur. H

SOLET etiã ab iisdem quæri, quomodo Deus substãtialiter insit omnib. reb⁹, & corporaliũ sordium inquinationib⁹ nõ contingatur: quod tam friuolum est, vt nec responsione sit dignum, cum etiã spirit⁹ creatus sordibus corporeis etiam leprosi vel quarumcunq; polluti inquinari nõ possit. Sol quoq; radios suos sine sui pollutione effundit super loca & corpora non solũ munda, sed etiã immunda ac sordibus fœtẽtia: quorum contactu homines, & aliæ quædam res inficiũtur, solis vero radii impolluti incontaminati ea cõtingentes existunt. Nõ est ergo mirandum si essentia diuina omnino simplex & incõmutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamẽ cuiusq; rei sordib⁹ cõtaminatur vel cõtingitur: Vnde Aug. in l. de natura boni, Cum in Deo, inquit, sint oĩa quæ condidit, nõ tamẽ inquinant eum illi qui peccant. De cuius etiam sapiẽtia quæ attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, dicitur: Attingit omnia, propter suam munditiam, & nihil inquinatum in eã incurrit. Postremo respondeat quid potius de Deo respondendum existiment: vel q̃ nusquam per essentiã sit, vel q̃ vbiq; vel quod alicubi, ita quod non vbiq;? Sed quis audeat dicere, q̃ nusquã diuina essentia sit, vel quod alicubi, & non vbiq; sit? Si n. ita est alicubi, quod non vbiq;, ergo localis est. Est ergo vbique tota quæ cõtinet totum, & penetrat totũ: quæ nec pro sui simplicitate diuidi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate vllo modo comprehendi potest: Vnde Augustꝰ, De⁹ vbiq; est, cui nõ locis, sed actionibus propinquamus, per similẽ & minus ostendit. Timent quidã quod fieri nõpotest, scilicet ne humana carne veritas & substantia Dei inquinetur, & tamen prædicant istũ visibilẽ solem radios suos

Tom. 6. c. 20. in prin.

Cap. 27. in principio.

Aug. de agone Christiano libr. vnico. Ca. 18. in princ. Li. de doct. Christ. 1. c. 10. in fine.

suos per omnes feces & sordes spargere, & eos mũdos & sinceros seruari. Si ergo visibilia mundà visibilibus immũdis contingi possunt, & non inquinari: quanto magis inuisibilis, & incommutabilis veritas.

Aug. de agone Chri. dicens: Timent &c.

Quod Deus vbique sit, & in omni tempore, non tamen localis est, non circumscriptibilis, nec loco nec tempore mouetur.

Cumque diuina natura veraciter, & essentialiter sit in omni loco, & in omni tẽpore, non tamen mouetur per loco vel p tempora, nec localis, nec temporalis est. Localis nõ est, quia penitus nõ circumscribitur loco, qa nec ita est in vno loco, quod nõ sit in alio. Neq; dimensionẽ habet sicut corp', cui secũdum locum assignatur principiũ, mediũ, & finis, & ante, & retro, dextera & sinistra, sursum & deorsum: q; sui interpositione facit distantiam circumstantiũ. Duobus namq; his modis dicitur in scriptura aliquid locale, siue circumscriptibile, & econuerso: scil. vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiã facit in loco, vt corpus: vel quia loco definitur ac determinatur: quoniam cum sit alicubi, nõ vbiq; inuenitur: quod non solum corpori, sed etiam ori creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omnũ modo, locale est. Spiritus vero creat⁹ quodãmodo est localis, & quodammodo nõ est localis. Localis quidẽ dicitur, qa definitione loci terminatur: quoniã cum alicubi præsens sit totus, alibi nõ inuenitur. Non autẽ ita localis est, vt dimensionẽ capiẽs distantiã in loco faciat. Diuina ergo sola essẽtia omnino illocalis & incircumscriptibilis est: quæ nec locis mouetur aliquo modo, scilicet vel determinatione finita, vel dimensione susceptа, nec tẽporib⁹, sed affectu & cognitiõe mouetur. His n. duob. modis, scil. loco vel tempore, fit mutatio creaturę, quę lõgè est à creatore. Vnde Aug. super Gen.

Gen. Deꝰ, inquit, omnipotens incõmutabili æternitate, voluntate, veritate semper idem, mouet ptempꝰ creaturã spiritualẽ: mouet etiam p tempus & locum creaturam corporalem, vt eo motu naturas quas cõdidit administret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemꝰ opinari eius substantiã qua Deus est, tẽporibus lociſque mutabilẽ siue p tempora & loca mobilẽ, cùm sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omni re, quia ipse est super omnia: & antiquior omnib. quia ipse est ante omnia: & nouior omnibus, quia ipse idẽ post omnia, scil. post omnium initia. Ecce hic aperte ostenditur, quod nec locis, nec temporibus mutatur vel mouetur Deus. Spiritualis autem creatura per tempus mouetur, corporalis vero etiam per tempus & locum.

Aug. l. 3. cõ. 26. in tom. 3. in princ.

Ibid. paulo inferius.

Quid sit mutari secundum tempus. K

Mutari autem per tempus est variari secundũ qualitates interiores, vel exteriores, quę sunt in ipsa re quæ mutatur; vt quando suscipit vicissitudinẽ gaudii, doloris, scientię, obliuiõis, vel variationẽ formæ, siue alicuius qualitatis exterioris. Hæc n. mutatio quæ fit secundum tempus, variatio est qualitatum, quæ fit in corporali vel spirituali creatura: & ideo vocatur tempus.

Opinio quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moueri loco, non esse locales. L

De mutatione vero loci magna inter conquirẽtes disceptatio versatur. Sunt n. qui dicũt nullũ spiritũ aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locũ vniuersaliter remouere volẽtes: quoniam secundũ dimensionẽ tantum & circumscriptionẽ locum cõstare asserunt, atque id solum esse locale vel in loco esse dicunt, quod dimensionẽ recipit, & distantiã in loco facit. Et hoc dicũt Aug. sensisse, mutationem temporis tantum spirituali creaturę tribuentẽ, loci vero & tẽporis corporeę.

Aug. verba prædicta pro se facere dicunt.

Hic

suos per omnes feces & sordes spargere, & eos mũdos & sinceros seruari. Si ergo visibilia mundà visibilibus immũdis contingi possunt, & non inquinari: quanto magis inuisibilis, & incommutabilis veritas.

Aug. de agone Chri. dicens: Timent &c.

Quod Deus vbique sit, & in omni tempore, non tamen localis est, non circumscriptibilis, nec loco nec tempore mouetur.

Cumque diuina natura veraciter, & essentialiter sit in omni loco, & in omni tẽpore, non tamen mouetur per loco vel p tempora, nec localis, nec temporalis est. Localis nõ est, quia penitus nõ circumscribitur loco, qa nec ita est in vno loco, quod nõ sit in alio. Neq; dimensionẽ habet sicut corp', cui secũdum locum assignatur principiũ, mediũ, & finis, & ante, & retro, dextera & sinistra, sursum & deorsum: q; sui interpositione facit distantiam circumstantiũ. Duobus namq; his modis dicitur in scriptura aliquid locale, siue circumscriptibile, & econuerso: scil. vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiã facit in loco, vt corpus: vel quia loco definitur ac determinatur: quoniam cum sit alicubi, nõ vbiq; inuenitur: quod non solum corpori, sed etiam ori creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omnũ modo, locale est. Spiritus vero creat⁹ quodãmodo est localis, & quodammodo nõ est localis. Localis quidẽ dicitur, qa definitione loci terminatur: quoniã cum alicubi præsens sit totus, alibi nõ inuenitur. Non autẽ ita localis est, vt dimensionẽ capiẽs distantiã in loco faciat. Diuina ergo sola essẽtia omnino illocalis & incircumscriptibilis est: quæ nec locis mouetur aliquo modo, scilicet vel determinatione finita, vel dimensione susceptа, nec tẽporib⁹, sed affectu & cognitiõe mouetur. His n. duob. modis, scil. loco vel tempore, fit mutatio creaturę, quę lõgè est à creatore. Vnde Aug. super Gen.

Gen. Deꝰ, inquit, omnipotens incõmutabili æternitate, voluntate, veritate semper idem, mouet ptempꝰ creaturã spiritualẽ: mouet etiam p tempus & locum creaturam corporalem, vt eo motu naturas quas cõdidit administret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemꝰ opinari eius substantiã qua Deus est, tẽporibus lociſque mutabilẽ siue p tempora & loca mobilẽ, cùm sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omni re, quia ipse est super omnia: & antiquior omnib. quia ipse est ante omnia: & nouior omnibus, quia ipse idẽ post omnia, scil. post omnium initia. Ecce hic aperte ostenditur, quod nec locis, nec temporibus mutatur vel mouetur Deus. Spiritualis autem creatura per tempus mouetur, corporalis vero etiam per tempus & locum.

Aug. l. 3. cõ. 26. in tom. 3. in princ.

Ibid. paulo inferius.

Quid sit mutari secundum tempus. K

Mutari autem per tempus est variari secundũ qualitates interiores, vel exteriores, quę sunt in ipsa re quæ mutatur; vt quando suscipit vicissitudinẽ gaudii, doloris, scientię, obliuiõis, vel variationẽ formæ, siue alicuius qualitatis exterioris. Hæc n. mutatio quæ fit secundum tempus, variatio est qualitatum, quæ fit in corporali vel spirituali creatura: & ideo vocatur tempus.

Opinio quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moueri loco, non esse locales. L

De mutatione vero loci magna inter conquirẽtes disceptatio versatur. Sunt n. qui dicũt nullũ spiritũ aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locũ vniuersaliter remouere volẽtes: quoniam secundũ dimensionẽ tantum & circumscriptionẽ locum cõstare asserunt, atque id solum esse locale vel in loco esse dicunt, quod dimensionẽ recipit, & distantiã in loco facit. Et hoc dicũt Aug. sensisse, mutationem temporis tantum spirituali creaturę tribuentẽ, loci vero & tẽporis corporeę.

Aug. verba prædicta pro se facere dicunt.

Hic

Hic respondetur eis. N

SED vt supra dixim⁹, dupliciter dicitur esse re localis vel circumscriptibilis: scil. vel quia dimē sionem recipit & distantiam facit, vel quia loc termino definitur: quorū vtrunq; cōuenit corpo reæ creaturę, alterū vero tantū spirituali. Nā vt supra diximus, corporalis creatura ita est localis vel circumscriptibilis, quod determinatur definitione loci, & quod dimensionem recipiens distā tiam facit: spiritualis vero tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi, q̄ non alibi, sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit, quia si multi essent spiritus hic, non eo coā gustarent locum quo minus de corporibus contineret. Ideoq; Aug. attribuit mutationē loci corpori, non spiritui: quia licet spiritus trānseat de loco ad locum, nō tamen ita vt dimensionibus circumscriptis, interpositione sui faciat distantiam circumstantium, sicut corpus.

Conclusio ex prædictis, quod spiritus creati sunt locales & circumscriptibiles quodammodo, spiritus verò Dei omnino incircunscriptibilis. N

SVNT ergo spiritus creati in loco, & trāseunt de loco ad locum, & quodāmodo locales & circūscriptibiles, sed nō omnino modo quo creaturę corporeę. Spiritus autem increatus qui De⁹ est, in loco quidem est, & in omni loco, sed omnino illocalis est & incircūscriptibilis. Vnde Beda sup Luc. ait: Cum ad nos angeli veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen ante Deum interi⁹ per contēplationem assistant: quia etsi angel⁹ est spir. circumscriptus, summus tamen spir. qui Deus est, incircumscriptus est, intra quem currit angelus quocunque mittatur. Esse hic dicitur q̄a spiritus angelicus circumscript⁹ est, spiritus autē qui Deus est, incircumscriptus. Alibi etiam Ambro-

Beda ad cā 1. Luca in commentariis ad locū Ego sum Gabriel.

brosius distantiam ostendens inter spiritum increatum, & spiritum creatum, dicit Seraphin de loco ad locum transire, inquiens ita in lib. de Trin. Dixit Esaias, quia missus est ad me vnus de Seraphin. Et spiritus quidem sanctus dicitur missus, sed Seraphin ad vnū, spiritꝰ vero ad omnes. Seraphin mittitur in ministerio, spiritꝰ operatur mysteriū, Seraphin de loco ad locū transit: nō enim cōplet oīa, sed ipse repletur à spiritu. Hic apertè ostenditur quod angeli quodāmodo locales sunt.

Ambr to. 2. libr. de spiritu sancto primo Cap. 10. in princ. Esaiæ. 6. c.

Cum repetitione superiorum confirmat autoritatibus Deum esse vbique sine locali motu. O

Fateamur itaque diuinam naturam pro immensitate sui nusquam deesse, eamq; solam omnino illocalem, & omnino incircumscriptibilem nullo concludi loco, sed à fine vsque ad finem attingere nō tamē spatiosa magnitudine, nec locali motu, sed immensitate atque immobilitate suæ essētię. Vnde Aug. ad Dardanum ait, Nō quali spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut fumus aut lux ista diffunditur, sed potiꝰ sicut in duobꝰ sapiētibꝰ quorum alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est: vna sapiētia est, nec est in maiore maior, nec in minore minor, nec minor in vno quā in duobꝰ, ita Deꝰ sine labore regēs & continēs mundū, in cęlo totus est, in terra totus, & in vtroq; totus, & nullo contentus loco, sed in seipso vbiq; totus. Idē quoq; super Psalmum, ait: Ad verbum Dei pertinet non esse in parte, sed vbiq; esse per seipsum. hæc enim est sapientia Dei, quæ attingit à fine vsq; ad finem fortiter, nō tamē motu locali, sed immobilitate sui: veluti si moles aliqua saxea impleat aliquē locū, dicitur q attingit à fine illius loci vsq; ad finē, cum tamen alterum nō deserat alterum occupādo. nō ergo habet motū localem verbum illud, & sapientia illa solida est & vbique. Ex prędictis innotescit,

Tom. 2. epi. 37. non longe à princ.

Ibidē in ferius.

Ad versum 4. Psal. 147. Super illud velociter currit sermo eius. In tomo 8.

quod Deus est ita vbique per essentiam, quod nō spatiosa magnitudine diffunditur, nec vno desecto loco alium occupat, quia localem motum non habet. Ideoq; Aug. volens præscindere à Dei puritate omnem localem motum, & localem circumscriptionem, potius dicit omnia esse in illo quam ipsum esse alicubi, nec tamen ipsum esse locum qui non est in loco, in lib. 83. quæst. ita inquiens Deus non alicubi est: quod alicubi est, continetur loco: quod cōtinetur loco corpus est. Deus aūt non est corpus: nō ergo alicubi est, & tamē quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia quam ille alicubi: nec tamē ita in illo, vt ipse sit locus. Locus enim in spatio est, q; longitudine & latitudine, & altitudine corporis occupatur: nec Deus tale aliquid est: & omnia ergo in ipso sunt, & locus non est, nec in loco est: locus tamē Dei, sed impropriè dicitur tēplū Dei, q; ei præsens sit, nō q; eo contineatur. Id aūt nihil melius quam anima mundi intelligitur. Ecce hic dicit Deum non esse in loco sed intelligēdū est Deū nō esse in loco localiter, sed quia nec circūscriptionē nec localē motū habet.

In tom. 4. quæst. 20. in principio.

Oppositio, qua videtur probari quod Deus mutetur loco. P

Ad hoc autem solet opponi sic: quotidiè fiunt creaturæ quæ ante non erant, & in eis Deus est cum ante non esset in eis: est ergo vbi ante non erat, ideoq; mutabilis esse videtur. Sed licet quotidiè incipiat esse in creaturis, in quibus ante non erat, quia illæ non erant: hoc tamen fit sine sui mutatione, qualiter in mūdo cæpit esse quē fecit, tamē sine sui mutabilitate & similiter desinit esse in quibus ante erat sine sui mutatione: nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse.

Epilogus, vbi exponitur quare in prædictam venerit disceptationem. Q

Iam sufficiēter demonstratū esse videtur, quomodo

modo omnia dicantur esse in Deo, & Deus in omnibus, quam disceptationem quasi incidenter suscepimus, quia id videbatur postulare res circa quam noster versabatur sermo, differebamus enim de scientia siue sapientia Dei: & cum diceremus Deum scire omnia, quæsitum est vtrum propter cognitionem quam de omnibus habet, dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ergo quæstionis occasio in præmissam nos deduxit disputationem. *Epilogus.*

HIC REDIT AD PROPOSITVM, REpetens superius dicta vt addat alia.

DISTINCT. XXXVIII. A

NVnc ergo ad propositum reuertentes cœpto insistamus. Supra dictum est, quod præscientia Dei futurorum tantum est, sed omnium, tam bonorum, quam malorum. Scientia v. vel sapientia nō modo de futuris, sed etiā de pręsentibus & futuris: nec tantum de temporalibus, sed etiā de æternis, quia seipsum nouit Deꝰ. Hic oritur quæstio nō dissimulanda, vtrum sc. il. scientia vel pręscientia sit causa rerū, an res sint causę scientię vel præscientiæ Dei. Videtur enim pręscientia Dei causa esse eorū quę ei subsunt, ac necessitatē eueniēdi eis facere: qa nec aliqua futura fuissent, nisi Deus ea præscisset, non possunt non euenire, cum Deus ea præsciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire, quia præscita sunt: videtur ergo ipsa præscientia, qua præscita sunt, eis esse causa eueniendi. Impossibile est autem ea non euenire, cum præscita sint: quia si nō euenirent cū præscita sint, falleretur Dei præscientia. At Dei pręscientia falli nō potest. Impossibile est ergo ea nō euenire, cū præscita sint. Sic ergo pręscientia causa eorum esse videtur quę pręscita sunt. Hoc idē & de scientia dicitur, scilicet quod quia Deꝰ aliqua nouerit; *De modis diuinæ scientiæ vel cognitionis.*

Quare scientia vel præscientia videtur causa rerum.

Cap.13.ad medium.

uerit,ideo sint.Cui sententiæ Aug attestari videtur in xv. lib. de Trin. dicens: Non ista ex aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia tẽporalia,atq;in eis etiã qd&quãdo ab illo petituri fuerimus,&quos&de quibus rebusvel exauditurus vel non exauditurus esset, sine initio antè præscisuit.Vniuersas autẽ creaturas,& spirituales & corporales, non quia sunt ideo nouit: sed ideo sunt quia nouit: non enim nescisuit;quæ fuerat creaturus;quia ergo scisuit,creauit;non quia creauit,nec aliter scisuit creata,quã creanda;nõ.n. eius sapientiæ aliquid accesit ex eis; sed illis existentibus sicut oportebat, & quando oportebat, illa mansit

Eccles. 23.

vt erat.vnde in Eccl. Antequã crearentur,omnia nota sunt illi; sic & postquã cõsummata sunt. Ec-

Cap.10. ad medium.

cè his verbis videtur Aug. innuere scientiam vel præscientiam Dei causam esse eorum quæ fiunt cum dicit ideo ea esse, quia Deus nouit. Idẽ quoque in 6.lib.dicere videtur.Cum,inquit,decedant & succedant tẽpora, nõ decedit aliquid vel succedit sciẽtiæ Dei, in qua nouit oĩa quæ fecit peripsam.Non enim hæc quæ creata sunt ideo sciuntur à Deo, quia facta sunt, sed potius ideo facta sunt quia immutabiliter ab eo sciuntur. Et hoc etiam significare videtur Dei scientiam causam eorum esse quæ fiunt, dicens: non ideo Deum ea nouisse quia facta sunt; sed ideo facta, quia nouit ea Deus. Ideoque videtur Dei scientia vel præscientia causa esse eorum quæ nouit.

Inconuenientia ostendit quæ sequerentur, si diceretur scientia vel præscientia causa omnium rerum quæ ei subsunt. B

Quod si ita est,est ergo causa omnium malorũ, cũ omnia mala sciantur & præsciantur à Deo;quod longè est à veritate. Si enim Dei scientia vel præscientia causa esset malorum, esset vtique Deus author malorum;quod penitus falsum est. Non ergo scientia vel præscientia Dei causa est omniũ quæ fiunt.

Quod

Quod res futuræ, non sunt causa scientiæ vel præscientiæ Dei. C

Neque etiam res futuræ causa sunt Dei prę̃sciẽtiæ: licet enim nõ essent futuræ, nisi præscirentur, à Deo, nõ tamẽ ideo præsciũtur quia futuræ sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod æternum est, aliquid existeret causa: ab eo alienũ, ab eo diuersũ & ex creaturis dependeret sciẽtia creatoris, & creatũ causa esset increati. Orig. tamẽ super epistolam ad Rom. ait: Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam fiat. Hoc videtur præmissis verbis Augustini obuiare. Hic enim significari videtur, quod res futuræ causa sint præscientiæ: ibi vero, quod præsciẽtia causa sit rerum futurarum.

Orig. ad illud. Nam quos præscit. Rom. 8. In tom. 4.

Quid ex prædictis tenendum sit, cum determinatione authoritatum. D

Hanc igitur quæ videtur repugnantiam de medio tollere cupiẽtes, dicimus res futuras nullatenus causam esse præscientiæ vel scientiæ Dei, nec ideo præsciri vel sciri, quia futuræ vel factæ sunt: ita exponentes quod ait Origenes, quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam fiat, id est, quod futurum est scitur à Deo antequam fiat, neque sciretur nisi futurum esset: vt non noteturibi causa, nisi sine qua non fieret. Ita etiam dicim⁹ scientiã vel præsciẽtiã Dei nó esse causã eorũ quæ fiũt, nisi talẽ, sine qua nõ fiunt: si tamẽ sciẽtiã ad notitiã tantũ referam⁹. Si vero nomine sciẽtiæ includitur etiã beneplacitũ atq; dispositio, tunc rectę potest dici causa eorum quæ De⁹ facit. His. n. duob⁹ modis, vt superi⁹ prætaxatũ est, accipitur cognitio vel sciẽtia Dei, scil. pro notitia sola, vel pro notitia simul & beneplacito. Hoc modo forte accepit Aug. dicens: ideo sunt quia nouit, i. quia scienti placuit, & quia sciens disposuit. Hic sensus ex eo adiuuatur, quia de bonis ibi tãtum ait Augustinus scil.

De Trinit. li. 15. ca. 13. ad medium Augustin.

scil. de creaturis & de his quæ Deꝰ facit: quę omnia
nouit non solum scientia, sed etiã beneplacito ac
dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio, vt
non modo notitiam, sed etiam beneplacitũ Dei si-
gnificet. Mala vero scit Deus & præscit antequam
fiãt, sed sola notitia, nõ beneplacito, pręscit enim
Deus, & prædicit etiã quæ non est ipse facturus, si-
cut præsciuit & prædixit infidelitatem Iudęorum,
sed non fecit: nec ideo qa pręsciuit, ad peccatũ in-
fidelitatis eos coegit, nec pręsciisset vel prędixisset
eorum mala, nisi essent ea habituri. Vnde Augũst.
super Ioan. Deus, inquit, futurorum præscius, per
Prophetam prædixit infidelitatem Iudęorum, sed
non fecit: neque præsciisset mala eorum, nisi ea
haberent. Non enim ideo quenquã ad peccãdum
cogit, quiã futura hominũ peccata prænouit: illo-
rum .n. pręsciuit peccata, nõ sua. Ideoq; si ea quæ
ille pręsciuit, ipsorum non sunt, non vera ille prę-
sciuit: sed quia illius præscientia falli nõ potest, si-
ne dubio nõ alius, sed ipsi peccant quos Deus pec-
catores esse præsciuit: & ideo si nõ malum sed bo-
num facere voluissent, nõ malũ facturi præuide-
rentur ab eo, qui nouit quid sit quisque facturus.
His verbis aperte ostenditur, si diligenter atten-
damus, præscientiam Dei non esse causam malo-
rum quę pręscit: quia non ea præscit tanquam fa-
cturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea
facturi vel habituri, pręsciuit ergo illa sola noti-
tia, sed non beneplacito authoritatis. Vnde datur
intelligi, q̃ Deus ecõuersò præscit bona tanquã
sua, tanquã ea quę factur⁹ est: vt illa pręsciẽdo si-
mul fuerit ipsi⁹ notitia, & authorit. beneplacitum.

Aug. tract. 53. ad illud. Cum autẽ tãta signa. Ioan. 12. tomo 9.

Esaiæ. 53.

Contra hoc quod dictum est præscientiam Dei non posse falli, oppositio. E

Ad hoc autem quod supra dictum est, scil. præ-
scientiam Dei falli nõ posse, solet à quibusdam ita
opponi, Deus pręsciuit hunc lecturum vel aliquid

Oppositio.

huiusꝰ-

huiusmodi: sed potest esse vt iste nō legat, ergo potest aliter esse quam Deꝰ pręsciuit, ergo potest falli Dei præscientia, quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, & illud tamen præscitum est fieri, non ideo tamen potest falli Dei præscientia: qa si illud non fieret, necà Deo præscitum esset fieri. Sed adhuc vrgēt quæstionē dicētes: Aut aliter potest fieri quā Deus præsciuit, aut non aliter. sed nō aliter: ergo necessario cuncta eueniunt, si vero aliter, potest ergo Dei præscientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri, qa potest aliter fieri quam fiat: ita autē fit vt præscitum est: aliter ergo potest fieri quā præscitum est. Ad q̄ dicimꝰ illā locutionem multiplicem facere intelligentiam, scil. Aliter potest fieri quam Deus pręsciuit, & huiusmodi: vt, Potest non esse q̄ Deus præsciuit: & Impossibile est non esse quod Deus præsciuit: &, Impossibile est non esse præscita omnia quæ fiunt, & huiusmodi. Possunt enim hęc coniunctim intelligi, vt cōditio sit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas: Non potest aliter fieri quā Deꝰ præsciuit, id est, nō potest vtrunq; simul esse, scil. quod Deꝰ ita præsciuerit fieri & aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, vt dicas hoc aliter non posse euenire quam euenit, & quomodo futurum Deꝰ præsciuit, falsū est. Hoc enim aliter potest euenire quam euenit, & tamen Deus hoc modo futurum præsciuit. Similiter & alia determinatio s. impossibile est illud non euenire quod Deus præsciuit, vel cum Deus præscierit, si coniunctim intelligas, verum dicis: si disiunctim, falsum. Ita etiam & illud: Impossibile est non esse pręscitum omne quod fit, i. non potest esse vtrunq; s. vt fiat & non sit præscitum, hic sensus verus est. Si vero dicis Deum non potuisse non præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere vt non fieret, & ita non esse præscitum.

VTRVM SCIENTIA DEI POSSIT AVgeri, vel minui, vel aliquo modo mutari: vtrunque enim videtur posse probari.

DISTINCT. XXXIX.

PRæterea quæri solet: Vtrum scientia Dei possit augeri vel minui, vtrunque enim videtur posse probari. Quod enim diuina scientia possit augeri vel mutari, hoc modo probatur: qa potest Deꝰ scire quod nunquam scit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodiè, & tamen potest esse, vt legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autē potest fieri, quod non possit à Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodiè: potest ergo aliquid scire quod non scit: ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Eademq; videtur posse minui: est enim aliquis hodiè lecturus quem Deus scit lecturum. At potest esse, vt nō legat: ergo potest Deꝰ non scire hunc lecturum: potest ergo non scire aliqd qꝺ scit: ergo potest minui eius scientia vel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omninō immutabilis est, nec augeri potest vel minui. Nā vt ait Aug. in 15. lib. de Trin. Scientia Dei est ipsa sapētia, & sapiētia est ipsa essētia siue substātia Dei, qa in illiꝰ naturę simplicitate mirabili, nō est aliud sapere, & aliud esse, sed quod est sapere, hoc est & esse. Ideoq; nouit omnia verbum, quę nouit pater, sed ei nosse de patre est, sicut esse: nosse enim & esse ibi vnum est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens, pater genuit verbum sibi coæquale per omnia. Non enim seipsum integrè perfecteq; dixisset, si aliquid minꝰ aut amplius esset in eius verbo, quam in seipso. Hoc est ergo omnino verbū qꝺ pater, nō tamē est pater: qa iste filiꝰ, ille pater. Sciunt ergo inuicē pater & filiꝰ, sed ille gignendo, iste nascēdo

Cap. 13. versus finem.

Eodem libro c. 14. in prin.

Et

Et omnia quæ sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, vnusquisque eorum simul videt, non particulatim aut sigillatim velut alternāte conspectu hinc illinc: & inde huc: & rursum inde, vel inde in aliud atq; aliud: vt aliqua videre nō possit, nisi nō vidēs alia: sed omnia simul videt, quorum nullum est q̄ nō semper videat & sciat. Eius itaque scientia inamissibilis & inuariabilis est. Nostra v. scientia, & amissibilis, & variabilis, & receptibilis est: qa nō hoc est nobis esse, q̄ saperevel scire. Propter hoc sicut nostra sciētia illi scientiæ Dei dissimilis est, sic & nostrū verbū quod nascitur de scientia nostra, dissimile est illi verbo quod natum est de patre scientia. Ex hac authoritate clare ostenditur, scientiam Dei omnino inuariabilem esse, sicut ipsa essentia Dei omnino inuariabilis est: & quod pater & filiꝰ cum spiritu Sanct. simul omnia sciunt & vident. Sicut ergo non potest augeri vel diminui diuina essentia, ita nec diuina scientia: & tamen conceditur posse scire quod non scit, & posse non scire quod scit: quia posset aliquid esse subiectum eius scientiæ, quod non est, & posset non esse subiectū aliquid q̄ est, sine permutatiōe ipsius scientiæ. *Eodē lib. & c. 14 paulo inferius.* *Eodē lib. c. 13. in fine.*

Oppositio, an Deus possit nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid. B

Hic opponitur à quibusdam ita. Si Deus potest aliquid scire vel præscire, quod nunquā sciuit vel præsciuit: potest ergo ex tēpore aliquid scire vel præscire. Ad quod dicimus. Potest quidē Deus scire vel præscire omne quod potest facere, & potest facere quod nunquā fiet. Potest ergo scire vel præscire quod nunquam fiet, nec est, nec fuit: nec illud scit vel sciuit, neq; prēscit vel præsciuit, quia sciētia eius non est nisi de his, quæ sunt vel fuerunt vel erunt, prēsciētia nō est nisi de futuris. Et licet possit scire vel prēscire, quod nunquam est vel erit, nō *Responsio.*

tamẽ poteſt aliquid ſcire vel preſcire ex tempore. Poteſt vtiq; ſcire vel præſcire quod nunquam eſt, nec erit, nec illud ſcitum vel præſcitum eſt ab æterno: nec tamen poteſt incipere ſcire vel præſcire illud, ſed ita poteſt modo ſcire, vel preſcire ſicut poteſt ſciſſe vel præſciſſe ab æterno. Si.n. dicatur eum modo poſſe ſcire vel præſcire quod ab æterno non ſciuit vel præſciuit, ideſt, ita quod ab æterno non ſciuerit vel præſciuerit, quaſi vtrunque ſimul eſſe poſsit, falſum eſt. Si vero dicas eum poſſe modo ſcire vel præſcire quod ab æterno non ſciuit vel preſciuit, id eſt, habere potentiam ſciendi vel præſciendi ab æterno & modo aliquid, nec tamen illud præſcitum eſt vel futurum, verum eſt. Non poteſt ergo nouiter vel ex tempore ſcire vel præſcire aliquid: ſicut non poteſt nouiter vel ex tempore velle aliquid, & tamen poteſt velle quod nunquam voluit.

Vtrum Deus poſsit ſcire plura quam ſcit. C

Item à quibuſdam dicitur Deus poſſe plura ſcire quam ſciat: quia poteſt omnia ſcire quæ ſcit, & poteſt aliqua facere quæ nunquam erunt, & illa poteſt ſcire: non enim aliqua incognita facere poteſt. Si vero omnia eſſent quæ modo ſunt, & alia quædam faceret quæ non ſunt, nec erunt, & illa omnia ſciret pro certo, plura ſciret, quam modo ſciat: nec tamen eius ſcientia augeri poteſt, quia hoc totum fieri poſſet ſine mutabilitate ſcientiæ. Conſtat ergo Dei ſcientiam omnino eſſe immutabilẽ, nec augeri poſſe vel minui: ſed ei ſubiecta.

Quod videtur aduerſum illi ſententiæ, qua ſupra dictum eſt, Deum ſemper & ſimul ſcire omnia. D

Tomo. 6. in explanatione huius, mundi ſunt oculi tui cap. 1. Abacuc.

Ei vero quod prædictum eſt, ſcilicet, quod Deus omnia sẽpervidet & ſimul, videtur obuiare quod ait. Hier. in expoſitione Abacuc: Abſurdum eſt, inquit, ad hoc deducere Dei maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula quot pulices naſcãtur, quotve morian-

moriantur, quota pulicũ & muſcarũ ſit multitudo, quotve piſces natent in aquis, & ſimilia. Nõ ſimus tã fatui adulatores Dei, vt dum prouidentiã eius etiã ad ima retrudimus, in noſipſos iniurioſiſſimus, eandem irrationabilium & rationabilium prouidẽtiã eſſe dicentes. Hic videtur dicere Hieron. quod Deus illorũ minimorum ſcientiam ſiue prouidentiam nõ habeat: quod ſi hoc eſt, tunc nõ omnia ſimul ſcit & ſemper. Ex tali itaq; ſenſu illud dictum eſſe nouerimus, vt Deũ illa alternatim vel particulatim ſcire neget, vt per diuerſa temporũ momẽta ſic illa cognouit, ſicut pervaria momẽta illorum quędam deficiũt, quædam incipiunt. Neque illis alijsq; irrationabilib⁹ ita prouidet, quẽadmodum rationabilib⁹, nũquid enim vt ait Apoſtolus, cura eſt Deo de bobus, & ſicut non eſt cura Deo de bob⁹, ita nec de aliis irrationabilib⁹. Dicit tamẽ ſcriptura, quia ipſi eſt cura de omnib⁹. Prouidentiam ergo & curam vniuerſaliter de cunctis quæ condidit habet, vt habeat vnumquodq; quod ſibi debetur & conuenit. Sed ſpecialem prouidentiam atque curam habet de rationabilibus, quib⁹ præcepta tradidit, eisque recte viuendi legẽ præſcripſit, ac præmia promiſit. Hanc prouidentiam & curã de irrationabilib⁹ non habet. Ideo dicit Apoſt. quia non eſt cura Deo de bobus: prouidet tamen omnibus & curat, id eſt, gubernat omnia, qui omnib⁹ ſolem ſuum facit oriri, & pluuiã dat. Scit itaque Deus quãta ſit multitudo pulicum, culicũ & muſcarum & piſcium, & quot naſcantur quotve moriãtur: ſed non ſcit hoc per momenta ſingula: immo ſimul & ſemel omnia. Neq; ita ſcit, vt eandẽ habeat prouidẽtiam irrationabilium & rationabilium, id eſt, vt eodem modo penitus prouideat irrationabilibus & rationabilibus. Rationabilibus enim & præcepta dedit, & angelos ad cuſtodiam delegauit.

1. Cor. 9. a
Sap. 12. b

Breuis

Breuis summa prædictorum cum additione quorundam. E

Sicut itaque & immutabiliter scit Deus omnia quæ fuerunt, & sunt, & erunt, tam bona quam mala: præscit quoque omnia futura, tam bona quam mala.

QVID SIT PRÆDESTINATIO *& in quo differat à præsentia.*

DISTINCT. XL. B

August. ad prin. ca. 10. in tom. 7.

PRædestinatio vero, de bonis salutaribus est, & de hominibus saluandis, vt enim ait August. in li. de prædest. sanct. Prædestinatio est gratiæ præparatio, quæ sine præscientia esse non potest. Potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe De⁹ ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: sed præsciuit Deus etiam quæ non esset ipse facturus, id est, omnia mala. Prædestinauit eos quos elegit, reliquos vero reprobauit, id est, ad mortem æternam præsciuit peccaturos.

An aliquis prædestinatorum possit damnari, vel reproborum saluari. A

Prædestinatorum nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse saluari. Vnde August. in lib. de correctione & gratia. In apocalypsi, inquit, dicitur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, id est, non potest augeri vel minui. Ad hoc autem obiiciunt quidã, nitẽtes ꝓbare numerum electorum posse augeri & minui sic. Posset De⁹ nõ apponere gratiã quib⁹ apponit, & posset subtrahere quib⁹ nõ subtrahit: ꝙ si faceret, vtiq; dãnarẽtur: poscẽt ergo dãnari isti qui tamẽ saluabuntur: posset itaq; minui electorum numer⁹, ita etiã posset augeri, quia posset apponi gratia quib⁹ nõ apponitur,

Ad prin. ca. 13. in To. 7. Apoca. 3. d

Oppositio.

tur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur: posset itaque augeri numerus electorum.

Quibus respondemus ex ea ratione dictum esse, & verum esse, numerum electorum non posse augeri vel minui, quia non potest vtrunq; simul esse: scilicet, vt aliquis saluetur & non sit prædestinatus, vel vt aliquis prædestinatus sit & damnetur. Intelligẽtia n. cõditionis implicitæ veritatem facit in dicto, & impossibilitatẽ in vero. Si vero simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur: vt cum dicitur, prædestinatus potest vel non potest damnari, & reprobus potest saluari. In his enim & huiusmodi locutionibus, ex ratione dicti diiudicanda est sententia dictionis. Alia namque sit intellẽgentia, si per coniunctionem hæc accipiantur dicta, atq; si per diiunctionem: vt suprà cum de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si enim cum dicis, prædestinatus nõ potest damnari, intellegis ita, id est, non potest esse vt prædestinatus sit & damnetur, verum dicis, quia coniunctim intelligis: falsum autem si diiũctim, vt si intelligas istũ nõ posse dãnari quẽ dico prędestinatũ: potuit n. nõ esse prędestinat⁹, & ita dãnaretur. *Responsio.*

Quomodo adhuc instant quæstioni. C

Veruntamen adhuc instant, & secundum coniunctionem argumentando ita procedunt: Non enim inquiunt, potest esse vt aliquis prædestinatus sit & damnetur. Vtrunque istorum simul esse non potest, sed alterum horum nõ potest nõ esse, scil. quin iste sit prædestinatus (ab æterno enim prædestinatus est) & non potest nõ modo esse prædestinatus. Cum ergo impossibile sit simul vtrũq; esse, & impossibile sit alterũ non esse, videtur nõ posse alterũ esse, sc. vt dãnetur. Quod si est, ergo nõ potest esse, vt nõ saluetur. In hui⁹ quęstiõis solutiõe mallẽ alios audire quã docere. Dicim⁹ tamẽ de

Solutio in qua vellet magis alios audire quã dolere.

de præscientia similẽ posse moueri quæstionem. Ideoq; tam hic quam ibi vnã facimus responsionem, dicẽtes, determinãdum fore illud, cui innititur tota hæc quæstio, scilicet. Impossibile est alterum istorum non esse, scilicet, quin iste modo sit prædestinatus: ab æterno enim iste prædestinat⁹ est. Distinguendum enim est cùm ait: Iste non potest modo non esse prædestinatus: vel non potest eo modo esse quin sit prędestinatus: hoc enim cõiunctim vel disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse vt ab æterno sit prædestinatus, & modo non sit prædestinatus: nec potest esse simul vt sit prædestinatus, & non sit prædestinatus: sed tamen potuit esse ab æterno quod non esset prædestinatus, & potuit ab æterno non esse prædestinatus. Et sicut ab æterno Deus potuit eum non prædestinare, ita conceditur à quibusdam, quod & modo potest Deus eum non prædestinasse ab æterno, ergo potest Deus nõ prædestinasse eum: ergo potest iste non fuisse prædestinatus, si vero non fuisset prædestinatus, nec modo esset prædestinatus: ergo modo potest non esse prædestinatus: ita & de præscientia & de præscitis dicunt: quod in actionibus vel in operationibus Dei & hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum est vel dictum, non concedunt quod possit non esse vel fuisse: immò impossibile est non esse, vel non fuisse, quod factum est, vel dictum: referentes possibilitatem vel impossibilitatem ad naturam rei existentis. Cum vero de præscientia vel prædestinatione Dei agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quæ semper eadem fuit & est: quia prædestinatio, præscientia, potentia, vnum in Deo est.

Glossa ordinaria ad illud, quos

Quid sit reprobatio Dei, & in quibus consideretur, & quis sit prædestinationis effectus. D

Cũq; prædestinatio sit gratiæ præparatio, id est, diuina electio qua elegit quos voluit ante mũdi

constitutionē, vt ait Apostolus: Reprobatio econuerso intelligēda est præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædestinationis effect⁹ illa gratia est, qua in præsenti iustificamur, atq; ad rectè viuendum, & in bono perseuerandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur, ita reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo, quosdam reprobauit, secundum duo considerātur: quorum alterum præscit & non præparat, id est, iniquitatem: alterum præscit & præparat, scil. æternā pœnam. Vnde Aug. ad Prosperū & Hilarium. Hæc, inquit, regula incōcussè tenēda est, peccatores in peccatis præscitos esse, nō pręparatos, pœnam aūt esse præparatā. Pręparauit. n. De⁹, vt ait August. in l. de Bono perseuerantiæ, in præsciētia sua quibus voluit bona sua: & quibuscūq; donat, proculdubio se donaturum esse præsciuit. Præparauit etiam De⁹, vt ait Fulgētius, malis ignē æternum: illis vtiq; quos iustè præparauerit ad luēda supplicia, nec tamen præparauit ad facienda peccata. Præparauit. n. Deus ꝙ diuina æquitas redderet, nō ꝙ humana iniquitas admitteret, Nō. n. sicut pręparauit sanctos ad iustitiā percipiendā, sic pręparauit iniquos ad iustitiā amittēdā: quia prauitatis pręparator nūquā fuit. Sicut ergo prædestinatio Dei proprie est præscientia & præparatio beneficiorū Dei, quibus certissime liberantur quicunq; liberantur: ita reꝓbatio Dei est præscientia malitiæ in quibusdam non finiendæ, & præparatio pœnæ nō terminādæ. Et sicut prædestinatiōis effect⁹ est gratiæ appositio, ita reꝓbationis æternæ quodāmodo effect⁹ esse videtur obduratio. Nec obdurat De⁹ vt ait Aug. ad Sixtū. impartiēdo malitiā, sed nō impartiēdo gratiā, sicut nec digni sūt. Quib. n. nō impartitur, nec digni sūt, nec merētur: poti⁹ vt nō impartiatur, hoc digni sūt, hoc merētur. Vnde Apostolus

præsciuit prædestinauit, Rom. 8.

Ad principiū c. 16. in tom. 7. Fulgent. ad Minimum post medium & Glossa ordinaria.

Rom. 6.

Ibidem inferius.

Aug. in lib. de Bono perseuerantiæ.

Glossa ordinaria c. 14. & cap. 8. ad Rom.

Tom. epist. 105. ante medium.

Rom.9 c. stolus ait, Cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat: misericordiam appellans prædestinationē, & præcipue prædestinationis effectum, id est, gratiæ appositionem, obdurationem vero, gratiæ priuationem. Non enim, vt ait Aug. ad Simpli. intelligendum est, quod Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat: sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur quibus gratiam non præbendam esse æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima, iudicat: quam non aperit, sed miratur Apost. dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.

Lib.1.to 4. quæst 2. l. 1. post medū.

Rom. 11. d.

VTRVM ALIQVOD SIT MERITVM *obdurationis & misericordiæ.*

DISTINCT. XLI. A

SI autem quærimus meritum obdurationis & misericordiæ. Obdurationis meritum inuenimus, misericordiæ autem meritum nō inuenimus: quia nullum est misericordię meritū ne gratia euacuetur, si nō gratis donetur, sed meritis redditur: Miseretur itaq; secūdū gratiā, quę gratis datur: obdurat autem secundum iudicium, quod meritis redditur: vnde datur intelligi vt sicut reprobatio Dei est nolle misereri: ita obduratio Dei sit nō misereri: vt nō ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior: sed tātū quo sit melior nō erogetur. Ex his apertè ostēditur quid misericordiā, quid obdurationem intellexerit Apostol⁹, & quia misericordia nullum āduocat meritum, obdurationvero nō est sine merito & misericordiæ verbo. Hic accipitur prædestinatio, & præcipuè prędestinationis effectus: obdurationis verò non ipsa Dei ęterna reprobatio, quia eius nullum est meritū, sed gratiæ subtractio, quæ quodammodo est reproba-

Ex Aug. in rom. 4. l. ad Simplic. 1. Rom. 9. c.

ꝓbationis effectus. Accipitur tamē aliquando reꝓbatio pro obduratione, ſicut & prædeſtinatio ꝓ ſuo affectu, cui eſt gratia appoſita. Gratia n. quæ apponitur, effectus eſt prædeſtinationis. Cum ergo gratię quæ apponitur homini ad iuſtificationē, nulla ſunt merita, multo minus & ipſius prædeſtinationis, qua ab æterno elegit Deus quos voluit, aliqua poſſunt exiſtere merita, Ita nec reprobationis, qua ab æterno quoſdam præſciuit futuros malos & damnandos, ſicut elegit Iacob, & reꝓbauit Eſau, quod non fuit pro meritis eorū quæ tunc habebant, quoniam nec ipſi exiſtebant, nec propter futura merita quæ præuideret, vel elegit, vel illum reprobauit. *Malac. 3.*

Opinio quorundam, in qua fuit aliquando Auguſtinus, ſed poſtea retractauit. B

Opinati ſunt tamen quidam Deum ideo elegiſſe Iacob, quia talem futurum præſciuit, qui in eū crederet, & ei ſeruiret: quod aliquādo Aug. ſenſiſſe dicit in libr. retract. vbi aperte oſtendit, ꝙ ſi ꝓpter futura merita electus eſſet, iam nō ex gratia eſſet electio. Non ergo ideo electus eſt à Deo, quia talis futur⁹ erat, ſed ex tali electione talis eſt factus: ita dicēs. Diſputans ergo quid elegerit De⁹ in nondum nato, cui dixit ſeruiturum eſſe maiorem, & quid in eodē maiore ſimiliter nondū nato reprobauerit: ad hoc perduxi ratiocinationē, vt dicerē: Non ergo elegit Deus opera cuiuſquam in præſciētia, quæ ipſe daturus eſt, ſed fidem elegit in præſciētia: & quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegit cui ſpiritum ſanctum daret, vt bona operādo, etiam æternā vitam cōſequeretur. Ecce hic aperte dicit nō propter opera eum elegiſſe, ſed propter fidē qua eum præuidit crediturum. Sed quia & in fide meritū eſt, ſicuti & in operibus, hoc retractauit dicēs, Nondū diligētius quæſieram, nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratiæ, de qua *Ca. 22. circa medium.* *Loco retractationum prædicto.*

dicit Apost. Reliquię per electionem gratiæ salu-
fient: quæ vtique non est ex gratia, si ex meri-
ꝓcedit: vt iam quod datur nō secundū gratiā, se-
secūdum debitum reddatur potius meritis, qu-
Rom. 11. a donetur: perindè quod continue dixi: Dicit enim
idem Apost. Idem Deus qui operatur omnia in o-
mnibus, nunquā autem dictum est, Deus credito-
mnia in omnibus. Ac deinde subiunxit: Quod er-
go credimus, nostrum est: ꝙ vero bonum opera-
mur, illius est, qui credētibus dat spiritum sanctū
sed hoc ꝓfecto non dicerē, si scirē etiam ipsam fi-
dē inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodē
Ad Rom. spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est ꝓpter arbitriū
voluntatis, & vtrunq; datum est per spiritum fi-
dei & charitatis. Et ꝙ paulo post dixi: Nostrum n.
est credere & velle, illius autē dare credentib⁹ &
volentibus facultatem bene operādi per spiritum
S. p quem charitas Dei diffunditur in cordibus no-
stris: verum est quidē, sed eadem regula est. Et v-
trunq; ipsius est, quia ipse præparat voluntatem,
& vtrunque nostrum, quia non fit nisi volentib⁹
nobis: ergo & meritum fidei misericordia Dei ve-
nit. Non ergo propter fidem vel aliqua merita
elegit Deus aliquos ab æterno, vel apposuit gra-
Aug. ad ꝓncipium ca. 19. to. 7. tiam iustificationis in tempore, sed gratuita boni
tate sua elegit, vt boni essent. Vnde Augus. in lib.
de prædest. sanctorum: Non quia futuros nos ta-
les esse præsciuit, ideo elegit, sed vt essemus tales
per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificauit
nos in dilecto filio suo.

Hic videtur contrarium quod alibi ait Aug. C

Post mediū quæst. 68. in to. 4. His tamen aduersari videtur quod dicit Aug.
lib. 83. quæst. Cui vult, inquit, miseretur Deus, &
quē vult indurat: sed hæc voluntas Dei iniusta es-
se nō pōt: venit n. de occultissimis meritis: qa & i-
psi peccatores cum propter generale peccatum v-
nā massā fecerunt, tamē nōnulla inter eos est di-
uer-

uersitas, Pręcedit ergo aliquid in peccatorib⁹ quo quãuis nõdum sint iustificati, digni efficiãtur iustificatione. Et itẽ præcedit in aliis peccatoribus, quo digni sũt obtusione. Ecce hic videtur Aug. dicere, ꝙ & ipsa Dei voluntas, qua alios elegit, alios reprobat, ex meritis proueniat, sed occultissimis, ĩ. quod pro meritis alios voluerit eligere, alios reprobare: & ꝙ pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis, aliis nõ, vnde obtundũtur. Sed quid intelligere voluerit, ignoratur: nisi forte hoc dicatur intellexisse, ꝙ supra diximus eum retractasse. Nam ibidẽ quædam alia cõtinuè subdit, quæ in l. 1. retract. aperte tractat: quod vtrunq; legenti patebit. Veruntamẽ verisimile est in præmissis etiã hoc retractasse. Quidã tamẽ ex eo sẽsu accipiunt fore dictum, non qa aliquis prædestinetur ꝓ meritis, vel iustificationis gratiam mereatur, sed qa aliqui non adeo mali sunt, vt mereantur sibi gratiam nõ impartiri. Nullus n. Dei gratiam mereri põt per quam iustificatur: potest tamen mereri vt nõ apponatur, vt penitus abiiciatur. Et quidẽ aliqui in tãtum profundum iniquitatis deuenerũt, vt hoc mereãtur, vt hoc digni sint: alii vero ita viuunt, vt etsi nõ mereãtur gratiam iustificationis, nõ tamen mereantur omnino repelli, & gratiam sibi subtrahi. Ideoque dixit in quibusdã peccatorib⁹ præcedere ꝙ digni sint iustificatiõe, & in aliis quo digni sint obtusione: sed hoc friuolum est.

Opinio quorundam falsa de occultis Dei differentium carnaliter. D

Multi vero de isto profundo quærẽtes reddere rationẽ, atq; secundũ cõiecturas cordis sui inscrutabilẽ altitudinẽ iudiciorũ Dei cogitare conantes in fabulas vanitatis abierunt, dicentes, ꝙ animæ sursũ in cęlo peccãt, & secũdũ peccata sua ad corpora ꝓ meritis dirigũtur, & dignis sibi quasi carcerib. ingludũtur: Ierũt hi tales post cogitatiões:

Aug. de verbis Apostoli post medium serm. 7. in to. 10.

Ibidẽ paulo inferius.

suas & volentes disputare de Dei profundo, ver
sunt in profundum, dicentes animas in cœlo an
conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse,
p meritis ad corpora terrena detrusas esse: hoc
tẽ respuit Catholica fides propter euidentẽ Ap
stoli sententiam qua ait: Cum nõdum nati essen
aut aliquid boni vel mali egissent, &c. Meliore
ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scienti
Elegit ergo eos quos voluit gratuita misericor
dia, non quia fideles futuri erant, sed vt fideles
sent: eisq; gratiam dedit: nõ quia fideles erant, se
vt fierẽt, ait n. Apost. Misericordiã consecut' sum
vt fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Datu
quidem & fideli, sed data est etiam prius vt esset
delis. Ita etiam reprobauit quos voluit, non pro
pter futura merita quæ præuideret, veritate tã
men rectissima, & à nostris sensibus remota.

Aug. in li. retract. 1. Cap. 23. ad. finem.

Quæstio.

Sed quæritur: Vtrum sicut dicitur elegisse quo
dam vt boni fierent & fideles, ita etiam conced
debeat reprobasse quosdam vt mali essent & infi
deles, & obdurare vt peccent: quod nullaten' cõ
cedi oportet. Non enim reprobatio ita est causa
mali, sicut prædestinatio est causa boni: neq; ob
duratio ita facit hominem malum, quemadmo
dum misericordia facit bonum.

Responsio.

*An ea quæ semel scit Deus vel præscit, semper sciat & præ
sciat, & semper scierit vel præscierit.*

Præterea considerari oportet, vtrum ea omnia
quæ semel scit vel præscit Deus, semper scit & scie
rit, ac præsciat & præscierit, an olim scierit vel præ
scierit, quod modo non scit vel prescit. De præsci
entia primo respondemus, dicentes: multa eum
prescisse quæ modo non præscit: cum enim eius
præscietia nõ sit nisi de futuris, ex quo illa q̃ futu
ra erãt præsentia fiunt vel præteriũt, sub Dei prę
scietia esse desinunt, sub scientia vero semp sunt.

Præ-

Præsciuit ergo Deus omnia ab æterno quæ futura erant, neq; præscire desinit, nisi cum futura esse desinunt. Neque cum præscire desinit aliqua quę ante præsciebat, minus ea nosçit quam ante cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiæ Dei quod aliqua præscierit aliquando, quę modo non præsciat, sed ex ratione verbi quod est præscientia: Præscire enim est ante scire aliquid, quam fiat. Ideoq; non potest dici Deus præscire, nisi ea quæ futura sunt.

Hic de scientia, dicens Deum semper scire quæ semel scit. G

DE scientia autē aliter dicim⁹. Scit n. De⁹ semper omnia quę aliquādo scit: omnem enim sciētiam q̄ aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Ad hoc autē opponitur ita, Olim sciuit hunc hominē nasciturum qui nat⁹ est, modo non scit eum nasciturū: sciuit ergo aliquid q̄ modo non scit. Item, sciuit mundū esse creādum modo non scit eū esse creandum: aliquid ergo sciuit quod modo non scit: & alia huiusmodi infinita dici possunt. Sed ad hoc dicimus q̄ idem de natiuitate huius nominis, & mundi creatione, nunc etiā scit, q̄ sciebat antequam fierent, licet tunc & nūc hanc scientiā eius diuersis exprimi verbis oportet. Nam quod futurum erat, nunc prēteritū est. Ideo q; verba cōmutanda sunt ad ipsum designandū. Sicut diuersis tēporibus loquētes, eandem diem modo per hoc aduerbium cras designamus, dum adhuc futura est: modo p hodie dum præsens est, modo per heri, dū prēterita est. Itaq; antequam crearetur mund⁹, sciebat De⁹ hunc creandū: post q̄ creatus est, scit eū creatum: nec est hoc scire diuersa, sed omnino idē de creatione mundi. Sicut antiqui patres crediderunt Christum nasciturum & moriturū, nos autē credim⁹ eum natū & mortuum, nec tamē diuersa credim⁹ nos & illi, sed eadem.

Oppositio.

Solutio.

dem. Tempora enim, vt ait Aug. varia sunt, & loquat
deo verba sunt mutata non fides. Indubitante nes di
ergo teneamus Deum semper omnia scire, quæ hoc po
liquando scit.

DE OMNIPOTENTIA DEI, VBI PRIV CONSIDERATVR QVARE DICATUR omnipotens.

DISTINCT. XLII.

De potentia Dei in comparatione ad possibilia quæ potest.

NVNC de omnipotentia Dei agendum est, vb
prima consideratio occurrit, quomodo vere
Deus dicatur omnipotens: an quia omnia possit,
an tantum quia ea possit quæ vult. Quod n. Deus
omnia possit, pluribus authoritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in libr. quæst. vtee-

Quæst. 97. ad princip.

ris ac nouæ legis: Omnia quidem potest Deus, sed
non facit, nisi quod cõuenit veritati eius & iustitiæ. Idem in eod. Potuit Deus cuncta facere simul,
sed ratio prohibuit, id est, voluntas. Rationem
nempe ibi voluntatem Dei appellauit, quia Dei
voluntas rationabilis est & æquissima. Fatendum
est ergo Deum omnia posse.

Quomodo dicatur Deus omnia posse cum nos multa possumus, quæ ipse non potest. B

SED quæritur quomodo omnia posse dicatur, cũ
nos quædam possumus quæ ipse non põt. Nõ potest. n. ambulare, loqui, & huiusmodi, quæ à natura diuinitatis sunt penit⁹ aliena, cum horum instrumẽta nullatenus habere queat incorporea &

Responsio.

simplex substãtia. Quib⁹ respõdendum arbitror,
quod huiusmodi actiones, ambulatio scil. & locutio, & huiusmodi, à Dei potentia alienę non sunt,
sed ad ipsam pertinent. Licet n. huiusmodi actiones in se De⁹ habere non possit, non n. põt ambulare vel loqui & huiusmodi, eas tamen in creaturis potest operari, facit n. vt homo ambulet, &
loqua-

loquatur, & huiusmodi. Non ergo peristas actiones diuinæ potentiæ detrahitur aliquid, quia & hoc potest facere omnipotens.

De aliis obiicitur. C

SED sunt alia quædam quæ Deus nullatenus facere potest, vt peccata: nō enim potest mentiri, nō pōt peccare. Sed nō ideo omnipotentiæ Dei in aliquo detrahitur vel derogatur, si peccare non posse dicitur, quia non esset hoc potentiæ sed infirmitatis. Si enim hoc posset, omnipotens non esset: Non ergo impotentię, sed potentiæ imputādum est, quod ista non potest. Vnde Augustin. in 15. libr. de Trinit. Magna, inquit, Dei potentia est non posse mentiri. Sunt n. quædam quæ in aliis rebus potentię deputanda sunt, in aliis vero minime: & q̄ in aliis laudabilia sunt, in aliis vero reprehensibilia sunt: Non ergo ideo Deus min' potens est, quia peccare non potest, cum omnipotēs nullatenus possit esse qui hoc potest. *Aug. ca. 1. li. 1. de symbolo ad catechumenos. tom. 9. Soluit.* *Cap. 15. non lōge à prin.*

Item de aliis opponit. D

Sunt etiam & alia quædam quæ Deus non potest, vnde videtur non omnia posse: nō enim potest mori vel falli. vnde Augustin. in libr. de symb. Deus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri nec potest vinci. Hæc vtiq; & huiusmodi abśit, vt possit omnipotens, si enim huiusmodi passionibus & defectibus subiici posset, omnipotēs minime foret. Et ideo mōstratur omnipotens, quia ei hęc propinquare nō valent: potest tamen hæc in aliis operari. *In lib. 1. de symbolo fidei ad catechumenos. ca. 1. in Tom. 9. ad principiū.*

Quod omnipotentia Dei secundum duo considerat.

Hic ergo diligenter cōsiderantibus, omnipotētia eius secundum duo apparet, scil. quod omnia facit quæ vult, & nihil omnino patitur: secundū vtrūq; Deus omnipotēs verissimè p̄dicatur, quia nec aliquid est, q̄ ei ad patiendum corruptionem

inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimẽtum afferre. Manifestum est itaq; Deum omnino nihil posse pati, & omnia facere posse, prętereo sola quibus eius dignitas lædęretur, eiusq; excellentiæ derogaretur: in quo tamen nõ est minus omnipotẽs. Hoc n. posse nõ esset posse, sed nõ posse. Nemo ergo Deum impotentẽ in aliquo dicere presumat, quia omnia potest quę posse potentiæ est & inde vere dicitur omnipotens.

Quibusdam authoritatibus traditur, quod ideo dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult. F

Cap. 96. in fine Tom. 3.

Ex quibusdam tamẽ authoritatib⁹ traditur ideo vere dici omnipotẽs, quia quicquid vult potest, vnde Aug. in ench. Nõ ab aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniã quicquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturę volũtatis omnipotẽtis impeditur effectus. Idem in libr. de Sp. & litera: Non potest Deus facere iniusta, qui ipse est sũma iustitia & bonitas. Omnipotẽs vero est, nõ q̃ possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult, ita vt nihil valeat eius voluntati resistere quin cõpleatur, aut aliq̃ modo impedire eandem. Ioan. Chrysost. in hom. quadã de expositione symboli ait, omnipotens dicitur De⁹ qa posse illius nõ potest inueniri non posse: dicente propheta. Omnia quæcũq; voluit fecit. Ipse est ergo omnipotẽs, vt totũ quod vult possit. vnde Apostol⁹. Eius, inquit, voluntati quis resistit? His authoritatibus videtur ostendi, quod Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quod omnia potest, quæ vult, non quia omnia possit.

Chrys. hom. in expositione symboli Apostolorum ad principiũ. tom. 5.

Psal. 113.

Rom. 9. 6.

Determinatio præmissarum authoritatum. G

Sed ad hoc potest dici, quod Aug. vbi dicit. Omnipotens non dicitur quod omnia possit, &c. tã amplè & generaliter accepit omnia, vt etiam mala includeret, quæ Deus non potest, nec vult: non ergo negauit eum posse oĩa, quæ conuenit ei posse.

Si-

Similiter cum dicit. Non ob aliud veraciter dicitur omnipotēs, nisi quoniam quicquid vult potest: nō negat eum posse etiam ea, quę nō vult, sed aduersus illos, qui dicebāt Deum multa velle, quæ nō poterat, affirmat eū posse quicquid vult, & ex eo verè dici omnipotentē non ob aliud, quā quia potest quicquid vult. Sed caue quomodo intellīgas: Pōt quicquid vult se posse, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri. Si n. dicas ideo omni potentē vocari, qa pōt quicquid vult se posse; ergo & Petr⁹ similiter omnipotens dici potest vel quilibet sanctorum beatorū, qa potest quicquid vult se posse, & potest facere quicquid vult facere. Non n. vult facere nisi quod facit, nec posse, nisi quod potest, sed non potest facere quicquid vult fieri. Vult n. saluos fieri qui saluandi sunt, veruntamen eos saluare nō valet. Deus autē quicquid vult fieri, potest facere. Si n. vult aliquid fieri p se, potest illud facere per se & per se, facit: sicut cęlū & terrā per se fecit, quia voluit. Si autem vult fieri p creaturam, & per eam operatur: sicut per homines facit domus & huiusmodi artificialia. Et Deus quidem ex se, & per se potest: homo autem vel Angelus, quantumcunque beatus est, non est potens ex se vel per se.

Quomodo intelligendum sit, quicquid vult.

Oppositio. H

Sed forte dices: nec Dei filius potest à se, nec spiritus sanctus, sed sol⁹ pater. Ille n. potest à se, qui est à se: filius autem, quia nō est à se, sed à patre, nō potest à se, sed à patre: & spiritus S. ab vtroq;. Ad q̄ dicimus, quia licet filius non possit à se, nec operetur à se, potest tamen, & operatur per se: sic & spiritus S. Vnde Hilar. in lib 9. de Trinit. Naturę, inquit, cui contradicis hęretice, hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, nè à se agat: & ita non à se agit, vt per se agat. Per se autem dicitur agere & potēs esse, quia naturalem habet potentiā eandē

Hilar. post medium lib. 9.

quam & pater, qua potens est & operatur: sed quia illam habet à patre, non à se; ideo à patre non à se dicitur posse & agere. Homo autē vel angelus gratuitam habet potētiam, qua potens. Ideo ergo vere ac propriè Deus Trinitas omnipotens dicitur, qa per se, id est, naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil n. vult fieri quod non possit facere per se, vel per creaturas; & nihil vult se posse, quod non possit: & omne q vult fieri, vult se posse,: sed non omne quod vult se posse, vult fieri, si enim vellet, fieret: quia voluntati eius nihil resistere possit.

OPINIO QVORVNDAM DICENTIUM *Deum nihil posse nisi quod facit.*

DISTINCT. XLIII. A

De potentia Dei comparatione ad quant tatē: ostendens eius immensitatem, siue quantum Deus sit.

QVIDAM tamē de suo sensu gloriantes, Dei potentiam sub mēsura coartare conati sunt. Cū enim dicunt, hucusque potest Deus, & nō amplius, quid hoc est aliud quam eius potentiam quæ infinita est, concludere & restringere ad mensuram. Aiunt enim, non potest Deus aliud facere quam facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his quæ facit. Istamque primam suam opinionem verisimilibus argumentis, causisque commentitiis nec non & sacrarum authoritatum testimoniis munire conantur dicentes. Non potest Deus facere, nisi quod bonum & iustū est fieri: non est autem iustum & bonum fieri ab eo, nisi quod facit. Si enim aliud iustum est, & bonum eum facere quam facit, non ergo facit omne quod iustum est, & bonum eum facere, sed quis audeat hoc dicere?

Ratio illorum prima.

Secunda ratio. B

Addunt etiam, non potest facere, nisi quod iustitia eius exigit: sed non exigit eius iustitia, vt faciat,

ciat, nisi quod facit: non ergo potest facere, nisi quod facit. Eademq; iustitia exigit, vt id non faciat quod non facit: non autem potest facere contra iustitiam suam, nō ergo potest aliquid eorum facere quæ demittit.

Responsio ad prius dictum. C

His autē respōdemus, duplicem verborum intelligentiam aperientes, & ab eis inuoluta euoluētes sic: Non potest Deꝰ facere nisi quod bonum est & iustum, id est, non potest facere, nisi illud, ꝙ si faceret bonum & iustum esset, verum est: sed multa non potest facere, quæ non bona sunt nec iusta, quia nec sunt, nec erunt, nec bene fiunt, nec fient, qa nunquam fiēt. Itē, quod secundo oppositū fuit: Non pōt facere nisi quod iustitia sua exigit; &c. Nō pōt id facere quod iustitia sua exigit vt non fiat. Dicimus, quia exactionis verbum de Deo cōgrue non dicitur, nec proprie accipitur, & in illis locutionibus duplex est sensus. Si n. intelligas, non potest facere nisi quod sua iustitia exigit, id est, nisi quod volūtas sua iusta vult, falsum dicis. Iustitia n. ipsius Dei æquissima voluntas accipitur: qualiter accipit Augustin. illa verba Domini in Genes. loquentis ad Loth. Non possum quicquam facere donec illo introeas exponens: non posse, inquit se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed nō poterat per iustitiam: quasi poterat quidē, sed non volebat, & illa voluntas iusta erat. Si vero p hæc verba intelligis eum nō posse facere, nisi illud quod si fieret, iustitiæ eius conueniret, verum dicis. Similiter distingue illud: Non potest facere ꝙ sua iustitia exigit vt non faciat, id est non potest facere id, quod ipse qui est summa iustitia, nō vult facere, falsum est. Si autem his verbis intelligas non posse facere id, quod iustitiæ eius conuenire non potest, verum dicis.

Genes. 19. Hæc habentur in lib. 2. contra secundam Gaudentii epist. cap. 22. ad medium. Tomo 7.

Tertia

Tertia illorum ratio. D

Addunt quoq; & alia dicentes: Non potest Deꝰ facere nisi quod debet: non autem debet facere nisi quod facit, si n. debet alia facere, non ergo facit omne ꝙ debet: si vero facit omne ꝙ debet, nec potest facere nisi quod debet, non ergo potest facere nisi ꝙ facit. Item, Aut debet dimittere quod dimittit nè faciat, aut non debet. Si nō debet, nō rectè dimittit: si vero debet dimittere, ergo nō debet facere. Si autem nō debet nec decet, nō oportet eum facere: & si non decet nec oportet eū facere, ergo nō potest facere: nō ergo pōt facere, nisi ꝙ facit, nec potest illud dimittere ꝙ facit quin faciat, qa debet illud facere: & ꝙ debet facere, non potest illud dimittere. *Sed* vt mihi videtur, hoc verbum debet, venenum habet. Multiplicem n. & inuolutam continet intelligentiam: nec Deo proprie competit, qui non est debitor nobis nisi fortè ex promisso: nos vero ei debitores sumꝰ ex commisso. Vt autē venenū euacuetur, distingue verbi sensum: Non pōt Deꝰ facere nisi quod debet, id est, nisi quod vult, falsum est. *Sic* enim potest ipse dici debere aliquid, quia vult illud. Si autem dicitur, non potest nisi quod debet, id est, non potest nisi illud, quod si faceret, ei benè cōueniret, verū est. Addunt quoq; illi dicentes, nihil facit aut dimittit, nisi optima & rationabili causa, licet nobis occulta sit: secundum quam oportet eū facere ac dimittere, quæ facit vel dimittit. Ratio n. penes eum est, quia illa facit & illa dimittit, quæ ratio ęterna est, & semper manens, prętęr q̄ non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente non potest ꝙ facit dimittere, nec quod dimittit facere: & ita non pōt facere, nisi quod facit. Et ad hoc respondemus, ambiguitatem locutionis determinantes. Cum n. dicitur ratio vel causa optima penes Deū est, qua facit cuncta quæ facit, & dimittit ea quæ

Responsio.

Quarta illorum ratio.

Responsio.

ea quæ dimittit, verum quidē est: quia in eo voluntas est æquissima & rectissima, qua facit & dimittit quę vult, contra q̄ facere nō potest, nec p̄ter eam facere potest. Nec vtiq; contra eā faceret, nec præter eam, si ea quæ facit dimitteret, vel quę dimittit faceret: sed eadē manēte ratione & causa, alia potuit facere, & ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes eum, qua alia facit, & alia dimittit, potest tamen secundum eandem rationem, & dimittere quæ facit, & facere quæ dimittit. Ipsi etiā addunt: Ratio est eum facere quæ facit, & nō alia & nō potest facere nisi quod ratio est eum facere, & ita non potest facere nisi quod facit. Item, ratio est eum dimittere quę dimittit, & non potest non dimittere, quod ratio est eum dimittere, & ita nō potest non dimittere quod dimittit. Et ad hoc dicimus locutiones ambiguas esse, & ideo determinandas. Si enim cum dicitur, nō potest facere, nisi quod ratio est eum facere, intelligas eum nō posse facere nisi ea, quæ rationabilia sunt, & ea quæ si fierent rationabilia essent, verus est sensus. Si autē intelligas eum non posse facere alia rationabilia & bona, nisi ea quæ vult & facit, falsus est intellectus. Item, aliud adiungunt dicentes: Si potest Deꝰ aliud facere quam facit, potest ergo facere quod non præsciuit: & si potest facere quod non præsciuit, potest sine præscientia operari: quia omnē quod facturum se præsciuit facit; nec facit aliquid quod non præsciuit. Quod si præter præscientiam eius aliquid fieri impossibile est, omne ergo quod præscitum est, fieri necesse est. ergo aliud fieri quam fit nulla ratione possibile est: ergo non potest à Deo fieri nisi quod fit. Hæc autem quæstio de præscientia, facilē determinari potest per ea quæ superius dicta sunt, cum de præscientia ageretur.

Adhuc addunt quæst.

Responsio.

Hæc quæst. ex prædictis facile determinatur.

Authō-

Authoritatibus vtuntur in assertionem suæ opinionis.

His autē illi scrutatores qui defecerunt scrutā tes scrutinia, sāctorū annectūt testimōia. Dicit n. Aug. in li. de symbolo: Hoc solum nō pōt Deus q̄ non vult, per quod videtur non posse facere aliquid, nisi quod vult: sed non vult nisi quod facit, & ita videtur non posse: nisi quod facit. Illud autem ita intelligendum est. Id solum non potest Deus q̄ non vult, scil. se posse. Idem in 7. libr. Confes. ad Deum loquens, ait: Nec cogeris inuitus ad aliquid, qa voluntas tua non est maior quam potētia: esset autem maior, si teipso tu ipse maior esses. Ex hoc videtur Deus nō possit plura quā vult, sicut non vult plura quam potest. Sicut n. voluntas non est maior potentia, ita nec potentia maior est voluntate. Ideoq; sicut plura non vult quā pōt, ita eum nō plura posse, q̄ velle dicunt. Sed ad hoc dicim⁹, quia nec voluntas potentia, nec potētia volūtate maior est, qa vna & eadē res est potētia & voluntas, scil. ipse Deus: qui esset maior seipso, si voluntas maior esset potentia, vel potentia voluntate. Nec hac authoritate negatur Deū plura posse quam velle, quia plura sunt subiecta eius potentiæ quam voluntati. Fateamur itaq; Deum plura posse facere quæ non vult, & posse dimittere quę facit. Quod vt certius firmiusque teneatur, scripturæ testimoniis asseram⁹, Deum plura posse facere quā facit. Veritas ipsa secundum Matth. ait: An putas quia nō possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Ex quib⁹ verbis patēter innuitur, qa & filius poterat rogare quod non rogabat, & pater exhibere q̄ non exhibebat. Vterq; ergo poterat facere q̄ non faciebat. Augustinus etiam in ench. ait: Omnipotentis voluntas mutata potest facere quæ non vult, nec facit: potuit enim face-

In tom. 9. in lib. 1. in medio cap. 1.

Cap. 4. in fine. Tom. 1.

Responsio.

Matth. 26. f

Cap. 7. lib. de spir tu & lit. era tom. 3.

facere, vt duodecim legiones angelorum pugnarent contra illos qui Christum ceperunt. Idem in eodem: Cur apud quosdam non factæ sunt virtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines pœnitentiã: & factæ sunt apud eos qui nõ erant credituri? tunc non latebit q̃ nunc latet. Nec vtiq; iniuste De⁹ noluit saluos fieri, cum possent salui esse si vellet. Tunc in clarissima sapiẽtiæ luce videbitur, q̃ nunc piorũ fides habet, antequã manifesta cognitione videatur, q̃ certa & immutabilis & efficacissima sit voluntas Dei: quæ multa possit & non velit, nihil autẽ q̃ non possit velit. Idem in lib. de nat. & gratia. Domin⁹ Lazarum suscitauit in corpore. Nunquid dicendum est, nõ potuit Iudã suscitare in mẽte? Potuit quidẽ, sed noluit. His authoritatib⁹ aliisq; multis aperte docetur, quod Deus multa possit facere quę non vult: quod etiã ratione probari potest. Nonenim vult Deus omnes homines iustificare, & tamẽ quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere quam facit: & tamẽ si aliud faceret, ali⁹ ipse non esset. Et potest aliud velle quam vult: & tamen eius voluntas nec alia, nec noua, nec murabilis aliquo modo potest esse. Quod etsi possit velle quod nunquam voluit, non tamen nouiter, nec noua voluntate, sed sempiterna tantum voluntate velle potest. potest enim velle q ab æterno potest voluisse: habet enim potẽtiam volẽdi & nunc & ab æterno, quod tamen nec modo vult, nec ab æterno voluit.

Cap. 95. in Tom. 3. ad princip.

In medio c. 7. in tom. 7. Ioan. 11. f.

Quod sine mutabilita-te potentiæ vel voluntatis potest Deus & alia facere quam quæ vult vel facit.

AN DEVS POSSIT FACERE ALIquid melius quam facit.

DISTINCT. XLIIII. A

NVNC illud restat discutiendum, vtrum meli⁹ aliquid possit facere quam facit? Solent enim illi scrutatores dicere, quod ea quæ facit Deus, non potest meliora facere: quia si posset facere

cere

cere & non facere, inuidus esset, & nõ summè bonus. Et hoc ex simili astruere conantur, ait n. Augustin. in lib. 83. quæst Deus quẽ genuit, quoniam meliorem se generare nõ potuit (nihil n. Deo melius) debuit æqualem. Si n. voluit & non potuit, infirmus est. Si potuit & noluit, inuidus. Ex quo cõfirmatur æqualem genuisse filium. A simili volunt dicere, quod si potest Deꝰ rem meliorẽ facere quã facit, inuidus est. Sed non valet huius similitudinis inductio, quia filium genuit de substantia sua. Ideoque si posset gignere æqualem, & non gigneret, inuidus esset: alia vero quæ non de substantia sua facit, meliora facere potest.

quæst. 50. in princip. Tomo 4.

Quæstio qua illi arctantur. B

Verum hic ab eis respõderi deposco, cur dicũt rẽ aliquam siue etiam rerum vniuersitatẽ, in quã maior cõsummatio expressa est, nõ posse esse meliorem quã est? siue ideo, quia summè bona est, ita vt nulla omnino boni perfectio ei desit: siue ideo quia maius bonum quod ei deest, capere ipsa nõ valeat. Sed si ita summè bonũ dicitur, vt nulla ei perfectio boni desit, iã creatura creatori æquatur. Si vero ideo non potest melior esse, quia bonũ amplius quod ei deest, capere ipsa non valeat, iam hoc ipsum nõ posse defectionis est, non consũmatiõis: & potest esse melior si fiat capax melioris boni, quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo Deꝰ meliorẽ rem facere quã facit. Vnde August. super Genes. Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec vellet: & si talem fecisset, quis dubitat eum meliorẽ fuisse. Ex prædictis cõstat, quod potest Deus & alia facere quam facit, & quæ facit meliora ea facere quam facit.

Lib. 11 de Gen. ad litẽram c. 7. in principio, Tomo 3.

Vtrum alio vel meliori modo possit facere quam facit. C

Post hæc considerandum est, vtrum alio modo vel meliori quã facit, possit ea facere quæ facit? si

Responsio.

modus

modus operationis ad sapientiam opificis referatur, nec alius, nec melior modus esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius quam facit, idest, alia sapientia, vel maiori sapientia: nihil enim sapientius potest facere quam facit. Si vero referatur modus ad rem ipsam quam facit Deus; dicimus quia & alius, & melior potest esse mod⁹. Et secundum hoc concedi potest, quia ea quæ facit, potest facere melius, & aliter quam facit: quia potest quibusdam meliorem modum existẽdi præstare, & quibusdam alium. Vnde Aug. in 13. lib. de Trin. dicit, quod fuit & alius modus nostræ liberationis possibilis Deo, qui omnia potest: sed nullius alius nostræ miseriæ sanandæ fuit conuenientior. Potest ergo Deus eorum quæ facit, quędam alio modo meliori, quędam alio modo æquè bono, quædam etiam minus bono facere quam facit: vt tamen modus referatur ad qualitatẽ operis, i. creaturę, nõ ad sapiẽtiã creatoris. *Cap* 10. *in principio*.

Vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit. D

Præterea quæri solet: Vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit. Quod quibusdam videtur dicẽtibus, potuit De⁹ incarnari, & potuit mori, & resurgere, & alia huiusmodi, quæ modo non potest. Potuit ergo quæ modo non potest, & ita habuit potentiam quam modo non habet, vnde videtur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus, quia sicut omnia semper scit quę aliquãdo sciuit, & semper vult quæ aliquãdo voluit, nec vnquã aliquã sciẽtiã amittit, vel volũtatẽ mutat quã habuit: ita omnia sẽper potest quæ aliquãdo potuit, nec vnquã aliqua potẽtia sua priuatur. Nõ est ergo priuat⁹ potẽtia incarnãdi vel resurgẽdi, licet nõ possit modo incarnari vel resurgere. Sicut n. potuit olim incarnari, ita & potest modo incarnat⁹ esse: in quo eiusdẽ rei potẽtia mõstratur. Vt n. *Responsio.* *Hic non tenet.*

olim sciuit se resurrecturum, & modo scit se resurrexisse. Nec est alia scientia illud olim sciuisse, & hoc modo scire, sed eadem omnino. Et sicut voluit olim resurgere, & modo resurrexisse: in qua vnius rei volũtas exprimitur: Ita potuit olim nasci & resurgere, & modo ipse potest natus fuisse & resurrexisse: & est eiusdẽ rei potẽtia. Si enim posset modo nasci & resurgere, non esset idem posse. Verba enim diuersorum temporum diuersis prolata temporibus, & diuersis adiuncta aduerbiis, eundem faciunt sensum: vt modo loquentes dicim⁹, iste potest legere hodie, cras autẽ dicem⁹, iste potest legisse, vel potuit legere heri: vbique vnius rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes, eiusdem temporis verbis & aduerbiis vtamur, dicẽtes hodie, iste potest legere hodie, & dicentes cras, iste potest hodie legere: non idem sed diuersa dicimus eum posse. Fateamur ergo Deum semper posse quicquid semel potuit, id est, habere omnem illam potentiã quã semel habuit, & illius omnis rei potentiam cuius semel habuit: sed non semper posse facere omne illud quod aliquando potuit facere. potest quidẽ facere aut fecisse q̃ aliquãdo potuit. Similiter quicquid voluit & vult, i. omnẽ quã habuit volũtatẽ, & modo habet: & cuiuscũq; rei volũtatẽ habuit, & modo habet, non tamen vult esse vel fieri, omne quod aliquando voluit esse vel fieri, sed vult fuisse vel factum esse: Ita & de scientia Dei dicendum est.

DE VOLVNTATE DEI, QVÆ ESSENtia Dei est vna & æterna, & de signis eius.

DISTINCT. XLV.

De quidditate voluntatis Dei.

IAm de voluntate Dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo, quia voluntas siue volens de Deo secundum essentiam dicitur. Nõ est enim ei aliud velle & aliud esse,

esse, sed omnino idem. Et sicut idē est ei esse bonū quod esse Deū, ita idē est ei esse volentē, quod esse Deum. Nam voluntas qua semper volens est, non affectus vel motus est, qui in Deum cadere non valet, sed diuina vsia qua volēs est De⁹, & huiusmodi.

Quod idem licet sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici Deus esse omnia quæ vult. B

Et licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen dicendum est Deum esse omnia quæ vult: quod quidam de Dei voluntate non recte sentientes, nobis obiiciunt dicentes: Si idem est Deo velle quod esse, ergo cum dicimus Deum velle omnia quę facit, dicimus eum esse omnia quæ facit: alioquin non ibi illo verbo idem significatur, quod significatur hoc verbo esse, cum de Deo dicitur. Et si ita est, non semper dicitur de Deo velle secundum essentiam. Si vero secundum essentiam non dicitur aliquando, quomodo ergo dicitur de Deo? relatiue enim nunquam dicitur. Ad quod dicim⁹, quia licet idem penitus sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia quæ vult: sicut idem est Deo esse quod scire, nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoque potest dici esse omnia.

Obiectio quorundam.

Responsio. Plenam continens solutionem.

Quis sit sensus horum verborum, Deus scit, vel Deus vult: Item, Deus scit omnia, vel vult aliquid: & quid de Deo in his prædicetur. C

Et vbicunque Deus dicitur scire vel sciens, vel velle, vel volens, hæc de eo secundum essentiam dicuntur. Cum enim dicitur, Deus scit, vel Deus vult, siue Deus est sciens vel volens, essentia diuina prædicatur, & Deus esse enunciatur. Cum autem additur, omnia, vel aliquid vel aliqua, & dicitur Deus scit omnia, vel vult aliquid vel aliqua: essentia quidem diuina prædicatur non simpliciter & absolutè, sed ita vt scientiæ quæ ipse est, oīa subiecta mōstrētur, & volūtati quę ipsa eadē est, aliqd vel aliqua subiecta esse dicātur: vt talis fiat

sensus, Deus scit omnia, id est, Deus est cuius scientiæ quæ ipsius essentia est, omnia subiecta sunt. Similiter Deus vult hæc illa, id est, Deus est cuius voluntati quæ ipse est, hæc siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicitur Deus secundum essentiam, cuius voluntas essentia est sempiterna & immutabilis (licet ea varientur & transeant, quæ ei subiecta sunt) quæ non potest esse iniusta vel mala, quia Deus est.

Quod Dei voluntas summe bona, causa est omnium quæ naturaliter sunt: cuius causa non est quærenda, quia nullam habet cum sit æterna.

Hic dicti quare eius causa quærenda non est. Quæst. 28. in princip. In tom. 4.

Hęc itrq; summe bona voluntas, causa est omnium quæ naturaliter fiunt, vel facta siue futura sunt: quæ nulla pręuenta est causa, quia ętrna est. Ideoque causa ipsius quærenda non est. Qui enim eius causam quærit, aliquid maius ea quærit, cum nihil ea maius sit. Vnde Aug. in lib. 83. quæst. Qui quærit quare voluerit Deus mundum facere, causam quærit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quod efficitur. Nihil autem maius est voluntate Dei. Non ergo eius causa quęrenda est. Idem in lib. contra Manich. Si qui dixerint, quid placuit Deo facere cælum & terram? Respondendum est eis, qui voluntatē Dei nosse desiderant, causas & voluntatem Dei scire quærunt, quod voluntas Dei omniū quæ sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas, est aliquid quod antecedat voluntatem Dei: quod nefas est credere. Qui ergo dicit, quare fecit Deus cęlum & terram? Respondendum est illi, quia vult. Voluntas enim Dei causa est cæli & terræ: & ideo maior est voluntas Dei, quam cælum & terra. Qui autem dicit, quare voluit facere cælum & terrā? maius aliquid quærit, quā est voluntas Dei, nihil autē mai? inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas, & id quod non est, non quærat. ne id

Aug. ad finem cap. 2. lib. 1 de Genesi, contra Manichæos. Tom. 1.

quod

quod est, non inueniat. Ecce his authoritatibus apertè insinuatur, quod voluntatis Dei causa nulla est, & ideo quærenda non est.

Quod voluntas Dei prima, & summa causa est omnium. E

Voluntas ergo Dei, vt ait August. in 3. lib de Trinit. prima & summa causa est omnium specierum atque motionum. Nihil enim fit, quod non de interiori atque intelligibili aula summi Imperatoris egrediatur secundum ineffabilē iustitiam. Vbi enim non operatur quod vult Dei omnipotentis sapientia, quæ pertingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & non solum facit ea, quæ perseuerantia consuetudinis admirationem nō admittunt, sed etiam ea quæ propter raritatem, & insolitum euentum mira videntur: vt sunt defectus luminarium, & terræmotus, & monstrosi animantium partus, & his similia: quorum nihil fit sine voluntate Dei, sed plerisque non apparet. Ideoque placuit vanitati Philosophorum etiam causis aliis ea attribuere, cum omnino videre non possent superiorem cæteris omnibus causam, id est, voluntatem Dei. Itaque non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, prēmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hæc ergo sola est, vnde ortum est quicquid est, & ipsa non est orta sed æterna.

Cap. 4. in medio.

Sapient. 8. a.

Quibus modis accipitur Dei voluntas. F

Hic non prætereundum nobis, quod sacra scriptura de voluntate Dei variis modis loqui consueuit: & tamen non est Dei voluntas diuersa, sed locutio diuersa est de voluntate, quia nomine voluntatis diuersa accipit. Nam voluntas Dei vere ac propriè dicitur quæ in ipso est, & ipsius essentia est: & hæc vna est, nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatē, quæ inexpleta esse nō potest: de qua Propheta ait: Omnia quæcūque voluit Dñs,

Quæ vere & propriè dicitur Dei voluntas, & ea dicitur bene placitum.

Psalm. 113. Rom. 9. c. Rom. 12. a. fecit. Et Apostol. Voluntati eius quis resistit? Et alibi: Vt probetis quę sit voluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Et hæc voluntas recte appellatur beneplacitum Dei, siue dispositio.

Quod secundum figuram dicitur voluntas Dei præceptio, prohibitio, consilium, permissio, operatio: & ideo pluraliter dicit scriptura voluntates. G

Aliquando vero secundum quandam figuram dicendi, voluntas Dei vocatur, quod secundum proprietatem non est voluntas eius: vt præceptio, prohibitio, consilium, necnon permissio & operatio. Ideoque pluraliter aliquando scriptura voluntates Dei pronunciat: Vnde Prophet. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: cum non sit nisi vna volũtas Dei, quæ ipse est, pluraliter tamen dici voluntates: quia voluntas Dei variis modis ac pro diuersis accipitur, vt dictum est. Ita etiam idem Propheta propter multos effectus misericordiæ & iustitiæ pluraliter dicit: Misericordias Domini in æternum cantabo. Et alibi: Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: cum tamen in Deo vna sit misericordia, vna iustitia, & vna eademque sit misericordia quæ iustitia, scilicet diuina vsia.

Psalm. 10. Psalm. 88. Psalm. 18.

Quare præceptio & prohibitio, & consilium dicantur Dei voluntas. H

Ideo autem præceptio & prohibitio atque consilium cum sint tria, dicitur tamen vnumquodq; eorum Dei voluntas, quia ista sunt signa diuinæ voluntatis; quemadmodum & signa iræ dicuntur ira, & dilectionis signa dilectio appellantur; & dicitur iratus Deus, tamen non est ira in eo aliqua, sed signa tantum quæ foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura dicendi, secundum quã nõ est falsum ꝙ dicitur; sed verum ꝙ dicitur, sub tropi nubilo obũbratur. Et

secun-

secundum hos tropos diuersæ voluntates Dei dicuntur, quia diuersa sunt illa quæ per tropum voluntas Dei dicuntur.

Vbi voluntas Dei pro præcepto, & consilio accipiatur. I

Pro præcepto Dei atque consilio potest accipi voluntas vt ibi, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Et alibi. Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse frater meus, & soror, & mater est. Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Vnde August. in lib. de spiritu & litera. Infideles, inquit, contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt.

Matth. 6. b. *Matt. 12. d.* *Cap. 33. in tom. 3. Ante medium.*

Quod Deus non vult ab hominibus fieri omnia quæ præcipit, vel non fieri quæ prohibet.

Et si illa tria dicantur Dei voluntas, ideo quia signa sunt diuinæ voluntatis: non est tamen intelligendum Deum omne illud fieri velle, quod cuicunque præcepit, vel non fieri quod prohibuit. Præcepit enim Abrahæ immolare filium, nec tamen voluit, nec ideo præcepit vt id fieret: sed vt Abrahæ probaretur fides. Et in Euangelio præcepit sanato, ne cui diceret: ille autem prædicauit vbique, intelligens Deum non ideo prohibuisse, quin vellet opus suum prædicari: sed vt daret formam homini laudem humanam declinandi.

Gen. 22. a. *Marc. 1. d.*

De permissione & operatione vbi dicantur Dei voluntas. L

Permissio quoque Dei operatio voluntas Dei appellantur, qualiter accipit Aug. in ench. dicens: Nō fit aliquid nisi omnipotens fieri velit: vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deū facere bene, etiam sinendo fieri quæcunque fiunt male: non enim hęc nisi iusto iudicio Dei sinit, & profecto bonū est omne q̄ iustū est. Ecce hic manifestè habem⁹ Dei volūtatē appellari ipsi⁹ operationē vel permissionē, cū dicit nō fieri aliquid

Cap. 95. in fine. Ibid. c. 96. in princip. continuo.

nisi omnipotens fieri velit, vbi includit & bona & mala omnia quæ fiunt. Ideoque apertè distinguit quomodo Deum velle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur velle bona & mala, subdens, vel sinendo vt fiat, hoc quãtũ ad mala dicit: vel ipse faciendo, hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri, sed non facit: bona vero ipse facit. Ideoque dixit eum velle: quia & nolens mala sinit, & volens bona operatur: & ob hoc permissio & operatio voluntas Dei dicuntur.

Quinque supra sunt proposita quæ dicuntur secundum tropum, & ideo distinguat Lector vbique pro quo eorum accipiatur voluntas. M.

Quinque ergo supra posita sunt, quę dicuntur secundum tropum Dei voluntas: quia signa sunt diuinæ voluntatis, quæ vna est & immutabilis, sc. Dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat Lector vbi de voluntate Dei scriptura cõmemorat, iuxta quem modum accipi oporteat, vtrum pro beneplacito Dei an pro aliquo signorum eius. Magna enim est adhibenda discretio in cognitione diuinæ voluntatis: quia & beneplacitum Dei est voluntas eius: & signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternum est, signum vero beneplaciti eius non, & consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, & ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri: & omne quod non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis: quia præcepit Deus multis ea quæ non faciunt, & prohibet quæ non faciunt, & prohibet quæ non cauent, & consulit quæ non implent.

ILLI

ILLI SENTENTIÆ QVA DICTVM est, Dei voluntatem non posse cassari, quæ ipse est, quædam videntur obuiare.

DISTINCT. XLVI. A

HIc oritur quæstio. Dictum est enim in superioribus, & authoritatibus communitum, quod voluntas Dei, quæ ipse est, quæ beneplacitum eius vocatur, cassari non potest: quia illa voluntate fecit quæcunque voluit in cælo & in terra: cui teste Apostolo nihil resistit. Quæritur ergo quomodo accipiēdum sit, quod Apostolus de Domino ait: Qui vult omnes homines saluos fieri. Cum enim non omnes salui fiant, sed plures damnentur, videtur vtique non fieri quod Deus vult fieri, humana sc. voluntate impediente voluntatem Dei. Dominus quoque in Euang. impiam ciuitatem compellans: Quoties, inquit, volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos sub alis, & noluisti? Ita etiā hæc dicuntur tanquam Dei voluntas superata sit hominum volūtate: & infirmissimis nolendo impedientibus nō potuerit facere potentissimus quod volebat. Vbi est ergo illa omnipotentia, qua in cœlo, & in terra, secundum Prophetam, omnia quæcunque voluit fecit? & quomodo voluntati eius secundum Apostolum nihil resistit, si colligere filios Hierusalem voluit, & non fecit? Hæc enim prædictis plurimum obuiare videntur.

Psalm. 113.

Aug. c. 97. in princip. enchiridii.

Rom. 9. d. 1. Tim. 2. b.

Ibid. paulo inferius.

Solutio quomodo intelligendum sit illud: Volui congregare & noluisti. B

Sed audiamus solutionem: ac primum quomodo accipiendum sit illud quod Dominus ait, videamus. Non. n. ex eo sensu illud dictum est vt ait Aug. in Ench. prædictā quæstionē soluens, quasi Dominus voluerit congregare filios Hierusalem: & nō sit factū q̄ voluit, qa ipsa noluerit, sed potiꝰ

Cap. 97. in fine.

ipsa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, qua tamen nolẽte filios eius collegit ipse omnes quos
Psalm. 112. voluit: quia in cælo & in terra non quædam voluit & fecit, quædam vero voluit & non fecit, sed omnia quæcunque voluit fecit: vt sit sensus: Quoties volui congregare filios tuos & noluisti, id est, quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci, te nolẽte feci. Ecce in euidẽti positum est, q̃ illa Domini verba superiorib. nõ repugnant.

Quomodo intelligendum sit illud: Qui vult omnes homines saluos fieri. C

Nunc videre restat, quomodo etiam præmissa verba Apost. prædictis non contradicant: qui Deo
1. Tim. 2. b. loquẽs ait: Vult omnes homines saluos fieri. Quorum occasione verborum multi à veritate deuiauerunt, dicentes, Deum multa velle fieri quæ nõ fiunt. Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum, quasi Deus velit aliquos saluari & nõ
Ex Aug. enchy idio c. 98. in princ. Psalm. 113. saluẽtur. Quis enim tam impiè desipiat, vt dicat Deum malas hominũ voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit in bonum nõ posse conuertere? Non est vtique verum quod in Psal. dicitur, quæcunque voluit fecit, si aliqua voluit, & nõ fecit: & quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit. Ideoq; cum audim⁹,
Cap. 10. in. Ench. id. in princip. & in sacris literis legimus, quod velit omnes homines saluos fieri: non tamen ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare, sed intelligere quod scriptum est: Vult omnes saluos fieri, tanquã diceretur, nullũ hominẽ fieri saluum, nisi quẽ saluũ fieri ipse voluerit: nõ q̃ nullus sit hominũ nisi quẽ saluũ fieri velit, sed quod nullus fiat saluus nisi quem velit saluari: & ideo rogãdus est, vt velit: quod necesse est fieri, si voluerit.
Ibidẽ fere continuo. Nõ est n. credẽdus omnipotens aliquid voluisse fieri quod factũ non sit. Sic etiã intelligitur illud.

Illu-

illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: non quia nullus hominum est qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest & alio modo illud intelligi, dum tamē credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumq; non esse: qui sine vllis ambiguitatibus siue in cælo & in terra sicut veritas cantat, omnia quęcunque voluit fecit: profecto facere non voluit quæcunque non fecit. Ex his apertè ostenditur quod Deus ea voluntate quæ ipse est, non vult aliquid fieri quod non fiat, neque non fieri quod fiat. *Ioan.1.a* *Ibidem in fine cap.103.*

Vtrum mala Dei voluntate fiant, an eo nolente. D

Ideoque cūm constet omnia bona quæ fiunt, eius fieri voluntate, quæ si fieri nollet nullatenus fierent, rectè quæri solet, vtrum & mala omnia quæ fiunt id est peccata, Dei fiant voluntate: an nolente eo fiant? Super hoc diuersi varia sentientes sibi contradicere inueniūtur. Alii enim dicunt quod Deus vult mala esse vel fieri, non tamen vult mala. Alii verò q; nec vult mala esse nec fieri. In hoc tamē cōueniūt & hi & illi, q; vtiq; fatētur Deum mala nō velle. Vtriq; vero rationibus & authoritatibus innitūtur ad muniendā suam assertionem.

Quare dicunt quidam Deum velle mala esse vel fieri. E

Qui enim dicunt Deum mala velle esse vel fieri, suam his modis muniunt intentionem: Si enim, inquiunt, mala non esse vel non fieri vellet, nullo modo essent vel fierent: quia si vult ea non esse vel non fieri, & nō potest id efficere, scil, vt non sint vel non fiant, voluntati eius & potentiæ aliquid resistit, & nō est omnipotens, quia nō potest quod vult: sed impotēs est sicuti & nos sumus, qui quod volumus quandoq; non valemus. Sed quia omnipotens est, & in nullo impotens certū est nō posse fieri mala vel esse nisi eo volente. Quomodo enim

enim inuito eo & nolente posset ab aliquo malũ fieri, cum scriptum sit. Voluntati ei⁹ quis resistet? Supra etiam dixit August. quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt: fiunt autem, vult ergo fieri. Item bonũ est mala esse vel fieri: alioquin summe bonus non permitteret ea fieri. Vnde Aug. in Ench. Quamuis ea inquit, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sunt bona: tamẽ vt non solum bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam si esset hoc bonum vt essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono, cui proculdubio quam facile est quod vult facere, tam facile est, quod non vult esse non sinere. Hæc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, quia nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperte habes, quod bonum est mala esse: omnis autem boni Deus author est, qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse, ergo & mala vult fieri vel esse. His atque aliis huiusmodi rationibus & authoritatibus vtuntur qui dicunt Deum velle mala esse vel fieri.

Rom. 9. c.

Cap. 9. 6. ad principium tom 3.

Hic ponit rationes illorum, qui dicunt, Dei voluntate non fieri mala vel non esse. F

Illi vero qui dicunt Dei voluntate mala non fieri, vel non esse, inductionibus præmissis ita respondent, dicentes: Deum nec velle mala fieri nec velle non fieri, vel nolle fieri, sed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri vel esse, faceret vtique ea fieri vel esse: & ita esset author malorum: non est autẽ author malorũ, vt sanctorũ protestãtur authoritates, nõ ergo ei⁹ voluntate fiunt mala. Itẽ: si nollet mala fieri, vel vellet non fieri, & tamẽ fierẽt, omnipotẽs nõ esset: cum ei⁹ voluntas humanæ voluntatis effectu impediretur. Ideoq; nõ concedunt Deum velle mala fieri, ne malorũ author intelligatur: nec cõcedunt eum velle mala nõ fieri

vel

vel nolle fieri, ne impotens esse videatur: sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, vt non author, sed permissor malorum monstretur. Vnde & Euang. vbi ostendit Deum authorem esse omnium bonorum, dicens, omnia per ipsum facta sunt: consequēter malorum authorem esse negat dicēs: Et sine ipso factum est nihil, id est, peccatum: Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente & inuito, sed tantum sine eo, id est, sine eius voluntate fit peccatum. Non ergo *Deo* volente vel nolente, sed non volente fiunt mala: quia nō subest Dei voluntati, vt malum fiat vel non fiat: sed vt fieri sinat, quia bonum est sinere mala fieri: & vtique volens sinit non volens mala, sed volens sinere sinit vt ipsa fiant: quia nec mala sunt bona, nec ea fieri vel esse bonum est.

Quomodo intelligendum sit illud Aug. mala fieri bonum est. G

Quod vero Aug. ait, Mala fieri bonum est, nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonum, vt ea essent, ea ratione dictum esse asserunt, quia ex malis quæ fiunt: Deus bona elicit; nec ipse permitteret ea fieri nisi eis boni aliquid faceret. Vnde Aug. in eodem li. Ench apertè indicans prædictorum verborum esse talem intelligentiam ait: Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas, cum summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens & bonus, vt benefaceret etiā de malo. Item in eodē: Melius indicauit Deus de malis bona facere, quā mala nulla permittere. Ex hoc itaq; sensu dictū est ac verū est, bonū est mala fieri, qa ex malis quæ fiunt, bonis (qui secūdum propositum vocati sunt sancti) accidit bonitas, i. vtilitas. Talibus enim (vt ait Apost.) in bonum cooperantur omnia etiam mala, qa eis prosunt, quæ aliis facientib⁹ obsunt. Vnde etiā aliquan-

Augustin. ad principium cap. 96. in Ench.

Ad princip. c. 11. in 10. 3.

Hieron. ad illud. Va homini illi per quē filius hominis tradetur. Marc. 14.

liquando in scriptura legitur malum appellari bonum; vt Hieronym. super Marcū: Malum, inquit, a Iudæ bonum fuit, scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi, inde sequitur quod simpliciter bonū fit; propriè enim ac simpliciter bonum est, quod in se & faciēti bonum est.

Quadripartita est boni acceptio. H

Est enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit: sed nō est bonum faciēti, vt cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum; & aliquid bonum in & se facienti, sed non ei cui fit, vt cum veritas propter Deū alicui nō obedienti prędicatur, & aliquid in se & faciēti, & ei cui fit bonum, vt cum veritas prædicatur propter Deum credenti. Vnde Apost. Bonus odor sumus Deo, aliis odor vitæ, aliis odor mortis. Est autem aliud, quod nec in se bonum est, & facienti nocet, & damnat, nisi pœniteat, vt malum: valet tamen ad aliquid. Vt enim

In princip. ca. 10. to. 3.

ait Aug. in Ench. A summè & æqualiter, nec immutabiliter Trin. bona creata sunt omnia: nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona; quia ex omnib. consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiā illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bona, vt magis placeant & laudabiliora sint, dum cōparantur malis.

Quod mala vniuersitati valeant & facientibus sua propria, vel patientibus aliena prosunt, electis tamen. I

Hinc patet quod ex malis quę fiunt aliquod prouenit bonum, dum bona magis placent, & laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientibus, ex malis quæ faciunt interdum bona proueniunt, si secundum propositum vocati sunt sancti. Talibus enim

Aug. c. 9. ad finem. to. 7.

vt ait August. in l. de correct. & gratia, vsque adeo Deo omnia cooperatur in bonum, vt siqui horum

deui-

deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt, atque doctiores: vt Petrus. Illa etiam mala quæ ab iniquis fideles pie perferunt, vt ait Aug. in. lib. de Trinit. ipsis vtique prosunt: vel ad delenda peccata: vel ad exercendam probandamque iustitiã: vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam. Ideoq; & Iob Dei manũ, & Apost. Satanę stimulũ sensit: & vterq; benè profecit: qa malũ bene portauit. *Aug. c. 16. lib. 13.*

Ex prædictis concludit ostendens esse bonum fieri mala multis modis. K

Si quis igitur diligenter attendat quæ scripta sunt, facile est ei percipere ex malis bona prouenire: & ex ea ratione dictum esse, quod bonum est mala fieri vel esse, non quia malum sit bonum, vel quia bonũ sit malum fieri. Non est. n. bonũ malũ fieri ab aliquo, quia non est bonum vt aliquis faciat malum. Si. n. hoc esset bonum, profecto huius Deus author esset, qui est author omnis boni. Quod si huiꝰ Deꝰ author est, eo ergo authore homo agit mala, & ita eo authore homo fit deterior. Et sic eo authore homo fit deterior, tunc eo volente homo fit deterior. Idem est. n. dicere aliquid fieri Deo authore, quod Deo volente: Deo autẽ authore homo non fit deterior, ergo non Deo volente, vt August. in lib. 83. quæst. apertè astruit à minori, dicens ita: Nullo sapiente homine authore fit homo deterior: tanta enim est ista culpa, quæ in sapientem hominem cadere nequit: Est autem Deus omni homine sapiente præstantior: Multo minus ergo Deo authore fit homo deterior. Multo enim est præstantior Dei voluntas, quam hominis sapientis. Illo autem authore cum dicitur, illo volente dicitur: ergo est vitium volũtatis humanæ quo est homo deterior: quod vitium si longè abest à Dei volũtate, vt ratio docet, à quo sit quęrendũ est. Et sic aperte dicit Augustinꝰ *Quæst. 3. in princ. to. 4.*

Deo

Deo authore vel volente hominem non fieri deteriorem, sed vitio voluntatis suæ. Non est ergo Deo authore quod malum fit ab aliquo: & ita Deo volente mala non fiunt.

Quod in Deo non est causa vt sit homo deterior. L

Aug. li 83. quæstionũ. quæst. 4. in princ. tõ 4.

Deinde idem Aug. quærens quæ sit causa vt homo sit deterior, in Deo non esse asserit, in eodem li. dicens, vt sit homo deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est: Si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet homine, aut in eo qui neque Deus neque homo sit: sed non in Deo (Bonorum enim Deus tantum causa est) ergo in homine est, aut in eo quod neque Deus neque homo. Et ex his apertè ostenditur quod est bonum vt sit homo deterior: qa nõ est Deꝰ eius rei causa, qui tãtũ causa bonorũ est. Et si nõ est bonũ vt homo fiat deterior, nõ est ergo bonum vt ab eo fiat malũ: non ergo vult Deus vt ab eo fiat malum.

Aliter probat quod Deo authore non fiunt mala. M

Item aliter etiam ostenditur quod Deo authorẽ, id est, volente non fiunt mala: quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse, malum est. Ipse autem author mali nõ est: tẽdit vero ad non esse qui operatur malum: non ergo Deo authore est, q; aliquis operatur malũ. Non est ergo bonum quod aliquis operatur malum, quia tantum boni Deus author est. Hoc autẽ Aug. in eod. li. apertè explicat ita dicens: Qui omnium quæ sunt, author est, & ad cuius bonitatẽ id pertinet, vt sit omne quod est: boni tantum modo causa est. Quocirca mali author non est, & ideo ipse summum bonum est: à quo in nullo deficere bonũ est, & malũ est deficere. Nõ est ergo causa deficiendi, id est, tendẽdi ad non esse, qui vt ita dicam, essendi causa est: qa omniũ quæ sunt author est: quę in quãtũ sunt, bona sunt. Ecce apertè habes quod defi-

Quæst. 21. in princ. li 83 quæst. Ibidẽ paulo inferius. Ibidẽ paulo superius.

deficere á Deo qui summum est bonum, malum est: mala ergo facere malum est: non ergo Deo authore vel volente mala fiunt.

Obiectio quorundam sophistica, qua probare nituntur ex Deo esse quod mala fiant. N

Iam sufficiẽter ostensum est, quod Deo authore non fiunt mala. Quidã tamẽ sophisticè incedẽtes, & ideo Deo odibiles, pbare conantur ex Deo authore esse ꝙ mala fiunt hoc modo. Quod mala fiunt, verum est; omnẽ autem verum quod est à veritate est quæ Deus est: à Deo ergo est quod mala fiunt. Quod autem omne verum à Deo sit, confirmant authorit. Aug. in li. 83. q. ita dicentis: Omne verum à veritate verum est: est autem veritas Deus: Deum ergo habet authorem omne verum. Est autem verum quod mala fiunt vel sunt, Deus ergo author est, quod sunt vel fiunt mala.

In principio li. 83. quæst. tom. 4.

Responsio vbi concedit omne verum esse à Deo, & sophisma aperit. O

Quibus facile est nobis respõdere: sed indignũ responsione videtur quod dicunt. Omne namꝙ verum à Deo est, vt ait Aug. cui consonat Ambr, qui tractãs illud verbum Apostoli, Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritu S. dicit quod cum verum à quocunq; dicitur à spiritu S. est. Cũ itaque verum sit quod mala fiunt, hoc verum ꝙ dicitur illa locutione, scilicet mala fiunt à Deo est: sed non inde sequitur quod à Deo sit, vt mala fiãt. Si enim hoc diceretur, author malorum Deus esse intelligeretur: quod ex simili manifeste falsum ostenditur: Deꝰ prohibet furtum fieri: sed furtum fieri verum est: ergo prohibet verum: non sequitur.

Ambr. to. 2. cap. 9. lib. 1. de vocatione gentium.

Partem quæstionis approbat illorum qui dicunt Deum non velle mala fieri. P

Hæc igitur, & alia huiusmodi inania relinquẽtes promissæ quæstionis parti saniori fruẽtes, quę

sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicamus, Deum non velle mala fieri: nec tamen velle non fieri neque nolle fieri? Omne ergo quod vult fieri, fit: & omne quod vult non fieri, non fit. Fiunt autem multa, quæ non vult fieri, vt omnia mala

QVOD VOLVNTAS DEI SEMPER impletur de homine quocunque se vertat.

DISTINCT. XLVII.

Quod voluntas Dei semper sit efficaciter.

Aug. c. 100. in Enchyr.

VOLVNTAS quippe Dei semper efficax est, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur, quocunque se vertat. Nihil enim (vt ait Augustinus) in libero arbitrio constitutum superat voluntatẽ Dei: & si faciat contra eius voluntatem, tamen contra eius voluntatẽ, quæ ipse est nihil putandum est, ita fieri tanquam velit fieri, & non fiat: vel nolit fieri, & fiat. Illa enim voluntas, vt ait Aug. in Enchir. semp impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur: sed tamen non implemus eam quãdo peccamus. A nobis impletur, quãdo bonum facim⁹, ideo n. facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suam voluntatẽ: quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur q̃ vult. Nõ n. vult Deus, vt peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, pœnitenti vult parcere, vt viuat. in peccatis vero perseuerantem punire, vt iniustitiæ potentiam contumax nõ euadat. Sicut alios abæterno præparauit ad pœnam, ita alios p̃parauit ad gloriam: & hæc sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ei⁹. Et tã sapiẽter exquisita, vt cũ angelica & humana creatura peccasset, i. non q̃ ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam p eandem creaturæ volũtatem, qua factum est quod creator non voluit, impleret ipse q̃ voluit: bene vtens etiam malis tanquam summe bo-

Psalm 100. Aug. in Enchyridio, c. 101. in principio.

me bonus ad condemnationē, quos iustè prædestinauit ad pœnā, & ad eorum salutē quos benigne prędestinauit ad gratiam. Quantum n. ad ipsos attinet, q̄ Deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam, eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas ei⁹. Præterea namq̄ magna opera Domini, sunt exquisita in omnes volūtates eius, vt miro & ineffabili modo nō fiat præter ei⁹ voluntatē, q̄ etiam fit contra ei⁹ voluntatem: qa non fieret si non sineret: nec vtiq̄ nolens sinit, sed volens: nec sineret bonus fieri malè: nisi omnipotēs etiam de malo posset facere bonum bene. His verbis euidenter monstratur quod voluntas Dei æterna semper impletur de homine: etiā si faciat homo contra Dei voluntatē. Sed attendendū est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatē, quod tamen non fit prę ter eā, & qualiter intelligendum sit illud: quātum ad se, fecerunt q̄ Deus noluit: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Vidētur enim ista superioribus obuiare vbi dictum est, voluntati eius nihil resistere.

Hic aperit dicens diuersis modis supra accipi Dei voluntatem. B

Verum vt supra diximus, voluntas Dei diuersis modis accipitur: quæ diuersitas in p̄dictis verbis si diligēter notetur, nihil ibi cōtradictionis reperitur. Vbi enim dicit non fieri præter eius voluntatē etiam q̄ fit contra eius voluntatē dissimiliter accepit voluntatē: & non ipsam voluntatē quæ De⁹ est & sempiterna est: sed ei⁹ signa prædictis verbis intelligi voluit, id est, prohibitionem siue præceptionem & permissionem. Multa enim fiunt contra Dei præceptum vel prohibitionem, quæ tamen non fiunt præter eius permissionem. Ipsius namque permissione omnia fiunt mala: quæ tamen præter eius voluntatem sempiternam fiunt.

In tom. 8. enarratione ad Psalm. 16. vers. 5. In medio c. 100. in Enchiridio.

Sicut Augustin. dicit super illum locum psal. Vt non loquatur os meum opera hominum. Opera hominū dicit ea quæ mala sunt, quæ præter Dei voluntatē fiunt quæ ipse est: sed non præter eius permissionem, quæ ipse nō est. Appellatur tamē ipsa Dei voluntas, quia Deꝰ volēs sinit mala fieri. Fiūt & contra eius præceptionē vel prohibitionē, sed nō contra eius voluntatem quę ipse est: nisi dicantur contra eam fieri, quia præter eam fiunt. Contra eā quippe nihil ita fit, vt velit fieri quod non fiat, vel nolit fieri & fiat: quod euidenter ibi Augustin. notauit, vbi ait: Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit, fecerunt: quantum vero ad omnipotentiā Dei, nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret, fecerunt contra Dei prę̄ceptum quod appellatur voluntas, sed non fecerunt contra Dei voluntatē omnipotentem, quia hoc nō valuerunt: illud valuerunt, & ita per hoc quod fecerunt contra Dei voluntatē, id est, præceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est, impleta est voluntas eius sempiterna, qua eos damnari volebat. Vnde Gregor. super Gen. Multi voluntatē Dei peragunt, vnde mutare contendunt, & consilio eius resistētes obsequūtur: quia hoc eius dispositioni militat, quæ humanū studium resultat. Hic aperte ostenditur, qa dum mali consilio ac præcepto Dei resistunt, q̄ voluntas Dei appellatur, ea faciunt vnde voluntas eius quæ ipse est, impletur: quæ dispositio vel beneplacitum vocatur. Nam vt ait Aug. in Ench. quantę̄libet sint voluntates angelorum & hominum bonorum vel malorum, vel illud q̄ Deus vel aliud volentiū q̄ Deus, omnipotentis volūtas sē̄per inuicta est: quæ mala esse nunquā potest, quæ etiam dum mala irrogat, iusta est: & profectò quæ iusta est, mala nō est. Deus ergo omnipotens siue per misericordiam cuius vult misereꝰ tur, siue per iudiciū quē vult obdurat, nec iniquè aliq̄d facit, nec

Greg. ca. 11. li. 6. moralis expositionis in Iob ad illud c. 5. Qui comprehendit sapientes in astutia eorum.

Augustin. in princip. ca. 102. tom. 3.

nec nisi volens quicquam facit, & omnia quæcunque vult facit.

Summatim perstringit sententiam prædictorũ addens quare Deus præcepit omnibus bona facere & mala vitare cum non velit hoc ab omnibus impleri. C

EX prædictis liquet quod voluntas Dei quę ipse est, semper inuicta est, nec in aliquo quassatur, sed per omnia impletur. Consilium vero eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implẽtur quibus proposita & data sunt. Neq; ideo præcepit omnib⁹ bona, vel prohibuit mala, vel cõsulit optima, quod vellet ab omnibus bona quæ p̃cepit fieri, vel mala quę prohibuit, vitari. (Si enim vellet, vtiq; & fierent, quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas) sed vt iustitiam suam hominibus ostenderet, & mali essent inexcusabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia pœnã sortirentur, sicut vtrisq; ab æterno præparauit. Ea ergo quę omnibus præcepit vel prohibuit, à quibusdam voluit fieri vel vitari, sed non ab omnibus: & quædã personaliter præcepit, & in veteri, & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit fieri voluit: vt Abrahæ de immolatione filii & in Euangelio quibusdam curatis, quibus prȩcepit nec cui dicerent. *Genes. 22. a Marci 1. d*

QVOD ALIQVANDO HOMO BONA *voluntate aliud vult, quam Deus: & aliquando mala, id quod Deus bona voluntate bona vult.*

DISTINCT. XLIII. A

SCIENDVM quoque est, quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod Deus vult fieri: & aliquando bona est voluntas hominis, aliud volẽtis quam Deus. Vt enim bona sit hominis voluntas, oportet attendere quid cõgruat ei *Qualiter voluntas nostra diuinã conformetur.*

ei velle, & quo fine. Tãtum n. interest inter voluntatem Dei, & voluntatẽ hominis, vt in quibusdam aliud cõgruat Deo velle, aliud homini. Vnde Aug. in ench. Aliquãdo bona volũtate homo vult aliqd, quod Deus non vult, bona multo amplius, multoq; certius voluntate. Nam illius mala volũtas esse nunquã põt: tanquam si bonus filius patrẽ velit viuere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, vt hoc velit homo voluntate mala, q̃ Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrẽ, velit etiam hoc Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus: iste vero id vult q̃ vult & Deus: & tamen bonæ Dei voluntati pietas illius potius consonat, quamuis aliud volentis, q̃ huius idem volentis impietas: Multum enim interest qd velle homini, quid velle Deo congruat: & ad quẽ finem suam quisque referat voluntatem, vt approbetur vel improbetur. Potest enim velle bonum, quod non congruat ei velle: & potest velle bonũ, quod congruit, sed non refert ad finem rectum, & ideo non est bona voluntas.

In princip. c. 10. tom. 3.

Quod bona Dei voluntas mala hominum voluntate impletur: vt in passione Christi contigit, vbi quiddam factum est, quod Deus bona & Iudæi mala voluntate voluerunt, voluerunt tamen & aliquid quod Deus non voluit.

Illud quoque non est prætermittendum, quod aliquando Dei volũtas bona per malam hominis voluntatem impletur: vt in crucifixione Christi factum est, quẽ Deus bona voluntate mori voluit: Iudæi vero impia voluntate eum crucifixerunt: Et volebant Iudæi mala voluntate quiddam, q̃ Deus bona voluntate volebat, scil. vt Christus pateretur, moreretur; sed volebãt & aliquid aliud quod Deus nolebat, scil. occidere Christum: quod fuit mala actio & peccatum: Actum quippè Iudæorũ non

Aug. c. 101. in Ench. ad medium.

non voluit Deus, passionem vero Christi voluit: sicut & in ipso Psalm. Christus ad patrem ait: Tu cognouisti sessionē meam, i. voluisti & approbasti passionem meam, tibi n. placuit. Voluit itaque tota Trinitas, vt Christus pateretur, nec tamen voluit vt Iudæi occiderent: quia voluit pœnam Christi, sed non voluit culpam Iudæorum: nec tamen noluit, si enim noluisset nec fuisset. *Psalm. 138.*

Oppositio. C

Sed ad hoc apponitur sic: Si voluit Deꝰ, vt Christus pateretur, voluit vtiq; vt pateretur à Iudæis, vel nō. Si voluit vt nō pateretur à Iudæis, cum passus sit, factum est itaque quod voluit Deus non fieri. Si autem voluit eum pati à Iudęis: ergo voluit eum occidi à Iudæis: voluit itaque vt Iudæi occiderēt eū. Ad quod respondētes dicimꝰ, simpliciter concedendum esse, quod Deus voluit Christū pati & mori: quia eius passio bonum fuit, & causa nostræ salutis. Cum autē dicitur volebat eum pati vel occidi à Iudæis: hic distinguendum est. Si n. intelligitur sic, volebat eum sustinere passionem siue crucifixionem à Iudæis illatam, verus est sensus: Si vero intelligitur sic, volebat vt Iudæi occiderent eum, falsum est. Non enim volebat Deus actionē Iudęorum quæ mala erat: sed volebat passionē bonam: & hæc voluntas per malas Iudæorū voluntates impleta est. Vnde Augustinus in Enchyridio. Deus quasdam voluntates suas vtique bonas implet per malorum hominū voluntates malas: sicut p maleuolos Iudæos bona voluntate patris Christꝰ pro nobis occisus est: quod tātum bonum fuit, vt Apostolus Petrus quando id fieri nolebat, sathanas ab ipso qui occisꝰ est diceretur. Ecce manifestè habes magnum bonum fuisse quod Christus occisus est: & hoc bonum quia Petrus nolebat, ideo redargutus est. *Responsio.* *Ca. 101. ad medium, tom. 3.* *Matth. 16. d*

Vtrum placuerit viris bonis quod Christus pateretur & moreretur: placuit quidem intuitu nostræ redemptionis, sed non ipsius cruciatus. D

EX quo soluitur quęstio qua quęri solet, vtrum viris sanctis placere debuerit quod Christus pateretur, vel occideretur. Debuit n. eis placere intuitu nostræ redemptionis, sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt Christum mori propter liberationem hominis & impletionem diuinæ voluntatis: sed nō voluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo lætabantur & tristabantur: sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christū mori pro hominis redemptione: & tamē de morte ipsius diuersis de causis corda eorum variè mouebantur.

Quomodo sentiendum sit de passionibus sanctorum, an velle, an nolle debeamus. E

SI vero quęritur, vtrū eodē modo sentiendum sit de pasionibus & martyriis sanctorum. Dicim⁹ aliquā esse differentiam inter pasionem capitis & mēbrorum. Christi namq; pasio causa est nostræ salutis, q; non est pasio alicuius sancti. Nulli⁹ enim pasione redempti sumus nisi Christi. profuerunt quidem non modo eis qui pasi sunt, verum etiā aliis fidelibus ipsorum pasiones. verū tamē nostra redēptio non sunt: hoc enim pasio illius sola potuit qui Deus est & homo. Illius ergo pasionem credentium piæ mentes voluerunt, & optauerunt fieri, sicut futurū credebāt: pasiones vero sanctorum possum⁹ velle & nolle: vtrunq; bona voluntate, si rectos nobis proponam⁹ fines. Cui enim placuit Pauli pasio eo fine, quia p̄miū eius per hoc auctum & paratum cernebat: bonam videtur habuisse voluntatē, q̄ voluntati eius cō-

gru-

gruebat, qui cupiebat dissolui & esse cum Christo. Qui autem voluit eum declinare passionem & effugere manus iniquorum compassione pietatis, & ille habuit bonam voluntatē. Vnde Aug. in Enchiridio, Bonæ apparebant voluntates piorum fidelium qui nolebant Apostolum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala quæ Agabus propheta prædixerat: & tamen hoc illum Deus pati volebat pro annuncianda fide Christi exercens martyrem Christi: neque ipse bonam voluntatem suam impleuit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudæorum malas: & ad eum potius pertinebant qui nolebāt quod volebat, quā illi per quos volentes factum est quod volebat: quia idipsum mala voluntate fecerunt, quod Deus bona voluntate voluit. Ita & in passione Christi factum est: q̄ enim Deus voluit, hoc idem Iudęi & diabolus: sed illi mala voluntate, Deus vero bona voluntate, scilicet, vt Christus moreretur. Veruntamen illi actum voluerunt, quem Deus non voluit.

Infine ca. 101. in Enchirid.

Actor. 21. c.

* *
*

FINIS LIBRI PRIMI.

RVBRICÆ SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM

QVÆad mysterium diuinæ vnitatis atque trinitatis, licet ex parte, cognoscendum pertinere noscuntur, quantum valuimus diligẽter executi sumus. Nunc ad considerationem creaturarum transeamus.

DISTINCT. I.

Quod vnum est principium rerum & non plura. A

Quid sit creare, quid facere. Ibid B

Secundum quam rationem dicuntur de Deo huiusmodi verba, agere, facere. B.C.D

Quare rationalis creatura facta sit, id est, homo, vel angelus. E.G.H

Quomodo dicitur homo factus propter reparationem angelici casus. I

Quare ita homo sit institutus, vt vnita sit anima corpori. K.L

DISTINCT. II.

De angelis, quando facti sunt. A.B

Quod nihil factum est ante cœlum & terram. C

Quod simul cum tempore & cum mundo cœperit spiritualis creatura & corporalis. D.E

Vbi angeli mox creati fuerint. F

Quod simul creata est visibilium materia, & inuisibilium natura, & vtraq; informis. G

Quomodo dixit lucifer, ascendam in cœlum H

DISTINCT. III.

Quales facti fuerint angeli. A

An omnes angeli fuerint æquales in essentia, sapientia, & libertate arbitrii. B

Quæ communia & æqualia habuerunt angeli. C

An boni vel mali creati sint, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum. D.E.F. G.H

De triplici sapientia angelorum ante casum vel confirmationem. I

An aliquam habuerunt Dei dilectionem vel sui ante casum. K

DISTINCT. IIII.

An perfecti & beati creati sint, an miseri & imperfecti. A.B. C.D

Quod tribus modis dicitur perfectum. E.F

DISTINT. V.

De confirmatione & conuersione stantium, & auersione & lapsu cadentium. A

De libero arbitrio breuiter tangitur. B

An aliquid datum fuerit stantibus, quo conuerterentur. B.C.

Qua gratia indigebant angeli, & qua non. D

An lapsis

An lapsis sit imputanda auersio. E.F

Vtrum beatitudinem, quam acceperunt in confirmatione stantes, meruerunt per aliquam tunc appositam gratiam. G

DISTINCT. VI.

Quod de maioribus & minoribus quidam ceciderunt, inter quos vnus fuit celsior, scilicet lucifer. A

Vnde & quomodo deiecti sunt B

Quare non est eis concessum habitare in cœlo vel in terra. C

De prælationibus dæmonum. D

An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, vel aliqui in inferno. E.F

De potestate Luciferi. G

An dæmones semel victi à sanctis vltra accedant ad ipsos, vel ad alios. H

DISTINCT. VII.

Vtrum boni angeli peccare, vel mali rectè viuere possint. A

Quod cum vtrq; habeant liberum arbitrium: non tamen ad vtrunq; flecti possunt. B

Quod boni post confirmationem liberius habent liberum arbitrium quam ante. C

An possint ex natura peccare sicut ante. D

Quibus modis angeli mali noscant veritatem temporalium rerum. E

Quod magicæ artes virtute & scientia diaboli valent, quæ est eis à Deo. F

Quod malis angelis non seruit ad meritum materia visibilium rerum. G

Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas & alia fecerunt, sicut nec boni: etsi per eorum mysterium fiunt creaturæ. H.I

Quod solus Deus sic operatur creationem rerum sicut iustificationem mentis. K

Quod angeli mali multa possunt per naturæ vigorem, quæ non possunt propter Dei prohibitionem. L

DISTINCT. VIII.

Vtrum omnes angeli corporei sint. A

De formis, in quibus apparuit Deo, & de aliis in quibus angeli apparent. B

Quod Deus in specie, qua Deus est, nunquam apparuit mortalibus. C.D

Quomodo dicuntur dæmones intrare homines. F

DISTINCT. IX.

De ordinum distinctione. A

Quid appelletur ordo, & quæ sit ratio cuiuscunque nominis. B

Quod nomina illa sumpta sunt à donis gratiæ nõ propter se, sed propter nos eis data. C.D

Vtrum hi ordines ab initio creationis distincti fuerint. E

Vtrum

Vtrum omnes angeli eiusdem ordinis sint æquales. F

Quomodo dicat scriptura, decimum ordinem compleri debere de hominibus. G

Vtrum homines assumantur iuxta numerum stantium vel lapsorum. H.I

DISTINCT. X.

An omnes cælestes spiritus mittantur. A.B.C

An Michael, Gabriel, & Raphael, sint nomina ordinum vel spirituum. D.E.F

DISTINCT. XI.

Quod animæ singulæ habent angelum bonum ad custodiam, malum vero ad exitium. A.B.C

Vtrum angeli proficiant in merito, & præmio vsque ad iudicium. D.E.F.G.H

DISTINCT. XII.

De distinctione operum sex dierum. A

Quod alii senserunt omnia simul facta in materia & forma: alii per interualla temporum. B

Quomodo per interualla temporum res corporales conditæ sint. C

Quo sensu tenebræ dicantur esse aliquid, & quo dicantur non esse aliquid. D

Quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodiit, & quantum in altum ascenderit. E.F.G

De quatuor modis diuinæ operationis. H

DISTINCT. XIII.

De primo distinctionis operis A

De luce facta primo die, si spiritualis an corporalis fuerit. B.C

Quibus modis accipitur dies. D

De naturali ordine comparationis dierum, & de illo, qui pro mysterio introductus est. E.F

De intelligentia horum verborum, Dixit Deus. H

DISTINCT. XIIII.

De opere secundæ diei, qua factum est firmamentum. A.B

Quod cælum tunc factum debet intelligi.

De qua materia factum sit.

Quomodo aquæ possunt esse super cælum, & quales sint. ibid.

De figura firmamenti. C

Quare tacuit scriptura de benedictione operis huius diei. D

De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ sunt in vnum locum, cum multa sint maria & flumina. E

De opere quartæ diei, qua facta sunt luminaria. E

Quomodo accipiendum sit illud, sint in signa & tempora. G

DISTINCT. XV.

De opere quintæ diei, qua facta sunt natatilia & volatilia. A

De opere sextæ diei, qua creata sunt animalia & reptilia terræ. B

ræ. B
De venenosis & noxiis animalibus. C
Vtrum minima animalia tunc creata fuerunt. D
Quare post omnia factus est homo. E
De sententia illorum, qui simul omnia facta esse contendunt. ibid.
Quomodo intelligenda sit requies Dei. F
Quomodo accipiendum sit, quod dicitur: Deus complesse opus suum septima die, tum tunc quieuerit. G
Quomodo omnia facta à Deo dicantur valde bona. H
De sanctificatione septimæ diei. I

DISTINCT. XVI.

De hominis creatione. A
Qualis factus sit homo. B
De imagine & similitudine, ad quam factus est homo. C,D
Quare homo dicitur imago, & ad imaginem: filius vero non ad imaginem. E

DISTINCT. XVII.

De creatione animæ: an de aliquo facta sit. A
De inspiratione & insufflatione Dei quando facta fuerit animæ, an in corpore vel extra. B. C
In qua ætate factus est homo. D
Quare homo extra paradysum creatus, in paradysum sit positus. E
Quibus modis paradysus accipiatur. F
De ligno vitæ. F
De ligno scientiæ boni & mali. F

DISTINCT. XVIII.

De formatione mulieris. A.B
Quare de latere viri, & non de alia parte corporis formata sit. C
Quare dormienti viro, & non vigilanti subtracta sit costa. D
Quod de costa multiplicata in se sine additamēto extrinseco facta fuerit. E
De causis superioribus & inferioribus. E
De causis, quæ in Deo sunt simul & in creaturis, & de his quæ in Deo tantum sunt. F.G
De anima mulieris, quæ non est ex anima viri: quia animæ non sunt ex traduce. H

DISTINCT. XIX.

De statu hominis ante peccatū, qualis fuit secundum corpus & qualis post peccatum. A
Quomodo dicitur homo factus in animam viuentem. A
Corpus hominis ante peccatum mortale & immortale erat: post peccatum, mortuum. A
Vtrum immortalitas, quam tunc habuit, fuerit, de conditione na-

naturæ, an ex gratiæ beneficio. B

Si posset homo viuere semper vtens aliis lignis, & non de ligno vitæ Deo non mandante, vt de illo ederet. B.C

De immortalitate corporis. D. E.F

DISTINCT. XX.

De modo procreationis filiorum si non peccassent primi homines. A

Quare in paradyso non conierunt. B

De modo translationis in melius si non peccassent. C

Vtrum in perfectione staturæ & vsu membrorum procrearentur filii. D

Vtrum etiam in sensu paruuli nascerentur. E.F.G.H,I

De duobus bonis, altero hic dato, altero promisso. K

DISTINCT. XXI.

De inuidia diaboli, qua ad tentandum accessit. A

De forma in qua venit. B

De callidit.te serpentis. B

Vtrum elegerit serpentem, vt per eum tentaret diabolus. B

De modo tentationis. C.D

De duplici specie tentationis E

Quare peccatum hominis, & nõ angeli remediabile sit. F

Quod non soli viro præceptum fuit datum. G

DISTINCT. XXII.

De origine illius peccati. A

De mulieris elatione.

De viri elatione.

Quis magis deliquerit, vir an mulier. E F.G.

De ignorantia excusabili vel in excusabili: I,K.L

An voluntas præcesserit illud peccatum. M

DISTINCT. XXIII.

Quare Deus permisit hominem tentari, quem sciebat casurum. A

Qualis fuerit secundum animã homo ante peccatum. B

De triplici scientia hominis ante lapsum. C.D.E

Vtrum homo præscius fuerit eorum, quæ sibi futura erant. F

DISTINCT. XXIV.

De gratia hominis & potentia ante casum. A B C

De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat. D

De libero arbitrio. E

De sensualitate. F

De ratione & partibus eius. F

De simili ordine peccandi in nobis, & in primis parentibus. G

Quod in nobis est vir, & mulier, & serpens. G

De spirituali coniugio viri, & mulieris in nobis. G

Qualiter per ista tria in nobis cõsummetur tentatio. H

Quando mulier manducat sola cibum vetitum. H

Quan-

Quando etiam vir manducat. Ibip.
Quando sit veniale vel mortale peccatum. I
Quibus modis accipitur, sensualitas in scriptura. L

DISTINCT. XXV.

Definitio liberi arbitrii secundum Philosophos. A.B.C
Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. D
Quod angeli & sancti liberum habent arbitrium. E
Quod liberius erit liberum arbitrium, quando peccare non poterunt. E
De differentia libertatis liberi arbitrii secundum diuersa tempora. F
De quatuor statibus liberi arbitrii. G
De corruptione liberi arbitrii p peccatum. H
De tribus modis libertatis liberi arbitrii, à necessitate, à peceato, à miseria. I K.L.M
De libertate, quæ est ex gratia & quæ ex natura. N.O

DISTINCT. XXVI.

De gratia operante, & cooperãte. A
Quid sit voluntas. C.B
Quæ sit gratia voluntatem bonam præueniens. D
Quod bona voluntas quæ præuenitur gratia, quædam Dei bona præuenit. E F.G
Quod cogitatio boni præcedit fidem. H
Quod intellectus & cogitationem boni, & dilectionem præuenit. H
An per liberum arbitrium bonũ operatur homo sine gratia. H
Vtrum vna & eadem gratia sit, quæ dicitur operans & cooperans. I
Quomodo gratia meretur augeri. K
De tribus generibus bonorum. K
In quibus bonis sit liberum arbitrium. L

DISTINCT. XXVII.

De virtute, quid sit, & quid actus eius. A
De gratia, quæ liberat voluntatem, si virtus est vel non. C
Quomodo ex gratia incipiunt bona merita: & de qua gratia hoc intelligatur. D
Quod bona voluntas gratiæ principaliter est. E
Qua ratione dicitur fides mereri iustificationem. F
De muneribus virtutum, & de gratia quæ non est, sed facit meritum. G.H
Quotidie est vsus virtutis & liberi arbitrii: sed virtutis principaliter. I
Quidam putant virtutes bonos vsus esse liberi arbitrii, id est, actus meritis. K.L

DIS-

DISTINCT. XXVIII.

De hæresi Pelagiana. A
Quomodo Pelagiani dictis Augustini vtuntur in testimonium sui erroris. B.C
Quomodo Augustinus verba illa: determinet in retractationibus.
De hæresi Iouiniani & Manichæi, quas collidit Hieronymus. H

DISTINCT. XXIX.

Vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante. A
Si homo ante lapsum virtutes habuerit. B
De eiectione hominis de paradyso. C
Quomdo intelligendum sit illud, ne sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. D
De flammeo gladio ante paradisum posito. E
An ante peccatum homo comederit de ligno vitæ. F.G

DISTINCT. XXX.

Quod per Adam pecca um, & pœna transit in posteros. A
Vtrum illud peccatum, quod trã sit, fuerit originale vel actuale. B
Quidam putant fuisse actuale. B
Quomodo assignant illud intrasse in mundum. C
Quod originale peccatum vere fuit, quod transit in posteros. D
Quid sit originale peccatum. E
Quod originale peccatum est cu pa. I
Quod originale peccatum dicitur fomes peccati, id est, concupiscẽtia. G
Quid nomine concupiscentiæ intelligitur, quæ fomes est peccati. H
Quod per Adam originale peccatum intrauit in omnes, id est, concupiscentiã. H
An sit originale peccatum, in quo omnes peccauerunt. I
Ex quo sensu dictum est per inobedientiam vnius multi sunt constituti peccatores. K
Quod originale peccatum in Adam fuit, & in nobis est. L
Quomodo omnes dicuntur in Adam fuisse, quando peccauit, & ex eo descendisse. M N
Quod nihil extrinsecum conuertatur in humanam substantiam, quæ est ex Adam. O

DISTINCT. XXXI.

Quomodo originale peccatum à patribus transeat in filios: an secundum animam: an secundum carnem. A
Quod per carnem introducitur peccatum: & quomodo, ostendit. B
Carnis corruptionis causam ostendit, ex qua peccatum fit in anima. C
Quare dicitur peccatum esse in carne. D

Vtrum

Vtrum causa originalis peccati, quæ est in carne, sit culpa vel pœna. E F.G

Quare dicitur originale peccatum. H.I

DISTINCT. XXXII.

Quomodo originale peccatum dimittitur in baptismo. A,B

Vtrum fœditas, quam ex libidine trahit in baptismo diluatur. C

Vtrum illius concupiscētiæ Deus sit author. D

Quare illud peccatum imputetur animæ. E

Vtrum illud peccatum sit necessarium vel voluntarium. F

Quare Deus iungit animam corpori sciens eam demaculari. G

An anima sit talis, qualis à Deo creatur. H

An animæ ex creatione sint in donis naturalibus æquales. I

DISTINCT. XXXIII.

An peccata omnium præcedentium Patrum paruuli originaliter trahant, vt peccatum Adæ. A. B C

Quomodo in illo primo vno peccato plura reperiuntur. D.E

An peccatum Adæ sit grauius cæteris. F.G

An illud peccatum sit primis parentibus dimissum. H

Quomodo peccata parentum visitentur in filios, & non visitentur. I.K.L.M.N

DISTINCT. XXXIIII.

De peccato actuali. A

Quæ fuerit causa secundaria primi peccati. B

Quæ fuerit secundaria causa malorum. C

Quod nisi in bona re sit malum. D.E

Quod in his fallit dialecticorum regula de contrariis. E.G.H

DISTINCT. XXXV.

Quid sit peccatum. A.B.C

Vtrum malus actus in quantū peccatum est, sit corruptio vel priuatio boni. D.E,F.G.H I.K

Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cum nihil sit. L.M

Qualiter se homo elongat à Deo. N

An pœna sit priuatio boni. O

DISTINCT. XXXVI.

Quod quædam simul sunt peccata & pœna peccati: quædā peccata & causa peccati. Alia vero peccata & causa & pœna peccati. A

An peccatum sit causa peccati in quantum peccatum est. B

Quod non omne peccatum est pœna peccati. C

Vtrum peccata aliqua essentialiter sint sine peccato. D.E

Quod cum peccatum sit pœna peccati, peccatum est ab homine: pœna à Deo. F

De quibusdam, quæ indubitanter sunt peccata & pœna, & inquātum eas patimur peccata non sunt. G.H.I

DISTINCT. XXXVII.

Quod aliqui putant malos actus nullo modo esse à Deo. A.B.C

Ex quo sensu dictum sit, Deus non est mali author. D.E

DISTINCT. XXXVIII.

De voluntate & eius fine. A

Quid sit bonus finis, scilicet charitas. B

Quod omnes bonæ voluntates vnum finem habent, & tamen quædam diuersos fines sortiuntur. C

De differentia voluntatis, & intentionis, & finis. F.G

DISTINCT. XXXIX.

Quare voluntas dicitur peccatũ, cum sit de naturalibus, quorum nullum aliud peccatum est. A

Quare actus voluntatis sit peccatum, si aliarum potentiarum nõ sunt peccata. B

Ex quo sensu dicitur naturaliter omnis homo velle bonum. C

DISTINCT. XL.

An ex fine omnes actus pensari debeant, A

Ex quo affectu vel fine omnes sint boni vel mali. B.C.D

DISTINCT. XLI.

An omnis intentio, & actio infidelium sit mala. A.B

Quibus modis dicatur bonum. C

Quomodo intelligitur illud: peccatum adeo est voluntarium, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. D

Et illud, nusquam nisi in voluntate peccatum est. E

Et item, non nisi in voluntate peccatur. F

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum. G

DISTINCT. XLII.

An voluntas & actio mala in eodem, & circa idem sint vnum peccatum vel plura. A.B.C

Si peccatum ab aliquo commissum in eo sit, vsquequo pœniteat. D

Quibus modis accipiatur restitutus. E

De modis peccatorum. F

Quomodo differant delictum & peccatum. G

De septem principalibus vitiis. H

De superbia.

Quomodo superbia dicatur radix omnium malorum, & cupiditas: cum superbia non sit cupiditas. I

DISTINCT. XLIII.

De peccato in Spiritum S.

Vtrum omnis obstinatio sit peccatum in Spiritum S. K

Qualiter accipiatur peccatum in Spiritum sanctum. C.D

DISTINCT. XLIIII.

De potentia peccandi, an sit homini vel diabolo à Deo. A.B

An aliquando resistendum potestati.

FINIS.

PETR

PETRI LOMBARDI EPISCOPI PARISIENSIS SENTENTIARVM LIBER II.

DE RERVM CORPORALIVM ET SPIRITVALIVM CREATIONE & formatione, aliisque pluribus eò pertinentibus.

Vnum esse rerum principium ostendit, non plura, vt quidam putauerunt.

DISTINCT. I.

CREATIONEM rerum insinuãs scriptura, Deum esse creatorẽ initium-q; temporis atq; omnium visibilium, vel inuisibiliũ creaturarum in primordio sui ostẽdit, dicens: In principio creauit Deus cælum & terram. His n. verbis Moyses spiritu Dei afflatus, in vno principio à Deo creatore mundum factũ refert, elidẽs errorẽ quorundam plura sine principio fuisse principia opinantium. Plato namque tria initia existimauit: Deum scilicet, exemplar & materiam, & ipsa increata sine principio, & Deũ quasi artificem non creatorem. Creator enim est qui de nihilo aliquid facit. Et creare proprie est de nihilo aliqd facere. Facere vero non modo de nihilo aliquid operari: sed etiam de materia. Vnde & homo & angelus dicitur aliqua facere, sed non creare: vocaturque

De creatione humanæ naturæ quantũ ad principiũ efficiens in generali.

Genes. 1.

Plato dicit tria principia esse. Ex qua ratione proprie dicitur creator, & quid sit creare, & quid facere.

factor siue artifex, sed non creator. Hoc n. nomen soli Deo propriè cõgruit, qui & de nihilo quędam, & de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator & opifex & factor, sed creationis nomen sibi appropriauit, alia vero etiam creaturis communicauit. In scriptura tamen sæpè creator accipitur tanquã factor, & creare tanquam facere, sine distinctione significationis.

Quod hæc verba: scilicet agere & facere, & huiusmodi, non dicuntur de Deo secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. B

Veruntamen sciendum est, hęc verba, scil. creare, facere, agere, & alia huiusmodi de Deo nõ posse dici secundum eam rationem quã dicuntur de creaturis. Quippè cum dicim⁹ eum aliquid facere non aliquẽ in operando motum illi ineſſe intelligimus, vel aliquã in laborando pãsionẽ, sicut nobis solet accidere: sed eius sempiternæ voluntatis nouum aliquẽ significamus effectum, i. æterna ei⁹ voluntate aliquid nouiter exiſtere. Cum ergo aliquid dicitur facere, tale est, ac si dicatur, iuxta ei⁹ voluntatem, vel per eius voluntatem aliqd nouiter cõtingere vel esse: vt in ipso nihil noui contingat: sed nouum aliqd sicut in ei⁹ æterna voluntate fuerat, fiat sine aliqua motione vel sui mutatione. Nos vero operando mutari dicimur, qã mouemur. Non n. sine motu aliqd facimus. Deus ergo aliquid agere vel facere dicitur, quia causa est rerum nouiter exiſtentium: dum eius voluntate res nouæ esse incipiunt, quæ ante nõ erant absq; ipsi⁹ agitatione: vt act⁹ propriè dici nõ queat: cum videlicet act⁹ omnis in motu cõsistat: in Deo autem motus nullus est. Sicut ergo ex calore solis aliqua fieri cõtingit, nulla tamẽ in ipso, vel in eius calore facta motione vel mutatione: ita ex Dei volũtate noua habẽt esse sine mutatione authoris, q est v-

Aug. ca. 18. l. 1. de genesi ad literam in princip.

Ex quo sensu dicitur Deus aliquid facere.

num

num, & solum & omnium principium. Aristot. vero posuit principia scilicet materiam & speciē, & tertium operatorium dictum mundum quoq; semper esse & fuisse. *Circa finē 1. de generatione.*

Quod catholicum est, decet. C

Horum ergo & similium errorem Spiritus sanctus euacuās, veritatisq; disciplinam tradēs, *Deū* in principio temporum mundum creasse & ante tempora æternaliter extitisse significat, ipsi⁹ æternitatē & omnipotentiā cōmendans. Cui voluisse, facere est: qa vt prædiximus ex eius voluntate, & bonitate res nouæ existunt. Credam⁹ ergo rerum creatarum cœlestium, terrestrium, visibilium vel inuisibilium causam non esse nisi bonitatē creatoris, qui est *Deus* vnus & ver⁹. Cuius tāta est bonitas, vt summè bonus beatitudinis suæ, qua æternaliter beatus est, alios velit esse participes: quam videt & communicari posse, & minui omnino nō posse. Illud ergo bonum quod ipse erat, & quo beatus erat, sola bonitate nō necessitate aliis cōmunicari voluit: quia summè boni erat ꝓdesse velle, & omnipotentissimi nocere non posse. *Aug in Enchiridi. ca. 9. infine in tom. 3.*

Quare rationalis creatura facta sit. D

Et quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam: q̄ quanto magis intelligitur, tāto plenius habetur: fecit De⁹ rationalem creaturam quæ summum bonum intelligeret, & intelligēdo amaret, & amando possideret, ac possidēdo frueretur. Eāq; hoc modo distinxit, vt pars in sui puritate permaneret, nec corpori vniretur, scil. angeli: pars corporis iungeretur, scil. animæ. Distincta est vtiq; rationalis creatura in incorpoream & corpoream: & incorporea q̄dē angel⁹, corporea vero homo vocatur ex anima rationali & carne subsistens: Conditio ergo rationalis creaturæ primā causā habuit Dei bonitatē. *Quomodo distincta sit rationalis creatura.*

Quare creatus sit homo vel Angelus. E

Ideoq; si quęratur quare creatus sit homo vel angel⁹? Breui sermone responderi potest, propter bonitatem eius. Vnde Augustin. libr. de doctrin. Christ. Quia bonus est Deus, sumus: & in quantum sumus, boni sumus.

Lib. 1. c 32. Tom. 3. ad princ.

Ad quid creata sit rationalis creatura. F

ET si quæritur ad quid creata sit rationalis creatura? Respōdetur ad laudandū Deum, ad seruiēdum ei, ad fruendum eo: in quib⁹ proficit ipsa, nō Deus. Deus n. perfectus, & summa bonitate plen⁹, nec augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est à Deo, referēdum est ad creatoris bonitatem, ad creaturæ vtilitatem.

Breuissima responsio cum quaritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura. G

Cum ergo quæritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura? Breuissimè respōderi potest, ꝓpter Dei bonitatem, & suam vtilitatem. Vtile nempe ipsi est seruire Deo, & frui eo. Factus ergo angelus siue homo propter Deum dicitur esse: nō qa creator De⁹ & summè beatus, alterutri⁹ indiguerit officio, qui bonorum nostrorū nō eget: sed vt seruiret ei ac frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo ꝓficit seruiens, nō ille cui seruitur.

Sicut factus est homo vt seruiret Deo: sic mundus vt seruiret homini. H

ET sicut factus est homo propter Deum, i. vt ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem, scil. vt ei seruiret. Positus est ergo homo in medio vt ei seruiretur, & ipse seruiret: vt acciperet vtrūq;, & refflueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impēdit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine seruiri, vt ea seruitute non Deus, sed homo seruiēs iuuaretur: & voluit vt mūdus seruiret homini, & exinde similiter iuuaretur homo. Totum ergo bonū hominis erat, & ꝓ factū

1. Cor 3. d

factum est propter ipsum, & ppter quod ipse factus est Omnia n. (vt ait Apost.) nostra sunt, scilicet superiora & æqualia & inferiora. Superiora q dē nostra sunt ad perfruendum, vt Deus Trinitas. Æqualia, ad conuiuendum, scil. angeli. Qui etsi nobis modo superiores sint, in futuro erūt ęquales: qui & modo nostri sunt, quia ad vsum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, nō dominio, sed qa ad vsum eorum, Ipsiq; angeli in quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dū ppter nos in ministerium mittūtur. *Quomodo omnia nostra sunt.* *Ad Heb. 1. d*

Quomodo dicitur aliquando in scriptura homo factus est propter reparationem angelici casus. I

DE homine quoq; in scriptura interdum reperitur, quod factus sit propter reparationē angelicæ ruinę, quod nō est intelligendum, qa si nō fuisset homo factus si non peccasset angelus: sed quia inter alias causas, scil. ꝑcipuas, hæc etiā non nulla causa extitit. Nostra ergo sunt superiora & æqualia Nostra etiam sunt inferiora: quia ad seruiendum nobis facta.

Quare ita sit homo institutus vt anima sit vnita corpori. K

Solet etiam quæri cum maioris dignitatis videtur esse anima si absq; corpore permāsisset: cur vnita sit corpori? Ad q; primo dici pōt: quia Deꝰ voluit, & voluntatis eius causa quærēda non est. Secundo autē pōt dici, quod ideo Deus voluit eam corpori vniri: vt in humana ostenderet cōditione nouū exēplum B. vnionis, quæ est inter Deū & spir. in qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciē. Putaret n. creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate, vt eum tota mēte diligeret & cognosceret, nisi videret spiritum qui est excellentissima creatura tam infimæ, i. carni q̄ de terra est, in tanta dilectionē vniri, vt nō valeat arctari ad hoc vt velit eā relinquere: sicut ostendit Apo- *Prima causa.* *Secunda causa.* *Matth. 12. d* *1. ad Cor. 13. d.*

2. ad Cor. 5 a dit Apostolus dicens: Nolumus corpore expoliari, sed superuestiri, per q̃ ostenditur spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore vniri. Pro exemplo ergo futurę societatis, quæ inter Deum & spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis & terrenis mãsionibus copulauit: luteãq; materiã fecit ad vitæ sensum vegetare: vt sciret homo, qã si potuit Deꝰ tã dispar ẽ naturã corporis, & animę in fœderationẽ vnam, & in amicitiam tantam cõiungere, nequaquã ei impossibile futurum rationalis creaturæ humilitatẽ, licet longè inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare. Quia ergo p̃ exemplo rationalis spiritus in parte vsq; ad consortium terreni corporis humiliatꝰ est ne fortè in hoc nimis depressus videretur, addidit Dei prouidẽtia, vt postmodum cum eod. corpore glorificato ad consortium illorum, qui in sua pmanserunt puritate, sublimaretur, vt q̃ minus ex dispensatione creatoris sui acceperat cõditus, postmodum per gratiam eiusdẽ acciperet glorificatꝰ. Si ergo conditor noster Deus rationales spiritus varia fortè p̃ arbitrio voluntatis suę disponẽs, illis quos in sua puritate reliquerat, sursũ in cælo mãsionẽ, illis vero quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terra habitationẽ constituit: vtrisq; regulã imponens obedientię, quatenus & illi ab eo vbi erant, non caderẽt, & isti ab eo vbi erãt, ad id vbi non erant ascenderent. Fecit itaq; Deꝰ hominem ex duplici substantia, corpus de terra componens, animam vero de nihilo faciens. Ideo etiam vnitæ sunt animæ corporibus, vt in eis Deo famulantes maiorem mereantur coronam.

Post sacramentum Trinitatis de creatura tripartita agendum est, & prius de digniori, id est, angelica. L

Ex præmissis apparet rationalem creaturam in ange-

angelicam, & humanã fuisse distinctam: quarum altera est tota spiritualis, id est, angelica: altera ex parte spiritualis, & ex parte corporalis, i. humana. Cũ itaq; de his tractandum sit, scil. de spirituali & corporali creatura, de rationali, & de non rationali: primo de rationali & spirituali, id est, de angelis agendũ videtur: vt à cõtuitu creatoris ad cognitionẽ creaturæ dignioris ratio nostra incedat: deinde ad considerationẽ corporeę, tam illi⁹ quæ est rationalis, quã illius quę non est rationalis descendat, vt Trinitatis increatæ sacramentum tripartitæ creaturę, eique concretorum atq; contingentium sequatur documentum.

QVÆ CONSIDERANDA SVNT *de angelica naturâ.*

DISTINCT. II.

A

DE angelica itaq; naturą hæc primo considerãda sunt, quando creata fuerit, & vbi, & qualis facta sit dum primum conderetur. Deinde qualis effecta auersione quorundam, & cõuersione quorundam. De excellentia quoq;, & ordinibus, & donorum differentia, & de officiis, ac nominibus, aliisque pluribus aliqua dicenda sunt.

Agit in speciali de conditione spiritualis creaturæ, scilicet angelicæ qualis facta sit.

Quando facti sunt angeli prius dicit, in quo videntur sibi obuiare authoritates.

B

Quędam authoritates vidẽtur innuere quod ante omnem creaturã creati sunt angeli: Vnde illud. Primo omniũ creata est sapientia: q̃ intelligitur de angelica natura quæ in scriptura sæpè vita, sapiẽtia & lux dicitur. Nam sapiẽtia illa quæ Deus est, creata nõ est: Filius n. sapientia patris est genita, non facta nec creata, & tota Trinitas vna sapientia est, quæ non facta nec creata est nec genita vel p̃cedẽs. De angelica ergo vita illud accipiendũ est, de qua dicit scriptura, quando facta est, scilicet primo omnium. Sed rursum alia scriptura dicit: In principio creauit Deus cælum & terram,

Eccles. 1. a

Genes. 1. a

Psalm. 101. Et in Propheta: Initio tu Domine terrã fundasti: & opera manuũ tuarum sunt cæli. Et videtur cõtrarietas quædam oriri ex assertionib. istis. Nã si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta vidẽtur: & ita post ipsã facta vidẽtur cælum & terra, & ipsa facta ante cęlum & terram. Item si in principio creauit Deus cælum & terram, nihil factum est ante cælum & terram, nec ipsa sapientia facta est ante cœlum & terram. Cum ergo contraria videãtur, nec in diuina scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiramus intelligentiam veritatis.

Quid tenendum sit docet, præmissas authoritates determinando. C

Videtur ita q̃ hoc esse tenendum, quod simul creata est spiritualis creatura, i. angelica, & corporalis: secundum q̃ potest accipi illud Salomonis: Qui viuit in æternum creauit omnia simul, i. spiritualem & corporalem naturam: & ita nõ pri⁹ tempore creati sunt angeli quã illa corporalis materia quatuor elementorum: & tamẽ primo omnium creata est sapientia: quia etsi non tempore, præcedit tamen dignitate. Quod autẽ simul creata fuerit corporalis spiritualisq̃ creatura, Aug. super Genes. aperte ostẽdit, dicens, per cælum & terram spiritualem corporalemq̃ creaturam intelligi. & hæc creata sunt in principio, scilicet, temporis: vel in principio, quia primo facta sunt.

Eccle. 18. a

Quod simul creata fuerit corporalis, & spiritualis creatura authoritate firmat. Lib. 1. cap. 1. Tom 3.

Quod nihil factum est ante cælum & terram, nec etiam tempus: cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore. D

Ante ea n. nihil factum est: nec etiam tempus factum est ante spiritualem, scilicet angelicam naturam, & ante corporalem, scilicet, materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore, nec in tempore. Sicut nec tempus in tempore creatum est,

quia

quia non fuit tempus antequam esset cælũ & terra. Vnde Augustin. in lib. de Trin. dicit, quod Deꝰ fuit Dominus antequam tempus esset, & non in tempore cœpit esse Dominus: quia fuit Dominus temporis, quando cœpit esse tempus: nec vtique tempus cœpit esse in tempore, quia non erat tempus antequam inciperet tempus. *Cap. 16 ad principium Lib. 5.*

Quod simul cum tempore, & cum mundo cœpit corporalis, & spiritualis creatura. E

Simul ergo cum tempore facta est corporalis, & spiritualis creatura, & simul cum mundo: nec fuit ante angelica creatura q̃ mundus: quia vt ait Aug. Nulla creatura, creata est ante secula: sed à seculis cum quibus cępit. Hieron. tamen super epistolam ad Titum aliud videtur sentire dicens: Sex milia necdum nostri temporis implẽtur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quãtas seculorum origines fuisse arbitrandum est: in quib. angeli, throni, dominationes, cæteriq; ordines seruierunt Deo absq; temporum vicibus atq; mensuris, & Deo iubente substiterunt? His verbis quidam adhærentes dixerunt, cum mundo cępisse tẽpus seculare: sed ante mundum extitisse tempꝰ ęternum sine mutabilitate, & in eo immutabiter & intemporaliter astruunt angelos Deo iubẽte subsitisse, eiq; seruisse. Nos autem quod priꝰ dictum est pro captu intell gentiæ nostrę magis approbamus, saluá tamẽ reuerentia secretorum, in quibus nihil temere asserendum est. & illud Hier. dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo arbitramur. *In Tomo 3. Lib. de Genesi ad literam 5. Cap. 19. non longe à medio. In Tom. 9. Hieron. ad principium cap. 1.*

Vbi angeli mox creati fuerint: in empyreo scilicet, quod statim factum repletum est angelis. F.

Iam est ostensum quando creata fuerit angelica natura, nunc autem attendẽdum est vbi facta fuerit. Testimoniis quarundã authoritatũ euidẽter mõstratur angelos ante casum fuisse in cęlo, & inde cor-

de corruisse quosdã ꝓpter superbiam: alios verò q̃ nõ peccauerunt illic pstitisse, vnde Dominus in E-

Luc. 10. c. uãgelio ait: Videbã sathanã tanq̃ fulgur de cęlo cadentẽ; nec appellatur hoc cęlum firmamẽtum q̃ secunda die factum est: sed cęlum splẽdidum q̃ di-

Genes. 1. a citur empyreum, i. igneum à splẽdore nõ á calore quod statim factum angelis est repletum: quod est supra firmamentum, & illud empyreum quidam expositorum sacrę scripturæ nomine cęli intelligi volunt: vbi scriptura dicit: In principio creauit Deus cęlum & terram. Cęlum inquit Strabus non

Strabus in glo. ordinaria ad principium c. 1. Geneseos. visibile firmamentum hic appellat sed empyreũ, i. igneum vel intellectuale: quod nõ ab ardore sed à splẽdore dicitur: quod statim factum repletum est angelis. vnde Iob: Vbi eras cum me laudabant

Iob. 38. a astra matutina, & cætera. De hoc quoq̃ Beda ita

Beda in gl. ordinaria ad c. 1. Geneseos in principio creauit. ait: Hoc superius cælum quod à volubilitate mũdi secretum est, mox vt creatum est, sãctis angelis impletum est: quos in principio cum cælo & terra conditos testatur Dominus dicens: Vbi eras cum me laudabant astra matutina, & iubilarẽt omnes filii Dei? Astra matutina & filios Dei eosdem angelos Dei vocat. Cælum enim in quo posita sunt

Aug. lib. de Genes. ad literam 1. cap. 1. ad medium. luminaria, non in principio, sed secunda die factũ est. Ex his liquet quod in empyreo omnes angeli fuerunt ante quorundam ruinam, simulq; creati sunt angeli cum cælo empyreo, & cum informi materia omnium corporalium.

Quod simul creata est visibilium rerum materia & invisibilium natura & vtraque informis secundum aliquid & formata secundum aliquid. G

Simul ergo visibilium rerum materia & inuisibiliũ natura cõdita est: & vtraq̃ informis fuit secundum aliqd & formata secũdum aliquid. Sicut enim corporalium materia confusa & permixta (quæ secundũ Grẽcos dicta est chaos) in illo exordio

dio conditionis primariæ & formam confusionis habuit, & non formam distinctionis & discretionis, donec postea formaretur atq; distinctas reciperet species: ita spiritualis & angelica natura in sua cõditione secundum naturæ habitum formata fuit: & tamẽ illam quam postea per amorem & conuersionem à creatore suo acceptura erat formam non habuit: sed erat informis sine illa. Vnde Aug multipliciter exponens præmissa verba Geneseos, per cælum dicit intelligi informem naturam vitæ spiritualis, sicut in se potest existere non cõuersa ad creatorem in quo formatur: per terram, corporalem materiam sine omni qualitate, quæ apparet in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer secundum Esaiam: Ascendam in cælum, & ero similis altissimo: cum esset in cœlo. H

Hic quæri solet, si in cælo empyreo fuerunt angeli quum statim facti sunt, quomodo (vt legitur in Esa.) dicit Lucifer: Ascendam in cœlum, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo? Sed ibi cælum vocat Dei celsitudinẽ, cui parificari volebat: & est tale, ascendam in cælum, id est, ad æqualitatem Dei. *Esa. 14 d*

QVALES FACTI FVERINT ANGELI, *& quatuor eis attributa sunt in ipso initio suæ conditionis.*

DISTINCT. III. A

ECCE ostẽsum est vbi angeli fuerint mox vt creati sunt. Nunc cõsequẽs est inuestigare, quales facti fuerint in ipso primordio suæ conditionis: & quatuor quidẽ angelis videntur esse attributa in initio subsistẽtiæ suæ, scil. essentia simplex, id est, indiuisibilis, & immaterialis, & discretio psonalis, & per rationẽ naturaliter insitam intelligẽtia, memoria, & voluntas siue dilectio: liberum quoquẽ

q̄ arbitrium, id est, inclinādę voluntatis, siue ad bonum, siue ad malum facultas. Poterant enim p liberum arbitrium sine violentia & coactione ad vtrumlibet propria voluntate deflecti.

An omnes angeli fuerint æquales in tribus, scilicet in sapientia, in essentia, in libertate arbitrii. B

Hic considerandum est, vtrum in sua substātia spirituali & sapiētia rationali & libertate arbitrii, q̄ omnibus inerant, omnes ęquales fuerint: vt sit prima cōsideratio de substantia: secūda de forma: tertia de potestate. Persona quippe substantia est: sapiētia forma: arbitrium potestas: & ad substantiā qdem ptinet naturæ subtilitas: ad formam verò intelligentię pspicacitas: & ad potestatē rationalis voluntatis habilitas. Illę ergo essētię rationales, quę personæ erāt, & spiritus erant, naturāq̄ simplices, & vita immortales, differētem essentiæ tenuitatē, & differentē sapientiæ perspicacitatem, atque differentē arbitrii libertatem & habilitatem rectè habuisse intelliguntur: sicut in corporibus nonnulla differentia est secundum essentiam ac formā & pondus. Quædam n. aliis meliorem ac digniorē essentiam & formam habent: & alia aliis leuiora atq; agiliora sunt. Ad hunc ergo modum credendum est illas spirituales naturas conuenientes suæ puritati & excellentiæ: & in essentia & in forma & in facultate differētias accepisse in exordio suæ conditionis: quibus alii inferiores, alii superiores Dei sapiētia constituerētur, aliis maiora, aliis minora dona præstātis: vt q tūc per naturalia bona aliis excellebant, ipsi etiā post per munera gratiæ iisdē præessent. Qui n. naturā magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt: hi etiam maioribus gratię muneribus prædíti sunt, & dignitate excellentiores aliis constituti. Qui vero natura minus subtiles & sapientia mi-

tia minus perspicaces conditi sunt, minora gratię dona habuerunt, inferioresq; constituti sunt, sapientia Dei ęquo moderamine cuncta ordinantis. In ipsa facultate arbitrii differẽtia animaduertẽda est secundum differentẽ naturæ virtutẽ & differentẽ cognitionis & intelligentiæ vim. Et sicut differens vigor & subtilitas naturę infirmitatẽ nõ adducit, minorq; cognitio sapientię ignorantiam non ingerit: sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit. *Sap. 11.c*

Quæ communia & æqualia habuerunt angeli. C

Et sicut in prædictis angeli differebant: ita & q̃dam communia & æqualia habebant, quod spiritus erant, quod indissolubiles, & immortales erant, commune omnibus & æquale erat. In subtilitate vero essentię, & intelligentia sapientiæ, & libertate volũtatis differẽtes erãt. Has distinctiones intelligibiles inuisibilium naturarum ille sol⁹ comprehendere potuit & ponderare, qui cuncta fecit in pondere, numero, & mensura.

An boni vel mali, iusti vel iniusti, creati sint angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum. D

Illud quoq; inuestigatione dignum videtur, q⁹ etiam à pluribus quæri solet, vtrum boni vel mali: iusti vel iniusti creati sint angeli: & in aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum: vel sine mora in ipso creationis exordio ceciderunt.

Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos, & sine omni mora ruisse. E

Putauerunt n. quidam angelos, qui ceciderunt, creatos esse malos, & non libero arbitrio in malitiam declinasse: sed etiam in malitia à Deo factos esse, nec aliquam fuisse moram inter creationem & lapsũ, sed ab initio apostatasse: alios vero creatos fuisse plenè beatos. Qui opinionem suam muniunt authoritate Aug. super Genes. ita dicentis. *Lib. 11. c. 10. ad princip.*

Non

Nō frustra putari potest, ab initio tēporis diabolū cecidisse, nec cum sanctis angelis pacatū aliquā do vixisse & beatū: sed mox apostatasse: vnde Dominus ait, Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō stetit: vt intelligam, qa in veritate non stetit: ex quo creatus est, qui staret si stare voluisset. Idē in eod. Nō frustra, inquit, putādū est ab ipso initio tēporis vel cōditionis suæ diabolū cecidisse, & nunquā in veritate stetisse. Vnde quidā in hanc malitiā libero arbitrio non esse flexum, sed in hac quāuis à Deo putant esse creatū: secundum illud beati Iob. Hoc est, inquit, initium figmenti Dei q fecit Deus, vt illudatur ei ab angelis eius. Et Propheta ait: Draco iste quē formasti ad illudēdum ei. Tanquā primo factus sit malus, inuidus & diabolus, nec voluntate deprauatus. His aliisq; testimōiis vtuntur q dicunt angelosq; cecidisse, creatos fuisse malos, & sine mora corruisse: eos verò qui perstiterunt, perfectos & beatos fuisse creatos astruūt authoritate Aug. qui super Genes. dicit per cælum significari creaturam spiritualem, quæ ab exordio quo facta est & perfecta & beata est semper.

Ioan. 8 f

Lib. eod. in fine 19. ca. & initio 20. cōtinuo.

Iob. 40.

Aliorum sententia probabilis qui dicunt omnes angelos creatos esse bonos: & aliquam morulam fuisse inter creationem & lapsum.

ALIIS autē videtur omnes angelos creatos esse bonos: & in ipso creationis initio bonos extitisse, id est, sine vitio, iustosq; fuisse, i. innocentes, sed nō iustos, i. virtutum exercitium habētes. Nondū enim præditi erant virtutibus, quæ stantibus appositæ fuerunt in cōfirmatione per gratiam: aliis vero per liberum arbitrium superbientibus, & ideo cadētibus. Aliquā etiam fuisse morulā aiunt inter creationem & lapsum vel confirmationē, & in illa breuitate temporis omnes boni erant: non

nō quidem pervsum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium: & tales erāt qui stare poterāt, id est, nō cadere per bona creationis, & cadere per liberum arbitrium. Poterāt enim peccare & non peccare: sed nō poterant proficere ad meritū vitę, nisi gratia supperadderetur, quæ addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandum vtuntur testimonio Aug. qui super Gen. dicit, angelicam naturā primo informiter creatam & cęlum dictam: postea formatam, & lucē appellatam, quando ad creatorē est cōuersa perfecta dilectione ei inhærēs: vnde pri⁹ dictū est: In principio creauit De⁹ cęlū & terrā: & postea subditum, Dixit De⁹ Fiat lux: & facta est lux: qa in primo agitur de creatione spiritualis naturæ informis: postea de formatiōe eiusdē. Ratio quoq; obuiat illis, qui dicūt angelos creatos fuisse malos. Nō. n. potuit creator optim⁹ author mali esse: & ideo totū bonū erat, q̄ ex ipso illis erat: & totū bonum erat quoniā ex ipso totū erat. Hoc modo probatur q̄ boni erant omnes angeli quādo primo facti sunt: sed ea bonitate, quā natura incipiēs acceperat.

Aug. cap 3. l. 1. ad prin.

Probationem Augustini contra illos inducit, qui dicunt factos angelos malos: verba etiam Iob determinat, quæ illi pro se inducebant. G

Ideoque Aug. exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putāt, authoritate & ratione probat bonos fuisse creatos: & verba præmissa beati Iob, quæ illi pro se inducebāt, quo modo sint intelligenda aperit dicens super Gen. Omnia, inquit, fecit Deus valde bona: Naturam ergo angelorum bonam fecit. Et quia iniustum est vt nullo merito hoc in aliquo quod creauit De⁹ dānet, nō naturā sed voluntatē malam puniendā esse credendū est, nec eius naturā significatā esse cū dicitur, hoc est initiū figmēti Dei, &c. Sed corpus aëreū q̄ tali voluntati aptauit De⁹: vel ipsam

Lib. de Genesi ad literam. Lib. 11. ca. 22. in prine. Ibidem ca. 22. in print. continue.

ordinationem Dei, in qua eum inuitum etiam fecit vtilem bonis: & ipsius angeli facturam: quia etsi præsciret De⁹ voluntate malum futurum, fecit tamen eum prouidens quanta de illo sua bonitate esset facturus. Figmẽtum ergo Dei dicitur quia cum sciret eum Deus voluntate malum futurum vt bonis noceret, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodesset: hoc autem fecit vt illudatur ei: illuditur enim ei, cum sanctis proficit tentatio eius. Sicut & mali homines quos Deus malos futuros præuidens creauit, tamen ad sanctorum vtilitatem, illudũtur cum præstatur sanctis eorum tentatione profectus. Sed ipse est initium, quia præcepit antiquitate & principatu malitiæ. Hæc autem illusio fit angelis malis, & hominibus malis, per angelos sanctos: quia subdit eis angelos malos & homines malos, vt nõ quãtũ nitũtur, sed quãtũ sinũtur possint nocere. Ecce aperte ostẽdit qualiter prędicta verba lob intelligẽda sint, & angelicam nãturam bonam creatam esse asseruit:

Quomodo intelligenda sint verba præmissa domini, differit, enidenter tradens angelos esse creatos bonos: & post creationem cecidisse. H

Aug. lib. 11. ca. 23. in principio.

Deinde qualiter verba domini quæ supra posuit accipiẽda sint Aug aperit: vbi etiam sua quæ prædixit verba determinat, euidẽter dicens angelos bonos fuisse creatos, & post creationem interposita aliqua morula cecidisse, ita inquiẽs. Quod putatur diabolus nunquam in veritate stetisse, nũquã beatã vitam duxisse, sed ab initio cecidisse: nõ sic accipiẽdũ est, vt malus à bono Deo creat⁹ esse putetur, quasi ab initio non cecidisse diceretur. Nõ n cecidit, si talis, scil. mal⁹ fact⁹ est: à quo n. caderet? Factus ergo prius statim à veritate se auertit propria potestate delectatus, beatæq; vitę dulcedinẽ nõ gustauit: quã acceptã nõ fastidiuit, sed nolẽdo accipere amisit. Sui ergo cas⁹ prę sci⁹ esse nõ potuit:

potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem vt factus est, credidit: non ab eo quod accepit sed ab eo q̃ acciperet si Deo subdi voluisset. Ecce hic apertè declarat angelos bonos creatos fuisse, & post creationē cecidisse: & fuit ibi aliqua morula licet breuissima. Quod Orig confirmat super Ezech. dicens. Serpens hostis contrarius veritati non tamen à principio, nec statim suprà pectus & ventrem suum ambulauit: sicut Adam & Eua non statim peccauerunt: ita & serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradyso deliciarum moraretur: Deus enim malitiam non fecit. Ecce apertè dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoq; illa verba sic accipienda videntur. Homicida erat ab initio vel mendax, id est, statim post initium quandò sibi æqualitātem Deo promisit, & seipsum occidit: qui homo dicitur in Euangelio. Nec in veritate stetit: quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est, statim post initium temporis apostatauit. potest etiam & sic accepi illud. Ab initio homicida fuit vel mendax, id est, ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem præcipitauit & fallaciter seduxit. Ex prędictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse à bono, quod habuissent si perstitissent.

Gen. 3. c. Origenes to. 2. homil. 1. ante medium.

Ibidem paulo inferius.

Ioan. 2.

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum vel confirmationem. I

Hic inquiri solet, quam sapientiam habuerint ante casum vel confirmationē? Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant q̃ facti erant: & à quo facti erant, & cum quo facti erant: & habebant aliquam boni & mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum illis foret.

An aliquam Dei habuerint dilectionem vel sui inuicem. K

Solet etiam quæri, vtrum aliquem Dei vel sui dilectionē inuicē habuerint. Ad quod dici po-

test, quod naturalem dilectionem habebant, vi memoriam, intellectum, & ingenium, qua Deum & se aliquatenꝰ diligebant, per quam tamen non merebantur.

AN PERFECTOS ET BEATOS CREAuit Deus angelos, an miseros & imperfectos.

DISTINCT. IV.

De habitibus beatitudinis & miseria angelorum. Prou. 14. d.

POst hæc videndum est, vtrum perfectos & beatos creauit Deus angelos, an miseros & imperfectos. Ad quod dici potest, quod nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt, quia ex peccato miseria est. Nam si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque nunquam fuerunt illi qui ceciderunt, quia sui euentus ignari fuerunt, id est, peccati & supplicii futuri. Si enim lapsum suum præscierunt, aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt, & ita erat stulti & maligni. Ideoque dicimus, quia non erant præscii euentus sui: nec eis data est cognitio eorum, quæ futura erant super eos. Boni vero & qui perstiterunt, fortè suæ beatitudinis præscii fuerunt. Vnde Augustꝰ. super Genes. Quomodo inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atque supplicii præscius non fuit? Quæritur autem cur non fuerit? Forte hoc Deus reuelare diabolo noluit, quid facturus vel passurus esset: cæteris vero reuelare voluit, quod in veritate mansuri essent. His verbis videtur Aug. significare quod angeli qui corruerunt, nō fuerūt præscii sui casus: ideoque beati non fuerunt. Et quod angeli qui perstiterunt beatitudinem sibi affuturam præsciuerunt, atq; de ea certi in spe extiterūt, vnde quodammodo iā beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos: alios vero nō, qnescierūt euētū suū

Li. 11. ca 17. in princip.

Quod

Quod opinando Augustinus hoc dixit non asserendo, scilicet quod angeli qui perstiterunt, præscii fuerunt futuri boni. B

Sed hoc magis opinando & quærẽdo dicit Aug. quam asserendo. Vnde & huic opinioni opponens consequenter subdit. Sed quare discernebantur illi à cæteris? vt Deus istis quę ad ipsos pertinerent non reuelaret, aliis vero reuelaret: cum non prius sit ipse vltor quam aliquis peccator: nõ enim damnat ipse innocẽtes. Hic videtur innuere, quod nec peccaturis futurum malum, nec permansuris futurum bonum reuelauerit. Ideoque nec illi qui ceciderunt vnquam, nec illi qui perstiterunt vsque ad consummationem beati fuerunt: quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi non erant, vel si damnationis incerti erant. Vnde Aug. in eodem. Dicere, inquit, de angelis quod in suo genere beati esse possent damnationis vel salutis incerti: quibus nec spes esset quod mutandi essent in melius, nimia præsumptio est. Quomodo enim beati esse possunt, quib⁹ est incerta sua beatitudo.

Lib. & ca. eisdem paulo inferius.

Aug. super Gen. lib. 11. cap. 19. in principio. Cap. 17. eiusdem.

Summam colligit prædictorum, confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos, nisi per beatitudinem accipiat illum statum innocentiæ, in quo fuerunt ante casum. C

Ex prædictis consequitur quod angeli qui corruerunt, nunquam beati fuerunt, nisi beatitudinem aliquis accipiat illum statum innocentiæ in quo fuerunt ante peccatum. Illi vero qui perstiterunt, aut suam beatitudinem futuram Deo reuelante præscierunt, & ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt: vel incerti extiterunt suæ beatitudinis, & ita aliter beati non fuerunt, quam reliqui qui ceciderunt. Mihi autem quod posterius dictum est probabilius videtur.

Ex Aug. cap. 18. eiusdem lib. 1.

Responsio ad id quod quærebatur an angeli essent creati perfecti aut imperfecti. & dicitur quod perfecti fuerunt secundum aliquid, & imperfecti secundum aliquid. D

Ad hoc autem quod quærebatur, vtrum perfecti vel imperfecti fuerint creati, dici potest, quia quodammodo perfecti fuerint, & quodam alio modo imperfecti. Non enim vno modo aliquid dicitur perfectum, sed pluribus.

Quod tribus modis dicitur perfectum secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter perfectum. E

Dicitur nanque perfectum tribus modis. Est enim perfectum secundum tempus, & perfectum secũdum naturam, & est vniuersaliter perfectum, Secũdum temp^2 perfectum est, quod habet quicquid tempus requirit, & cõuenit secundum tempus haberi, & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est, quod habet quicquid debitum est, vel expedit naturæ suæ ad glorificationem, hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem, & erunt sancti post resurrrectionem. Vniuersaliter & summè perfectum est, cui nihil vnquam deest, & àquo vniuersa proueniunt bona, quod est solius Dei. Prima ergo perfectio est naturæ conditæ: secunda, naturæ glorificatæ: tertia naturæ increatæ.

Prædicta breuiter tangit, addens quales fuerunt angeli in conuersione & auersione. F

Quales fuerint angeli in creatione ostensum est, boni scilicet, & non mali: iusti. i. innocentes, & perfecti quodammodo: alio vero modo imperfecti. Beati vero non fuerunt vsque ad confirmationem, nisi beatitudo accipiatur, vt iam dictum est, ille status innocentiæ & bonitatis in quo conditi sunt.

DE

DE CONVERSIONE ET CONFIRMATIONE *stantium, & auersione & lapsu cadentium.*

DISTINCT. V.

A

Quales facti sunt angeli auersione & conuersione cadentium.

POst hæc consideratio adducit inquirere, quales effecti sint, dum diuiderentur auersione & conuersione. Post creationẽ namq; mox quidam conuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerti ad Deum, fuit ei charitate adhærere: auerti, odio habere vel inuidere. Inuidię nãque mater est superbia: qua voluerunt se parificare Deo. In cõuersis quasi in speculo relucere cœpit Dei sapientia, qua illuminati sunt: auersi verò excæcati sunt. *Esai. 14. d.* Et illi quidem conuersi sunt & illuminati à Deo gratia apposita. Isti vero sunt excæcati non immissione malitiæ, sed defertione gratiæ, à qua deserti sunt non ita quod prius dedita subtraheretur, sed quia nunquam est apposita, vt cõuerterentur. Hęc est ergo cõuersio & auersio, qua diuisi sunt, qui natura boni erãt: vt sint alii supra illud bonum per iustitiam boni, alii illo corrupto per culpam mali. Conuersio iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraq; fuit voluntatis, & voluntas vtriusque libertatis.

De libero arbitrio breuiter tangit docens quid sit. B

Habebant. n. omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas, & habilitas volũtatis rationalis. Poterant. n. voluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, id est, discernere: in quibus constat liberum arbitrium: creati sunt volẽtes auerti vel conuerti, sed habiles ad volendum hoc vel illud, & post creationem, spontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum: & ita discernit Deus lucem à tenebris, sicut dicit scriptura, i. bonos angelos à malis, & lucem appellauit diem, noctem verò tenebras: quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos verò excæcauit. *Genes. 1. a.*

Post creationem aliquid datum est stantibus, per quod conuerterentur: nec merito aliquo, sed gratia cooperans. C

Si autem quæritur: Vtrum post creationem cõuersis aliquid collatũ sit per quod cõuerterẽtur, i. diligerent Deum? Dicim⁹ quia est eis collata gratia cooperans, sine qua nõ potest proficere rationalis creatura ad meritum vitæ. Cadere .n. potest per se: sed ꝓficere nõ potest sine gratia adiuuante.

Quæ sit gratia operãs, & quæ cooperans.

Qua gratia indigebat angelus, & qua non. D

Non indigebat angelus gratia, per quam iustificaretur, quia malus non erat: sed qua ad diligendum Deum perfecte & obediendum adiuuaretur. Operãs quidem gratia dicitur qua iustificatur impi⁹, i. de impio fit pius, de malo bon⁹. Cooperans vero gratia, qua iuuatur ad benevolẽdum efficaciter, & Deum præ omnibus diligendum & operandum bonum, & ad perseuerandum in bono, & huiusmodi: de quibus postea plenius. Data est ergo angelis qui perstiterũt, cooperans gratia, per quam conuersi sunt vt Deum perfectè diligerent. Conuersi ergo sunt à bono quod habebant, non perdito ad maius bonum quod non habebant: & facta est ista conuersio per gratiam cooperantem lib. arbitrio, quæ gratia aliis, qui ceciderunt apposita non fuit.

An sit imputandum illis qui auersi sunt. E

Ideoque à quibusdam dici solet, non esse imputandum illis qui auersi sunt & conuersi, quia sine gratia conuerti non poterant: sed illa non est eis data, nec culpa illorum fuit, ꝙ nõ est data, quia in eis nulla culpa adhuc præcesserat. Ad quod dici potest, quoniã quib⁹ apposita est ipsa gratia, non fuit ex meritis eorum, alioquin iam nõ esset gratia, si ex merito quod esset ante gratiam, daretur.

Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt. F

Quod vero aliis nõ est data, culpa eorũ fuit: qa cũ stare

stare possent, noluerũt quousq; gratia apponeretur: sicut alii perstiterunt, donec illis cadentibus per superbiam eis gratia apposita est. Apertè ergo cadentium culpa in hoc deprehendi potest: quia sine gratia nequirent proficere quam nondum acceperant: per id tamen quod eis collatum erat in creatione, poterant nõ cadere, id est, stare: quia nihil erat quod ad casum eos compelleret, sed sua spontanea voluntate declinauerunt, quod si non fecissent, quod datum est aliis, vtique daretur & istis.

Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt: sed vtrum eam meruerint per gratiam tunc sibi datam ambiguum est: de hoc enim diuersi diuersa sentiunt. G

Hic quæri solet: Vtrum in ipsa confirmatione beati fuerint angeli: & an ipsam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint, plures contestantur auctoritates, & ideo pro constanti habendum est: Vtrum vero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam enim placet quod eam meruerint per gratiam, quam in confirmatione perceperunt, simulque in eis meritum & præmium fuisse dicunt: nec meritum præcessisse præmium tempore sed causa. Aliis autem videtur quod beatitudinẽ quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appositam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum, sed ad bene viuendum: nec tunc eis datum esse bonum quo mererentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod autem tunc in præmium acceperunt, per obsequia nobis exhibita, ex Dei obedientia & reuerentia mereri dicunt: & ita præmium præcessit merita: & hoc mihi magis placere fateor.

Hic non tenetur.

QVOD DE MAIORIBVS ET MINORIBVS QUIDAM CREDIDERUNT INTER QUOS VNUS FUIT CELSIOR SCILICET, LUCIFER.

DISTINCT. VI.

A

Greg. cap. 24. in. fin. li. 32. ad illud Iob. cap. 40. Ipse principium. Gre. ca. 25. in princ. lib 32. in c. 40. Iob. Gre. ad mediũ eiu, dẽ cap. 25. li 32. in ca. 40. Iob. & hom. 34. ad mediũ Luc. 15. Gaudium erit angelis. Esa. 14. ca Isid. de sũmo bon. lib 1. Cap. 12. ad prin.

PRæterea scire oportet quoniam sicut de maioribus & minoribus quoniam perstiterũt: ita de vtroque gradu, quoniam corruerunt. inter quos vnus fuit omnibus aliis cadẽtibus excellentior, nec inter stantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimoniis authoritatum monstratur. Ait enim Iob. Ipse principium viarum Dei. Et in Ezech. legitur. Tu signaculum similitudinis, plenus scientia & perfectione, decorus in delitijs paradisi Dei fuisti. Quod Greg. exponẽs ait, Quanto in eo subtilior est natura, eo magis in illo imago Dei similis insinuatur impressa. Item in Ezech. legitur. Omnis lapis pretiosus operimentum eius, id est, omnis angel⁹ quasi operimentum eius erat: quia, vt dicit Greg. in aliorum comparatione cæteris clarior fuit. vnde vocatus est lucifer, sicut testatur Esaias, Quomodo inquit cecidisti lucifer, qui mane oriebaris. &c. qui non vnus ordo, sed vnus sp. accipiendus est: qui teste Isid. postquam creatus est, eminentiam naturę & profunditatem scientię suę perpendens, in suum creatorem superbiuit in tantum, quod etiam Deo se ęquare voluit: vt in Esaia dicitur, In cælum ascendam super astra cæli, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per æqualitatem potentiæ.

Vnde & quo deiectus fuerit merito suæ superbiæ. B

Et tantę superbię merito de cœlo, id est, de empireo, in quo cũ aliis fuerat, deiect⁹ est in istũ caliginosum aerẽ cũ omnib. suę prauitatis cõsortib⁹. Nã vt Ioan. ait in Apocal. Draco de cælo cadẽs secum

cum traxit tertiam partẽ ſtellarum: quia lucifer ille aliis maior nõ ſolus cecidit, ſed cũ eo alii multi qui ei in malitia cõſenſerunt, eoſque cadentes huiꝰ caliginoſi aëris habitaculum excepit. Et hoc ad noſtram probationem factum eſt, vt ſit nobis exercitationis cauſa. Vnde Apoſt. Colluctatio eſt nobis aduersꝰ principes & poteſtates mundi huiꝰ, & aduerſus rectores harũ tenebrarum, cõtra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, quia dęmones qui ſunt ſpirituales & nequam, in hoc turbulento aere nobis propinquo, quod cælum appellatur habitant. Vnde & diabolus princeps aeris dicitur. *Ephes. 6. b.* *Ioan. 14. d. alias mũdi.*

Quod non eſt conceſſum eis habitare in cælo vel in terra. C

Non enim eſt eis conceſſum habitare in cælo, quia clarus locus eſt & amœnus: nec in terra nobiſcum, ne homines nimis infeſtarent. Sed iuxta Apoſt. Petri doctrinã in epiſtola canonica traditã, in aere iſto caliginoſo, qui eis quaſi carcer vſq; ad tempus iudicii deputatus eſt: tunc autem detrudentur in baratrum inferni, ſecundum illud. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. *2. Petr. 2. b.* *Matth. 25. d.*

Quod dæmones alii aliis præſunt, & habent etiam alias prælationes. D

Et ſicut inter bonos angelos alii aliis præſunt: ita & inter malos alii aliis prælati ſunt, & alii aliis ſubiecti, quamdiu durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præſunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, vt docet Apoſtol. Habent quoque ſecundum modum ſcientiæ maioris vel minoris, prælationes alias maiores vel minores. Quidam. n. vni prouincię, alii vni homini, aliqetiã vni vitio pręsũt. Vnde dicitur ſpir. ſuperbię, ſp. luxurię, & huiuſmodi, ga de illo vitio maximè poteſt homines tentare, à quo *1. Cor. 15. b.*

quo denominatur. Inde etiam est, quod nomine dęmonis diuitiæ vocãtur, scilicet Mamona. Est enim Mammon nomen dęmonis: quo nomine vocantur diuitiæ secundum *Syram* linguam. Hoc autem non ideo est, quod diabolus in potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit: sed quia eis vtitur ad hominum tentationem & deceptionem.

An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, an aliqui sint in inferno. E

Solet autem quæri, Vtrum omnes in isto aere caliginoso sint: an aliqui iam sint in inferno? Quod in inferno quotidie descendant aliqui dæmonũm, verisimile est, qui animas illuc cruciandas deducunt: & quod illic aliqui semper sint, alternatis fortevicibus non procul est à vero, qui illic animas detinent atque cruciant. Quod autem animæ malorum illuc descendant, atque illic puniantur, ex eo constat, quod Christus ad inferos descendit, vt iustos qui ibi tenebantur, educeret. Si.n. iusti illuc descẽdebãt, multo magis iniusti: & sicut tradidit auctorit. cũ iustos eduxit, iniquos ibi reliquit, Mom ordit.n. infernum nõ absorbuit.

Osea 13. d.

Quidam putant luciferum esse in inferno religatum, ex quo tentauit Christum & victus fuit: quem dicunt primum hominem tentasse & vicisse. F

De lucifero autem quidam opinãtur, quod ibi religatus sit, & ad nos tentandos nunc accessum non habeat: quia in Apocal. legitur: Cum consummati fuerint mille anni, soluetur Sathanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes: quod erit nouissimo tẽpore Antichristi: quando erit tanta tribulatio, vt etiã si fieri potest, moueantur electi. Quẽ ibi relegatum dicunt ab eo tẽpore, quo tẽtauit Christum in deserto vel in passiõe, & victꝰ fuit ab eo. Ipsũ putãt primũ hominẽ tentasse & vicisse: & secundo Deum, sed ab eo victum esse, & ideo in infer-

Apoc. 20.
Matt. 24. a.

inferno religatū. Alii autem putāt ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine, illuc fuisse demersū.

Quod lucifer non habet potestatem quam habebit in tempore Antichristi. G

Sed siue in infernum demersus sit siue non, credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos, quam habebit in tempore Antichristi: in quo fraudulenter ac violenter operabitur & ideo forte dicitur tūc soluēdus, qa tunc dabitur ei potestas à Deo tentādi homines, quā modo non habet.

Quod dæmones semel victi à sanctis, non accedunt amplius ad alios. H

Aliis quoque qui à sanctis iustè & pudicè viuentibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur adimi. Vnde Orig. puto inquit, sane, quia sancti repugnantes aduersus istos incentores, & vincentes minuant exercitum dæmonum, velut quam plurimos eorum interimant: nec vltrà fas sit illi spirit. qui ab aliquo sancto castè & pudicè viuēdo victus est, impugnare iterum alium hominē. Hoc autem putant quidam intelligendum tantum de illo vitio in quo superatus est: vt si de superbia aliquem virum sanctum tentat, & vincitur, vlteri⁹ non licet in illum vel alium de superbia tentare.

Ad fin. tom. 1. Homil. 15. ad lib Iosue. Ca. 12. eiusdem.

QVOD BONI ANGELI, ADEO SVNT *confirmati per Gratiam, vt peccare non possint: & mali ita obdurati in malo, vt bene viuere nequeant.*

DISTINCT. VII. A

SVpra dictum est, quod angeli qui perstiterunt, per gratiam confirmati sunt: & qui ceciderunt, à gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, quod peccare nequeūt. Mali vero per malitiā adeo sunt obstinati, quod bonā voluntatem habere, siue bene velle, non

non valent, etsi bonum sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus vult fieri, & vtique illud bonum est & iustum fieri: nec tamē bona voluntate illud volunt.

Quod vtique liberum arbitrium habent, nec tamen ad vtrunque flecti possunt. B

Sed cum nec boni peccare possint, nec mali benè velle, vel benè operari, videtur quod iam non habeant liberum arbitrium: quia in vtranq; partē flecti nō possunt, cum liberū arbitrium ad vtrāque se habeat. Vnde Hier. in tract. de prodigo filio dicit, *Solus Deus est in quem peccatum cadere non potest: cætera cum sint liberi arbitrii in vtranque partem flecti possunt.* Hic videtur dicere, quod omnis creatura in libero arbitrio constituta, flecti potest ad bonum & malum. Quod si est, ergo & boni angeli & mali ad vtrunque flecti possunt ergo & possunt fieri mali, & mali boni. Ad q̄ dicim⁹ Quia boni tanta gratia cōfirmati sūt, vt nequeāt fieri mali: & mali in malitia adeo obdurati sunt, vt nō valeāt fieri boni; tamē vtriq; habēt liberum arbitrium: quia & boni non aliqua cogēte necessitate, sed propria ac spontanea voluntate per gratiam quidem adiuti bonum eligunt, & malum respuunt: & mali similiter spontanea volūtate à gratia destituti, bonum vitant, & malum sequūtur: & mali habēt liberū arbitriū, sed depressum atq; corruptum, quod surgere ad bonum non valet.

Luc. 15. d In tom. 3. Ad Damasum papam in fine tractatus de filio prodigo.

Quod boni post confirmationem liberius arbitrium habent, quam antè. C

Boni vero arbitrium habent multo liberius post cōfirmationē quā ante. Vt. n. Aug. tradidit in ench. Nō ideo carēt libero arbitrio, quia male velle nō possūt: multo quippe liberi⁹ est arbitriū, q̄ nō potest seruire peccato. Neq; culpāda est volūtas, aut volūtas nō est, aut libera dicēda nō est, qa beati esse sic volūt, vt esse miseri nō solum nolint,

In princip. cap. 103.

sed nec prorsus velle possint. Non possunt itaque boni angeli velle malum, vel velle esse miseri: neq; hoc habent ex natura, sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ nanque confirmationem potuere peccare angeli: & quidem etiam peccauerunt, & dæmones facti sunt. Vnde Augustinus. in lib. contra Maximin. Creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt: quorum diabolus est princeps: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuicunque creaturæ rationali præstatur, vt peccare non possit, non est hoc naturę propriæ sed Dei gratiæ. Ideoque solus Deus est qui gratia cuiusquam, sed natura sua non potuit nec potest nec poterit peccare. Ecce hic insinuarunt, quod angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationē nō possunt. Quod potuerunt fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale: quod vero modo non possunt peccare non est eis ex natura, id est, libero arbitrio sed ex gratia, ex qua gratia etiam est, vt ipsum liberum arbitrium iam non possit peccato seruire.

Lib. 3. cap. 12 ad finem tomo 6.

Quod post confirmationem angeli non possint ex natura peccare sicut ante: non quod debilitatum sit eorum liberum arbitrium sed confirmatum. D

Non ergo post confirmationem angeli de natura sicut ante peccare potuerunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiā, sed ita potius confirmatū, vt iam per illud nō possit bonus angelus peccare ꝙ vtiꝙ nō est ex lib. arbit. sed ex gratia Dei. Quodergo Hier. ait, Cætera cum sint liberi arbitri, possunt flecti in vtrāque partem: accipi oportet secundum statum in quo creata sunt. Talis. n. & homo & angel⁹ creat⁹ est, qui ad vtrūq; flecti poterat: sed postea boni angeli ita per gratiā sūt cōfirmati, vt peccare nō possint: & mali ita invitio obdurati, vt bene viuere

Hier. ad finē tractat de filio prodigo ad Dama.

Isid. lib. de summo bono.

neque-

nequeant. Similiter etiam illud Isidori intelligendum est, Angeli mutabiles sunt natura: immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio suæ conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum: sed post per gratiam, ita bono addicti sunt, vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia non natura.

Quod angeli mali viuacem sensum non perdiderunt, & quibus modis sciant. E

Lib. de summo bon. 1. Cap. 12. post medium.

Et licet mali angeli ita per malitiam sint obdurati, viuaci tamen sensu non sunt penitus priuati. Nam vt tradit Isidorus, triplici acumine scientiæ vigent dæmones: sc. subtilitate naturæ, experiētia temporum, reuelatione supernorum spirituum. De hoc etiam Aug. ait, Spir. mali quædam vera de temporalibus rebus noscere permittūtur: partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores propter tam magnam longitudinem vitę: partim sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando iidem nefandi spiritus, & quę facturi sunt velut diuinando prædicunt.

Lib. 2. super Gen. ad literam c. 17. in fin. Tom. 3.

Quod magicæ artes virtute & scientia diaboli valent: quæ virtus & scientia est ei data à Deo vel ad fallendum malos, vel ad monendum, vel exercendum bonos. F

Quorum scientia atque virtute etiam magicæ artes exercentur: quibus tamen, non tam scientia quam potestas à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercēdam probandamq; iustorū patientiā. Vnde Aug. in lib. 3. de Trin. Video, inquit, infirmæ cogitationi quid possit occurrere: cur scil. ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam & magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia. Sed illud est ampli⁹ admirandum, quomodo magorum potētia, quę serpētes facere potuit, vbi ad muscas minutissimas, scili-

Cap. 7. in principio.

scil. cimices ventum est, omnino defecit: qua tertia plaga Ægyptus cædebatur. Ibi certe defecerũt magi dicentes, Digitus Dei est hic. Vnde intelligi datur, nec ipsos quidem trãsgressores angelos, & aëreas potestates in imã istam caliginem tanquã in suigeneris carcerem ab illius sublimis ętherea puritatis habitatione detrusos: per quos magicæ artes possunt quicquid possunt: non autem aliqd valere possunt, nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallẽdum fallaces sicut in Ægyptios, & in ipsos etiam magos data est, vt in eorum spirituũ operatione viderentur admirandi, à quib⁹ fiebant damnandi: vel ad monendum fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis in scriptura sunt ꝓdita: vel ad exercendam, probandam, manifestandamq; iustorum patientiam. *Ibidem continuo.*

Quod transgressoribus angelis non seruit ad nutum materia rerum visibilium. G *Lib. eod. c. 8. in princ.*

Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam: sed Deo potius à quo hæc potestas datur quantum immutabilis iudicat.

Quod non sunt creatores, licet per eos Magi ranas, & alia fecerint sed solus Deus. H

Nec sane creatores illi mali angeli dicẽdi sunt, ꝙa per illos magi ranas & serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creauerunt. Omnium quippe rerum ꝙ corporaliter visibiliterq; nascuntur, occulta ꝙdam semina in corporeis mundi huius elementis latent: quæ De⁹ originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est inuisibilium seminum: quia quæcunq; nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminib⁹ accipiũt progrediẽdi hic primordia, & incremẽta debitæ magnitudinis, distinctionesque formarum ab originalibus (vt dicam) regulis sumunt. *Ibidem fere continuo Augustin.*

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricolæ frugum: ita nec boni angeli nec mali, etsi per eorum ministerium fiant creaturæ. I

Sicut ergo nec parentes dicim⁹ creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quãuis eorum extrinsec⁹ adhibitis motib⁹ ad ista creanda Dei virtus interius operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerũ nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas tẽperationes elemẽtorum latentes spargunt: atq; ita & gignendarum rerum & accelerandorum incremẽtorum præbent occasiones. Sed nec boni hęc, nisi quantum De⁹ iubet, nec mali hæc iniuste faciunt: nisi quantum iuste ipse permittit: Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustam: potestatem autem non nisi iustè accipit siue ad suam pœnam, siue ad aliorum: vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.

Ibid. continuo Aug.

Ibid. continuo.

Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur: licet creatura extrinsecus seruiat. K

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, prædicare autẽ extrinsecus euangelium etiam homines possunt, nõ solum boni per veritatẽ, sed etiam mali per occasionẽ: ita creationem rerum visibilium Deus interi⁹ operatur. Exteriores autem operationes atq; cõtẽplationes siue occasiones ab angelis tam bonis q̃ malis, vel etiam ab hominibus adhibẽtur. Sed hæc ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quãtum eis desunt ad sensuũ subtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuscunq; angelis vicinas causas ab elemẽtis cõtrahere, quanto facili⁹ est, tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates: sed nõ est creator nisi q̃ principaliter ista for-

Ibid. paulo inferius eodem c. 7.

Lib. 3. de trinit. cap. 9.

Aug. cap. 9. eiusdẽ lib. 3. ad mediam.

formāt: nec quisquā hoc potest, nisi vnus creator Deus. Aliud est n. ex intimo ac summo causarum cardine condere ac ministrare creaturam: q̄ facit solus creator Deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam operationem forinsecus admouere: vt tunc vel tunc, sic vel sic, exeat quod creatur. Ista quippe originaliter & primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus postea prodeunt. *Cap. 9 eiusdem li. 3. de Trin. in princ.*

Quod angeli mali multa possunt per naturæ vigorem, quæ non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur. L.

Illud quoq; sciēdum est, q̄ angeli mali quędam possunt per naturæ subtilitatem, quæ tamen non possent propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur illa facere à Deo, vel ab angelis bonis: possent vtiq; fecisse cinifes, qui ranas serpentesq; fecerunt. Quædam vero non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus: qa nō permittit Deus. Vnde Aug. in lib. 3. de Trinit. Ex ineffabili potētatu Dei fit, vt q̄ possent mali angeli, si permitterētur, ideo non possunt, quia nō permittuntur. Neq; h. occurrit alia ratio, cur non poterant facere cinifes, qui ranas serpētesq; fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum sanctum: quod etiam magi confessi sunt, dicētes: Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam possint, nec tamē possint propter prohibitionem: & quid per ipsius naturæ suæ conditionem facere nō sinātur, homini explorare difficile est, imo impossibile. Nouimus hominē posse ambulare, & neque hoc posse si nō permittatur: volare autem nō posse, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quædam possūt facere si permittātur ab angelis potentioribꝰ ex imperio Dei: quædam vero nō possunt etiā *Cap. 9. in medio. Quare non potuerunt producere cinifes qui ranas, & serpentes fecerunt. Exod 8.*

si ab eis permittantur: quia ille non permittit à q̃ est illis talis naturæ modus: qui etiam per angelos suos illa plerunq; non permittit, quæ concessit vt possint.

De potestate dæmonum quam habẽt super corpora similia humanis. Cap. 30. Aug. in 2. lib. retract. dixit, dæmones aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas, verũ etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore tota facilitate perdiscere. Tunc rem dixi occultissimam audaciori assertatione quã debui. Augustin. 10 in princip. de Genesi ad literam. Ibidem paulo inferius.

VTRVM ANGELI OMNES CORPOrei sint: *Quod quibusdam visum est, quibus Augustinus cõsentire videtur, dicens angelos omnes ante casum habuisse corpora tenuia & spiritualia: sed si in casu mutata in deteriùs malorum corpora, vt in eis possent pati.* A

DISTINCT. VIII.

SOlet etiam in quæst. versari apud doctos, vtrũ angeli omnes boni, scil. ac mali corporei sint, i. corpora habeant sibi vnita. Quod aliqui putant, innitentes verbis Augustin. qui dicere videtur, q̃ angeli omnes ante confirmationem, vel lapsum corpora aërea habuerint de puriori ac superiore aeris parte formata, ad faciendum habilia, nõ ad patiendum: & angelis bonis qui perstiterunt, talia sunt obseruata corpora, vt in eis possint facere, & pati: quę tantę sunt tenuitatis: vt à mortalibus videri nõ valeant, nisi, superuestita aliquã crassiori formã: qua assumpta videntur, depositaq; videri desinunt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualitatẽ spissioris aeris. Sicut enim á loco digniori in inferiorem locũ id est, caliginosum aërem, deiecti sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt, & transformata in deteriora corpora & spissiora, in quib⁹ pati possẽt à superiori elemento, i. ab igne. Et hoc Aug. sensisse videtur super Gen. ità dicens: Dæmones dicuntur aërea animalia, qui corporũ aëreorum naturã vigent: nec per mortem dissoluuntur, quia prævalet in eis elementum aptius ad faciendum, q̃ ad patiendum. Ad patiendum enim humor & hum⁹: ad faciẽdum, aer & ignis aptitudinem p̃bent. Transgresso-

gressores vero angeli cum principe suo nunc diabolo tunc archangelo, nõ mirum si post peccatũ, in hanc caliginẽ detrusi sunt. Neq; etiam hoc mirum est, si conuersi sunt ex pæna in aëream qualitatẽ qua possunt ab igne pati. Caliginosa tamẽ aëris tenere tantum pmissi sunt, qui eis carcer sit vsq; ad tempus iudicii. Ecce his verbis videtur Aug. ita tradere quod quidã opinanuur de corporib⁹ angelorum. Hoc autẽ eum alii dixisse astruunt nõ ita sentiendo, sed opinionẽ aliorum referendo, quod ex ipsius verbis diiudicare volũt: quib⁹ ait: Dęmones dicuntur aerea animalia: nõ ait, sunt, ita n. quidam dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris, in quem detrusi sunt non opinando, sed rei veritatẽ asserendo eum tradidisse dicunt, quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicũt quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc cõuenisse, atq; id concorditer docuisse, quod angeli incorporei sint, nec corpora habent sibi vnita: assumant autẽ aliquando corpora Deo pręparante, ad impletionẽ ministerii sui sibi à Deo iniuncti, eademq; post expletionẽ deponunt: in quibus corporibus hominib⁹ apparuerunt atq; locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctione alicuius personæ: aliquando ex persona Patris, vel Filii siue Spiritus sancti.

Quod Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit. B

Nec dubitandum est Deum in corporalibus formis apparuisse hominibus, sicut August. in 2. li. de Trinit. ostendit, conferens diuersa scripturę testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse probat: & aliquando ex psona Dei sine distinctione: aliquãdo sub distinctione personarum sermonem eis factum esse. *Cap. 7. lib. 2.*

De perplexa quæstione quam ponit Augustꝰ quærens: an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua sit formata, an angeli qui ante erant missi: & si ipsi missi sunt, vtrum seruata sui spiritualis corporis qualitate aliquã speciem corporalẽ de corpulentiori materia assumpserint, an proprium corpus suum mutauerint in speciem actioni suæ aptam. C

Lib. de Trinit. 2. c. 7. in fine q. 2.

Sed vbi Deum hominibus in corporalibꝰ imaginibus apparuisse asserit: perplexam quęstionem apponit, quam nec absoluit quærẽs, vtrum in illis corporalibus apparationib. creatura aliqua creareturad illud opus tantum, in qua Deus hominib. appareret: an angeli qui ante erãt ita mitterẽtur, vt manentes in suis spiritualibus corporibus assumerent ex corpulenta inferiorum elementorũ materia aliquam speciem corporalẽ: q̃ coaptatã quasi aliq̃ vestem mutarent, in quaslibet species corporales veras quidem: an corpus suum ꝓprium verterent, in species aptas actionibus suis p virtutẽ sibi à Deo datam: Ait n. ita Aug. in 2. lib. de Trin.

Quæst. 3. Aug. cap. 7. ad fin. lib. 2. de Trin.

Quærendum est in illis antiquis corporalibꝰ formis, & visis vtrum ad hoc opus tantum creatura formata sit, in qua Deus sicut tunc oportuisse iudicauit, humanis ostenderetur aspectibus: an angeli qui iam erant ita mittebantur, vt ex persona Dei loquerentur assumẽtes corporalem speciem, & de creatura corporea in vsum ministerii sui: an ipsum corpus suum cui non subduntur: sed subditum regunt mutantes atque vertentes in species quas vellent accõmodatas atq; aptas actionibꝰ suis, secundum attributam à creatore sibi potentiã. Sed fateor excedere vires intentionis meę, vtrum angeli manẽte spirituali sui corporis qualitate, p hanc occultius operãtes, assumãt ex inferiorib. elemẽtis corpulentioribus corpꝰ quod sibi coaptatum, quasi aliquam vestem mutent, & vertant in quaslibet species corporales & ipsas veras

Lib. de Trinit. 3. cap. 1. ad finem.

sicut

ſicut aqua vera in vinum verum cõuerſa eſt à Domino. An ipſa propria corpora, & ſua transformẽt in id q̃ volunt accommodatum ad id quod agũt. Sed quod horum ſit, quoniam homo ſum, nullo experimento comprehendere valeo ſicut angeli, qui hoc agunt. Attende Lector, quia queſtionẽ ꝓpoſitã nõ ſoluit: ſed indiſcuſsã reliquit, vtrum angeli qui mittebãtur ſeruatis ſuis ꝓpriis ſpiritualibus corporibus ſuperueſtirentur aliqua corpulẽtiori ſpecie, in qua poſſent videri; an ipſum corp⁹ mutarent, & transformarent in quãcunq; vellẽt ſpeciem in qua poſſent cerni. In quibus verbis videtur Auguſt. atteſtari angelos eſſe corporeos, ac propria & ſpiritualia habere corpora, Ioan. 2. b

Quod Deus in ſpecie, qua eſt Deus, nunquam mortalibus apparuit. D

Cæterum hęc velut nimis profunda atq; obſcuta relinquentes illud indubitanter teneamus: q̃ Deus in ſpecie eſſentię ſuæ nunquam mortalibus apparuit: ſicut famulo ſuo Moyſi dicit: Non videbit me homo, & viuet Et in Euangelio Ioan. legitur: Deum nemo vidit vnquam. Viſibile n. quicq̃ non eſt quod non ſit mutabile. Ideo ſubſtantia ſiue eſſentia Dei quoniam nullo modo mutabilis eſt, nullo modo per ſeipſam viſibilis eſt. Proinde illa quæ patribus viſa ſunt cum Deus illis pręſentaretur, per creaturam facta eſſe manifeſtum eſt. Et ſi nõ latet quomodo eã miniſtris angelis fecerit Deus, per angelos tamẽ facta eſſe dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere, nec Deum patrẽ, nec verbum eius, nec ſpiritum eius qui eſt vnus Deus q̃d quod eſt, atq; idipſum eſt vllo modo eſſe mutabilem: ac per hoc multo minus eſſe viſibilem. *Aug. lib. 3. de Trinit. c. 10. in fine. Ca. 11. eiuſdem continuo.* *Aug. lib. de Trin. 3. c. 10. ad finem.*

Vtrum dæmones intrent corpora hominum ſubſtantialiter, an illabantur mentibus hominum. E

Illud etiam conſideratione digniſsimum vide-

tur, vtrum dęmones siue corporei, siuę incorporei sint, hominū substantialiter intrēt corpora, eorumq; animabus illabantur, an idęo intrare dicantur, qa malitiæ suæ ibi effectum exercent Dei pmissione opprimēdo atq; vexādo eas, vel in peccatum p voluntate sua trahendo. Quod in homines introeant atq; ab eis expulsi exeant, Euangelium apertę declarat, cōmemorans dæmonia in quosdā ingressa, & per Christum eiecta: sed vtrū secundum substantiam fuerint ingressa an ꝓpter mali effectum dicantur ingressa, non adeo perspicuum est: De hoc autē Aug. in li. de Ecclesiasticis dogmatibus ait: Dæmones per energicam operationē nō credim⁹ substantialiter illabi animæ, sed applicatione, & oppressione vniri. Illabi autē mēti illi soli possibile est, qui creauit, qui natura subsistens incorpore⁹ captabilis est suæ fabricæ. Ecce hic videtur insinuari quod substātialiter non illabantur dęmones, vel introeant corda hominum. Beda quoq; super illum locum Act. Apostolorū, vbi Petrus ait Ananiæ, Cur tentauit Sathanas cor tuum? dicit notandum q̄ mentem hominis iuxta substantiam nihil implere possit, nisi creatrix trinitas: qa tantummodo secundum operationē, & voluntatis instinctū anima dę his, quæ sunt creata implętur. Implet vero Sathanas cor alicui⁹, nō quidē ingrediens in eum, & in sensum eius, neque introiens aditum cordis, si quidem potestas hæc soli⁹ Dei est, sed callida & fraudulēta deceptione animam in effectum malitiæ trahens per cogitationes, & incētiua vitiorum, quib⁹ plenus est. Impleuit ergo Sathanas cor Ananię non intrādo, sed malitię suæ virus inserēdo. Idē Spirit⁹ immundus flamma virtutum de cordib⁹ fidelium expulsus, doctorib⁹ veritatis luctantibus venenum pśecutionis infundit. His authoritatib. ostēditur q̄ dęmones non substantialiter intrāt corda hominū, sed

Matt. 8. d. Marc. 1. c

Cap. 83. in principio.

Actor. 5 a **Impleuit.*

Beda ad illud actu. 28. Vipera cū à calore processisset, invasit manum eius.

sed propter malitiæ effectum: de quibus pelli dicuntur, cum nocere nouu sinuntur.

DE ORDINVM DISTINCTIONE, *Qui & quot sint.*

DISTINCT. IX.

A POST prędicta superest cognoscere de ordinib⁹ angelorum, quid scriptura tradat. Quæ in pluribus locis nouē esse ordines angelorum promulgat, scilicet, angelos, archangelos, principatus, potestates, virtutes, dominationes, thronos, cherubin & seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse, & in singulis tres ordines, vt Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Vnde Dion. tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens, Sunt n. tres superiores, tres inferiores, tres medii. Superiores, seraphin, cherubin, throni: medii, dominationes, principat⁹, & potestates. Inferiores, virtutes, archangeli, angeli.

Greg. hom. 34. in euangel. Luc. 15.

Lib. 1. de cæl. iest. hier. cap. 6.

Quid appelletur ordo, & quæsit ratio nominis cuiusque.

B Hic considerandum est, quid appelletur ordo: Deinde, vtrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo autē dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se in aliq̄ munere gratiæ simulantur, sicut in naturalium datorum munere cōueniunt. Vt v.g. Seraphin dicūtur qui p̄ aliis ardent charitate. Seraphin n. interpretatur ardens vel succendens. Cherubin, qui præ aliis in scientia eminent. Cherubin n. interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur (vt beatus Greg ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicia decernat atq; informet. Dominationes verò vocātur, qui principatus & potestates transcendunt. Principat⁹ dicuntur, qui sibi subiect.s, quæ sunt agenda disponunt, eisq; ad explēda

Gregor. ad medium homil. 34. in euangel. Luc. 15.

diuina myſteria principãtur. Poteſtates nomi-
tur hi, qui hoc cæteris potentius in ſuo ordine a
ceperunt, vt virtutes aduerſæ eis ſubiectę, eoru
refrenẽtur poteſtate: ne homines tantum tenta
re valeant, quantũ deſiderant. Virtutes vocãtu
illi, per quos ſigna & miracula frequẽter fiunt: A
changeli, qui maiora nuntiant: Angeli, q minor

Quod hæc nomina nõ propter ſe, ſed propter nos eis data ſun
quæ ſumpta ſunt à donis gratiæ, quæ non habent ſin-
gulariter ſed excellenter, & à præci-
puis nominantur.

Hæc nomina illis nõ propter ſe, ſed ꝓpter no
eis data ſunt. Qui n. ſibi noti ſunt contẽplatione
nobis innoteſcunt cognominatione. Et nominã-
tur ſinguli ordines à donis gratiarum, quę nõ ſin-
gulariter, ſed excellenter data ſunt in participa-
tione. In illa n. cæleſti curia, vbi plenitudo bon
eſt, licet quædam data ſint excellenter, nihil tami
poſsidetur ſingulariter. Omnia n. in omnibu
ſunt, non quidem æqualiter: quia alii aliis ſubli-
mius poſsident, quæ tamẽ omnes habent. Cumq;
omnia dona gratiarum ſuperiores ordines ſubli-
mi⁹, & perfecti⁹ pceperint, tamẽ ex præcipuis ſor-
titi ſunt vocabula, inferioribus cætera relinquẽ-
tes ordinib⁹ ad cognominationẽ: vt Seraphin, q
ordo excellẽtiſsimus eſtimatur, tã dilectionẽ quã
cognitionẽ diuinitatis, & cætera virtutum dona
cæteris omnibus ſublimius & perfectius percepit:
& tamen ab excellentiori dono, id eſt, à charitate
nomẽ accepit ille ſuperior ordo. Maius n. donum
eſt ipſa charitas, quam ſcientia. Item, Maius eſt ſci
re, quam iudicare: ſcientia namq; informat iudi-
cium. Ideoq; ſecund⁹ ordo à ſecundo dono, id eſt,
cogitatione veritatis appellat⁹ eſt, ſcil. Cherubin:
& ita de aliis intelligendũ eſt. Aſsignatur ergo ex-
cellentia ordinum ſecundum excellentiam dono
rum: & tamẽ, ſicut Gregori⁹ ait, illa dona homini-
bus

Greg. hom. 34. in euangel. Luc. 15. poſt mediũ.

Hamil. 37. poſt medium euangeliorum.

bus sunt cõmunia, Omnes n. ardent charitate, & scientia pleni sunt: sic & de aliis. Sed superiores aliis excellentius, vt iam dictum est, ipsa acceperunt: à quibus & nominantur. Vnde Greg. In illa summa ciuitate quisq; ordo eius censetur nomine, quam plenius accepit in munere. *Ibid. paulo infersus.*

Quæstio ex verbis Gregorii orta. D

Sed oritur hic quæstio talis: Si quisq; ordo ab illo dono nominatur, quod pleni⁹ possidet, tunc Cherubin in scientia præeminet omnibus, quia à scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit. Tantum n. (vt tradit authoritas) cognoscit ibi quisq;, quantũ diligit. Itaq; Seraphin nõ solum in charitate, sed etiam in scientia præeminẽt. Ideoq; authoritas illa sic videtur intelligẽda, vt cõparatio nõ referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scil. inferiores. ille n. ordo nõ pleni⁹ Seraphin accepit scientiam in munere, sed pleni⁹ aliis ordinibus, qui sunt inferiores. Nec nominatur quisq; ordo ab omni re quã pleni⁹ aliis accepit, sed ab aliqua rerum quas accepit. Vel potest cõparatio referri nõ ad ipsos ordines, sed ad alia dona: nec ad omnia alia dona, sed ad quędam. Sicut n. homines cum plura habeant dona, quædam aliis excellẽtius possident; ita forte & angeli quibusdã muneribus magis pollent, & aliis quibusdã min⁹. *Explanatio illius authoritatis Gregorii.* *Alia determinat o eiusdem.*

Vtrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint. E

Iam nunc inquirere restat: Vtrũ & isti ordines à creationis initio ita fuerint distincti. Quod ita fuerint distincti à primordio suæ conditionis, videtur testimonio authoritatis insinuari: q̃ tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nãq; superiori Lucifer ille fuit, q̃ null⁹ dignior cõditus fuit. Apost. etiã principatus & potestates tenebrarũ nominat, ostendẽs de ordinib⁹ illis cecidisse: q̃ cum in malis ministeriũ exerceant, nõ tamen *Ezech. 28. & Ephes. 6. b*

men penitus nomin bꝰ ordinum ſuorum priuati ſunt. Sed nō videtur illud poſſe ſtare. Non n. tunc charitate ardebant, nec ſapientia pollebant, neq; in eis Deꝰ ſedebat, ſi n. hoc habuiſſent, non ecciderent. Non ergo tunc erant Cherubin, vel Seraphin, vel throni. Ad quod dicimus, quia ante casū quorundam nō erant iſti ordines: quia nōdum habebant dona, in quorum participationibus conueniunt. Sed quibuſdam cadentibꝰ, aliis appoſita ſunt: eisq; qui ceciderunt collata fuiſſent eadē dona, ſi perſtitiſſēt. Ideoq; ſcriptura dicit de ſingulis ordinib. aliquos ecciditſſe: non quia fuiſſent in ordinibus, & poſtea corruerint: ſed quia ſi perſtitiſſent, eorum aliqui in ſingulis fuiſſent ordinibus, qui & in naturæ tenuitate, & in formę perſpicitate differentes gradus habebant, ſicut illi q perſtiterunt. Alii n. vt prædiximus, ſuperiores, alii inferiores conditi ſunt. Superiores, qui natura magis ſubtiles, & ſapiētia magis perſpicaces: inferiores, qui natura minus ſubtiles, & intelligentia minus pſpicaces facti ſunt. Has autē inuiſibiles differentias inuiſibilium ſolus ille ponderare potuit, qui omnia in numero & menſura, omni rei modum prefigens: & numerus omni rei ſpeciem præbens: & pondus omnem rem ad ſtabilitatem trahens, id eſt, terminans & formans & ordinans omnia.

Sap. 11. d

Aug. cap. 3. lib. 4. de Geneſi ad literam in medio Tom. 3.

Vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint æquales. F

Præterea conſiderari oportet, Vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis æquales ſunt. Ita eſſe quibuſdam placuit, ſed non eſt probabile nec aſſertione dignum: quia Lucifer qui fuit de collegio ſuperiorum, ipſis etiā dignior extitit, qui aliis excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, q ſi pſtitiſſet, in ordine ſuperiori fuiſſet, & aliis eiuſdem ordinis dignior extitiſſet. Sicut enim vnus eſt ordo Apoſtolorum, & alter martyrum, & tamen in Apoſtolis alii alijs ſunt digniores, ſimiliter & in mar-

Hom. 34. ad medium ſuper 15. cap. Luce.

martyribus alii aliis sunt superiores: ita & in ordinibus angelorum recte creditur esse.

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non sint nisi nouem ordines. G

Notandū etiam, quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum nō sint nisi nouem ordines, nec plures fuissent etiā si illi qui ceciderunt perstitissent, mōnentur lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinē compleri ex hominib. Gregor. namq; ait, homines assumēdos in ordine angelorū, q̄rū alii assumūtur in ordine superiorum, qui scilicet, magis ardent charitate: alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquā nouem sint angelorū, & decimus hominum; sed homines p̄ qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo cōplendus de hominibus, ex tali sensu dictū fore accipi pōt quia de hom nibus restaurabitur quod in angelis lapsum est: de quibus tot corruerunt, vt possit fieri decimus ordo. Propter quod Apost. dicit restaurari omnia in Christo quę in cęlis, & quæ etiam in terris sunt, quia per Christum redemptum est genus humanum, de q̄ fit reparatio ruinæ angelicæ: tamen non minus saluaretur homo, si angelus non cecidisset. *Ephes. 1. b.*

Quod homines assumuntur iuxta numerum stantium si non lapsorum.

Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt, sed eorum qui permanserit homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Gregor. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat: ad q̄ credimus tantos humani generis ascendere, quātos illic contigit angelos remansisse: sicut scriptum est in Cantico Deuteron. Statuit terminos popu- *Hom. 34. in Euang. Luca 15. circa medium.* *Deut. 32. a Sic legitur secundū 70. interpretes Ioan. secundū vulgare editionem.*

populorum iuxta numerum angelorum Dei.

Quidam dicunt secundum numerum lapsorum angelorum homines reparandos. I

A quibusdam tamen putatur, quod homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: illa cælestis ciuitas, nec suorum ciuium nũ mero priuetur; nec maiori copia regnet. Quod Aug. in Enchyr. sentire videtur, hoc asserẽs de hominib. plus saluari quã corruit de angelis, sed non min⁹ ita dicens, Superna Hierusalem, mater nostra, ciuitas Dei, nulla ciuiũ suorum numerositate fraudabitur, aut vberiore etiã copia fortasse regnabit. Neq; etiã numerũ aut sanctorum hominũ, aut immundorum dæmonum nouimus: in quorũ locum succedẽtes filii catholicę matris, q̃ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vllo tẽporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus siue qui est, siue qui fuit, siue qui futurus est, in contemplatione eius artificis est, qui vocat ea quæ non sunt tanquã ea quæ sunt. Ecce aperte dicit nõ minus de hominib. saluari, quam coruit de angelis: sed plus nõ asserit.

Cap. 19. in medio.

Rom. 4. c

AN OMNES SPIRITVS CÆLESTES mittantur: & ponit duas Opiniones, & authoritates quibus innituntur.

DISTINCT. X. A

HOc inuestigandum est: Vtrum omnes illi cælestes spiritus ad exteriora nuncianda mittãtur. Quidã putãt aliquos in illã multitudine esse, qui foras pro officio exeunt, alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum est in Daniele: Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Item Dionys. in Hierarchia, quæ sacer principat⁹ dicitur, de prælatione spirituũ ait: Superiora illa agmina ab intimis nunq̃ recedunt: quo-

Dan. 7. c.

Dionysius c. 1. cælestis in princ.

quoniam ea quæ præeminēt, vsum exterioris officii nunquā habēt His authoritatib⁹ innituntur, qui angelos mitti, nisi inferiores inficiantur. *Greg. hom. 34 lib 4. Homil. in Eu angelia post medium.*

Obiectio contra illos. B

Quib⁹ obiicitur, ꝙ Esaias ait: Volauit ad me vnus de Seraphin: qui ordo superior, & est excellētior. Ideoque si de illo ordine mittuntur, non est ambigēdum, quin etiam & de aliis mittantur. Apostolus quoq; ait: Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi. His testimoniis asserunt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignū videri si etiā superiores mittātur, cum & ille q creator est oīum, ad hęc inferiora descēderit. *Esaiæ 6. c. Greg. ibid. continuo. Heb. 1. d*

Quæstio, Si omnes mittuntur, cur vnus tantū ordo nomine angelorum censetur. C

Hic oritur quęstio: Si omnes mittuntur & nuncii Dei existunt, quare vnus tantum inter nouem ordines, angelorum nomine censetur? Adq; quidā dicunt, omnes quidē mitti, sed alios sępi⁹, & quasi ex officio iniuncto, qui ꝓpriè angeli, vel archāgeli nominantur: alios vero rarius mitti, scilicet, maiores, causa extra communē dispēsationē oborta: q cum angelorum ministerium suscipiunt, etiā nomē assumunt. vnde in Psalm. Qui facit angelos suos spirit⁹ & ministros: quia illi qui natura spiritus sunt, aliquādo angeli, id est, nuncii fiunt. *Responsio quorūdam. Psalm. 103.*

Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse: & sunt nomina spirituum, & non ordinum. D

Et putant illi, Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur, qs vt Deus? Gabriel, fortitudo Dei: Raphael, medicina Dei: nec sunt ista nomina ordinum sed spirituū. Et dicunt quidē singulū horum vni⁹ ꝓpriè ac singulariter spirit⁹ esse nomē. Alii vero, nō vni⁹ singulariter & determinatè, sed nunc huius nunc illius esse nomē, secundum qualitatem eorum ad q̄ nuncianda *Greg. hom. 34. ad c. 15. Luc. circa medium.*

cianda vel gerenda mittuntur: sicut & dæmonum quædam nomina sint, quæ qdam putant esse vni⁹ propria, alii vero pluribus communia. Diabolus quippe, qui Græce ità vocatur, & criminator interpretatur vel deorsum fluens, Hebraice dicitur Sathan, id est, aduersarius. Dicitur & Belial, id est, apostatà & absque iugo, dicitur etiam Leuiathan, id est additamentum eorum: & alia plura reperies nomina, quæ vel vnius spiritus sunt propria, vel pluribus communia.

Luc. 10. c. 2. Cor 6. c. Iob. 40.

Quomodo determinent prædictas authoritates, qua videntur aduersari, qui dicunt omnes angelos mitti. E

Qui autem omnes angelos mitti asserunt, prædictas authoritates, Danielis scilicet, & Dionysii, ita determinant. Dicuntur superiora agmina Deo assistere, & ab intimis nunquam recedere: non qa aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt: neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei præsentiæ, & contemplationi semper assistunt: q etiã faciunt qui frequenter mittuntur.

Greg. hom. 34. ad c 15. Luca post medium.

Quos alii dicant mitti, & quos dicant non mitti, tum determinatione authoritatum, quæ videntur sibi aduersari. F

Alii vero dicunt tres ordines supremos, scilicet Cherubin, Seraphin, & Thronos, ita creatori assistere, q ad exteriora non exeunt: Inferiores autẽ tres ad exteriora mitti: tres vero medios inter vtrosq; cõsistere, non modo dignitate vel loco, sed etiã officio: qa præceptum diuinũ à superioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoq; cum supremi mediis, & medii imis, atq; hi omnibus p̃ceptum Dei nuntiẽt, merito omnes angeli nominari debẽt. Et ob id forte Apostol⁹ ait: Omnes spiritus administratores esse filii, & mitti in ministerium: & p omnes non singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Il-

Dion. c. 13. cæleſtis hierarchiæ in princ. Greg hom. 34. ad c. 15. Luca post medium.

est. Illud vero quod Esaias ait, per verba Dionysij determinant dicentes: Hi spiritus qui mittuntur, percipiunt horū vocabulum, quorum gerūt officium. Vnde dicunt illum angelum, qui missus est ad Esaiam vt mundaret & incenderet labia Prophetæ, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dict⁹ est fore de Seraphin, quia veniebat incendere, & consumere delicta Esaiæ.

QVOD QVÆQVE ANIMA HABET *angelum bonum ad sui custodiam delegatum, & malum ad exercitium.*

DISTINCT. XI.

A Illud quoq; sciendum est, quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita vt quisque electorum habeat angelum ad sui profectum atque custodiam specialiter delegatum. Vnde in Euangelio veritas à pusillorū scandalo prohibens ait. Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Hieron. tradit, vnamquamque animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, inquiens ita: Magna dignitas animarum est, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelū delegatum. Greg. quoq; dicit: Quod quisque bonū angelū sibi ad custodiam deputatum, & vnum malum ad exercitiū habet. Cum. n. omnes angeli boni nostrum bonum velint, cōmuniterq; saluti omniū studeāt, ille tamē qui deputat⁹ est alicui ad custodiā, eū specialiter hortatur ad bonū: sicut legitur de angelo Thobiæ, & de angelo Petri in actibus Apostolorum. Similiter & mali angeli cum deiderent malum hominem, magis tamē hominem ad malum incitat, & ad nocendū fortius instat ille, qui ad exercitiū ei⁹ deputat⁹ est.

Matth. 18. Tom. 9. Cōment. ad 18. cap. ad locū quia angeli eorum. Matthæi.

Hugo de S. Victore lib. sententiarū.

Thob. 5. d. 6. & 8. a.

Vtrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus deputatus sit vnus.

B

Arguit quod non.

Solet autem quæri: Vtrum singuli angeli singulis hominibus an vnus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit: Sed cum electi tot sint, quot & boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos & malos homines quam boni angeli sint: Et cum tot sint electi, quot angeli boni, & angeli boni plures sint quam mali, pluresque sint homines mali quam boni: non est ambigendum plures esse bonos homines quam sint mali angeli: & plures esse malos homines, quam sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari, siue simul, siue temporibus diuersis. C

Ideoque dici oportet, vnum eundemq; angelũ, bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium, siue eodem tempore, siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus, quia videtur quibusdã quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos vel malos: quia licet maior sit numerus hominum, computatis in vnum omnibus qui fuerunt, & sunt, & futuri sunt, quam angelorum: tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt: & ideo nunq̃ simul sunt in hac vita, angeli vero nunquam decedunt, sed simul omnes sunt: ideo esse potest, vt singuli hominum dum in hac vita sunt, singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Cæterum siue ita sit, siue nõ nõ est dubitãdũ vnũquẽq; habere angelũ sibi deputatũ, siue plurib⁹ simul destinatus sit, siue vni singulariter. Nec est mirãdũ vnũ angelũ pluribus hominib. ad custodiã deputari, cum vni homini plurium custodia deputetur, ita vt eorum quisq; suum dicatur habere Dominum, vel Episcopum vel Abbatem.

Vtru

Vtrum angeli proficiant in merito vel in præmio vsque ad iudicium. D

Præterea illud considerari oportet. Vtrum angeli boni in præmio vel in merito proficiant vsq; ad iudicium. Quod in meritis proficiant, atque quotidiè magis ac magis mereantur, quibusdam videtur, ex eo quia quotidiè hominum vtilitatibus inseruiunt, eorumque profectibus studeant. Quibus etiam nihilominꝰ videtur quod & in prę-mio proficiant, scilicet, in cognitione & dilectione Dei. Licet enim (vt aiunt) in confirmatione beatitudinem acceperint æternam, atq; perfectam, augetur tamen quotidiè eorum beatitudo, quia magis ac magis diligunt atq; cognoscunt: & est eorum charitas (qua Deum & nos diligunt) & meritum & præmium. Meritum, quia per eam, & obsequia ex ea nobis impensa merentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est præmium, quia ea beati sunt. *Quibusdam videtur quod proficiant in vtroque.*

Authoritatibus confirmant, quod dicunt. E

Et quod angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimoniis sanctorũ confirmant. Dicit.n. Esaias ex persona angelorũ Christi ascẽdẽtis magnificentiam admirantium: Quis est iste qui venit de Edõ, tinctis vestibus de Bosra? Et in Ps. Quis est iste rex gloriæ? Ex quib. apparet, q̃ mysteriũ verbi incarnati pleniꝰ cognouerunt angeli post implerionẽ q̃ ante. Et sicut in cognitiõe huiꝰ mysterii ꝓfecerunt, ita dicũt eos in Deitatis cognitiõe ꝓficere. Quod autẽ in huiusmodi mysterii cognitiõe ꝓfecerint, euidẽter docet Apost. dicẽs. Quę sit dispẽsatio sacramẽti absc̃oditi à secu lis in Deo, vt innotescat multiformis sapiẽtia Dei per Ecclesiam principibus & potestatibus in cælestibus. Super quem locũ dicit Hier. Angel. dignitates præfatũ mysteriũ ad purũ non intellexisse, donec cõpleta est passio Christi & Apost. prædicatio per gentes dilatata. *Esai. 63. c.* *Psalm. 23.* *Ephes. 3. c. Into. 9. Hier. in comment. ad id cap. 3. Quæ sit dispensatio mysterii absconditi.*

Quod in hac sententia videtur August. aduersari Hieron.

Aug. 19. non longe à principio tom 3. super Gen. li. 5. c. 19. Ibidem inferius.

His autem videtur contradicere Aug. super eundem locum epistolæ dicens: Non latuit angelos mysterium regni cœlorum, quod opportuno tempore reuelatum est pro salute nostra. Illis ergo seculis innotuit supra memoratũ mysteriũ: quia omnis creatura non antè secula, sed à seculis est. Attende Lector, quia videntur dissentire in hac sententia illustres doctores. Ideoque vt omnis repugnãtia de medio tollatur, prædicta verba Haymonem sequentes ita determinemus, vt illis angelis, qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa nunciata sunt, ex parte cognita seculis fuisse, vtpote familiaribus & nuncijs. Illis vero, qui minoris dignitatis sunt, incognita extitisse dicamus, vsquequo impleta sunt, & per Ecclesiam prędicata: & tunc ab omnib⁹ angelis perfectè fuerunt cognita. Constat itaque omnes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum secundum processum temporis profeciſſe. Vnde non incongruenter ipsi ijdem dicunt, angelorum scientiam ac beatitudinem augeri vsque ad futuram consummationem, quando in scientia ac beatitudine ita perfectissimi erunt, vt nec augeatur, amplius nec minuatur.

Haymo in commen. super ep. Pauli ad Ephes. 3.

Aliorum opinio, qui dicunt angelos in quibusdam prædictorum non profeciſſe. G

Alii autem dicunt, angelos in confirmatione tanta Deitatis dilectione atque notitia fuisse præditos, vt in his vlteriùs nõ ꝓfecerint nec ꝓfecturi sint. Profecerunt tamen in scientia rerũ exteriorum, sicut in cognitione sacramẽti incarnationis & huiusmodi, sed non in contemplatione Deitatis: quia Trinitatẽ in vnitate, atq; vnitatẽ in Trinitate nõ plen⁹ intelligũt siue intellecturi sunt, qui ab ipsa cõfirmatione perceperunt. Ita etiam dicũt eos in charitate non profeciſſe post cõfirmationẽ qui

quia eorum charitas postea non est aucta: & sic dicũt non profeciſſe in meritis, ſed hoc quantum ad vim merendi, non quantum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt posteà, quæ tunc non fecerant: ſed eorum charitas ex qua illa proceſſerunt, non eſt aucta, ex qua tantùm meruerunt antequam iſta adderentur, quantùm posteà his adiectis. Illud verò quod alij ſuperiùs dicunt, probabiliùs videtur, ſcilicet quod angeli vſque ad iudicium in ſcientia & alijs proficiant.

Quædam authoritates videntur obuiare probabiliori ſententiæ. H

Quibus tamen videntur obuiare quorundam authoritatum verba. Ait enim Iſidorus de ſummo bono, Angeli in verbo Dei omnia ſciunt antequam fiant: ſed nec omnes, nec omnia perfectè angelos ſcire dixit, & ideò eos in ſcientia proficere non remouit. Greg. in l. dialogor. ait: Quid eſt, quod ibi neſciant, Vbi ſcientem omnia ſciunt? Vbi videtur dicere, quod omnia ſciant angeli, & nihil ſit quod neſciant. Sed accipiendum eſt hoc de his, quorum cognitio beatum facit cognitorem: vt ſunt ea quæ ad myſterium Trinitatis & vnitatis pertinent

Iſidor. lib. 1. ca. ad mediũ. cap. 12.

Greg. lib. 4. dial. c. 3. Et lib. 2. c. 2. in c. 1. Iob.

POST CONSIDERATIONEM DE ANgelis habitam, agitur de aliarum rerum creatione, & præcipuè de operum ſex dierum diſtinctione.

DISTINCT. XII. A

HÆc de angelicæ naturæ conditione dicta ſufficiant. Nunc ſupereſt de aliarum quoque rerum diſtinctione, nonnulla in medium proferre. Cum Deus in ſapientia ſua angelicos condidit ſpir. alia etiam creauit, ſicut oſtendit ſupradicta ſcriptura Gen. quæ dicit. In principio Deum creaſſe cælum, i. angelos, & terram, ſcil. materiam

Aug. c. 5. li. 1. de Gen. contra Manich. in fine.

quatuor elementorum adhuc confusam & informē, quæ à Græcis dicta est chaos, & hæc fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit Deus, & species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit: quæ non simul, vt quibusdā sanctorum patrum placuit, sed per interualla temporum ac sex voluminā dierum vt aliis visum est, formauit.

Quod sancti tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse, aliis dicentibus omnia simul facta in materia & forma, aliis per interualla temporum. B

Super Gen. ad litterā li. 1. cap. 11. in principio.

Quidam nanq; sanctorum patrum, qui verba Dei atq; arcana excellenter scrutati sunt, super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alii quidem tradiderūt omnia simul in materia & forma fuisse creata: quod Aug. sensisse videtur. Alii verò hoc magis probauerūt ac asseruerunt, vt prima materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionem atq; confusionem tenens, creata sit: Postmodū verò per interualla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam Gregorius, Hieronymꝰ, & Beda, aliique plures commendant ac præferunt. Quæ etiam scripturæ Genes. vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio, magis congruere videtur.

Hieron. ad principium. in quæst. in Gen. tom. 3 Greg. lib. 32. ca. 10. ad illud. Iob ca. 40. Ecce Behemoth. Beda in gl. ordinaria ad c. 1. Gen. Li. de Gen. contra Manichæos. 1. ad medium ca. 7 in tomo. 1.

Quomodo per interualla temporis res corporales conditæ sunt. C

Secundum hanc itaque traditionem ordinem atque modum creationis formationisque rerum inspiciamus. Sicut supra memoratum est: In principio creauit Deꝰ cœlum, i. angelicam naturam, sed adhuc informē, vt quibusdam placet: Et terram, i. illam confusam materiam quatuor elemētorum, quā nomine terræ, vt Aug. ait cōtra Manichæos, ideo appellauit Moyses, qa terra inter omnia

nia elementa minus est speciosa, & illa inanis erat, & incomposita, propter omnium elementorum commixtionem: eandem etiam vocat abyssum dicens: Et tenebræ erant super faciem abyssi, &c. quia confusa erat & commixta, specie distincta careus. Eadem etiam materia informis dicta est aqua super quam ferebatur sp. Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis: quia subiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formãdum perficiẽdumq; inchoauerat: qui sicut domin⁹ & cõditor, præerat fluitanti & cõfusæ materię, vt distingueret per species varias quãdo vellet, & sicut vellet. Hæc ergo ideo dicta est aqua, quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia, siue arbores, vel herbæ & similia, ab humore incipiũt formari atq; nutriri. His omnib. vocabulis vocata est illa informis materia, vt res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitiorib. & nõ vno tantum: nã si vno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur q̃ consueuerat homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa cõfusa & informis, quæ nulla specie cerni ac tractari poterat, i nomi-nibus visibilium rerum quę indè futuræ erãt propter infirmitatem paruulorum, qui min⁹ idonei sunt inuisibilia comprehendere: & tunc erant tenebræ, idest, lucis absentia Non enim tenebræ aliqd sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silẽtium nõ aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentium dicitur: Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore, vbi tegmentum non est, nuditas dicitur: sicut & inanitas non est aliquid, sed inanis dicitur locus esse, vbi nõ est corp⁹, & inanitas absẽtia corporis.

Ibid. paulo inferius.

Li. & cap. eisdem inferius.

Ibid. paulo inferius.

Ca. 5. in fin. eiusdẽ li. 1. de Gen. contra Manich. cap. 4 in princip. eiusdem li. 1.

Quo sensu tenebræ dicantur non esse aliquid, & quo dicantur esse aliquid. D

Attende, quia hic Augustin. tenebras dicit non esse aliquid, cum alibi tenebræ inter creaturas

ponantur, quæ benedicunt Dominum: vnde dici-
Dan.3.f. tur. Benedicite lux & tenebræ Domino. Ideoque sciendum est, tenebras diuersis modis accipi, scil. vel pro lucis absentia, qualiter suprà accepit Aug. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate, & secundum hoc aliquę res creatę sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciē abysi, quia nondum erat lux: quę si esset, & supereſſet & superfunderetur: sed nōdū lucis gratia op⁹ suū De⁹ venu stauerat, quę postea in primo die formata est.

Duo hic considerandа sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodiit, quantumque in altitudine ascenderit. E

De qua re priusquā tractem⁹, duo nobis discutienda occurrunt: Primum, quare illa materia cōfusa, informis dicatur: an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, vbi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo, quod primo positum est. breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, quod nullam omnino formā habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullā habeat formā: sed ideo nō absurde informē appellari posse dicim⁹, quia in confusione & permixtiōe quadā subsistēs, nondum pulchram apertamq; & distinctam receperat formam, qualē modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma cōfusiouis ante formā dispositionis. In forma confusionis prius omnia corporalia materialiter simul & semel sunt creata: Postmodum in forma dispositionis sex diebus ordinata. Ecce absolutum est, quod primo in discussione propositum fuit, scilicet, quare illa materia dicatur informis.

Hic ad id quod secundo quærebatur, respondet. F

Nunc supereſt, quod secūdo proponebatur explica-

plicare, vbi scilicet illa materia substiterit, & quã-tũ in altitudine porrigebatur. Ad quod nihil temerè asserentes dicimus, quod illa prima rerum omnium moles quando creata est, ibidem adesse videtur prodiisse, vbi nunc formata subsistit. Eratque terreum hoc elementum in vno loco, eodemque medio, subsistens cæteris tribus in vna confusione permixtis: eisdemq; circunquaque in modo cuiusdam nebulę oppressis, ita obnolutũ erat, vt apparere non posset quod fuit. Illa vero tria in vna permixtione confusa circunquaque suspensa, eousq; in altum porrigebantur, quousque nunc summitas corporeæ naturæ pertingit. Et sicut quibusdam videtur, vltra locum firmamenti extendebatur illa moles, quæ in inferiori parte spissior atque grossior erat: in superiori vero, rarior ac leuior atque subtilior existebat, de qua rariori substantia putãt quidam fuisse aquas quæ firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam vel dispositionem.

Oppansis.

Ostenso, qualis fuit mundi facies in ipso primordio, incipit prosequi operum sex dierum distinctionem. G

Nunc supereſt vt dispositionem illam qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet scriptura Geneſis distinxit Deus & in formas redegit proprias cuncta quæ simul materialiter fecerat. Perfecitque opus suum die sexto: & sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo, i. cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit, nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum non contineatur: operat⁹ est tamẽ postea, sicut veritas in Euang. ait: Pater me⁹ operatus est vsq; nũc. & ego operor illud.

Genes. 2. a.

De quatuor modis diuinæ operationis. H

Quatuor enim modis, vt ait Alcuinus super Genes. operatur Deus. Primo in verbo, omnia dis-

Alcuinus siue Albinus in quæst. ad ca. 2. Gene.

ponendo: Secundo in materia informi quatuor elementorum de nihilo eam creando. Vndè, Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Omnia, scilicet, elementa: vel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertio, per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto, ex primordialibus seminibus non incognitæ oriuntur naturæ, sed notæ sæpius reformantur, ne pereant.

QVÆ FVERIT PRIMA DISTINCTIONIS OPERATIO.

DISTINCT. XIII.

A PRima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis, sicut ostendit scriptura Gen. quæ commemorata rerum informitate, earum dispositionem à luce inchoauit, subdens: Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux: & diuisit lucem à tenebris: appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. Et factum est vespere & mane dies vnus. Congrue mundi ornatus à luce cœpit: vnde cætera quæ creanda erant, viderentur.

Qualis fuerit lux illa, corporalis an spiritualis. B

Si quęritur, qualis illa lux fuerit, corporalis scilicet, an spiritualis? Id respondemus, quod à sanctis legimus traditum. Dicit enim Aug. quia lux illa corporalis vel spiritualis intelligi potest. Si spiritualis accipitur, angelica natura intelligitur, quę pri⁹ informis fuit, sed postea formata est, cùm ad creatorẽ cõuersa ei charitate adhæsit: cuius informitatis creatio superi⁹ significata est, vt dictũ est: In principio creauit De⁹ cælum & terrã. Hic vero eiusdẽ formatio ostẽditur, cum ait: Fiat lux, & facta est lux: Hæc ergo angelica natura, quæ prius tenebrę, & postea lux fuit, qa pri⁹ habũit informitatẽ & imperfectionẽ, deinde formatiõis perfectionẽ: & ita diuisit De⁹ lucẽ à tenebris. Nãvt Aug. ait sup. Gen. Hui⁹ creaturę informitas & imperfectio

Aug. libr. 1. de Gen. ad literam c. 3. in princ. t. 3.

Aug. lib. 1. c. 3 ad prin

ctio fuit antequam formaretur in amore conditoris. Formata vero est, quando conuersa est ad incõmutabile lumen verbi: Si vero corporalis fuit lux illa, quod vtiq; probabile est, corpus lucidum fuisse intelligitur, vel vt lucida nubes: quod non de nihilo, sed de præiacenti materia formaliter factum est vt lux esset, & vim lucẽdi haberet: cum qua dies prima exorta est, quia ante lucem nec dies fuit nec lux, licet tempus fuerit.

Quod lux illa facta est, vbi Sol apparet: quæ in aquis lucere poterat. C

Si autem quæritur: Vbi est facta lux illa, cum abyssus omnem terrę altitudinẽ tegeret? Dici potest in illis partibus facta quas nunc illustrat Solis diurna lux. Nec mirum lucem in aquis posse lucere, cum etiam nautarum operatione sępius illustrentur: qui in profundum mersi, misso ex ore oleo aquas sibi illustrant: quæ multo rariores fuerunt in principio quã modo sunt: quia nondum cõgregatæ fuerãt in vno loco. Facta est ergo lux illa, quæ vicem & locum Solis tenebat: quæ motu suo circumagitata, noctem diemque discernebat. Ibi ergo primum lucẽ apparuisse verisimile est, vbi Sol quotidiano cursu circumuect⁹ apparet, vt eodẽ tramite lux circumcurrẽs ac primo ad occasum descẽdẽs vesperã faceret. deindè reuocata ad ortũ, aurorã i. manè illustraret: & ita diuisit De⁹ lucem & tenebras, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem.

Quod dies diuersis modis accipitur. D

Hic notandum est, quod dies diuersis modis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa quę illo triduo tenebras illuminabat: & dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiã dies spatium viginti quatuor horarum, qualiter accipitur cum dicitur. Factum est vesperé & mane dies vn⁹. Quod ita distinguẽdũ est. factũ est vespere prius, & posteà mane: & ita fuit dies vnus expletus 24. horarum

Aug. super Gen. l. c. 10.

rum Dies, scil. naturalis, qui habuit vesperã sed non mane. Mane enim dicitur finis precedentis, & initium sequentis diei, quod est aurora: quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet. Manè ergo primus dies non habuit: quia nec dies præcesserat qui sequentis diei initio terminaretur: & eo præcipuè, quia luce apparente, mox super terram plenus atque præclarus dies extitit: qui non ab aurora, sed à plena luce inchoauit: & mane sequentis diei consũmatus est. Vnde Beda super Genes. Decebat, vt dies à luce inciperet, & in mane sequẽtis diei tẽderet. vt opera Dei à luce inchoasse, & in lucẽ cõpleta esse significarẽtur. Reliqui autẽ dies manè habuerũt, & vesperã: quorũ quisq; à suo manè incipiẽs, vsq; ad alteri⁹ diei manè tẽdebatur.

Beda vt refertur in gl. ordinaria ad illud Factum est vespere & mane. Gen. 1

De naturali ordine computationis dierum, & de illo qui pro mysterio introductus est. E

Hic est naturalis ordo distinctionis dierum, vt distinguantur atque computentur dies à mane vsq; ad manè. Posteà verò in mysterio factum est, vt dies computentur à vespera in vesperam, & adiungatur dies præcedenti nocti in computatione: cum iuxta naturalem ordinem præcedens dies sequenti nocti adiungi debeat: quia homo à luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorum: deinde per Christum à tenebris ad lucem rediit. Vndè Apostolus: Eramus aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Primus itaque dies non ab aurora, sed à plena luce incipiens, & post vesperam paulatim occidẽte luce excipiẽs manè sequẽtis diei, explet⁹ est. Vndè Beda, Occidẽte luce & paulatim post spatiũ diurnę lõgitudinis inferiores partes subeũte, factũ est vespere: sicut nũc vsitato cursu Solis fieri solet. Factũ est autẽ manę eadẽ super terrã redeũte, & aliũ diẽ inchoãte: & dies explet⁹ est vn⁹ viginti quatuor horarum. Fuitque nox illo triduo omninò tenebrosa, quæ post creata sydera aliqua luce claruit.

Beda gl. ordinaria ad illud idem Gen. 1. Factum est vespere & mane dies vnus.

Cur

Cur Sol factus est, si lux illa sufficiebat. F

Solet autem quæri, quare factus est Sol, si lux illa ad faciendum diē sufficiebat? Ad quod dici potest, quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat, & ad illuminationem inferiorum Solem fieri oportebat. Vel potius ideò, quia facto Sole diei fulgor auctꝰ est. Ampliori.n. multo luce radiauit dies postea, quàm ante. Si autem quæritur, quid de luce illa factum sit, cum modo nō appareat? Potest dici, aut de ea corpꝰ Solis formatum, aut in ea parte cœli esse, in quā Sol est: non quod ipsa sit Sol, sed sic ei vnita vt discerni non valeat.

Quomodo accipiendum sit illud, Dixit Deus; an sono vocis id Deus dixerit, an aliter. G

Præterea inuestigandum est, quomodo accipiendum sit quod ait: Dixit Deus, vtrum temporaliter, vel sono vocis illud dixerit, an alio modo? Aug. super Gen. tradit, nec temporaliter, nec sono vocis Deum locutum fuisse, quia si temporaliter, & mutabiliter. Etsi corporaliter dicatur sonuisse vox Dei, nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quem oportet audire & intelligere. Bene ergo vox Dei ad naturam verbi, per quod omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus fiat, &c non temporaliter, non sono vocis, sed in verbo sibi coæterno, i. verbō genuit intēporaliter in quo erat: & disposuit ab æterno, vt fieret in tempore: & in eo factum est.

Lib 1. cap. 2. in princip. tom 3.

Cap. 4. in princip. eiusdem lib. 1. de Gen. ad literam.

Quomodo accipiendum sit, quod dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritu sancto. H

Hic quęri solet, quomodo accipiēdum sit, quod dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritu sancto. Hæc enim scriptura frequenter nobis proponit: vt, Omnia in sapientia fecisti Domine, id est, in filio, creauit Deus cœlum & terram. Et illud, Per quē fecit & secula. Super illū quoq; Psalmi locum: Verbo Domini cæli firmati sunt, &c. dicit Aug.

Aug. concio. ne 2. ad ver-

cit Aug. quod pater operatur per verbum suum & spiritum S. Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt quidam hæretici, quod pater velut author & artifex, filio & spiritu S. in rerum operatione quasi instrumento vteretur: ex prædictis verbis errandi occasionem sumentes, quod velut blasphemum atque sanæ doctrinæ aduersum abiicit pia fides. Non est itaque intelligendū, ideo scripturam frequēter cōmemorare patrē operari in filio, vel per filium, tanquam filius non posset facere, si ei nō porrexisset pater dexterā, vel tāquam aliquod instrumētū fuerit patris operātis: sed potius illis patrē verbis intelligi voluit cum filio & spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.

sum. 6. Psal. 31. tom. 8.

Contra hanc expositionem surgit hæreticus. I

Sed dicit hæreticus, hac ratione hoc posset dixisse, filium operari, per patrē, vel in patre, & spiritum sanctum cum vtroq;, vel per vtrunq;, quia filius cum patre & sp. sanctus cum vtroque operatur. Cui breuiter respondetur: Ideo illud dictum esse, & non istud, vt in patre monstraretur authoritas. Non enim pater à filio, sed filius à patre operatur, & sp. sanctus ab vtroque. Ideoq; etiam filius per spiritum S. legitur operari, quia cum spiritu S. operatur, hoc ipsum à filio habenti vt operetur.

Alia prædictorum expositio. K

Potest & aliter illud accipi, vt dicatur pater in filio vel per filium operari, qa eum genuit omniū opificē: sicut dicitur pater per eum iudicare, qa genuit iudicem: ita & per spir. S. dicitur operari siue pater, siue filius, quia ab vtroq; procedit spir. S. factor omnium. Vnde Chry. sic ait, Nō vt hęreticus inaniter suspicatur, tāquā aliquod instrumētum patris extitit filius: neque per eum pater dicitur fecisse, tanquam ipse facere non posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filiū, qa iudicē genuit, sic etiam dicitur operari per filium, quia eum cō-

Chrys. to. 4. hom. 2. ad 1. ca. ad Heb du. illud. Per quem fecit & secula.

stat

stat opificem genuisse. Si enim causa ei⁹ pater est, secundum quod pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per filium facta sunt. Hæc de opere primæ diei dicta sunt.

DE OPERE SECVNDÆ DIEI, QVA *factum est firmamentum.*

DISTINCT. XIV.

A

DIxit quoque Deus: fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his quę erant super firmamētum. Sciendum est quod illius cæli describitur hic creatio sicut ait Beda super Gen in quo fixa sunt sydera: cui suppositę sunt aquę in aere & in terra, & superpositę alię de quib. dicitur: Qui tegis aquis superiora eius, in medio ergo firmamētum est, i. sydereum cęlum quod de aquis factum esse credi potest. Crystallinus enim lapis cui magna est firmitas & perspicuitas, de aquis fact⁹ est, Si quē verò mouet, quomodo aquæ naturæ fluidæ & in ima labiles, super cœlum possint consistere: de Deo scriptum esse meminerit, Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra cœlum ligat aquas ad tēpus vaporibus nubium retentas, potest etiam super cœli sphęram nō vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autē & ad quid conditæ sint, ipse nouit qui condidit. Ecce ostensum est his verbis, quod cœlum factum sit, scil. illud in quo sunt fixa sydera, id est, quod excedit aerem, & de qua materia, scil. de aquis, & quales sint aquæ, quæ super illud cælum sunt, scilicet, vt glacies è soliditate.

Beda & gl. ordinaria ad id Gen. 1. Fiat firmamentum.

Alii putant cœlum illud esse igneæ naturæ, quibus consentit Augustinus.

B

Quidā verò cælum, quod excedit aeris spatia, igneę naturę dicunt, asserentes super aerem purū ignem

ignem esse, qui dicitur esse cælum: de quo igne sydera & luminaria facta esse coniectant: quibus Augustinus consentire videtur. Vtrum vero nomine firmamenti cælum, quod excedit aerem, an ipse aer hic intelligatur, idem Aug. quærit. nec soluit. Magis tamen approbare videtur, cœlum illud hic accipi, quod spatia aeris excedit. Aquas autē quæ super illud cęlum sūt, dicit vaporaliter trahi, & leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & pe subtiles minutias suspendit, & post corpulentius conglobatas, pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua, sicut videmus, ad tantas minutias peruenire, vt feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem: cur nō credamus etiam super illud leuius cœlum minutioribus guttis & leuioribus emanare vaporibus: sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Aug. super Gen. ad litteram li. 2. ad medium ca. 3.

Ibid. cap. 4.

Quæ sit figura firmamenti. C

Quæri etiam solet, cuius figuræ sit cœlum? Sed spiritus sanct⁹, quanuis auctores nostri sciuerint: per eos dicere noluit, nisi quod profuit saluti. Quæritur etiam, si stet, an moueatur cœlū? Si mouetur inquiunt, quomodo est firmamētum? Si stat, quomodo in ea fixa sydera circūeunt? Sed firmamētū dici potest, nō propter stationē, sed propter firmitatē vel terminū aquarū intrāsgressibilē. Si autē stat, nihil impedit moueri & circūire sydera.

Aug. lib. 2. de Gen. ad literā c. 9 non longe à princip. & gl. ordinaria ad hoc. Et factum est vespere & mane. dies 1. Gen. 1.

Quare tacuit scriptura de opere secundæ diei, quod in aliis dixit? D

Post hoc quæri solet, quare hic non est dictum, sicut in aliorum dierum operibus: Vidit De⁹ quod esset bonum? Sacramentum aliquod hic cōmendatur. Ideo enim fortasis non est dictum, quod tamen sicut in aliis factum est: quia binarius principium alteritatis est, & signum diuisionis.

De

De opere tertiæ diei quando aquæ congregatæ sunt in vnum locum.

E

Hieron. in quæst. super Gen & refert gl. ordinaria de opere 2. diei.

Sequitur, Dixit Deus: Congregẽtur aquę in locum vnum, & appareat arida; Tertiæ diei op⁹ est congregatio aquarum in vnum locum. Congregatæ sunt n. omnes aquę cælo inferiores in vnam matricẽ: vt lux q̃ præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aere clarior fulgeat, & appareat terra q̃ cooperta latebat, & q̃ aquis limosa erat fieret arida & germinib⁹ apta. Eodẽ n. die, protulit terra herbã virentẽ, lignumq; faciens fructũ. Si autem quæratur, vbi congregatæ sunt aquæ, q̃ totum texerant spacium vsque ad cælũ? Potuit fieri vt terra subsidens cõcauas partes præberet. vbi fluctuãtes aquas reciperet. Potest etiã credi primarias aquas rariores fuisse, sic vt nebula tegeret terras, sed congregatione esse spissatas: & ideo facile in vnum posse redigi locũ. Cumq; multa cõstet esse maria & flumina, in vnũ tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationẽ vel congregationẽ omnium aquarum, quæ in terris sunt: quia cuncta flumina & maria magno mari iunguntur. Ideoq; cum dixerit aquas cõgregatas in vnum locum, deinde dicit pluraliter, cõgregationes aquarum: propter multifidos sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

Gloss. ordinaria ad illud Gen. 1. Congregẽtur aquæ.

Gl. ordinaria ad illud Et vocauit Deus aridam terram. Genes. 1.

De operæ quartæ diei, quando facta sunt luminaria?

F

Sequitur, Dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: In præcedenti triduo dispositæ est vniuersitatis huius mundi machina, & partibus suis distributa. Formata n. luce prima die q̃ vniuersa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremæ & infimæ parti mundi, firmamẽto scil. aëri, terræ, & aquæ: Nam secunda die firmamentũ desuper expãsum est. Tertia verò aquarũ molib⁹ intra receptacula

sua collectis, terra est reuelata atq; aer serenatus. Quatuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt & ordinata. Trib⁹ autē sequētibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta n. die ornatum est firmamentum sole & luna & stellis. Quinta, aer inuolatilibus, & aquę in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta & reptilia & bestias: postq; omnia factus est homo de terra, & in terra: nō tamē ad terram nec ꝓpter terrā, sed ad cælum ꝓpter cælum.

Ante omnia de ornatu cœli agitur, sicut prius factum est. G

Aug. lib. 2. de Gen. ad literam ca. 13. in fine.

Quia ergo cœlum cæteris elementis speciē prę-stat, priusq; aliis factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die, q̄ fiunt sidera: q̄ ideo facta sunt, vt per ea illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa, infirmitatiq; hominum ꝓuisum est, vt circumeunte sole potirentur homines die noctisq; vicissitudine, propter dormiendi vigilādiq; necessitatē: & ideo etiam ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideribus consolarentur homines, quibus in nocte operandi necessitas incūberet: & quia quædam animalia sunt, quæ lucem ferre nō possunt. Quod autem subditur. Et sint in

Ibid. paulo inferius.

signa, & tempora, & dies, & annos: quo modo accipiendum sit, quæri solet. Ita n. dictum videtur, quasi quarto die cœpissent tempora, cum pri⁹ triduum sine tempore non fuerit. Ideoq; tempora, q̄ fiunt per sidera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aereæ qualitatis debemus accipere: qa talia motib⁹ siderum fiunt, sicut dies & anni quos vsitatè nouimus. Sunt n. in signa serenitatis & tēpestatis: & in tempora qa per ea distinguim⁹ quatuor tēpora anni, scilicet, Ver, Æstatem, Autumnum, Hyemē. Vel sunt in signa & tempora, id est, distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indiciis: vel meri-

De eodem Aug. lib. 1. de Gen. 1. contra Manichæos. ca. 14. in tom. 1.

meridiana hora, vel quælibet hora. Hæc quarta die facta sunt.

DE OPERE QVINTÆ DIEI, QVANDO creauit Deus ex aquis volatilia & natatilia.

DISTINCT. XV.

A

DIXIT Etiam Deus, Producant aquę reptile animæ viuentis, & volatile super terram, &c. Opus quintę diei est formatio piscium & auium, quibus duo elementa ornantur: & de eadem materia, id est, de aquis, pisces & aues creauit: volatilia leuãs in aera, & natatilia remittens gurgiti. *De productione rerum mixta sententiarum fidelium.*

De opere sextæ diei quando creata sunt animalia & reptilia terræ. B

Sequitur, Dixit Deus, Producat terra animam viuentem, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundum species suas, &c. Sextę diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Vtrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cœperint, prius facta innoxia. C

QVæri solet de venenosis & pernicios animãtibus, vtrum post peccatum hominis ad vindictã creata sint, an prius creata innoxia peccatoribus nocere cęperint? Sane dici potest, quod creata nihil homini nocuissent si non peccasset: puniendorum nanq; vitiorum & terrendorum, vel probãdę vel perficiendæ virtutis causa nocere cœperũt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia. *Aug. lib. de Gen ad literam 3. ca. 15. in princ.*

Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint. D

DEquibusdam etiam minutis animantibus q̃stio est, Vtrum in primis cõditionib⁹ creata sint, an ex reb⁹ corruptis postea orta sint? Pleraq; n. de humidorũ corporum vitiis, vel exhalationib. terrę, siue cadauerib⁹ gignuntur: quædam etiam de *Aug. li. 3. de Gen. ad literam in princ. 6*

corruptione lignorum & herbarum & fructuum: & Deus auctor omnium est. Pōt autem dici, q̄ ea quę de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint, nisi potētialiter & materialiter. Ea vero, quę ex terra, vel ex aquis nascuntur, vel ex eis, quę terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse, non incongrue dici potest.

Quare post omnia factus est homo.

Omnibus autem creatis atq̄ dispositis nouissimè factus est homo, tanq̄ Dominus & possessor, q̄ & omnib⁹ præferēdus erat. Vnde sequitur: Vidit Deus q̄ esset bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginē, &c. Sed antequam de hominis creatione tractem⁹, q̄ supra breuiter tetigimus, pleni⁹ versantes clarius faciamus. In hac n. rerum distinctione catholici tractatores dissentire, vt supra diximus, inueniuntur: aliis dicentibus res creatas atq̄ distinctas secūdum species per interualla sex dierum: quorum sententiæ quia litera Gen. magis inseruire videtur, atque catholica Ecclesia magis approbat, ideo hactenus studiose docuimus, quomodo ex illa communi materia prius informiter facta, postea corporalium rerum genera p sex dierum volumina distinctim sint formata. Aliis autē videtur, q̄ nō p interualla temporum facta sint, sed simul ita formata, ad esse prodierunt. Quod Augustinus super Genes. pluribus modis nititur ostendere, dicens: elementa quatuor ita formata sicut modo apparent, ab initio extitisse, & cœlum syderibus ornatum fuisse. Quædam verò non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, q̄ post p tēporis accessum formaliter distincta sūt: vt herbæ, arbores, & forte animalia. Omnia ergò in ipso temporis initio facta esse dicunt: sed quędam formaliter, & secundum species quas habere cernim⁹, vt maiores mundi partes: quædam verò mate-

Genes. 1. c

** Libro 4.*

Aug. ca 34. ad princip. de Genesi ad literam.

materialiter tãtum. Sed vt dicunt, Moyses loquẽs rudi & carnali populo, locutionis modum tẽperauit, de Deo loquens à simili hominis, qui per moras temporum opera sua perficit, cum ipse simul suaopera fecerit. Vnde Augustinus. Ideo, inquit: Moyses diuisim refert Deum illa opera fecisse, qa nõ potuit simul ab homine dici q; à Deo simul potuit fieri. Item potuit diuidere scriptura loquẽdi tẽporibus, q; Deus operandi tẽporibus non diuisit. Illi qui his auctoritatibus & aliis huiusmodi inhærentes, dicunt quatuor elementã atque cæli luminaria ita formata simul esse, & habuisse illos sex dies quos scriptura cõmemorat, sex rerum genera, id est distinctiones appellãt quę simul factę sunt partim formaliter, partim causaliter.

Aug. lib. 1. ca. 10. de genesi ad literam. & gl. ordin. ad illud, & diuisit Deus lucem Gen. 1. Aug. lib. 1. de Gen. ad literam ca. 15 ad prin.

Quomodo intelligendum sit Deum requieuisse ab omni opere suo. F

Iam de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est, qa compleuit Deus die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Requieuisse ergo Deus die septimo, non quasi operando lassus, sed ab vniuerso opere requieuit, quia nouã creaturam facere cessauit. Requiescere n. cessare dicitur. vnde in Apo. dicit: Non habebant requiẽ dicẽtia, Sanctus sanctus, sanctus, id est, dicere nõ cessabant. Requieuisse ergo Deus dicitur, quia cessauit à faciendis generibus creaturæ: qa vltrà noua non condidit. Vsq; nunc tamẽ, vt veritas in Euangelio ait, operatur pater cum filio, scilicet, administrationem eorũdẽ generum quę tunc instituta sunt. Creatoris n. virtus causa subsistendi est omni creaturæ. Quod ergo dicitur. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, illud vniuersæ creaturæ continuã administrationẽ ostendit. Dié ergo septimo requieuit, vt nouam creaturã vlterius nõ faceret, cuius materia vel similitudo nõ p̃cesserit: sed vs-

Glo. ordin. ad prin. c. 2. Gen. 2. a

Apoc. 4. c Aug. lib. de Gen. in literam 4. c 12. ad princ. Ibid inferius paululum.

Ioan. 5. c. Libr. & ca. eisd. in fin.

que nunc operatur, vt quod cõdidit, continere & gubernare non cesset.

Qualiter accipiendum sit quod dicitur Deus complesse opus septimo die, cum tunc requieuit ab omni opere suo. G

Sed quæritur, quomodo septimo die dicatur Deus complesse opus suũ, cum ab omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genus nouũ rerum fecerit? Alia translatio habet: Consummauit Deus die sexto opera sua: quę nihil quæstionis affert, qa manifesta sunt, q̃ in eo facta sunt, & omnium consummatio eo die perfecta est: sicut scriptura ostẽdit cum ait: Vidit Deus cuncta q̃ fecerat, & erant valde bona. Omnia quidẽ naturaliter bona erãt, nihilq; in sui natura vitii habentia: & sunt bona q̃ condidit Deus etiã singula. Simul vero vniuersa valde bona, quia ex omnibus constitit vniuersitatis admirabilis pulchritudo in qua etiam illud q malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius cõmendat bona: vt magis placeat, & laudabiliora sint, dum cõparantur malis. Sexto ergo die facta est operum consũmatio. Ideo prę missa oritur quæstio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum cõplesse, quod Hebraica veritas habet: in quo tamen nihil nouum creasse dicitur, nisi forte dicatur die septimo compleuisse opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit: sicut subiicit scriptura. Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Opus n. est benedictio & sanctificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit, cum templum dedicauit.

Genes. 1. c
Aug. in Enchyr. ca. 10. Tom. 3.
Ibid. c. p. 11.
Hieron. lib. quæst. in genes. ad illud Gen. 1. & cõsummauit Deus. tom. 3.
Genes. 2. a
2. Reg. 8. c

Quæ sit benedictio & sanctificatio septimæ diei. H

Illum autem diẽ sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ cæteris benedictione & sanctificatiõe eum donauit. Vnde in lege dicitur: Memento sanctificare diem sabbathi. Et inde est, quod

Exod. 20. b

quod numerando dies vsq; ad septimum, procedimus. & diximus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus agitatur, nō quin alius sit ab illis octauus & nonus, & sic de cęteris: sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt: & in septimo, licet non fuerit nouum genus rerum institutū, fuit tamē in eo quasi quidā nouus status sanctificationis operū, & requietionis opificis. Pōt etiam sic exponi illud: Cōpleuit Deus die septimo opus suum, id est, completum & consummatum vidit.

DE HOMINIS CREATIONE, VBI CONsideraudum est, quare creatus homo, & qualiter sit institutus: quæ duo supra tractata sunt. & qualis factus, & qualiter lapsus, postremo quomodo sit reparatus: quæ discutienda sunt.

DISTINCT. XVI.

HIS excussis quę supra de hominis creatione prōmisimus, effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipimus, vbi hæc considerāda videntur, scilicet, quare creatus sit homo, & qualiter institutus, & qualis & quomodo factus: deinde, qualiter sit lapsus: postremo, qualiter & per q̄ sit reparatus. Horum autem primo & secundo posita, i. causam rationis humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideoq; supereſt, vt qualis vel quomodo factus sit, discutiam⁹. In Gen. legitur. Faciam⁹ hominem ad imaginē & similitudinē nostram, &c. In eo quod dicit faciamus, vna operatio triū personarum ostenditur: in hocvero quod dicit ad imaginem, & similitudinē nostram, vna & æqualis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum S. non, vt quidam putant, angelis: quia Dei & angelorum non est eadē imago vel similitudo.

Glo. ordi. ad illud Gen 1. Faciamus hominem. Genes. 1. c. Beda.

Quod imago & similitudo hic à diuersis accipitur variè: à quibusdam increata, & ab aliis creata & increata, vel essentia Trinitatis, vel pater, vel filius vel spiritus sanctus. E

Imago autē & similitudo in hoc loco vel increata intelligitur, i. Trinitatis essentia, ad quam fact⁹ est homo, vel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini cōcreata. Increatam imaginē, quę De⁹ est, intellexisse videtur Beda cum dicit, nō esse vnam imaginē Dei & angelorum, sed trium psonarum: & ideo personis nō angelis fit ibi sermo. Impropriè tamē imago dicitur, qa imago relatiue ad aliud dicitur, cuius similitudinē gerit, & ad quod repræsentandum facta est: sicut imago Cæsaris q̄ ipsi⁹ similitudinē præferebat, ipsum q̄ quodāmodo representabat. Proprie autē imago dicitur ad id quod aliud fit: sicut exemplum proprie dicitur quod sumitur ex aliquo, & exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen & aliquando abusiuè alterum pro altero: ita & minus propriè accipitur imago essentia Trinitatis, si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Beda super Gen. & gl. ord. ad illud Gen. 1. Faciamus hominem.

Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem, & similitudinem hic accipi. C

Filius vero proprie imago patris dicitur, sicut supra in tractatu de Trinitate diximus. Vnde fuerunt nōnulli, q̄ ita distinxerunt, vt imaginē in hoc loco intelligerent filium: hominē vero non imaginē, sed ad imaginē factū dicerent: quos refellit Apostolus dicēs: Vir quidē est imago, & gloria Dei. Hæc namq; imago, id est, homo cum dicitur fieri ad imaginem, non quasi ad filium dicitur fieri, alioquin non diceretur ad imaginem nostram. Quomodo enim nostram diceret, cum filius solius patris imago sit? Fuerunt autem, & alii perspicacius hæc tractātes: qui per imaginem filium, & per similitudinē spiritum sanctum intelligerēt, quia

Aug. in 7. lib. de Tri. ca. 6. ad finem.

1. Cor. 11. b

Aliorum opinio.

quia similitudo est patris & filii. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram, id referētes ad similitudinē tantum. ad imaginē vero, subintelligendum esse, meam. Hominē vero & imaginē esse, & ad imaginem & similitudinem factum esse tradiderunt: & imaginē imaginis esse, & similitudinis.

Nec horum sententiam approbat sed imaginem & similitudinem Dei in homine quærendam, & considerandam docet, vt imago & similitudo creata intelligatur. D

Veruntamen hæc distinctio, licet reprobabilis penit⁹ nō videatur, qa de medio montium, i. auctoritatib⁹ sanctorum nō manat, cōgruentius in ipso homine imago, & similitudo Dei quærenda est, & cōsideranda. Factus est ergo homo ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mētem, qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginem, secundum memoriā, intelligētiam, & dilectionē. Ad similitudinē, secundum innocentiam & iustitiam: quæ in mente rationali naturaliter sunt. Vel imago cōsideratur in cogitatione veritatis, similitudo in amore virtutis: vel imago in aliis omnibus, similitudo in essentia: qa, & immortalis & indiuisibilis est. Vnde Aug. in lib de quantitate animę, Anima facta est similis Deo: qa immortalitatē & indissolubilē fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Fact⁹ est ergo homo secundum animam, ad imaginē & similitudinē nō patris vel filii vel spirit⁹ sancti, sed totius Trinitatis: ita & secundū animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago Dei in eo est. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura q̄ in ea est, sed ꝓpter picturam quę in ea est, simul & tabula & imago appellatur: ita ꝓpter imaginē, Trin. etiā illud, in quo est imago, nomine imaginis vocatur.

Aug. lib. de spiritu & anima ca. 10. ad finem tom. 3.

Cap. 2. to. 1. in princip.

Aug in 15. l. de Trin. in fine ca. 22.

Quod homo dicitur imago, & ad imaginem: filius vero imago, non ad imaginem. E

Quocirca homo & imago dicitur, ad imaginẽ: filius autem imago, non ad imaginem: quia natꝰ & non creatus, æqualis & in nullo dissimilis, homo creatus est à Deo, non genitus, non parilitate æqualis, sed quadam similitudine accedẽs ei. vnde Aug. in lib. 6. Trinit. in Genes. legitur: Faciamꝰ hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã, faciamus & nostram pluraliter dixit: & nisi ex relatiuis accipi non oportet, vt facere intelligantur pater & filius, & spiritus sanctus ad imaginem patris & filii & spiritus sancti, vt subsisteret homo imago Dei. Sed quia non omnino æqualis fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, ideo ita imago dicitur quod & ad imaginẽ: qa non æquatur parilitate, sed accedit quadam similitudine. Filius autem est imago, sed non ad imaginem, quia æqualis patri. Dictus est ergo homo ad imaginẽ propter imparem similitudinẽ. Et ideo nostram, vt imago Trinitatis esse homo intelligatur, non Trinitati æqualis, sicut filius patri. Ecce ostensum est secundum quid sit homo similis Deo, scilicet, secundum animam. Sed in corpore quandam proprietatem habet quæ hoc indicat: quia est erecta statura, secundum quã corpus animæ rationali congruit, qa in cęlum erectũ est.

Aug. lib. 6. cap. 6. in fine.

Ibid. paulo inferius.

Aug. lib. de Gen. ad lit. terã 6. c. 12. circa finem. Et li. de Genesi contra Manichæos 1. c. 17. in fine tomo 1.

DE CREATIONE ANIMÆ: VTRVM De aliquo facta sit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuerit in creatione.

DISTINCT. XVII. A

HIC de origine animæ plura quęri solent, scilicet, vnde creata fuerit, & quando, & quã gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur, cum dicitur. Formauit Deus hominem de limo terræ: ita eiusdẽ secundum animam factura describitur, cũ subdi-

subditur. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Corpus n. de limo terræ formauit Deus, cui animã inspirauit. Vel secundũ aliam literam, flauit vel sufflauit: non q̃ faucib⁹ sufflauerit, vel manibus corporeis corp⁹ formauerit. Spiritus enim De⁹ est, nec lineamentis membrorum cõpositus. Non ergo carnaliter putem⁹ Deum corporis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formauit iubẽdo, volẽdo, id est, voluit, & verbo suo iussit, vt ita fieret: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, id est, substantiã animæ in qua viueret, creauit: non de materia aliqua corporali vel spirituali, sed de nihilo. *Aug. lib. 7. de Gen. ad literam c. 1. in fine.* *Genes. 2. b.*

Opinio quorundam hæreticorum, qui putauerunt animam esse de substantia Dei. B

Putauerunt n. quidam hæretici, Deum, de sua substantia animam creasse, verbis scripturę pertinaciter inhærentes quib⁹ dicitur, inspirauit vel insufflauit, &c. Cum flat, inquiunt, vel spirat homo, de se flatum emittit: Sic ergo cum dicitur De⁹ flasse, vel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, i. de sua substantia. Qui hoc dicunt, nõ capiunt tropica locutione dictum esse sufflauit, vel flauit, i. flatũ hominis, scil. animam fecit. Flare n. est flatum facere: & flatum facere, est animam facere. Vnde Dominus p Esa. Omnẽ flatum ego feci. Non sunt ergo audiẽdi qui putant animam esse partẽ Dei Si n. hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciẽdum vel patiendum compelli, nec in melius vel deteri⁹ mutari. Flatus ergo quo hominem animauit, factus est à Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo. *Ioan. 4. c. Aug. lib. de Gen. ad literam 7. c. 2. in princip. Responsio. Ibid. ca. 3. ad finem.* *Esa. 57. d.*

Quando facta sit anima, an ante corpus, aut in corpore. C

Sed Vtrum in corpore, vel extra corpus, etiã inter

Opinio Augustin. lib. 7. cap. 25. ad principiū.

ter doctos scrupulosa quęstio est, Aug. n. super Gē, tradit, animā cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus accessisse: neq; compulsa est incorporari, sed naturaliter illud voluit, i. sic creata fuit, vt vellet, sicut naturale nobis est velle viuere. Male autem velle viuere, non naturę, sed voluntatis est peruersæ. Alii vero dicunt animam primi hominis in corporę fuisse creatam: ita exponentes verba illa, Insprauit in faciē eius spiraculum vitæ, i. animā in corpore creauit, quæ totum corpus animaret: faciem tamen specialiter expressit, qa hæc pars sēsibus ornata est ad intuēda superiora. Sed quicquid de anima primi hominis æstimetur, de aliis certissimè sentiēdum est, q̄ in corpore creentur. Creando n. infundit eas Deꝰ: & infundendo creat. Dicendum est etiam, animā illam non sic esse creatam, vt præscia esset operis futuri iusti vel iniusti.

Aug. ca. 27. li. 7. de Gen. ad literam in prin.

Ibid. ca. 26. in princip.

In qua ætate Deus hominem fecerit. D

Solet etiam quæri, vtrum Deus hominem repēte in virili ætate fecerit, aut perficiēdo, & ætates augēdo, sicut nūc format in matris vtero? Aug. super Gen. dicit, q̄ Adam in virili ætate continuò factus est: & hoc secundum superiores, nō inferiores causas, i. secundum voluntatē, & potentiam Dei quam naturę generibus nō alligauit: qualiter & virga Moysi conuersa est in draconē. Nec talia cōtra naturā fiunt, nisi nobis, q̄bus alter naturæ cursus innotuit: Deo autē natura est q̄ facit: Non ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat n. in prima creaturarum cōditione, sic hominem posse fieri: sed non ibi erat necesse vt sic fieret: hoc n. non erat in cōditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas necessitas est. Hoc n. necessario futurum est, q̄ vult & præscit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt, sed in præscięntia Dei futura non sunt. Si autē ibi

Aug. li. de Gen. ad literam 6. c. 10. ad prin.

Exod. 7. b

Exod. li. 6. ca 15. in fine.

**causarum.*

Lib. eod. c. 17 ad prin.

ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi sūt, vbi præcessit ille, qui non potest falli. Si ergo factus est Adam non secundum inferiores causas, quia non erat in rerum causis seminalibus, vt ità fieret: sed secundum superiores, non contra naturam operantes: quia in rerum causis naturalibus erat, vt ita posset fieri

Eod. lib. cā. 18. ad prin.

Quod homo extra paradysum creatus, in paradyso sit positus: & quare ita factum sit. E

Hominem autem ità formatum tulit Deus, vt scriptura docet, & posuit in paradyso voluptatis, quē plātauerat à principio. His verbis aperte Moyses insinuat, ꝙ homo extra paradysum creatus, postmodum in paradyso sit posit⁹: Quod ideo factum dicitur, quia non erat in eo permānsurus: vel vt nō naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intelligitur autem paradysus localis, & corporalis, in q̄ homo locatus est. Tres n. generales de paradyso sentētiæ sunt. Vna eorum, qui corporaliter intelligi volunt tantū. Alia eorum qui spiritualiter tantum: Tertia eorum qui vtroq; modo paradysum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor, vt homo in corporali paradyso sit positus: qui ab illo principio plantatus accipi potest, quo terram omnem remotis aquis, herbas, & ligna producere iussit. Qui etsi præsentis Ecclesiæ vel futuræ typum tenet, ad literam tamē intelligēdum est esse locum amœnissimum fructuosis arboribus, magnum & magno fonte fœcundum. Quod dicimus, A principio: antiqua translatio dicit, Ad orientē. Vnde vo lunt in orientali parte esse paradysum, longo interiacente spacio vel maris vel terræ, à regionib⁹ quas incolunt homines secretum, & in alto sitū, vsque ad lunarem circulum pertingentem, vnde nec aquæ diluuii illuc peruenerunt.

Genes. 1. d Aug lib. de Gen. ad literam 8. c. 1. in princ.

Qualis sit locus paradysi & vbi.

De lignis paradysi, inter quæ erat lignum vitæ & lignum scientiæ boni & mali. F

IN

Beda & Strabus ingi. or. ad illud Gē. 2. Lignum vitæ. Ibi paulo inferius ad id Gen. 2. Lignum scientiæ.

In hoc autē paradyso erāt ligna diuersi generis: inter quæ vnum erat, ꝙ vocatum est lignum vitæ: alterum verò, lignum scientię boni & mali. Lignū autē vitæ dictum est, sicut docet Beda & Strabus, qa diuinitus accepit hanc vim: vt qui ex eius fructu cōederet, corpus eius stabili sanitate, & ꝑpetua soliditate firmaretur: nec vlla infirmitate, vel ętatis imbecillitate indeterius vel in occasum laberetur. Lignum autē scientię boni & mali, non à natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei postea secutæ, arbor n. illa nō erat mala, sed sciētiæ boni & mali ideo dicta est, qa post prohibitionē erat in illa transgressio futura: qua homo experiendo disceret, quid esset inter obedientię bonum, & inobedientiæ malum. Non ergo de fructu q nasceretur inde, positum est illud nomen, sed de re transgressionē secuta. Cognouit n. homo priusq̄ tangeret hoc lignum, bonum & malum: sed bonum ꝑ prudentiā & experientiam, malū vero per prudentiā tantum. Quod etiam ꝑ experientiam nouit vsurpato ligno vetito: qa per experientiam mali didicit, quid sit inter bonum obedientiæ & malum inobediētiæ. Si vero primi parentes obediētes essent, nec contra p̄ceptum peccassēt, nō ideò tamē minus diceretur lignum scientiæ boni & mali, qa hoc ex eius tactu accideret si vsurparetur. A ligno ergo ꝓhibitus est ꝙ malum non erat, vt ipsa pręcepti cōseruatio bonum illi esset, trāsgressio malum. Nec melius consideratur, quantū malum sit inobedientia q̄ hoc modo: cum scil. ideò reus factus esse homo intelligitur, qa prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset, nec peccasset, nec pœnam sensisset. Si vero venenosam herbā ꝓhibitus tetigerit, pęna sequitur: & si nemo ꝓhibuisset, similiterq̄ sequeretur. Sin etiam ꝓhibetur res tangi, quæ non tangenti tantum, sed ꝓhibenti obest, sicut aliena pecunia; ideò pro-

Aug. lib. de Gen. ad literam. 8. c. 6. ad finem.

Aug. lib. 8. c. 15. de Genesi ad literam ad princip.

Aug. eod. li. 8. cap. 13. ad princip.

prohibitum est peccatum, quia ꝓhibenti est damnosum. Cum vero tangitur, ꝙ nec tangenti obest, si nō prohibetur, nec cuilibet si tangatur: & ideo ꝓhibetur, vt p bonū obediētiæ, & malū inobediētię mōstretur. Sicut prim⁹ homo à re bona ꝓhibit⁹ pęnā incurrit: vt nō ex re mala, sed ex inobediētia pęna esse mōstretur, sicut ex obediētia palma.

DE FORMATIONE MVLIERIS.

DISTINCT. XVIII.

A IN eodem quoꝙ paradyso mulierem formauit Deus de substantia viri: sicut post plantatum paradysum, hominemꝙ in eo positum, & post vniuersa animalia ad eum ducta, suisꝙ nominib⁹ designata, subnectit scriptura. Immisit Deus soporē in Adam. Cumꝙ obdormisset, tulit vnam de costis eius, & formauit eam in mulierem. *Genes. 2. d*

Quare virum prius, & postea de viro mulierem creauit, non simul vtrumque. B

Hic attendēdum est quare nō creauit simul virum, ac mulierē, sicut angelos: sed pri⁹ virum, deinde mulierē de viro. Ideoꝙ scil. vt vnum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabol⁹ quippe aliud à Deo principium esse cōcupierat. Ideoꝙ vt eius superbia retunderetur, hos homo in munere accepit, ꝙ diabol⁹ peruersè rapere voluit, sed obtinere nō potuit. Et p hoc imago Dei in homine apparuit: quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominib principium generationis. Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, vt dum cognoscerent se ab vno esse omnes, se quasi vnū amarēt. *Aug. li. 12. de ciu. Dei c. 26 & vlt. in fine tom. 5.*

Quare de latere viri, non de alia corporis parte formata sit. G

Cum autē his de causis facta sit mulier de viro, nō de qualibet parte corporis viri, sed de latere ei⁹ *Aug. li. 9. de Genes. ad litter. c. 13.*

forma-

formata est: vt ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectiõis, ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationẽ videretur p̃ferenda: aut si de pedibus, ad seruitutem subiicienda: Quia igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur, sed socia: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: vt iuxta se ponẽdam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

in principio. Glo. ord. ad illud Gen. 2. Costam quam tulerat.

Quare dormienti, & non vigilanti costa subtracta est. D

Non sine causa dormienti quoq; viro potius q̃ vigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata: scilicet vt nullam in eo sensisse pœnam mõstraretur, & diuinæ simul potẽtiæ opus mirabile ostẽderetur, q̃ hominis dormientis latus aperuit: nec eum tamẽ à quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramẽtum Christi, & Ecclesiæ figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormiẽtis formata est: ita Ecclesia ex sacramẽtis, quę de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt, scilicet, sanguine & aqua, quibus redimimur à pœnis atque abluimur à culpis.

Aug. lib. 9. c. 13. de Genesi ad literam.

Aug. aduersum 5. Psal. 56. tom. 8.

Quod de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per Dei potentiam sicut quinq; panes in se multiplicati sunt. E

Solet etiam quæri, Vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinsecæ facta sit mulier? Quod quibusdam non placuit. Cæterum si ad perficiẽdum corp⁹ mulieris Deus extrinsecum augmẽtum addidisset, maius illud esset quam ipsa costa. Ideoq; pot⁹ de illo addito, q̃ de ipsa costa, mulier facta deberet dici, de q̃ plures accepisset substãtiæ partes. Restat ergo, vt de sola ipsius costæ substantia sine omni extrinseco additamẽto, per diuinã potentiam in semetipsa multiplicata mulieris corp⁹ factũ dicatur: eo sane miraculo q̃ postea de quinque

que panibus à Iesu cœlesti benedictione multiplicatis, quinque millia hominum satiata sunt. Illud etiam scire oportet, quod cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio, non est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullam possunt creare naturam, ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplementum in loco costæ: non quod nihil agant, vt aliqd creetur, sed non ideo creatores sunt, sicut nec agricolæ segetum vel arborum. Solus Deus, id est, Trinitas est creator. Facta est ergo fœmina à Deo, etiamsi costa ministrata sit per angelos.

Ioan. 6. c. Matth. 14. b. August. ad principium, ca. 15. lib. 9. de Gen. ad literam. Ibid paulo superius.

Vtrum secundum superiores, an secundum inferiores causas ita facta sit mulier, id est. an ratio seminalis id haberet vt ita fieret, an tantum vt ita fieri posset, sed vt sic fieret, in Deo tantum esset causa.

F

Sed quęritur, an ratio quam Deus primis operibus concreauit, id haberet vt secundum ipsam ex viri latere fœminam fieri necesse foret, an hoc tantum vt fieri posset? Ad qꝫ sciendum est omniũ rerum causas in Deo ab æterno esse. Vt. n. homo sic fieret vel equus & huiusmodi, in Dei potẽtia & dispositione ab ęterno fuit. Hę dicuntur primordiales causę, qa istas alię nõ ꝓcedunt, sed istę alias, quæ sunt causę causarum. Cumqꝫ vnum sit diuina potentia, dispositio siue voluntas, & ideo vna omniũ principalis causa, tamẽ propter effectꝰ diuersos pluraliter dicit Aug. causas primordiales omnium rerum in Deo esse, inducens similitudinem artificis, in cuius dispositione est, qualis futura sit arca. Ita & in Deo vniuscuiusque rei futuræ causa pręcesit. In creaturis vero quarundam rerum, sed non omnium causæ sunt, vt ait Augustꝰ. Quia inseruit Deꝰ seminales rationes, reb. secũdũ quas alia ex aliis ꝓueniũt, vt de hoc semine tale granũ, de hac arbore talis fructꝰ & huiusmodi. Et hæc quoqꝫ dicun-

August. ad principium, ca. 17. li. 9. de Gen. ad literam.

Quod non omniũ quæ fiunt causæ sunt in creaturis.

cuntur primordiales causæ, etsi nō adeo propriè: quia habent ante se causam æternam, quę propriè & vniuersaliter prima est. Illæ vero ad res aliquas dicuntur primæ, scilicet, quę ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione; rebus à Deo insitæ sunt. Et sicut creaturę mutabiles sunt, ita & hę causæ mutari possunt. quæ autem in immutabili Deo causa est, non mutari potest.

Distinctio causarum rerum perutilis scilicet, quod quædam in Deo & in creaturis, quædam in Deo tantum sunt. G

Omnium rerum causæ in Deo sunt: sed quarundam causæ & in Deo sunt, & in creaturis, quarundam vero causę in Deo tantum sunt, & illarum rerum causæ dicuntur absconditæ in Deo, quia ita est in diuina dispositione, vt hoc vel illud fiat, quod non est in seminali creaturæ ratione. Et illa quidem quæ secundum causam seminalem fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturę hominib. innotuit. Alia vero pręter naturā, quorum causæ tantum sunt in Deo. Hæc autem dicit Aug. esse illa quæ per gratiā fiunt, vel ad ea significanda nō naturaliter sed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam de costa viri ponit, ita dicens: Vt mulierem, ita fieri necesse foret, nō in reb. conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis creaturæ cursus habet naturales leges, super hūc naturalē cursū creator habet apud se posse de omnib. facere aliud, quā eorū naturalis ratio habet: vt s. virga arida repēte floreat, & fructū gignat, & in iuuētute sterilis fœmina in senectute pariat, vt asina loquatur, & huiusmodi. Dedit a naturę vt ex his etiā hęc fieri possēt, nō vt in naturali motu haberēt. Habet ergo De⁹ in se absc̄oditas q̄rūdā futurorū causas, quas reb. c̄oditis nō inseruit, easque implet nō opere prouidentię, q̄ naturę; sub-

Super Gen. li. 9. cap 18. in medio.

Eod. lib. ad principiū. cap. 17. li. eod. paulo inferius.

Nume. 17. b. Luca 1. d. Nume. 22. c. Ibid paulo inferius. Aug. lib. eo. 9. cap. 18. in principio.

subsistunt vt sint: sed q̃ illas administrat vt voluerit, quas vt voluit condidit. Omnium ergo quæ ad gratiam significandam non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, absconditæ causæ in Deo fuerunt: quorum vnum erat, quod mulier facta est de latere viri dormientis. Nõ habuit prima rerum conditio vt fœmina sic fieret, sed vt fieri posset: ne contra causas quas Deus voluntariè instituit, mutabili voluntate aliquid facere putaretur. *Ibid. inferius.* *Ibid. fere continuo.*

De anima mulieris, quod non est ex anima viri, vt quidam putauerunt, dicentes animas esse ex traduce. H

Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius animam de viri anima propagatam: & omnes animas præter primam, de traduce esse, sicut corpora. Alii autem putauerũt simul omnes animas ab initio creatas; Catholica autẽ Ecclesia nec simul, ex traduce factas esse animas docet, sed in corporib. per coitum seminatis atq; formatis infundi: & infundendo creari. Vnde in Ecclesiasticis dogmatib⁹, Animas hominum nõ esse ab initio inter creaturas intellectuales natas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, dicimus: neq; in corporibus per coitũ seminari, sicut Luciferiani & Cyrillus, & quidã Latinorũ præsumptores affirmant. Sed dicim⁹ corpus tantum per coniugii copulam seminari: Creationẽ vero animæ solũ creatorẽ nosse, eiusq; iudicio corpus coagulari in vulua, & cõpingi atq; formari: ac formato iam corpore animam creari atq; infundi, vt viuat in vtero homo ex anima cõstans & corpore, & egrediatur viuus ex vtero plen⁹ humana substãtia. Hier. etiam anathematis vinculo illos cõdemnat, qui animas ex traduce dicũt: inducẽs auctoritatẽ Prophetę Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc satis, inquit, innuit Pro- *Aug. lib. de Gen. ad literã. 10. c. 1. ad princip.* *Aug. de Eccles. dogmatib. in prin. cap. 14. to. 3* *Hiero. ad versum. 15. psal. 32.*

ta, quod non ipsam animam de anima facit Deus, sed figillatim animas de nihilo creat.

DE PRIMO HOMINIS STATV ANte peccatum, scilicet, qualis fuerit secundum corpus, & secundum animam.

DISTINCT. XIX.

De hominis duratione & conseruatione quantum ad immortalitatẽ.

SOlent quæri plura de primo hominis statu ante peccatum, sc. qualis fuerit homo priusquã peccaret, & in corpore & anima: mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis: De termino inferioris vitæ, & tranſitu ad superiorem: de modo propagationis filiorum, & alia multa, quę non inutiliter sciuntur, licet aliquando curiositate quærantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eiꝰ secundum corpꝰ, & modo propagationis filiorum, & de aliis quibusdam inspiciamꝰ. Primus ergo homo secundum naturam corporis terreni, & immortalis fuit quodammodo, quia potuit nõ mori. In illo namque primo statu habuit posse mori, & posse nõ mori. Et hæc fuit. 1. humani corporis immortalitas, scilicet, posse non mori. In secũdo vero statu post peccatũ habuit posse mori, & non posse non mori: quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori; quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas: quod ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpꝰ hominis animale. i. egens alimoniis ciborũ. Vnde & homo factus dicitur in animam viuentẽ, nõ spiritualẽ, i. in animã corpus sensificãtem, ꝙ adhuc erat animale, non spirituale, ꝙ egebat cibis vt per animã viueret. Factus est ergo in animã viuentẽ, i. vitam corpori dantem: tamen per sustẽtamẽta ciborum: & tunc erat corpus mortale & immortale, qa poterat mori, & poterat

terat nō mori. Post peccatum vero, factū est mortuum, sicut dicit Apostolus: Corpus propter peccatum mortuum est, i. necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione vero erit spirituale, scil. agile & cibis non egens, & immortale: non sicut in statu primo fuit, scil. quod posset non mori, sed etiam quod non poterit mori. vnde Augustin. super Gen. Apost. ait: Corpꝰ quidem mortuum est propter peccatum, &cæt. Prius de limo terræ formatum est corpus animale non spirituale, cum quali resurgemus. Renouabitur enim à vetustate, non in corpus animale quale fuit: sed in melius, i. spirituale, cum hoc mortale induet immortale: in quo mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apost. corpus mortale est propter peccatū, sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale, & immortale erat, qa poterat mori & nō mori. Aliud autē est nō posse mori, aliud posse nō mori. Ideo factū est per peccatum nō mortale, quod erat, sed mortuum, quod non fieret nisi peccaret. Animale enim nō est hoc corpus, sicut primi hominis fuit, sed iam deterius est: habet. n. necessitatem moriendi. Ecce hic euidēter aperit Augustꝰ q; corpus hominis ante peccatum mortale, & immortale fuit, sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Ge. ait: nō est credēdum ante peccatū ita fuisse mortua corpora, sicut modo. Ait enim Apost. Corpus propter peccatum mortuum est: sed licet fuissent animalia nondum spiritualia, non tamen mortua: quæ, scilicet, necesse esset mori.

Genes. 2. b.

Aug. tom. 3. ad princip. Roman. 8. b

Li. 1. ca 19. Roman. 8. b.

Lib. eod. de Gen. ad literā ca. 24.

1. Cor. 11. g.

Ibid. ca. 25. in princip. Augustin.

Augu. eod. li. 8. cap. 26. ad princip. Roman. 8. b.

Beda & gl. ord. ad illud Gen 2. In quacunque die comederis.

Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum, esset de conditione naturæ, an gratiæ beneficio.

Solet hic quæri, cum homo primus mortale & immortale corpus habuerit, vtrum ex cōditione naturæ ipsius corporis habuerit vtrunq; an alterū bene-

beneficium esset gratiæ, scilicet, immortalitas, id est, posse non mori? Ad quod dici potest, qui alterum habebat in natura corporis, id est, posse mori: Alterum vero, scil. posse non mori, erat ei ex lignovitę, scil. ex dono gratiæ: Vnde Aug. super Gen. Quodāmodo creatus est homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale erat, quod omnino mori nō posset: quod non erit, nisi cum fuerit spirituale. Apertè dicit, quod non ex natura, sed ex ligno vitæ habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt, quod nisi illo ligno vitæ vteretur, non semper viueret, quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur: qa præceptū erat ei, vt nō comederet de omni ligno paradysi, nisi de ligno sciētię boni & mali. Sicut ergo peccauit comedēdo quod erat iussum,

Aug. de Gen. ad literam. l. 6. cap. 25. ad princip.

Ibid. paulo inferius.

Aliqui dicunt, quod si non vteretur Adā de ligno vitæ non semper viueret quia peccaret.

Si non foret præceptum, vt de illo ligno comederet & aliis, & non illo vteretur, an posset non mori. C

Sed adhuc quæritur, si non esset præceptum vt de ligno vitæ ederet & aliis, & non illo vesceretur nunquid posset non mori? Si semper viueret non vtens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori. Si vero non posset sēper viuere, id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt, quod si non fuisset ei præceptum vesci illo ligno & aliis, & non illo vesceretur, viueret semper? sic determinantes illud quod suprà dixit Aug. Erat ei de lignovitę, non de conditionis naturę tantum, scilicet, quasi non ex conditionis naturæ solummodo erat ei, sed etiam ex illo ligno. Aliis autem videtur, quod ex ligno vitæ erat ei, posse non mori, non ex natura. Ideo enim dicitur posse non mori, quia poterat vti illo ligno, de quo edens non moreretur.

Qua-

Quæstio Augustini quomodo immortalis factus sit homo. D

De hac vero hominis immortalitate, qualis fuerit. Augustin. super Gen. quæstionem mouens, sic ait: Quæritur quomodo immortalis factus sit homo præ aliis animantibus: & quomodo cum illis cõmunem acceperit alimoniam? Sed alia est immortalitas carnis quam in Adam accepimus: alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, vt non posset mori, si non peccaret, moreretur autem si peccaret: Filii vero resurrectionis non potuerunt vltra peccare, nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectione ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatũ, ita immortalis creata est, vt per alimoniã adiuta esset mortis & doloris expers. Sic ergo immortalis & incorruptibilis cõdita est caro hominis, vt suã immortalitatẽ & incorruptionẽ per obseruãtiam mandatorũ Dei custodiret. In quib. mãdatis hoc cõtinebatur, vt de illis lignis cõcessis mãducaret, & ab interdicto abstineret. Per horũ eduliũ immortalitatis dona cõseruaret, donec corporalib. incremẽtis perduct⁹ adętatẽ, quę cõditori placeret, multiplicata progenię ipso iubẽte sumeret de ligno vitę, q̃ perfectè immortalis fact⁹, cibi alimẽta vlterius nõ requireret.

Ex Aug. c. 21. in pr. de Gen. ad literam lib. 5.

Glo. ord. ad illud Gen. 1. Faciamus hominẽ ad.

Ibid glo. ord. paulo inferius.

Ibid. in glo. paulo inferius.

Summatim superiorum verborum sententiam perstringit. E

Ecce his verbis videtur Augustin. tradere, quod caro primi hominis immortalitatẽ in se habuerit: quæ per alimoniam ciborum conseruaretur vsq; ad tempus suæ translationis in melius, quando de ligno vitæ comederet, & fieret omnino immortalis, ita vt non posset mori.

* * *

Quod ex prædictis consequi videtur, hominem de naturæ suæ conditione quodammodo fuisse immortalem: sed non omnino fieret immortalis, nisi participato ligno vitæ. F

Aug. de Genesi ad literã lib. 8. ca. 5. ad finem.

Ideo aliqui dicunt quod immortalitatẽ de natura habebat, quia poterat non mori: quæ aliorum lignorum esu poterat conseruari, sed nõ poterat consummari nisi per assumptionẽ lignivitę. Quod videtur Aug. sentire super Gen. dicens. Hoc quoq; addo, talem cibum illam arborem præstitisse, q̃ corp⁹ hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur, ꝙ cum aliis cibis corpus posset sustentari, hoc cibo indeficienti sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur, quod sicut in natura sua habuit mortalitatẽ quandam, sc. aptitudinem moriẽdi: ita aliquam immortalitatem in natura sua habuit, id est, aptitudinẽ qua poterat nõ mori, cibis adiut⁹: sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitæ. Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora Aug. verba quibus dicit, quod erat immortalis ex ligno vitæ, huic sentẽtię nõ cõtradicant, diligẽter inquirant.

DE MODO PROCREATIONIS FILIORUM *si non peccassent primi parentes, & quales nascerentur filii.*

DISTINCT. XX. A

De hominis duratione & cõseruatione quantũ ad filiorum procreationem.

POst hæc videndum est, qualiter primi parentes si non peccassent filios procreassent, & quales ipsi filii nascerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradyso misceri non potuisse, nisi post peccatũ: dicentes concubitũ sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniã ex peccato hęc cõsecuta sũt. Ad ꝙ dicendum est, quod si nõ peccassẽt primi

primi homines, sine omni peccato & macula in paradyso carnali copula cõueniissent, & esset ibi thorus immaculatus, & commixtio sine concupiscentia: atque genitalibus mẽbris sicut cæteris imperarent, vt ibi nullum motum illicitum sentirent, & sicut alia membra corporis aliis admouemus, vt manum ori, sine ardore libidinis: ita genitalibus vterẽtur membris sine aliquo pruritu carnis. Hæc enim lætalis ægritudo, membris humanis ex peccato inhæsit. Genuissent itaque filios in paradyso per coitum immaculatũ, & sine corruptio. Vnde Aug. Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationẽ imperare potuisse, sicut cæteris in quolibet opere sine voluptatibus pruritu vtimur. Incredibile enim nõ est Deum talia fecisse illa corpora, vt si non peccassent, Illis mẽbris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarẽt, vel cum dolore parerent: sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptię ordinant, continentia cohibet. Infirmitas enim prona in ruinam turpitudinis, excipitur honestate nuptiali: & quod sanis est officium, ęgrotis est remedium. Emissi qui dem de paradyso conuenerunt, & genuerunt: sed potuerunt in paradyso eis esse nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.

Augu. 9. de Gen. ad literam lib. c. 10. ad fin.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. cap. 7. in medio.

Ibid. ap. 3. non longe à princ. lib. 9.

Quare in paradyso non coierunt, duobus modis soluit. B

Cur ergo non coierunt in paradyso? Quia creata muliere, mox transgressio facta est, & eiecti sunt de paradyso. Vel quia nondũ Deus iusserat vt coirẽt, & poterat diuina expectari auctoritas, vbi concupiscentia non angebat. Deus vero iusserat, quia casum eorum præsciebat, de quibus homo propagandus erat. Ecce expressè habes de modo propagationis filiorum.

Aug. lib. eod. 9. cap 4. in principio.

Ibid. continuo Aug.

De termino illius inferioris vitæ, vtrum natis filiis per succesiones, an simul omnes transferendi essent. C

Determino vero tēporis quo transferrentur ad spiritualem, cœlestemq; vitā, certum aliquid scriptura nō tradit. Et ideo ambiguum est vtrum parētes genitis filiis perfectaq; humani officii iustitia, ad meliorem statum transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem: an patres in aliquo statu vitæ remanerent, ligno vitæ vtentes, donec filii ad eundē peruenirent: & sic impleto numero omnes simul ad meliora transferantur, vt essent sicut sancti angeli in cælis. De quo Augustinus ambiguè differit, super Gen. ita inquiens. Potuerunt primi homines in paradyso filios gignere: non vt morientibus patribus succederent filij, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno vitæ vigorem sumentibus, & filii ad eundem perducerentur statum, donec impleto numero sine morte animalium corpora in aliā qualitatem transirent, in qua omnino regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu vinificante, sine corporeis alimentis viuerent. Vel potuerunt parētes filiis cedere, vt per successionem numerus impleretur: qui genitis filiis perfectaq; humani officii iustitia, ad meliora trāsferrentur, nō per mortem, sed per aliquā mutationem. Ecce hic habem⁹ de transitu hominis ad meliora, sed incertum nobis relinquitur, vtrū simul trāsferantur, an per successiones.

Aug. cap 3. ad medium. lib. 9. de Gen. ad literam.

Aug. li. eo. 9. cap. 6. in principio.

Quales procrearent filios, vtrum perfectionem staturæ & vsum membrorum habentes, qualis homo primus fuit conditus. D

Si vero quæritur. Quales, si nō peccasset homo, filios genuisset? vtrum videlicet, sicut ipse primus homo secundum naturā corporis & vsum membrorum perfectus mox cōditus extitit, ita etiam ei⁹ filii in ipso natiuitatis exordio pfecti existerēt: qui

qui ambulare & loqui, & cuncta facere possent? Responderi potest, quod filios paruulos nasci oportebat, propter maternivteri necessitatem. sed vtrum mox nati perfectionem staturæ & mẽbrotumvsum haberent, an paruuli & in minore ætate cõstituti, vti possent membrorum officiis, an per interualla temporum eo modo, quo nunc fit, perfectionem staturę, & vsum membrorum recepturi essent, de auctoritatibus definitũ nõ habemus.

Ambigua Aug. verba ponit vbi tamen videtur innuere, quod filii & paruuli possent membrorum vti officiis. E

Et super hoc Augustinus ambigue loquitur. Mouet, inquit, si primi homines non peccassent, vtrũ tales filios essent habituri, qui nec lingua, nec manibus nec pedibus vterentur. Nam propter vteri necessitatẽ, forte necesse erat paruulos nasci: sed quãuis exigua pars corporis sit costa, non tamen propter hoc paruulam viro coniugem fecit: vnde & eius filios poterat omnipotẽti a creatoris mox natos, grandes facere. Sed vt hoc omittam, poterat certe eis præstare, quod multis animalibus præstitit: quorum pulli, quamuis sint paruuli, tamen mox vt nascuntur currunt, & matrẽ sequuntur. Cõtra, homini nato nec ad incessum pedes idonei sũt, nec man? saltẽ ad scalpẽdũ habiles, & iuxta se mãmis positis nascentes, magis posũt esuriẽtes flere quã surgere: proprieq; infirmitati mẽtis cõgruit hęc infirmitas carnis. His verbis videtur insinuari, quod filii etiam paruuli, officiis membrorum valerent vti.

Aug. ca. 17. li. 1. de peccatorũ meritis & remissione & de baptismo paruulorũ. tom. 7.

Aug. ca. 18. eiusdem, li. 1. de peccatorum meritis & remissione. tom. 7.

Quibusdam non absurde placuit, quod filii parui nascerentur, & per accessum temporis in statura, & in aliis sicut nunc proficerent, quod non esset vitio imputandum. F

Sed cum August. sub assertione de his nihil tradat, nõ irrationabiliter quibusdã placuit primorũ parẽtũ filios nascituros paruos, ac deinde per inter-

interualla temporum eadem lege, qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus, staturæ incrementum & membrorum vsum recepturos, vt in illis expectaretur ætas ad ambulādū & loquendum sicut modo in nobis: quod vtiq; non esset vitio imputandum, sed conditioni naturæ: sicut à cibo abstinere penit⁹ non valebant, nec tamen illud erat ex vitio, sed ex naturę conditione.

Oppositio quorundam volentium probare eos posse viuere sine alimonia. G

Ad hoc autem opponitur: Si nō peccarent, non morerentur: sed nō peccarent, si nō comederent: poterāt igitur sine alimonia viuere. Cæterū sicut supra diximus, non solum peccarent si de ligno vetito ederent, sed etiam si concessis vterentur, quia sicut erat eis præceptum non illo ligno vti, ita aliis vesci. Præterea contra naturalē rationem facerēt, qua intelligebant de illis esse edendum, quod & naturaliter appetebant. Item opponitur: Cum fames sit pœna peccati, si non peccarent, famem non sentirent, sed sine fame superfluum videretur comedere. Vnde putāt quidam eos cibis non indiguisse ante peccatum, quia non poterant esurire, si nō peccassent. Ad quod dici potest, quod fames vere defectus est & pœna peccati. Est enim immoderatus appetitus edendi: non subiacuisset homo, si non peccasset, sed procul dubio peccaret, nisi hunc defectum cibo præueniret. Habebat. n. naturalem appetitum & moderatum, cui ita satisfaciēdum erat, ne defectū famis sentiret. Sicut ergo non ex vitio, sed ex naturę cōditione erat, quod ante peccatū homo cibis indigebat, ita non ex vitio esset sed de natura, si hominis cōditio in principio suo, i. in primo parente, à perfecto incoata, in subsequenti propagatione à modico ad maiora proficeret, vt scilicet per interualla temporis, staturę corporeę incrementa, vsumque membrorum susciperet.

Vtrum

Vtrum sicut statura corporis, ita etiam sensu mentis parvuli nascerentur, & per accessum temporis proficerent in sensu & notitia veritatis, s. an mox nati, in his essent perfecti. H

Et cum de corpore humano non sit absurdum vel inconueniens hoc existimare, quæri solet, vtrum de sensu animæ, & cognitione veritatis eodem modo sentiendum sit, vt sc. hi qui sine peccato nascerentur, sensu & intelligentia mentis imperfecti existerent, & per accessum temporis in his proficerent vsq; ad imperfectionem, an mox conditi perfectionem sensus & cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos, in statura corporis & vsu mẽbrorum per accessum temporis profecturos, nõ diffitentur eosdem in exordio natiuitatis sensu imperfectos existere, & per interuallum temporis in sensu & cognitione proficere vsque ad perfectum. *Responsio.*

Contra illorum sententiam opponunt quidam. I

Ad quod quidam opponunt, dicentes. Si mox nati non haberent perfectionem sensus & intelligentiæ, ignorãtia in eis esset. Ignorantia autẽ peccati est pœna. Sed qui hoc dicunt, non satis diligẽter considerant, quia non omnis qui aliquid nescit, vel minus perfectè aliquid scit, statim ignorantiam hãbere, siue in ignorantia esse dicendus est, quia ignorantia non dicitur, nisi cum id quod sciri & ignorari debet nescitur. Talisque ignorantia pœna peccati est, cum mens vitio obscuratur, ne cognoscere valeat ea quæ scire deberet. *Quomodo ignorantia dicitur esse in aliquo.*

De hominis translatione in meliorem statum: & de duobus bonis, altero hic dato, altero promisso. K

Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autẽ statu transferendus erat cum vniuersa posteritate sua, ad meliorẽ dignioremq; statũ, vbi cælesti & æterno bono in cœlis sibi parato frueretur. *Sicut. n. ex* *Hugo de sacr. l. 1. par. 2. cap. 6.*

duplici

duplici natura compactus est homo, ità illi duo bona conditor à principio præparauit, vnum tẽporale, alterum æternum, vnum visibile, alterum
1.Cor.15 f. inuisibile, vnum carni, alterum spiritui. Et quia primum est quod est animale, deinde quod est spirituale, temporale ac visibile bonum prius dedit. Inuisibile autem & æternum promisit, & meritis quærendum proposuit. Ad illius autẽ custodiam quod dederat, & ad illud promerẽdũ & promiserat, naturali ratione in creatione animæ hominis inditæ, quia poterat inter bonũ & malum discernere, præceptum addidit obedientiæ, & per cuius obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret, vt per meritum veniret ad præmium.

DE INVIDIA DIABOLI QVA AD HOminem tentandum accesit.

DISTINCT. XXI.

De hominis lapsu, seu peccato primorum parentum, & eorum tentatione.

A VIdens igitur diabolus hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei: & quia pri⁹ per superbiam diabolus fuerat idem deorsum lapsus: & zelo inuidiæ factus est sathan, id est, aduersarius. vndè & mulierem tentauit, in qua minus quam in viro rationem vigere nouit. Eius enim malitia ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggressa est: vt si forte illic aliquatenus præualeret, postmodum fiducialius ad alteram, quæ robustior fuit, pulsandam, vel potius subuertẽdam accederet. Primũ ergo solitariã fœmineam explorauit, vt in ea primum omnẽ suæ tentationis vim experiretur.

Quare in aliena forma venit. B

Sed quia illi per violentiam nocere nõ poterat ad fraudẽ se cõuertit, vt dolo hominẽ supplantaret, quẽ virtute superare nequiret. Ne autẽ fraus illi⁹ nimis manifestaretur, in sua specie nõ venit, neq

nes aperte cognosceretur, & ita repleretur: iterũ ne nimis occulta foret fraus eius, quæ caueri non posset, & homo simul videretur iniuriam pati si taliter circumueniri permitteret eum Deus, vt præcauere non posset: in aliena quidem forma venire permissus est Diabolus: sed in tali, in qua eius malitia facile posset deprehendi: Vt ergo in propria forma non veniret, voluntate sua propria factũ est: vt autẽ in forma suæ malitiæ cõgruẽti veniret, diuinitus factum est. Venit ergo ad hominẽ in serpente: q̃ forte si permitteretur; in columbę specie venire maluisset. Sed non erat dignum vt sp. malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua sp. S. appariturus erat. Non ergo nisi per serpentẽ, tentare permissus fuit diabolus: vt per illud q̃ foris erat, astutiam tentantis animaduertere fœmina quiret. diabolus enim p̃ serpentẽ tentabatur. Ideoq; serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terrę: quia vt ait Augustinus Mali angeli licet superbia deiecti, natura tamẽ sũt excellentiores omnib. bestiis propter eminentiam rationis, quamuis serpens non rationali anima sed sp. diabolico possit sapiẽtissimus dici: Non ergo mirum si diabolus spiritu suo implens serpentem sicut vates implebat, sapiẽtissimum reddiderat omnium bestiarum: quem tamen ad tentandum nõ elegit diabolus, sed per quod animal permissus fuit, tentauit. Vnde Aug. super Genes. Non est putandum q̃ diabolus serpẽtem per quẽ tentaret elegerit, sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas ineſt cuique à se, sed potestas à Deo. Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorãtẽ, sicut per energumenos vel phanaticos loquitur. Serpẽte. n. velut organo est vsus, mouens naturam eius ad exprimendũ sonos verborũ & signa, quibus suam monstraret voluntatẽ.

Aug. super Gen. lib. 11. c. 1. ad prin. Ibid. paulo inferius.

Aug. ca. 3. in prin. lib. 11.

Li. eo. c. 27. ad princip.

Li eo. cap. 1. in princip. ca. 29. eiusdem lib. in principio.

Ser-

Num. 22. Ibid. paulo inferius.

Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis est factus: callidissimus tamē est dict⁹, propter astutiam diaboli. Locut⁹ est autem sicut asina Balaam: sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit: boni enim & mali angeli similiter operantur. Hic quæri solet, quare mulier non horruit serpentem. Quod cum nouerit creatum esse, ipsum etiam officium loquendi a Deo accepisse putauit.

De modo tentationis. C

Aug. c. 30. super Gen. lib. 11.

Tentatio autem hoc modo facta est: Stans coram fœmina hostis superbus, non audet in verba persuasionis exire, metuens deprehendi: sed sub interrogatione eam aggreditur, vt ex responsione colligeret, qualiter in malitia procedere posset. Cur, inquit, præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradysi? Cui respondit

Genes. 3. a

mulier: De fructu lignorū quæ sunt in paradyso vescimur: de fructu vero ligni quod est in medio paradysi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus, ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti cum dixit, ne fortè moriamur: vnde mox diabolus dixit ad mulierem: Nequaquam moriemini, scit enim Deus quod in quacunq; die comederitis ex eo, aperiēter oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Attende ordinem ac progressum humanæ perditionis. Primo Deus dixerat: Quacunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier

Genes. 3. 4.

dixit: Ne fortè moriamur. Nouissime serpēs dixit: Nequaquā moriemini. De⁹ affirmauit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negauit: quæ ergo dubitauit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquauit.

De versutia diaboli, qui id facilius persuadendum, malum remouit, & bonum in pollicito duplicauit.

Qui ad suam persuasionem pleniter suffulciendam, i. vt malū quod intēdebat libere persuade-

ret,

ret: & malum quod mulier timuit, negãdo remouit, & repromissionem addidit: & vt eius persuasio citius reciperetur, promissionem duplicauit. Vnam uempe comestionem suadens, duo in præmio proposuit, similitudinem Dei, scientiamque boni & mali spondens. Vbi tribus modis hominem tentauit, scilicet, gula, in persuasione cibi, cum dixit: In quacunque die comederitis: Inani gloria in promissione deitatis, cũ dixit: Eritis sicut dii. Auaritia, in promissione scientiæ, cum dixit: Scientes bonum & malum. Gula est immoderata cibi auiditas: Vana gloria, amor proprię excellentiæ: Auaritia immoderata habendi cupiditas: quę nõ est tãtum pecunię, sed etiã altitudinis & sciẽcię, cũ suprà modũ sublimitas ambitur.

Quod hõmo tribus modis tentatus est, gula, vana gloria, auaritia.

De duplici tentationis specie. E

Porro sciendum est duas esse species tentationis, interiorem scilicet, & exteriorem. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malũ visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, vt ille cui fit, ad consensum peccati declinet: & talis tentatio tantum fit ab aduersario. Interior vero tentatio est, quando inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur: & hæc tentatio aliquãdo fit ab hoste, aliquando à carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit, & ex carnis corruptione suboritur mot9 illicitus & titillatio praua. Ideoq; tentatio quæ ex carne est, non sit sine peccato: quę autem est ab hoste, nisi ei cõsentiatur, nõ habet peccatũ, sed est materia exercẽdę virtutis. Tentatio autẽ carnis interior difficili9 vincitur: qa interi9 oppugnãs, de nostro cõtra nos roboratur. Homo ergo q̃ sola exteriore tẽtatione pulsat9 cecidit, tãto grauius plectẽd9 erat, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamẽ q̃a aliquã, licet modicã cadẽdi occasionẽ habuit, idcirco per gratiã iuuari potuit adveniã: vt q̃ per aliũ ceciderat, p̃ aliũ

Quæ sit exterior tentatio, & à quo fiat.

Quæ sit tentatio interior, & à quo fiat.

erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malũ, non iniustè reparatorem habuit ad bonum. Diabolus verò, quia sine alicuius tentatione peccauit, per alium vt surgeret iuuari non debuit, nec per se potuit: & ideo irremediabile peccatũ eius extitit. Peccatum vero hominis sicut per alium habuit initiũ, ita per aliũ nõ incõgruè habuit remedium.

Quare homo, non angelus, sit redemptus. F

Præterea angelica natura quoniam non tota perierat, sed ex parte perstiterat, nõ est redempta: humana vero tota perierat: & ideò nè penitus perderetur, ex parte est redempta, vt indè ruina suppleretur angelica. Vnde Aug. in Enchyr. Placuit vniuersitatis creatori & moderatori, vt quoniam non tota multitudo angelorum Deũ deserendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione permaneret: quæ autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissimè cognita semper fœlicitate gauderet. At verò creatura rationalis, quæ in hominib⁹ erat, quoniã peccatis atq; supplicijs tota perierat, ex parte poterat reparari, vnde angelicæ societati suppleretur q̃ ruina illa minuerat: hoc enim promissum est sanctis, q̃ erunt æquales angelis Dei.

Cap. 29. in principio.

Matt. 22. c.

Quod non soli viro præceptum fuit datum. G

Illud etiam notandum est, quod non soli viro præceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum, dicens. Præcepit nobis Deus, &c. Suprà tamen legitur, ante factam mulierem Deum dixisse viro: De ligno scientiæ boni & mali nè comedas: Nõ dixit, ne comedatis. Forte qa facturus erat mulierem de viro, sic præcepit, vt per virum ad mulierẽ peruenirent mãdatũ: qa mulier quę subiecta viro fuit, nõ nisi mediãte viro diuinũ debuit accipere præceptũ. Vndè Apost. Si quid discere mulieres voluerint domi viros suos interrogẽt. Si quęritur, q̃modo loqui potuerunt

Aug. de Genesi ad literam 8. libr. ca. 17. in pr.

1 Cor. 14. b.

tuerunt, vel loquẽtem intelligere, qui nõ didicerãt inter loquentes creſcẽdo vel magiſterio? Dicim⁹, quia De⁹ eos tales fecerat qui poſſent loqui, & diſcere ab aliis ſi eſſent.

DE ORIGINE ILLIVS PECCATI.

DISTINCT. XXII.

De hominis tranſgreſſione.

HIc videtur diligenter inueſtigandum eſſe quæ fuerit origo & radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis præceſsiſſe, ex qua diaboli ſuggeſtioni conſenſit. Quod videtur Auguſt. innuere ſuper Gen. ita inquiens. Nõ eſt putãdum quod homo deiiceretur, niſi præceſsiſſet in eo quædam elatio comprimẽda: vt per humilitatem peccati ſciret, quã falsò de ſe præſumpſerit, & quod non benè ſe habet natura, ſi à faciente receſſerit. Item in eod. Quomodo verba tẽtatoris crederet mulier, dum ſe à re bona & vtili prohibuiſſet, niſi ineſſet eius menti amor ille proprię poteſtatis, & de ſe ſuperba præſumptio: quæ per tentationem fuerat conuincenda aut perimẽda. Deniq; nõ contẽta ſuaſione ſerpentis, aſpexit lignũ bonũ eſu, decorũ aſpectu: nec credens ſe inde poſſe mori, fortè putauit Deum alicuius cauſa ſignificationis illa dixiſſe: ideo manducauit, & dedit viro ſuo fortaſsis cũ aliqua ſuaſione, quã ſcriptura intelligendã reliquit. Vel fortè nõ fuit ſuaderi neceſſe, cũ eam mortuã eſſe illo cibo nõ videret vir. Sicut ergo nõ eſt pmiſſus diabol⁹ tẽtare fœminã, niſi per ſerpẽtẽ: ita nec virũ, niſi per fœminam, vt ſicut præceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierẽ tranſiret ad virum. In muliere vero quæ rationalis erat, non eſt ipſe locutus vt in ſerpente, ſed perſuaſio ei⁹, quamuis inſtinctu adiuuaret interi⁹, quod per ſerpentẽ gerebat exterius. Ex prædictis tẽtationis mod⁹ atq; progreſſus inſinuatus

Aug. de Geneſi ad literam li. 11. c. 5. in princ.

Ibid. paulo inferius.

Aug. lib. 15. dicto c. 22.

Ibid. paulo inferius.

necnon etiam, quod prędiximus, innuividetur, scilicet, quod tentationem pręcesserat aliqua elatio & præsumptio in mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem præcessisse in mente. B

Quod si ita fuit, non ergo alterius suggestione prius peccauit, cum auctoritas tradat, ideo peccatũ diaboli incurabile esse, quia non suggestione, sed propria superbia cecidit: hominis vero curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quocirca prædicta verba August. pium ac diligentem Lectorem efflagitãt: quæ sic intelligere sane quimus: Non deiiceretur homo in actum illius peccati, vt sc. lignum vetitum ederet, & in has miserias per tẽtationem diaboli, nisi elatio comprimẽda præcessisset, non vtique tentationem, sed opus peccati. Talis enim fuit ordinis processus. Diabolus tentando dixit Si comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum & malum: quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quędã, & amor proprię potestatis: ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & vtiq; fecit. Suggestione igitur peccauit, quia tentatio præcessit: ex qua mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, & pœna peccati.

Quomodo intelligenda sint illa verba hic definit.

Quæ fuit elatio mulieris. C

Et talis quidem elatio in mẽte mulieris fuit pro certo, qua credidit & voluit habere similitudinẽ Dei cum equalitate quadam putãs esse verũ quod diabolus dicebat: Et ideo specialiter mulierẽ cõmemorat Augustinus inquiens Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mente eius de se superba præsumptio. Et quod ibi sequitur, sc. Quę per tentationem fuerat conuincenda vel perimẽda: ad mulierem referendum est, vt intelligatur, quę mulier, nõ quę elatio fuerat per tẽtationem.

Aug. ad finem ca. 30. li. 11. de Genesi ad literam.

Quia

Quæ fuit elatio viri: an crediderit, & voluerit quod mulier. D

Solet quæri, Vtrũ illa talis elatio & amor propriæ potestatis in viro fuerit, sicut in muliere? Ad quod dicimus, quia Adam nõ fuit seduct⁹ eo modo quo mulier. Non enim putauit esse verũ, quod diabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale putauerit, quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit, nec in eo in quo mulier, vt crederet Deum illud lignum ideo tangere prohibuisse, quoniam si tangerent fierent sicut dii. Veruntamen præuaricator fuit Adam, vt testatur Apostolus. Poterat enim aliqua elatio menti eius inesse illico post tẽtationem, ex qua voluit lignum vetitum experiri, cum mulierem non videret mortuam esca illa percepta. Vnde Augustinus super Gene. Cum Apostolus Adam præuaricatorem fuisse ostendit dicens. In similitudinem pręuaricationis Adę: seductum tamen negat vbi ait, Adam non est seductus, sed mulier: vnde & interrogatus non ait, Mulier seduxit me: sed, Dedit mihi, & comedi. Mulier vero dixit, Serpens seduxit me. Hanc autem seductionem proprie vocauit Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est, scilicet, quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, qa sciebat eos si tetigissent, sicut Deos futuros: tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat: Sed etsi virum propter aliquã mentis elationem, quæ Deum latere nõ poterat, solicitauit aliqua experiẽdi cupiditas, cũ mulierẽ videret accepta illa esca nõ esse mortuã: nec tamẽ eũ arbitror, siiam spirituali mente p̃dit⁹ erat, vllo modo credidisse q̃ diab. suggerebat.

Roman. 5. 6. Lib. 11. c. 42. ad medium.

Lib. & cap. eisdem in fine.

Quis plus peccauit, Adam vel Eua. E

Ex quo manifeste animaduerti potest quis eorum plus peccauerit. Adam scil. vel Eua: plus enim

videtur peccasse mulier, quæ voluit vsurpare diuinitatis æqualitatem, & nimia præsumptione elata crediderit ita esse futurũ. Adam verò nec illud credidit, & de pœnitentia & Dei misericordia cogitauit, dum vxori morem gerens, eius persuasioni consensit: nolens eam contristare, & à se alienatam relinquere nè periret: arbitrans illud esse veniale non mortale delictum. Vnde Augu. Apostolus ait: Adam non est seductus. Quod vtiq; ita accipi potest, vt intelligatur non esse seductus prior scil. vel in eo in quo mulier: vt scil. crederet illud esse verum: Eritis sicut dij: sed putauit vtrunque posse fieri vt & vxori morẽ gereret, & per pœnitẽtiam veniam haberet. Minus ergo peccauit, qui de pœnitẽtia & Dei misericordia cogitauit. Postquá enim mulier seducta manducauit, eique dedit, vt simul ederent, noluit eam contristare, quam credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienatam omnino interire: non quidem carnali victus concupiscentia, quam nondum senserat: sed amicabili quadam beneuolentia, qua plerunque fit vt offendatur Deus, ne offendatur amicus: quod eum facere non debuisse, diuinæ sentẽtiæ iustus exit? indicauit. Ergo alio quodam modo ipse etiã deceptus est. Inexpertus enim diuinę seueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet esse commissum: sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est, nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex his datur intelligi, quod mulier plus peccauerit, in qua maioris tumoris præsumptio fuit: quę etiá in se, & in proximum, & in Deum peccauit: vir autem tantum in se, & in Deum. Inde etiam colligitur, q; mulier plus peccauerit, quia grauius punita est: cui dictum fuit: In dolore paries filios, &c.

Aug. c. 42. in medio li. 11. de Gen. ad literam.

Aug. ca. 11. in fine l. 14. de ciuitate Dei.

Aug. ca. 42. lib. 1. de Gen. ad literam.

Quod prædictæ sententiæ aduersari videtur.

Sed huic videtur contrarium quod Augustinus super Gen. de viro & muliere peccatum sum excu-

Lib. 11. ca. 35. ad principium, de

santib⁹ ait: Dixit Adam, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: non dicit, peccaui. Superbia. n. habet confusionis deformitatē, nō confessionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum, sed refert in alterum dicēs, Serpēs decepit me, & comedi: in impari sexu, sed pari fastu. Ecce hic dicit Aug. quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superbierūt, & pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest, vt dicamus parem vtriusque fuisse fastum in excusatione peccati, & etiam in esu ligni vetiti: sed disparē, & in muliere multo maiorem, in eo quod credidit & voluit esse sicut Deus, quod non vir. Veruntamen & de viro legitur, quod voluit esse sicut Deus. Dicit enim Aug. super illū locum psal. Quę non rapui tunc exoluebam. Rapuit Adam & Eua præsumentes vt diabolus de diuinitate, raperevoluerūt diuinitatem, & perdiderunt felicitatem. Item super illum locum Deus quis similis tibi. Qui per se vult esse vt De⁹, peruerse vult esse similis Deo: vt diabolus qui noluit sub eo esse: & homo, qui vt seruus noluit teneri præcepto, sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi Deus. Itē super illum epistolæ locum. Non rapinā arbitrat⁹ est se esse ęqualē Deo. qa nō vsurpauit quod suum nō esset vt diabolus, & primus homo.

Gen. ad literam.

Ibid. paulo inferius.

Ibid. paulo inferius.

Aug. ad versum. 6. psal. 68. in enarratione. 1. tom. 8.

Aug. ad versum. 21. psal. 70. concione 2.

Aug. in fin. tractatu 17. ad illud. Ioan. 5. Patrē suum dicebat Deum. tom. 9.

Quorundam sententia, quod Adam ambierit esse vt Deus, sed non crediderit possibile. O

Ideo quibusdā videtur, quod etiam Adam ambierit esse sicut Deus, non tamen crediderit id fieri posse: & ideo falsum esse quod diabolus promittebat, cognouit. Et licet diuinitatis æqualitatem cōcupierit, nō tamē adeo exarsit, nec tāta est affect⁹ ambitione sicut mulier: q illud fieri posse puta ait, & ideo magis illud ambiēdo superbiuit. Vtrū aut em aliqua forte ambitionis surreptio mouit: sed nō ita, vt illud verū vel possibile fore putaret.

Aliis autem videtur ideo dictum esse, quod Adam illud voluerit, quia mulier de eo sumpta illud voluit: sicut si, inquiunt, peccatum dicitur per vnum hominem intrasse in mũdum, i. in humanam naturã: cũ tamẽ mulier ante virũ peccauerit, qa per mulierem intrauerit de viro factam. Vel potius ideo per hominẽ dicitur intrasse, quia etiã peccante muliere, si vir non peccasset, humanum genus minimè peccatis corruptum periret, minus ergo peccauit vir quam mulier.

Obiectio contra id quod dictum est, virum minus peccasse. H

Isid. cap. 17. non longe à principio.

His autem opponi solet hoc modo: Trib⁹ modis (vt Isid. ait) peccatum geritur, scil. ignorantia, infirmitate, industria. Et grauius est infirmitate peccare, quam ignorantia, grauiusque industria, quam infirmitate. Eua autẽ videtur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit. Adam vero ex industria, quia non fuit seductus, vt Apost. ait. Ad quod dicimus, quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit, quod putauit verum esse q̃ diabol⁹ suadebat: nõ tamẽ in hoc, quin nouerit illud Dei esse mãdatũ, & peccatũ esse, contra agere, & ideo excusari à peccato per ignorantiã nõ potuit.

1. Ad Tim. 2. d.

Quod ignorantia alia excusat, alia non. I

Est enim ignorantia quę excusat peccantem: & est ignorantia talis quæ non excusat. Est autem ignorantia vincibilis, & ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur, vbi mandatum non ignoratur.

De tripli i ignorantia, quæ excusat, & quæ non. K

Est autem ignorantia triplex: & eorum, scilicet qui scire nolunt, cum possint, quæ non excusat, quia & ipsa peccatũ est. Et eorum qui volunt scire non possunt, quę excusat, & est pœna peccati non peccatum. Et eorũ qui quasi simpliciter nesciunt, non renuentes vel proponentes scire, quæ nemi-

nem

nem plene excusat: sed fortasse vt min⁹ puniatur. Vnde Augustinus ad Valentinum, Eis aufertur excusatio, quia mandata Dei nouerunt: quam solent habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter quam nescienter: non ideo tamē confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse: quia in eis qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est; in eis vero qui non potuerūt, pœna peccati. Ignorantia vero quæ non est eorum qui scire nolunt, sed qui tanquā simpliciter nesciunt, nullum sic excusat vt æterno igne nō ardeat, sed fortasse vt minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia, cū & mandatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.

August de gratia & liber arb. in fine cap. 2. tomo. 7. ibid. cap. 3. ad medium.

Vnde processerit consensus illius peccati, cum natura hominis esset incorrupta. L.

Solet etiam quæri, cum sine vitio esset natura hominis, vnde cōsensus mali processerit? Ad quod responderi potest, quia ex libero arbitrio propriæ voluntatis fuit. In ipso enim & in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio, quasi in diabolo qui suasit: In ipso, quia voluntate liberi arbitrii consensit. & cum liberum arbitrium sit bonum, ex re vtique bona, mal⁹ ille cōsensus prouenit: & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus, cum origo mali, & in qua re coalescat inuestigabitur.

An voluntas præcesserit illud peccatum. M.

Si vero quæritur. Vtrum voluntas illud peccatum præcesserit? Dicimus quia peccatum illud & in voluntate, & in actu constitit: & voluntas actū præcesit, sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non præcesit, atque ex diaboli persuasione, & hominis arbitrio illa voluntas mala prodiit: quę iustitiā deseruit, & iniquitatē inchoauit: & ipsa voluntas iniquitas fuit. Bb 5 Qua-

QVARE DEVS PERMISERIT HOMINEM TENTARI, SCIENS EUM ESSE CASVRVM.

DISTINCT. XXIII. A

Aug. lib. 11. c. 4. in prin. de Genesi ad literam.

PRæterea quæri solet, cur Deus hominem tentari permiserit, quem decipiendum fore præsciebat? Sed non esset laudabile homini, si ideo

Aug. super Gē. li. 11. ca. 9. ad prin.

benè viuere posset, quia nemo malè viuere suaderet: cum in natura posse, & in potestate haberet velle non cōsentire suadenti, Deo iuuante: & est gloriosius non consentire, quam tentari non posse. Mouentur etiam quidam dicentes. Cur creauit

Li. eo. ca. 9 in medio.

Deus quos futuros malos præsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit, vt relinqueret eis vndè aliqd facerēt, & si culpabiliter aliqd facerēt, illū de laudabiliter operantē inuenirēt. A se habēt voluntatē malā, ab illo naturā bonā, & iustā pœnam. Frustra ergo dicitur, non deberet Deus creare quos præsciebat malos futuros: sciebat enim bonis profuturos, & iustè pro mala voluntate punièdos. Addūt

Aug. in fin. cap. 6. l. 11. de Gen. ad literam.

etiā, talē hominē debere facere, qui nollet omnino peccare. Cōcedimus quidē meliorē naturā esse, quę omnino peccare nollet. Concedant & ipsi non esse malā: quę talis facta est, vt posset nō peccare si vellet: & iustè punitā, quę volūtate nō necesitate peccauit. Cū ergo hæc bona sit, illa me-

Ibid. paulo inferius.

lior: cur nō vtrāq; faceret, vt vberi⁹ laudaretur de vtraq;. Illa. n. de sanctis angelis, hęc de hominib. est. Itę inquiunt: Si Deus vellet, & illi boni essent. Et hoc quidē cōcedim⁹: sed meli⁹ voluit, vt & vellent, essēt: Et boni quidē nō infructuosè, mali verò nō impunè essent. Itę inquiunt: Posset De⁹ vo-

In princ. c. 9. eiusd. li. 11.

luntatē corūvertere in bonum, qa omnipotēs est: Posset reuera. Cur no fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Nō debem⁹ pl⁹ sapere quā oportet.

Li. eod. ca. 10. in princ. Roma. 12.

Hīc

Hic qualis secundum animam, & agit de scientia hominis ante peccatum. B

Et quidem secundum animam rationalis fuit homo, habens discretionem boni & mali. Scientiã quoque rerum creatarum, & cognitionem veritatis, quę primę perfectioni congruebat, mox cõditus non incongruè accepisse putatur, & ad illam nõ studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profeciſſe, ſed ab exordio ſuę cõditionis diuinitus illam percepiſſe.

Quod triplicem habuit homo ante lapſum cognitionem, ſcilicet, rerum propter ſe factarum, & creatoris & ſui. C

Fuit homo primus ante lapſum triplici cognitione præditus: rerum, ſcilicet, propter ſe factarũ, & creatoris, & ſui. Rerum quippe cognitionem hominem accepiſſe perſpicuum eſt, cum non ipſe creator vel angelus aliquis, ſed homo omnibus animãtib⁹ nomina impoſuerit: vt oſtẽderetur, q⁹ ſingulorum notitiam homo ipſe habuerit. Quę enim propter illum creata erant, & ab illo regenda & diſponenda erant, horum omnium Deus illi & ſcientiam tribuit, & prouidentiam atque curam reliquit: quia vt ait Apoſtolus, Non eſt cura Deo de bobus. Quorũ aliorumq; animaliũ De⁹ homini curã reliquit & prouidẽtiã, vt dominationi ei⁹ ſubiicerẽtur & ratione illi⁹ gubernarẽtur: vt ſciret illis neceſſaria prouidere à quib. emolumẽtũ debebat recipere. Hãc a ſciẽtiã homo peccãdo nõ perdidit, ſicut nec illã qua carnis neceſſaria prouiderẽtur. Et idcirco in ſcriptura homo de huiuſmodi nõ eruditur, ſed de ſciẽtia animę quã peccãdo amiſit.

De cognitione rerum creatarum.

1. Cor. 9.

De cognitione creatoris. D

Cognitionem quoque creatoris primus homo habuiſſe creditur. Cognouit enim à quo creatus fuerat: nõ eo modo cognoſcẽdi, q̃ ex auditu ſolo ꝑcipitur, quomodo à credẽtib. abſẽs quęritur: ſed qua-

quadam interiori aspiratione, qua Dei præsentia contemplabatur: non tamen ita excellenter, sicut post hãc vitam sancti visuri sunt, neque ita in ænigmate qualiter in hac vita videmus.

De cognitione sui. E

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur, vt & quid deberet superiori, & quid æquali, & inferiori non ignoraret. Conditionem quoq; suam & ordinem, scilicet qualis facta esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cauere, intellexit. Si horum notitiam non habuisset, non esset reus præuaricationis, neq; seipsum cognouisset.

Vtrum homo præscius fuerit eorum quæ sibi futura erant. F

Si autẽ quæritur, Vtrũ homo scientiã habuerit eorum quæ circa eum futura erant, id est, si ruinã suam præsciuerit: & similiter præscierit bona quæ habiturus fuisset, si in obedientia perstitisset? Responderi potest, ꝙ ei magis faciẽda indicta sunt, quã futura reuelata. Accepit. n. scientiam & præceptum eorum quæ facienda fuerant, sed nõ habuit præscientiam eorum quæ futura erant, non fuit ergo homo præscius sui casus, sicut & de angelo diximus. Quod Aug. super Gen. asserit, ratione vtens quã supra posuimus. Hæc de scientia hominis quãtum ad primũ statũ pertinet, dixisse sufficiat.

Responsio quare dicitur non habere futurorum præscientiam Lib. 11. c. 18. ad princ.

DE GRATIA HOMINIS, ET DE POtentia ante casum.

DISTINCT. XXIV. A

De adiutorio per quod homo ante lapsum stare potuit. scilicet, de libero arbitrio in quan-

NVnc diligẽter inuestigari oportet, quam gratiam vel potentiam habuerit homo ante casum: & vtrum per eam potuerit stare vel non. Sciendum est ergo, quod homini in creatione (sicut de angelis diximus) datum est per gratiã auxilium, & collata est potentia per quã poterat stare, id

id est, non declinare ab eo quod acceperat : sed non poterat proficere in tantum, vt per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratiæ creationis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene viuere quodammodo, quia poterat viuere sine peccato : sed non poterat sine alio gratię adiutorio spiritualiter viuere quo vitã mereretur ęternã. Vnde Au. in ench. Si fact⁹ est homo rect⁹, vt & manere in ea rectitudine posset, nõ sine diuino adiutorio, & suo fieri peruersus arbitrio: vtrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret vel ab illo, vel de illo. Et quia suam maluit facere voluntatem, quam Dei, de illo facta est volũtas Dei. Item in eodẽ, Sic hominem prius oportebat fieri, vt & bene posset velle, & male. Nec frustra, si bene: nec impune, si male. Idẽ quoq; in l. de correctione & gratia ait, Si hoc adiutorium vel Angelo vel homini cũ primũ facti sũt defuisset, quoniã nõ talis natura facta erat, vt sine diuino auxilio posset manere si vellet: non vtique sua culpa cecidisset: defuisset quippe adiutoriũ, sine quo manere non posset: Idem, Dederat Deus homini bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat rectum: dederat adiutorium, sine quo non posset in ea manere si vellet, & per quod posset. Vt autem hoc vellet, in eius dimisit arbitrio. In eodem, Acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quo posset, nã si habuisset, perseueraſſet. His testimoniis euidẽter monstratur, q̃ homo rectitudinẽ & bonã volũtatẽ in creatiõe accepit, & auxiliũ quo stare poterat, alioquin nõ sua culpa videretur cecidisse.

tũ ad alias potẽtias cõparatur.

Aug. in Enchiridio, 10. 3. Cap. 107. ad medium. Idem habetur in to. 7. li. de correctione & gratia c. 10. e. 105. in prin. & cap. 11. de correctione & gratia. Tomo. 7. paulo superius de correctione & gratia. Ibid. paulo inferius.

Qualis fuerit illa rectitudo, & bonitas voluntatis in qua creatus est. B

Sed quomodo rectam, & bonam voluntatem habuit homo, si per eam nec mereri vitam valuit, nec in ea stare voluit: q̃a nec aliq̃d mali ea tũc volebat

bat, & ad tempus stare voluit, sed non perseueranter, & ideo recta & bona fuit tunc voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum, hominem non potuisse proficere. C

Ad hoc autem quod diximus, hominem non potuisse ꝓficere vel mereri per gratiã creationis; solet opponi sic. Per illud auxiliũ gratię creationis potuit stare in bono quod acceperat. Potuit ergo resistere tentationi. Sed resistere tentationibus atque suggestionibus malis, meritum est ac bonũ remunerabile: Omne autem bonum meritũ profectus est. Per gratiã ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratiæ. Ad quod dicimus, quia resistere malo, & nõ consentire tentationi, nõ feciſſet illi meritũ, etsi nõ consensisset: quia nihil in eo erat ꝙ ad malum impelleret, sicut angelis qui non cecíderunt non fuerit meritum quod steterunt, id est, quod non corruerunt. Nobis autem meritũ est aliquãdo si malũ nõ facim⁹: sed resistimus: ibi duntaxat, vbi causa subest, quæ nos id facere mouet: qa ex peccati corruptela proni sũt ad lapsum gressus nostri. Vbi autem non interuenit causa nos ad malũ impellens, nõ meremur si ab eo declinam⁹. Declinare. n. à malo semper vitat pœnã, sed nõ semper meretur palmam.

Responsio. Quod resistere malo aliquando meritũ est, aliquando non.

De adiutorio homini in creatione dato, quo stare poterat. D

Hic considerandum est, quod fuerit illud adiutoriũ homini datũ in creatione, quo poterat manere si vellet. Illud vtique fuit libertas arbitrii ab omni labe & corruptela immunis, atque voluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum animæ sinceritas atque viuacitas.

De libero arbitrio. E

Liberum vero arbitrium est facultas rationis, & volũtatis, qua bonũ eligitur gratia assistente, vel

vel malum eadē desistente. Et dicitur liberū, quātum ad voluntatem quæ ad vtrumlibet flecti potest. Arbitrium vero, quantum ad rationem, cuius est facultas vel potentia illa, cuius etiam est discernere inter bonum & malum: & aliquando quidē discretionem habens boni & mali, quod malū est eligit, aliquando vero q̄ bonum est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta nō eligit, malum vere per se eligit. Est enim in anima rationali volūtas naturalis, qua naturaliter vult bonum, licet tenuiter & exiliter, nisi gratia iuuet: quæ aduenies iuuat eam, & erigit vt efficaciter velit bonū. Per se autem potest velle malum efficaciter. Illa ergo rationalis animæ potentia, qua bonum vel malum potest velle, vtrumque discernens, liberum arbitrium nuncupatur: quod bruta animalia non habent, quia ratione carent: habent tamē sensum, & appetitum sensualitatis.

Quod bruta animalia nō habēt liberū arbitriū. sed appetitū sensualitatis.

De sensualitate. F

Est enim sensualitas quędam vis animæ inferior, ex qua est motus qui intēditur in corporis sensus, atq; appetitus rerum ad corpus pertinentiū. Ratio vero vis animæ est superior, quæ (vt ita dicamus) duas habet partes vel differentias, superiorē & inferiorē. Secundum superiorem supernis conspiciendis vel consulendis intendit: secundum inferiorē, ad temporaliū dispositionē conspicit. Quicquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit, q̄ non sit cōmune cum bestiis, ad rationem pertinet. Quod autem in ea reperis cōmune cum belluis, ad sensualitatē pertinet. Et vbi nobis gradatim in cōsideratione partiū animę progrediētibus, primū aliquid occurrit quod nō est cōmune cum bestiis, ibi incipit ratio. Hoc autē Au. docet in 21. li. de Trin. ita dicen.: Videamus vbi sit quasi quoddā hominis exterioris interiorisq; cōsiniū. Quicqd. n. habemus in animo com-

De ratione quæ habet duas partes quantum ad officia.

Cap. 1. in pr. n.

commune cum pecore, recte dicitur ad exteriorẽ hominem pertinere. Nõ enim solum corpus exterior homo deputabitur: sed adiũcta quadam vita sua, qua cõpages corporis, & omnes sensus vigẽt, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Ascendentib⁹ ergo introrsum quibusdam gradibus considerationis per animæ partes, vbi incipit aliquid occurrere, quod non sit nobis cõmune cum bestiis, ibi incipit ratio, vbi homo interior iã possit agnosci. Rationis autem pars superior, æternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhæresci, portio inferior ad temporalia gubernanda deflectitur. Et illa rationis intentio qua contemplamur æterna, sapientię deputatur: illa vero qua bene vtimur rebus temporalibus, scientiæ deputatur. Cum vero differim⁹ de natura mẽtis humanæ, de vna quadã re differimus, nec eam in hæc duo quæ commemorauimus, nisi per officia, geminamus. Carnalis autem vel sensualis animæ motus, qui in corporis sensus intenditur, nobis pecoribusque communis est: qui seclusus est à ratione sapientię, rationi autem scientię vicinus est.

Lib. de Tri. 12. cap. 3. in principio.

Ca. 7. eiusdẽ li. 12. de Tri. in fine.

Ca. 14. eiusdẽ ad prin.

Li. de Tri. 12. ca. 12. ad princip.

Quod talis est ordo peccandi, vel cadendi in nobis, qualis fuit in primis hominibus. G

Illud quoque prætermittendum non est, quod talis nunc in vno homine tentationis est ordo & progressio, qualis tunc in primis præcesserit parentibus. Vt. n. tũc serpens malum suasit mulieri, ipsa que consensit, deinde viro suo dedit, sicque consummatum est peccatum: ita & nunc in nobis pro serpente est sensualis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro viro superior rationis portio. Et hic est vir qui secundum Apostolum dicitur imago, & gloria Dei: & illa est mulier, quæ secundum eundem dicitur gloria viri. Atq; inter hũc virum & hanc mulierem, est velut quoddam spirituale coniugiũ naturalis & contract⁹, quo superior

De spirituali coniugio viri & mulieris in nobis.

or rationis portio, quasi vir debet pręesse & dominari: inferior vero, quasi mulier debet subesse & obedire. Ideo vir secundum Apost. non debet habere velamen, sed mulier. Et sicut in cunctis animãtibus non est repertum homini adiutorium simile sibi, sed de illo sumptum, quod ei formaretur in coniugium: ita & in partibus animæ quas cum pecoribus habemus communes, nullum menti nostræ simile est adiutorium. Vnde Aug. in eodem, Illud nostrum, quod in actione temporalium tractandorum ita versatur, vt non sit in nobis commune cũ pecore, rationale est quidem, sed ex illa rationali mente, qua subhęremus intelligibili, & incommutabili veritati, tanq; ductum, & inferiorib⁹ tractãdis gubernãdisq; deputatũ est. Sicut enim in omnib⁹ pecorib⁹ nõ est inuentum viro adiutorium simile sibi, nisi de illo de tractum in cõiugium formaretur: ita menti nostræ qua supernam consulimus veritatem, nullum est ad vsum rerum temporalium, quantum naturæ hominis satis est, simile adiutorium ex animæ partibus quas communes cum pecoribus habemus. Ideoq; rationale nostrum nõ ad vnitatis diuortium separatum: sed in auxiliũ societatis quasi deriuatũ in suo dispartitur officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo, & in fœmina: sic intellectum nostrum & actionem siue rationẽ & appetitum rationalem, vel si aliquo modo significantius dici possunt, vna mentis natura complectitur: vt sicut de illis dictum est, Erunt duo in carne vna: sic & de his dici posit, duo in mẽte vna. Ecce ex his verbis apertè intelligi potest, qualiter in anima hominis existat imago illius coniugii, & qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet vir, mulier, serpens.

1. Cor. 11. b.

Aug. li. 12. de tri. ca. 3. in princip.

Gen. 2. d.

Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio. H Nunc superest ostẽdere, quomodo per hęc tria

in nobis cõsummetur peccatum: vbi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale vel veniale peccatum, vt enim ibi serpens suasit mulieri, & mulier viro: ita & in nobis sensualis motus cum illecebram peccati cõceperit, quasi serpẽs suggerit mulier, sc. inferiori parti rationis, id est, rationi scientię, quæ si consenserit illecebrę, mulier edit cibum vetitum: post de eodẽ dat viro, cum superiori parti rationis, i. rationi sapientiæ eandẽ illecebram suggerit, quæ si consentit, tunc vir etiam cum fœmina cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensualitatum peccati illecebra teneatur, veniale ac leuissimum est peccatum: si vero inferior pars rationis cõsenserit, ita vt sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, mulier sola manducauit, nõ vir: cuius auctoritate cohibetur voluntas, ne ad opus vsq; perueniat. Si vero adsit plena voluntas perficiendi, vt si adsit facultas, ad effectum perducatur, vir quoq; manducat, quia superior pars rationis illecebrę consensit, & tunc damnabile & graue peccatum. Quando autẽ mulier sine viro gustat, aliquãdo est mortale, aliquãdo veniale peccatũ. Vt. n. dictũ est, tunc mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatũ tenetur, vt faciẽdũ nõ decernatur: vel cũ quidã termin⁹ & mensura à peccato adhibetur à viro, vt nõ liceat mulieri effrenata libertate in peccatum ꝓgredi. Si ergo peccatũ nõ diu teneatur delectatione cogitationis, sed statim vt mulierem tetigit, viri auctoritate repellatur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur, & si voluntas perficiendi desit, mortale est, & pro eo damnabitur simul vir & mulier, i. totus homo, qa & tunc vir nõ sicut debuit, mulierẽ cohibuit: vnde potest dici cõsensisse.

Quando mulier gustat sine viro, tũc aliquando mortale aliquãdo veniale peccatum est.

Repetitio summam perstringens. l

Itaq; vt breuiter summam perstringam quando

do peccatum ita in anima concipitur, vt illud facere disponat, vel etiam perficiat aliud frequēter, aliud semel: vel etiam quando delectatione cogitationis diu teneatur, mortale est. Cum vero in sensuali motu tātum est, vt prædiximus, tunc leuissimum est, qa ratio tunc non delectatur. Ideo autē supra dixi aliud frequēter, aliud semel: quia quædam sunt, quę si tātum semel fiant, vel facienda disponantur, damnant: quædam vero non, nisi sæpius fiant, vel facienda decernantur: vt de otioso verbo, & huiusmodi. Hæc Aug. tradit ita. Sicut in illo cōiugio primorum hominum serpens māducandum persuasit, mulier autem non manducauit sola, sed viro suo dedit, & simul manducarunt, ita & in quodam secreto cōiugio, ꝙ in vno homine geritur & dinoscitur, cum rationi scientiæ quę in rebus tēporalib⁹ agēdis ratiocinandi viuacitate versatur, animalis sensus ingerit quādā illecebrā, tunc velut serpēs alloquitur fęminā. Huic autē illecebræ consentire, de ligno vetitō est edere. Sed iste cōsensus sisola cogitationis delectatione cōtēt⁹ est, superiori vero auctoritate ita retinentur membra, vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habēdū existimo, velut lignū vetitū mulier sola comederit. Si autē in consensu illo ita decernitur quodꝙ peccatū, vt fiat potestas etiā operē impleatur, intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edēdum illicitū cibum. Neꝙ enim potest peccatū nō solū cogitādum suauiter, verūetiam perpetrādū efficaciter mente decerni, nisi & illa mētis intentio, penes quā summa potestas est mēbra in op⁹ mouēdi, vel ab opere cohibēdi, malę actioni cedat. Nec sane cū sola cogitatione mēs oblectatur illicitis, nō quidē decernēs esse faciēda, tenēs tamē & volēs libēter, quęstatim vt attigerūt animū, respui debuerunt, negādū est esse peccatū, sed lōge min⁹, quā si & opere statua-

Aug. lib. 12. de Trin. c. 18. in princip.

Ibid. paulo inferius.

Rom. 6. b.

Ibid. ca. 12. continuo.

tur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusq; percutiendum, & dicendum, Dimitte nobis debita nostra: Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, & ideo si sola mulier cibum ediſſet illicitum, sola vtiq; mortis supplicio plecteretur, ita dici potest in homine vno, si delectationibus illicitis, à quibus continuo se deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tamen suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnare. Absit hoc credere: Hic quippe vna persona est, vnus homo est, totusque damnabitur, nisi hæc quæ sine voluntate operãdi, sed tamẽ cum voluntate animũ tãlib⁹ oblectandi, soli⁹ cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiã remittãtur. Idẽ quoq; de hoc eodem sic ait, Apostolus dicit: Secundum principem potestatem aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Nunquid ergo visibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos & operatur: Sed miris modis per cognitionem suggerit quicquid potest: quibus suggestionibus resistendum est. Non enim ignoramus ãstutias eius: Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit vt Dominum traderet? Nunquid in locis, aut per hos oculos ei visus est? Sed vtique, vt dictum est, in cor eius intrauit. Repellit autem illum homo, si paradysum mentis custodiat. Posuit enim hominem Deus in paradyso, vt operaretur & custodiret: quia sicut Ecclesiæ dicitur in Canticis Canticorum: Hortus conclusus, fons signatus, quo vtique non admittitur peruersitatis ille persuasor, sed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensum peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte

Aug. contra Manichæos non longe à princ. Li. de Gen. 2. ca. 14. to. 1. Ephes. 2 a. 2. Corin. 2. c. Vulgata editio habet cogitationes Ioan. 13. a. Luc. 22. a. Genes. 2 a. Cant. 4. d.

parte animi, quę debet obtẽperare rationi, tanquã rectori viro. Etiam in vnoquoq; nostrũ nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisq; delabitur, quam tunc actum est in illis trib⁹, serpẽte, muliere & viro. Nam primo fit suggestio, siue per cogitationem, siue per sensus corporis, vel videndo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel ol faciendo, quæ suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moueatur ad peccatum, excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit: sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat & compescit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquantula luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido cõmouerit, faciẽdum esse decernat, ab omni vita beata, tãquam de paradyso, expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequetur factum, quando rea tenetur in consensione conscientia.

Quare hæc de animæ partibus dixit. K

Hæc de animæ partibus interseruimus, vt ipsius animæ natura plenius cognosceretur, & secundum quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium intelligatur: scilicet, secundum rationem, qua omne peccatum mortale geritur, sed non omne veniale: illud scilicet, quod in solo motu sensualitatis existit.

Quod sensualitas sæpe in scriptura aliter quam supra accipitur, scilicet, vt etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur. L

Nõ est autẽ silentio prætereũdum, quod sępe in scriptura nomine sẽsualitatis, nõ id solũ in anima qđ est nobis cõmune cũ pecore, sed etiã inferior portio rationis, quę tẽporaliũ dispositioni intendit, intelligitur. Quod diligẽs Lector in locis scripturæ, vbi de ipsa fit mentio, vigilanter annotat.

REDIT AD LIBERI ARBITRII *considerationem.*

DISTINCT. XXV. A

De libero arbitrio secundum se siue in genere.

Definitio liberi arbitrii.

IAm vero ad propositum redeamus, scilicet, ad liberi arbitrii tractatū: quod Philosophi definientes dixerunt, liberum de voluntate iudicium, quia potestas ipsa & habilitas voluntatis & rationis, quam supra diximus esse liberum arbitrium, libera est ad vtrumlibet: quia libere potest moueri ad hoc, vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium, quantum ad voluntariè moueri, & spontaneo appetitu ferri potest ad ea quæ bona vel mala iudicat, vel iudicare valet.

Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum nec ad omne futurum. B

Hoc autem sciendum est, quod liberum arbitrium ad præsens vel ad præteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in præsenti est, determinatum est, nec in potestate nostra est, vt tunc sit vel non sit quando est: potest enim non esse, vel aliud esse postea: sed non potest non esse dum est, vel aliud esse dum est, id est, quo est: sed nō in futuro an hoc sit, vel illud, ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum quæ per liberum arbitrium possunt fieri, vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere, quod in eius nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione æquè fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

Quod suprapositā descriptio liberi arbitrii non conuenit Deo, nec his qui glorificati sunt. C

Et quidem secundum prædictam assignationē, in eis tantū videtur esse liberū arbitrium, qui volūtatē mutare, & in cōtraria possunt deflectere: in quorū videlicet potestate est, eligere bonum vel malum, & vtrumlibet secundum electionē facere

cere vel dimittere. Secundum quod nec in Deo, nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati, vt iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse nequit. Sed quod Deus liberum arbitrium habeat Augustinus docet, ita inquiens: Certe Deus ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Amb. quoque ait, Paulus dicit, quia omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, i. pro liberæ voluntatis arbitrio non pro necessitatis obsequio.

Aug. ca. 30. in medio lib 22. de ciuitat. Dei

Ambr. in medio ca 3. li. 2. de fide tom. 2.

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium. D

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in creatore, quam in creaturis. Dei etenim liberum arbitrium, dicitur eius sapientissima & omnipotens voluntas, quæ nō necessitate, sed libera voluntate omnia facit prout vult. Ideoque Hier. attēdens non ita esse liberum arbitrium in Deo, sicut est in creaturis, ab ipso videtur liberum arbitrium excludere, in Hom. quadam de fil. prod. dicens: Solus Deus est in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Cætera, cum sint liberi arbitrii, in vtramque partē flecti possunt. Dū ait, cætera, indicat liberū arbitriū sicut est in cęteris. nō ita esse in Deo.

Hieron. ad Dam. papā circa finem. Tom. 3. Luca 15.

Quod angeli & sancti qui tam beati sunt, habent liberum arbitrium. E

Angeli vero & sancti, qui iam cum Domino feliciter viuunt, atque ita gratia beatitudinis cōfirmati sunt, vt ad malum flecti nec velint nec possint, libero arbitrio non carent, vnde Aug. ait. Sicut prima immortalis fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, ita primum liberum arbitrium, posse non peccare, nouissimum, non posse peccare. Postea in ench. Sic oportebat prius hominem fieri, vt bene velle posset, & male. Postea vero sic erit, vt male velle non possit: nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberi⁹ erat ar-

Aug. lib. 22. de ciuit. ca. 30. in medio.

Augustin. in princip. ca. 105. in Enc. Tom. 1.

bitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque aut voluntas nō est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra non habet nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit: quo Deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale, quod etiam peccare possit: quamuis sit melius quod peccare nō possit. Ecce his verbis euidēter astruitur, quod post beatitudinis cōfirmationem erit in homine liberum arbitrium, quo peccare nō poterit: & nunc in angelis est, & in sanctis qui cū Domino sunt: & tantò vtiq; liberius, quanto à peccato immunius, & ad bonum proniꝰ. Quo enim quisq; ab illa peccati seruitute, de qua scripū est: Qui facit peccatū, seruꝰ est peccati: longiꝰ absistit, tāto in eligēdo bonū liberiꝰ habet iudiciū. Vndè si diligenter inspiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione, & necessitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

Ioannis 8. d.

De libertatis arbitrii differentia secundum diuersa tempora. F

Ex prędictis perspicuum sit, quod maior fuit libertas arbitrij 1. quam 2. & 3. multo maior quam 2. vel 1. Prima enim libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare, & non peccare. Vltima vero erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media vero, in qua potest peccare, & non potest nō peccare: ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem vero saltem venialiter.

De quatuor statibus liberi arbitrii in homine. G

Et possunt in homine notari 4. status liberi arbitrij Ante peccatum enim ad bonum nil impediebat, ad malum nil impellebat. Nō habuit infirmitatē ad malū, & habuit adiutorium ad bonū.

Tunc

Tunc sine errore ratio iudicare, & voluntas sine difficultate bonum appetere poterat, post peccatum vero ante reparationem gratiæ, præmitur à concupiscentia & vincitur, & habet infirmitatē in malo, sed non habet gratiam in bono: & ideo potest peccare, & non potest nō peccare, etiam damnabiliter: post reparationem verò, ante confirmationem premitur à concupiscentia, sed non vincitur: & habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiam in bono: vt possit peccare propter libertatem & infirmitatem: & possit non peccare ad mortem propter libertatem, & gratiam adiuuātem, nondum tamē habet posse omnino non peccare, vel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfectè absorptam, & propter gratiam nondum plenè consummatam: post confirmationem vero infirmitate penitus consumpta, & gratia consummata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non posse peccare.

De corruptione liberi arbitrii per peccatum. H

Vnde manifestum est, quod præter alias pœnalitates pro peccato illo, incurrit homo pœnam in corruptione & depressione liberi arbitrii. Per illud nanque peccatum naturalia bona in ipso homine corrupta sunt, & gratuita detracta Hic est enim ille qui à latronibus vulneratus est & spoliatus. Vulneratus quidē in naturalibus bonis, quib. non est priuat⁹, alioquin nō posset fieri reparatio: Spoliatus verò gratuitis, quę per gratiam naturalibus addita fuerant. Hęc sunt data optima, & dona perfecta, quorū alia sunt corrupta per peccatū, id est, naturalia, vt ingeniū, memoria, intellectus: alia subtracta, i gratuita, quanquam & naturalia ex gratia sint. Ad generalē Dei quippe gratiam ptinent. Sępe tamē huiusmodi fit distinctio, cum gratiæ vocabulum ad speciem, nō ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatū, &

Luc. 4. 10 &

ex parte perdita. vnde Auguſt. in Ench. Libero ar-
Cap 30. ad principi. bitrio male vnus homo, & ſe perdidit & ipſum.
Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore pec
cato amiſſum eſt & liberum arbitrium. A quo e-
1. Pet. 2. d. nim quis deuictus eſt, huic ſeruus addictus eſt. Ec
ce liberum arbitrium dicit hominem amiſiſſe: nō
quia poſt peccatum non habuerit liberum arbi-
trium, ſed quia libertatem arbitrii perdidit: non
quidē omnē, ſed libertatem à miſeria & à peccato.

De tribus modis libertatis arbitrii. I

Eſt nanque libertas triplex, ſcilicet à neceſsita-
te, à peccato, à miſeria. A neceſsitate, & ante pecca-
tum, & poſt æque liberum eſt arbitrium. Sicut e-
nim tunc cogi non poterat, ita nec modo. Ideoq;
voluntas merito apud Deum iudicatur, quæ ſem-
per à neceſsitate libera eſt, & nunquam cogi po-
teſt. Vbi neceſsitas, ibi non eſt libertas: vbi non
eſt libertas, nec volūtas, & ideo nec meritum. Hęc
libertas in omnibus eſt, tam in malis quam in bo-
De libertate à peccato. nis. Eſt & alia libertas, à peccato, ſcil. de qua dicit
Apoſtolus, Vbi ſpiritꝰ domini, ibi libertas. Et ve-
2. Cor. 3 d. ritas in Euangelio, Si filius vos liberauerit, vere li-
Ioan. 8. c. beri eritis. Hęc libertas à ſeruitute peccati liberat,
& ſeruos iuſtitiæ facit: ſicut econuerſo ſeruitus
Rom. 6. d peccati liberos iuſtitiæ facit. Vnde Apoſtolus. Li-
In ench. ca. 30. ad princ. beratiā peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Et itē: Cū
ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitię Hanc li-
Auguſtin. bertatem peccando homo amiſit. Ideoq; Aug di-
cit, quod homo male vtens libero arbitrio, & ſe
perdidit, & ipſum: quia pdita eſt per peccatum
libertas non à neceſsitate, ſed à peccato. Qui enim
facit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Qui habet libertatem, ſcilicet, à peccato, & per quid. K

Iſtam libertatem quæ eſt à peccato, illi ſoli nūc
Ioan. 8. d. habent, quos filius per gratiam liberat & reparat:
nō ita quod penitus ſint ſine peccato in hac mor-
tali carne, ſed vt in eis peccatū nō dominetur neq;
regnet

net. Et hæc est vera & bona libertas, quę bonã parit seruitutem, scil. iustitiæ. Vnde Augu. in ench. ait, Ad iustitiam faciendam nõ erit aliquis liber, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cœpit seruus, & ipsa est vera libertas, propter recti facti lætitiã, simul & pia seruitus, propter præcepti obedientiam. Est alia libertas non vera, malę seruituti adiuncta, quæ est ad malum faciendum: vbi ratio dissentit à voluntate, iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit: ad bonum vero faciendum, concordat ratio voluntati: & ideo ibi vera libertas est, & pia. De libertate, autẽ ad malum, & seruitute mala, ait Augu. in Ench. Serui addicti peccato, scilicet, quæ potest esse libertas, nisi quando eum peccare delectat. Liberaliter enim seruit, qui sui domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est.

Ioan. 8.

Cap. 30. in medio.

Ibid. ca 30. paulo superius.

Cap. superius citato.

Quæstio de libertate ad malum, an sit ipsa libertas liberi arbitrii, an alia. L

Hic quæri potest, Vtrum hęc libertas qua quis liber est ad malum, sit libertas arbitrii? Si. n. libertas arbitrii est, bonum quidem est: quia libertas arbitrii bonum naturale est. Quibusdam videtur quod sit ipsa libertas arbitrii, quæ semper bona est, sed propter peccati seruitutẽ ad malũ sit liberior & pronior, & ideo dicitur non esse vera libertas, quia ad malum est. Aliis autẽ videtur, quod hęc libertas ad malũ, quã sup. cõmmemorauit Au. nõ sit ipsa libertas arbitrii: sed sit quędã pronitas peccãdi, & curuitas quę ex peccato est, & mala est.

Quæstio alia de libertate ad bonum. M

Similiter enim quæri solet. Vtrum illa libertas vera, quæ est ad iustitiam faciendam sit ipsa libertas arbitrii? Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatã per gratiã, qua iuuãte libera est ad bonũ: sine gratia vero nõ est libera ad bonũ. vnde

Aug.

Cap.20.ad finem. Aug. in Ench. Ista libertas ad benefaciendum, nunquam erit homini addicto, & vendito sub peccato: nisi eum redimat qui dicit: Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis: Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur, qui nondum est liber ad operandum benè? Ecce aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, vt per illud bene operetur quis. Ideoque dicunt illam libertatem veram, quæ est ad bene faciendum, cuius supra meminit Augu. esse libertatem ipsam arbitrii gratia Dei libertatem & adiutam. Alii vero putant non esse ipsam arbitrii libertatem, sed aliam quandam: quæ ex gratia & libero arbitrio in mente hominis Deo operãte, incipit esse cum reparatus est.

Ioan.8.c.

Certa determinatio vtriusque quæst. quæ dicitur libertas ad bonum & malum esse libertas arbitrii. N

Verum nobis magis placet vt ipsa libertas arbitrii sit, & illa qua quis liber est ad malum, & illa qua quis liber est ad bonum faciendum: Ex causis enim variis sortitur diuersa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum, antequam per gratiam sit reparata: sed cum per gratiam fuit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum: quia ante gratiam libera est voluntas ad malum, per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper ergo voluntas hominis aliquo modo libera est, sed non semper bona est. Nõ. n. est bona nisi à peccato liberata: est tamen à necessitate libera. Vnde Aug. in lib. de gratia & libero arbitrio. Semper in nobis voluntas libera est, sed nõ semper bona est. Aut n. libera est iustitiæ, quãdo seruit peccato, & tunc est mala: aut à peccato libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona.

Ad Valentinũ in medio c.13. in Tom.7.

De libertate à miseria. O

Est iterum libertas à miseria: de qua Apostolus ait: Et ipsa creatura liberabitur à seruitute eorruptionis

Rom.8.d.

tionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: Hanc libertatem habuit homo antè peccatum, quia omni carebat miseria, & nulla tangebatur molestia: & plenius habebit in futura beatitudine, vbi miser esse non poterit, Sed in hac vitâ, quæ est inter primũ peccatum & vltimam confirmationẽ, nemo à miseria liber est: qa pœna peccati nõ caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrii, vt addat alia. F

Ex prædictis iam apparet, in quo per peccatum sit imminutum vel corruptum liberũ arbitrium: quia ante peccatum nulla erat hominidifficultas, nullúmque impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, & ad malum instigatur: vt non possit velle & perficerẽ bonum, nisi per gratiam liberetur & adiuuetur: quia vt ait Apost. Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum semper & in singulis sit liberum, non est tamen pariter liberum in bonis & in malis, & ad bona & ad mala. Liberius est enim in bonis, vbi liberatum est: quam in malis, vbi liberatum non est: Et liberius est ad malum, quod per se potest: quam ad bonum, quod nisi gratia liberetur & adiuuetur non potest. *Rom. 7. d.*

De libertate quæ fit ex gratia, & quæ ex natura. Q

Libertas ergo à peccato & à miseria, per gratiam est: libertas vero à necessitate, per naturam. Vtranque libertatẽ, naturæ scilicet, & gratiæ, notat Apostolus cum de persona hominis non redẽpti ait, Velle adiacet mihi, perficere autẽ bonũ non inuenio, ac si diceret, habeo libertatem naturæ, sed non habeo libertatem gratię: ideo nõ est apud me perfectio boni. Nã volũtas hominis quã naturaliter habet, non valet ergi ad bonum efficacitervolẽdum vel opere implẽdũ, nisi per gratiã liberetur & adiuuetur. Liberetur quidem, vt velit: *Rom. 9. d.*

& ad-

Rom.9.c. & adiuuetur, vt perficiat. Quia, vt ait Apostolus, Non est volentis velle, neque currentis currere, id est, operari: sed miserentis Dei, qui operatur in nobis velle & operari bona: cuius gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem præuenit, præparando vt velit bonum, & præparatam adiuuat vt perficiat.

DE GRATIA OPERANTE ET *cooperante.*

DISTINCT. XXVI. A

De lib. arbitrio comparato ad auxiliũ gratiæ. Ad Valentinũ. ca. 17. tom. 7.

HÆc est gratia operans & cooperans. Operans enim gratia præparat hominis voluntatem, vt velit bonum: Gratia cooperans adiuuat ne frustra velit. Vnde Aug. in lib. de gratia & libero arbitrio, Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipse, vt velimus, operatur incipiẽs, qui volentibus cooperatur perficiens. Vt ergo velimus operatur. Cum autem volumus, & sic volumus vt perficiamus, nobis cooperatur: & tamen sine vllo vel operante vt velimus, vel cooperante cũ volumus bona pietatis opera: nihil valemus. Ecce his verbis satis aperitur, quæ sit operans gratia, & quæ cooperans. Operans enim gratia est, quę præuenit voluntatẽ bonam: ea. n. liberatur & præparatur hominis voluntas, vt sit bona bonumq; efficaciter velit. Cooperans vero gratia volũtatẽ iam bonam sequitur adiuuando. Vnde Aug. cõtra Iulianũ hęreticũ, qui bonã voluntatem ex libero arbitrio tantũ esse dicebat, atq; hominẽ per liberũ arbitriũ posse bonum velle & operari sine gratia asserebat, ait. Apertam de commendatione gratiæ Apost. sententiam protulit, cum ait.

† *Aug. super illud Rom.*

Rom.9.c. Nõ est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis. Hæc si attenderes Iuliane, nõ extẽderes cõtra gratiam merita voluntatis humanæ. Non enim ideo misereturDeꝰ alicuius, quia voluit & cucurrit: sed ideo

ideo voluit & cucurrit, quia misertus est Deus. Paratur enim voluntas hominis à Deo, & à Domino gressus hominis diriguntur. Ideoque congruè ait: Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Nō quia hoc sine volūtate nostra agatur, sed quia volūtas nostra nil boni agit, nisi diuinit⁹ adiuuetur. Vnde alibi Apost. ait: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Non ideo dicit, quia nihil boni agebat, sed quia nihil boni ageret, si in illa nō adiuuaret. His testimoniis apertè insinuatur, quia voluntas hominis gratia Dei præuenitur atque præparatur, vt fiat bona, non vt fiat voluntas: quia & ante gratiam voluntas erat, sed non erat bona & recta voluntas.

Aug. li. de perfectione iustitiæ, nō longe à fine tom. 7.

Quid sit voluntas. B

Post mediū cap. 10. in tom. 6.

Voluntatem ipsam Augustin. in lib. de duabus animabus ita definit, Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid non admittendum, vel adipiscendum: Hæc autem vt non admittat malum, & adipscatur bonum, prꝙenitur & præparatur Dei gratia. Vnde Apost. gratiā præuenientē, & subsequētem commendans, ideſt, operantem & cooperantem, vigilanter dixit: Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis: & nō ecōuerso, nō est miserentis Dei, sed volentis & currentis. Nam si (vt quibusdam placuit) quod dictum est ita accipiatur, nō est volētis neq; currentis, sed miserētis Dei: tanquā diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei: cōtra dicitur, nō sufficit etiā misericordia Dei, si nō sit etiā volūtas hominis. Ac per hoc si recte dictū est illud, quia id voluntas hominis sola nō implet: cur nō etiā è contrario rectè dicitur, non miserētis est Dei, sed volētis est hominis, cū id misericordia Dei sola nō impleat? Homo. n. credere vel sperare nō poterit, nisi velit: nec peruenire ad palmā, nisi volūtate currat. Restat ergo vt ideo ita recte dictum

Aug. in Enchyr. ca. 32. non longe à principio.

Aug. c. 30. in Enchr. ad principium. Ibid. paulo inferius.

dictum intelligatur, vt totum detur Deo qui hominis voluntatem bonam præuenit, & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam: nolentem præuenit vt velit, volentē subsequitur ne fustrà velit. Ecce his verbis & aliis premissis eu dēter traditur, quia volūtas hominis præparatur & præuenitur gratia Dei vt velit bonum, & adiuuatur ne fruſtra velit.

Ibid. ad finem eiusd. cap. 32.

Quod bona voluntas comitatur gratiam. C

Itaque bona voluntas comitatur gratiam non gratia voluntatem. Vnde Aug. ad Bonif. Papam scribens contra Pelag. inquit: Cum fides impetrat iustificationem sicut vnicuique Deus partitus est mensuram fidei: non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici voluntate comitante, non ducēte, pedissequa, nō præuia. Ecce hic aperte habes, ꝙ gratia præuenit bonę volūtatis meritum: & ipsa bona voluntas pedissequa est gratiæ, non præuia.

In to. 1. epistol. 106. ante medium.

Quæsit gratia voluntatem præuenientis, scilicet, fides cum dilectione. D

Et si diligenter intendas, nihilomin⁹ tibi monstratur quæ sit ipsa gratia voluntatem præueniēs & præparans, scil. fides cum dilectione. Ideoque Aug. in eodem tractans quomodo iustificati sum⁹ ex fide, & tamen gratis (vtrumq; enim dicit Apost. qui dicit, Iustificati ex fide, alibi ait, Iustificati gratis per gratiam) Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, ne dicat sibi, si ex fide iustificati, quomodo gratis? Quod n. fides meretur, cur nō poti⁹ redditur quàm donatur. Nō dicat homo ista fidelis: quia cum dixerit habeo fidem, vt merear iustificationē, respondetur ei, Quid habes, quod nō accepisti? Fides. n. qua iustificat⁹ es, gratis tibi data est. Hic apertè ostēditur ꝙ fides est causa iustificationis & ipsa est gratia & beneficium q̄ hominis præ-

Epist. eadē ad Bonifaciū 106. paulo supetius.

præuenitur voluntas & præparatur. Vnde Aug. in l. 1. retract. Voluntas est qua & peccatur, & rectè viuitur. Voluntas v. ipsa nisi Dei gratia liberetur à seruitute qua peccati serua facta est, & vt vitia superet adiuuetur: recte pieque viui à mortalibus non potest: & hoc beneficium quo liberatur nisi eam præueniret, iam meritis daretur, & nõ esset gratia, quæ vtique gratis datur Præuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratiæ beneficio, quo liberatur & præparatur. Et illud beneficium fides Christi rectè intelligitur: sicut Augustin. in Ench. euidenter ostendit dicens. Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam à seruitute peccati. Nec omnino per seipsum, sed per solam Dei gratiam quæ in fide Christi posita est, liberatur vt voluntas præparetur. Ecce apertè dicit gratiam, per quam liberatur arbitriũ & præparatur voluntas, sitam esse in fide Christi. Fides enim Christi (vt in eodem ait) impetrat quod lex imperat.

Ca. 9. paululum ante medium.

C. 106. in fi. Aug in Enchiridio. c. 117. in fine.

Quod voluntas bona quæ præuenitur gratia, quædam Dei dona præuenit. E

Ipsa tamen eadem voluntas quædam gratiæ dona prẽuenit. Vnde Aug. in Ench. Præcedit bona voluntas hominis multa Dei dona, sed nõ omnia: quę autem non præcedit, ipsa in eis est & ipsa iuuat: nam vtrunq; legitur in sanctis eloquiis, Et misericordia eiꝰ prẽuenit me: & misericordia Dei subsequetur me: nolentem quippe prẽuenit vt velit: volentem subsequitur ne frustrà velit. Cur. n. admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie viuere, nisi vt Deus in eis operetur & velle? Itemq; cur admonemur petere vt accipiamus, nisi vt ab illo fiat quod volumus, à quo factũ est, vt velimus? Inde Apost. ait, non est volentis neq; currẽtis, sed Dei miserẽtis. Ex his apparet, q̃ bona hominis volũtas quędã dona Dei prẽuenit, ꝙa eã comitatur gratia adiuuãs: & quibusdã præuenitur,

Ca. 13. ad finem.

Rom. 6. d.

quia eam præuenit gratia operans, scilicet, fides cum charitate.

Quæ prædictis videantur aduersari, scilicet, quod videtur dici fidem esse ex voluntate. F

Rom. 10. *Au. tractatu 26. ad illud Ioan. 6. principio tom. 9. Nem potest ad me venire. Gen 24 f. Glossa inter lineal. Eph 2. b.*

Non est tamen ignorandum, quod alibi Augu. significare videtur, quod ex voluntate sit fides, de illo verbo Apostoli, Corde creditur ad iustitiam: ita super Ioannem tractans, ideo non simpliciter Apostol⁹ ait, creditur, sed corde creditur: quia cætera potest homo nolens, credere non nisi volens intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Genes. vbi Laban & Batuel dixerunt, Vocemus puellã, & quæramus eius voluntatem: dicit expositor, quia fides est voluntatis, non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus, nõ hæc ita accipienda fore, vt ex voluntate hominis fides intelligatur prouenire: cum ipsa sit proprie Dei donum, vt ait Apostolus, & ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim, vt ait Au. super psal. 67. iustificatur impius, i. sit de impio pius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari: vnde omnia bona merita incipiunt. Sed potius hæc ideo ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo qui vult credere: cuius bonam voluntatem fides pręuenit, nõ tempore, sed causa & natura. Vnde Augustinus supra congruenter dixit, quod bona voluntas in eis donis est, quę nõ præcedit: & ipsa iuuat, quia ea iuuat, quibus præuenitur, dum eis consentit ad effectum boni: & in eis est, quia tempore ab eis non præceditur.

Quædam adhuc addit quæ grauiorem faciunt quæstionem, scilicet, quod cogitatio boni præcedit fidem. G

Cæterum hanc quæstionẽ magis acuunt & vrgent verba Augu. quibus in libro de prædestinatione sanctorum vtitur pertractans illud verbum Apostoli, Non quod sufficientes simus cogitare aliqd quasi ex nobis, Attendãt, inquit, hic & verba

In medio c. 2. in tom. 7. 2. Cor 3. b.

ista

ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cæptum. & ex Deo esse fidei supplementum. Commendans enim istam gratiam quæ non datur secundũ aliqua merita, sed efficit omnia bona merita, inquit, Nõ q̃ sufficientes simus cogitare aliquid boni scil. ex nobis. Quis autẽ nõ videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum, Si ergo cogitare bonũ nõ est ex nobis, vt hic Apost. tradit, nec credere: quanquam & ipsum credere nihil est aliud, quam cum assensione mentis cogitare. Hic videtur insinuare, q̃ cogitatio bona prę cedat fidẽ: & ita bona voluntas prę ueniat fidem, nõ præueniatur: q̃ prædictis aduersari videtur. Ad hoc autem dicimus, quod aliquando cogitatio bona siue voluntas prę uenit fidem: sed non est illa bona voluntas vel cogitatio, qua rectè viuitur. Illa enim sine fide & charitate non est. Nam vt ait Au. ad Anastasium, sine spiritu non est voluntas hominis libera, cum cupiditatibus vincatur: non est libera ad bonum, nisi liberata fuerit. Nõ autẽ liberatur, nisi per spiritum sanctum diffundatur charitas in cordibus. Non est libera voluntas, nisi eam liberet gratia per legem fidei, i. nõ est libera, sine fide operãte per dilectionem: & illa sufficienter & verè bona est. Non est enim fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit. Si vero adsit fides operans per dilectionem, sit delectatio boni.

Ibid. paulò superius.

Ibid. paulò inferius.

Ibid. paulò inferius.

Ad princi. piũ epi. 44. in tom. 2.

De illa cogitatione boni quæ præcedit fidem, plenè differitur. H

Illa autem cogitatio siue voluntas quæ fidem & charitatem aliasque iustificationes præcedit, non sufficit ad salutem, nec rectè ea viuitur. Hac volũtate concupiscitur illa bona voluntas quę est magnũ bonũ, ista vero nõ. Alia est ergo illa volũtas siue cogitatio, alia ista: Et sicut illa istã prę cedit, ita illam præuenit intellectus. Vnde Aug. ita distin-

guens ſuper illum locum pſal.118. Concupiuit anima mea deſid. iuſti. ait, Concupiuit deſiderare, inquit, non deſideraui. Videmus enim ratione nõ nunquam quam vtiles ſunt iuſtificationes Dei: ſed infirmitate prępediti aliquando nõ deſideramus. Prævolat ergo intellectꝰ, ſequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonum, nec delectat agere: & cupimus, vt delectat. Sic iſte olim deſiderare cõcupiſcebat, quæ bona eſſe cernebat, cupiens eorũ habere delectationẽ, quorũ potuit videre rationem. Oſtendit itaque quibus qua gradib. ad eas perueniatur. prius. n. eſt, vt videantur, quam ſint vtiles & honeſtę: deinde: vt earum deſideriũ concupiſcatur: poſtremò, vt proficiẽte gratia delectet earũ operatio, quarum ſola ratio delectabat. Attende hũc ordinem gratiarum, quem hic diſtinctè aſsignat Au. qualiter ſc. intellectus bonorum prędit concupiſcentia eorundẽ, & ipſa concupiſcẽtia delectationem, quæ fit per fidem & charitatẽ: qua habita, vere bona eſt voluntas qua recte viuitur. Ipſaq; fidei comes eſt, non prævia. Qui verba Au. pręmiſſa ſecundũ hanc diſtinctionem conſiderat, nullam ibi repugnantiã fore animaduertit: non ignorans etiam ante gratiam prævenientẽ & operantem, qua voluntas bona præparatur in homine, præcedere quædam bona ex Dei gratia & libero arbitrio, quædam etiam ex ſolo libero arbitrio, quibus tamen vitam nõ meretur, nec gratiam qua iuſtificatur. Illius. n. gratię percipiendæ, quę voluntatem homini ſanat, vt ſanata legẽ impleat, nulla merita prędedũt. Ipſa eſt enim qua iuſtificatus impius fit iuſtus, qui prius erat impius: meritis autẽ impii, non gratia, ſed pœna debetur: nec iſta eſſet gratia, ſi non daretur gratuita. Datur autẽ gratuita: quia nil boni ante feceramus, vnde hoc meremur. Nõ negamus tamẽ multa ante hãc gratiã, & prędter hanc gratiã ab homine fieri bona

Rom. 5. a.

Gal. 5. b.

per

per liberum arbitrium, vt tradit Augustinus in responsionibus contra Pelagianos: vbi dicit homines per liberum arbitrium agros colere, domos ędificare, & alia plura bona facere sine gratia cooperante. *Aug. de spiritu & l. tera. ad finem c. 9. & Aug. ad princip. c. 10. to. 3. Sixtũ presbyterũ epist.*

Vtrum vna eademque sit gratia quæ dicitur operans, & cooperans. I

Hic considerandum est, cum prædictum sit per gratiam operantẽ & prędisponentem, voluntatem hominis liberari ac præparari vt bonum velit: & per gratiam cooperantẽ & subsequẽtem adiuuari, ne frustrà velit: vtrum vna & eadem sit gratia, id est, vnum minus gratis datum, quod operetur & cooperetur: an diuersa, alterum operans, & alterum cooperans? Quibusdam non irrationabiliter videtur, quod vna & eadem sit gratia, idem donum, eadem virtus, quæ operatur & cooperatur: sed propter diuersos eius effectus, & dicitur operãs & cooperans. Operãs enim dicitur, in quantum liberat & præparat voluntatem hominis vt bonum velit: Cooperans, in quantum eandẽ adiuuat ne frustra velit, scilicet, vt opus faciat bonum. Ipsa enim gratia non est ociosa, sed meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. 105. *ante mediũ to. 2.*

Quid sit ipsa gratia, & Quomodo meretur augeri, quæritur. K

Si vero quæritur, quomodo ipsa gratia prævenies mereatur augeri & perfici, cum nullum meritũ sit absque libero arbitrio: & quid sit ipsa gratia, an virtus, an non: & si virtus, an actus vel non: Vt hoc aperte insinuari valeat, præmittendũ est tria esse genera bonorum. Alia nanq; sunt magna, alia minima, alia media: vt August. ait in primo lib. retract. Virtutes, inquit, quib. recte viuitur, magna bona sũt. Species autẽ quorũlibet corporũ, sine quib. recte viui põt, minima bona sunt. Potẽtię vero animi, sine quib. recte vi nõ põt, media *Li 3. ca. 9. in medio capitis. Et l. 2. de libero arbit. c. 19. in to. 1.*

In princip. Ibidem continuo.

bona sunt. Itẽ virtutibus nemo male vtitur. Cæteris autem bonis, id est, mediis & minimis, non solum bene, sed etiam male quisque vti potest: & ideo virtute nemo male vtitur, quia opus virtutis, est bonus vsus istorum quibus etiam non bene vti possimus. Nemo autem bene vtendo, male vtitur. nõ solum autem magna, sed etiam media, & minima bona esse præstitit bonitas Dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

In quibus bonis sit liberum arbitrium. L

Cap. 9. in fi.

Quæritur autem in quibus bonis cõtineatur liberum arbitrium. De hoc Aug. in primo li. retract. ita ait, in mediis quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè illo vti possumus: sed tamen tale est, vt sine illo rectè viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius, iam virtus est: quę in magnis reperitur bonis, quibus male vti nullus potest. Et quia bona, & magna, & media, & minima ex Deo sunt: sequitur vt ex Deo sit etiam bonus vsus liberę voluntatis, qui virtus est, & in magnis numeratur bonis. Attende diligenter quæ dicta sunt, & confer in vnum. sic enim aperietur quod supra quærebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum, quibus etiam non benè vti possumus id est, mediorum: in quibus posuit liberum arbitrium, cuius quoque bonum vsum dixit esse virtutem. Quæ si est, non est ergo opus virtutis, quod supra dicit: quia aliud est virtus, aliud opus eius.

DE VIRTVTE QVID SIT, ET QVID *sit actus eius.*

DISTINCT. XXVII. A

De comparatione gratiæ ad virtutem.

HIc videndum est quid sit virtus, & quid sit actus vel opus eius: Virtus est (vt ait Augustinus) bona qualitas mentis, qua recte viuitur, & qua nullus male vtitur: quam Deus solus in homine ope-

operatur. Ideoq; opus Dei tantum est, sicut de virtute iustitiæ Augu. docet super illum locum psalmi, Feci iudicium & iustitiam: ita dicens. Iustitia magna virtus animi est, quam non facit in homine nisi Deus: Ideoq; cum ait propheta ex persona Ecclesiæ, Feci iustitiam: non ipsam virtutem, quã non facit homo, sed opus ei⁹ intelligi voluit: Ecce aperte insinuatur hic, quod iustitia in homine nõ est opus hominis, sed Dei: quod & de aliis virtutibus itidem intelligendum est. *In tõ. 8. concione 26. in princip. ad verſu hunc feci iudicũ.*

De fide itidem dicit, quod non est ex homine, sed ex Deo tantum. B

Nam de gratia fidei Ephesiis scribens Apostolus, similiter fidem nõ ex homine, sed ex Deo tantum esse asserit, inquiens, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Quod à sanctis ita exponitur, Hęc scilicet fides, nõ est ex vi naturæ nostræ, quia donum Dei pure est. Ecce & hic apertè traditur, quod fides non est ex libertate arbitrii, siue ex arbitrio volũtatis: quod superioribus consonat, vbi dictum est, gratiã prę-uenientem vel operantem esse virtutem, quæ voluntatem hominis liberat & sanat. Vnde Aug. in li. de spiritu & litera ait, Iustificati sumus non per liberam voluntatem, sed per gratiam Christi: non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem. *Ephe. 2. b.* *Aug. c. 9 in fin. tom. 3.*

De gratia quæ liberat voluntatem: quæ si virtus est, virtus non est ex libero arbitrio, & sic non est motus mentis. C

Si igitur gratia, quæ sanat, & liberat voluntatẽ hominis, virtus est vel vna vel plures. cũ ipsa gratia nõ sit ex arbitrio voluntatis, sed eam poti⁹ sanet ac prępareat, vt bona sit: cõsequitur vt virt⁹ nõ sit ex libero arbitrio: & ita nõ sit motus vel affect⁹ mẽtis, cũ omnis mot⁹ vel affect⁹ mẽtis sit ex li. ar-

Aug. cap. 11. ante mediũ l. 2. de bono perseuerantiæ tom. 7. Aug. l. de duab. animab. cap. 12. post mediũ, Tomo. 6.

bitrio: sed bonꝰ ex gratia est & libero arbitrio, malus vero ex libero arbitrio tantum. Vt n. ait Augustin. in li. retract Homo sponte & libero arbitrio cadere potuit, nõ etiam resurgere. Idem in lib. de duabus animabus: Animę si libero ad faciendum & non faciendum motu animi careant, si deniq; his abstinèndi ab opere suo potestas nulla cõceditur: earum peccatum tenere non possumus. Hic aperte ostenditur, q̃ motus animi siue ad bonum siue ad malum, ex libero arbitrio est. Ideoq; si gratia vel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte est, iam non solus Deus sine homine eam facit. Propterea quidam non inerudite tradunt, virtutẽ esse bonã mentis qualitatẽ siue formam, quę animam informat: & ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuuatur, vt ad bonum moueatur & erigatur: & ita ex virtute & libero arbitrio nascitur bonus motus, vel affectus animi, & exinde bonũ opus procedit exterius: sicut pluuia rigatur terra, vt germinet & fructum faciat: nec pluuia est terra, nec germen, nec fructus: nec terra germen vel fructus: nec germen fructus: ita gratis terræ mentis nostræ, i. libero arbitrio voluntatis, infunditur pluuia diuinæ benedictionis, id est, inspiratur gratia, quod solus Deus facit, non homo cum eo: qua rigatur voluntas hominis, vt germinet & fructificet, id est, sanatur & præparatur vt bonum velit, secundum q̃ dicitur operans: & iuuatur vt bonũ faciat, secũdũ q̃ dicitur cooperans. Et illa gratia virtus nõ incõgrue nominatur, qa voluntatem hominis infirmã sanat & adiuuat.

Qualiter intelligatur cũ ex fide gratia esse dicãtur.

Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur. D

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita, & incipere, aut intelligatur gratia gratis dans, id est, Deꝰ: vel potiꝰ gratia gratis data, quę voluntatẽ homi-

hominis præuenit. Nō enim esset magnum, si hæc à Deo dicerentnr esseà quo sunt omnia: sed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita: quæ cum ex sola gratia esse dicantur, non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. *Sed* in bonis merendis causæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium & sanatur atque iuuatur voluntas hominis, vt sit bona.

Quod bona voluntas gratiæ principaliter est, & etiam gratia est: sicut & omne bonum meritum. E

Quæ ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritum, imo gratiæ, quia ex gratia principaliter est, & gratia est. Vnde August. ad Sixtum presbyterū: Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia? Ex gratia enim (vt dictum est) quæ prę uenit, & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis bonus affectus, siue bonus motus mentis: & hoc est primum bonum hominis meritum. *Sicut*, verbi gratia, ex fide ivirtute & hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus & remunerabilis, scilicet, ipsum credere: ita ex charitate, & libero arbitrio alius quidam motus bonus prouenit, scilicet, diligere, bonus valde. sic decæteris virtutibus intelligendum est. Et isti boni motus, vel affectus merita sunt & dona Dei, quibus meremur & ipsorum augmentationem, & alia quę consequenter hic, & in futuro nobis apponuntur.

Epistol. 105. *In. to. 2. ante medium Qualiter bonum meritum in homine constituitur. & quid sit primum bonum meritum.*

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem, & alia. F

Cum ergo dicitur fides mereri iustificationem, & vitam ęternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia p actum fidei meretur illa. Similiter de cha-

ritate, & iustitia, & de aliis accipitur. Si enim fides ipsa virtus pręueniens, diceretur esse mentis actꝰ, qui est meritum: iam ipsa ex libero arbitrio originē haberet: quod quia nō est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamen adsit charitas: sine qua nec credere, nec sperare meritū est vitæ. Vnde apparet vere quia charitas est sp. S. quæ animæ qualitates informat & sanctificat, vt eis anima informetur & sanctificetur: sine qua animæ qualitas non dicitur virtus, quia non valet sanare animam.

De muneribus virtutum, & de gratia quæ non est, sed facit meritum. G

Ex muneribus itaque virtutum boni sumus, & iustè viuimꝰ, & ex gratia, quæ nō est meritum sed facit, non tamen sine libero arbitrio proueniunt merita nostra, scil. boni affectꝰ eorumq; progressus atq; bona opera, quæ Deus remunerat in nobis: & hæc ipsa sunt Dei dona. Vnde Aug. ad Sixtū presbyterum. Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Vnde vita æterna, quæ in fine à Deo meritis præcedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur, à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam: recte & ipsa vita gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis: qa nō meritis datur: sed quia data sunt p gratiam & ipsa merita, & quib. datur.

Epi. 105. in Tom. 2. ante medium. Ibidē in ep. paulo inferius. Consimilem habet sententiam ad vers. 5. Psal. 98. tom. 8.

Epilogat vt alia addat. H

Ex pręmissis iam innotescere nobis aliquatenꝰ potest, qualiter gratia pręueniē s meretur augeri, & alia: & quid ipsa sit, an virtus, an aliud: & si virtus, an sit actus vel nō. ostensum enim est supra ex parte quorūdam, quod ipsa est virtus: quia virtus non est actus sed eius causa, non tamen sine libero arbitrio. vnde quod supra Aug. dixit, bonum vsum liberi arbitrii esse virtutē, ita accipi potest, i. actū virtutis: alioquin sibi cōtradicere videretur, q etiá

opus

opus virtutis supra dixit esse bonum vsum eorum quibus non bene vti possumus: in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus vsus liberi arbitri opus virtutis est, iam virtus non est. Cum ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit, nomine virtutis ipsius vsum significauit.

Quod idem vsus est virtutis & liberi arbitrii: sed virtutis principaliter. I

Idem nempe vsus bonus ex virtute est, & ex libero arbitrio: sed ex virtute principaliter. Et bonus ille vsus in magnis bonis annumerandus est. Illa autem gratia præueniens, quæ & virtus est, & non vsus liberi arbitrii est: sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrii, quę nobis est à Deo, non à nobis. Vsus vero bonus arbitrii, & ex Deo est, & ex nobis: & ideo bonũ meritũ est. Ibi. n. sol⁹ Deus operatur: hic, Deus & homo. Hoc meritũ ex illa purissima gratia prouenit: ꝙ Apost. notauit dicens. Gratia Dei sum id quod sũ, & Gratia eius in me vacua non fuit. Super quẽ locum Au. ita ait, Recte gratiam nominat. primum enim solã gratiã dat De⁹, & nõ nisi gratiã, cum non pręcedant nisi mala merita: sed post per gratiã incipiunt bona merita. Et vt ostẽderet etiã liberũ arbitriũ, addit, Et gratia eius in me vacua nõ fuit. Et ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur aliquid boni posse, subdit, Nõ autẽ ego solus, scil. sine gratia: sed gratia: Dei mecum, i. cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia, incipiũt esse nostra merita bona, per illã tamen: quia si illa defuerit cadit homo.

Quod gratia præueniens, quæ virtus intelligitur non est lib. arb. vsus. sed ex ea omnia bona merita. 1. Cor. 15. b. *Aug lib. de gratia & libero arbitrio c. 5. in fin. Tom. 7.* *Ibidẽ. paulo inferius.* *Au. ca. 6. eiusdẽ lib. in principio.*

Aliorum sentẽtia hic ostenditur, qui dicũt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrii, id est, actus mentis. K

Alii vero dicunt virtutes esse bonos vsus naturalium potentiarum, non tamen omnes, sed tantummodo interiores, qui in mente sunt: exteriores v. per corp⁹ geruntur, nõ virtutes esse dicũt, sed ope-

opera virtutum. Et ideo quod Aug. dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentiarum, de vsu exteriori accipiunt: quod vere dicit bonum vsum liberi arbitrii virtutē esse, & in magnis numerari bonis, de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse quàm bonos affectus vel motus mentis asserunt, quos Deus in homine facit nō homo: quia licet illi motus sint liberi arbitrij, non tamen esse queunt nisi Deus ipsum liberet, & adiuuet gratia sua operante & cooperante: quā Dei gratuitam voluntatem accipiunt, quia Deus est qui & operatur in nobis velle, & operari bonum.

Quibus auctoritatibus muniunt, quod virtutes sint motus mentis. L

Augu tract. 40. ad illud Ioan. 8. dicebat ergo dominus ad eos qui crediderunt, tom. 9. Cap 10 ad fin. in to. 3.

Quod autem virtutes sint motus mentis, testimoniis sanctorum astruunt. Dicit autem Aug. super Ioannem, Quid est fides? Credere quod non vides. Credere autem motus mentis est. Idem in lib. 3. de Doct. Christiana, Charitatē voco motum animi. Si vero charitas & fides motus animi sunt, virtutes ergo motus animi sunt. Quibus alii respondentes, præmissa verba Aug. ita intelligenda fore inquiunt. Fides est credere quod non vides. i. fides est virtus qua creditur quod non videtur. Item, Charitas est motꝰ animi. i. gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et ꝙ hæc & his similia ita accipienda sint, ex his conijcitur quę alibi Aug. ait. Nam in 1. li. quæst. Euang. inquit. Est fides, qua creduntur ea quæ nō videntur, quæ propriè dicitur fides. Item in 13. lib. de Trin. Aliud sunt ea quæ creduntur, aliud est fides qua creduntur. Ex quib. verbis sic argumētando, ꝓcedunt, Aliud est credere, aliud illud quo creditur. Prædictum autem est fidē id esse quo creditur. Sic ergo credere nō est fides: qa credere non id ꝙ creditur. Addunt quoq; Virtus opus Dei tantum est, quā ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo nō est vsus, sed actꝰ liberi arbitrii:

Aug. in 1 li quæst. Euāg. in princ. ca. 39 in to. 4. medio, ca. 2. lib. 1. de Tri.

non

non est itaque virtus. Præmissis aliisque rationibus ac testimoniis innituntur vtrique. Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini, ad alia properamus.

PRÆDICTA REPETIT VT ALIA ADdat, definitam assignationem ponens de gratia, & libero arbitrio contra Pelagianos.

DISTINCT. XXIII. A

De potestate liberi arbitrii hominis lapsi, quã habet gratia gratia circũscripta.

ID vero inconcusse & incunctanter teneamus, lib. arbitrium sine gratia præueniente, & adiuuante non sufficere ad salutem, & iustitiam obtinendam: nec meritis pręcedentib⁹ gratiam Dei aduocari, sicut Pelagiana hęresis tradidit. Nam vt ait Augustin. lib. 1. retract. Noui hęretici Pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, vt gratię Dei non relinquant locum, quam secundum merita nostra dari asserunt. Pelagianorum hæresis omnium recentissima, à Pelagio monacho exorta est. Hi Dei gratię qua prędestinati sumus, & qua meruim⁹ de potestate tenebrarum erui, in tantũ inimici sunt, vt sine hac credãt hominẽ posse facere oĩa diuina mãdata. Deniq; Pelagius à fratrib. increpatus, & nihil tribueret adiutorio gratię Dei ad eius mãdata facienda, nõ eam libero arbitrio præponebat, sed infideli calliditate supponebat dicẽs, ad hoc eam dari hominib. vt quę facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiam. Dicendo vtiq; Facilius possint, voluit credi, etsi difficilius, tamẽ posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illã vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in lib. arbit. & nullis suis præcedentib⁹ meritis ab illo accepit nostra natura, ipso ad hoc tantum iuuante nos per suã legẽ atq; doctrinã, vt discam⁹ quę facere, & quę sperare debeam⁹. Nõ autem

Cap. 9. ad princip. Augustin. ad quod vult Deum, libro vnico de hæresibus art. 88. Tom. 6. Ibid. paucis omissis.

tem ad hoc per donum spiritꝰ sancti, vt quæ didicerimus esse faciēda, faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur: charitatem autem negant diuinitus dari, qua piè viuitur: vt s. sit donum Dei scientia, quæ sine charitate inflat: & non sit donum Dei ipsa charitas, quæ vt scientia non inflat, ædificat. Destruunt etiam orationes quas facit Ecclesia, siue pro infidelibus, & doctrinę Dei resistentibus, vt conuertantur ad Deum, siue pro fidelibus, vt augeatur Dei fides, & perseuerent in ea. Hæc quippe non ab ipso accipere, sed à seipsis homines habere contendunt, gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Paruulos etiam sine vllo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

Ibid. Augu. paulo inferi.

Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem, verbis August. contra ipsum vtentes. B

Quod vero dicunt, sine gratia hominem perliberum arbitrium omnia iussa implere, huiusmodi inductionibus muniunt. Si, inquiunt, non pōt ea facere homo quę iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse Au. in lib. de libero arbitrio asseris. Quis, inquis, peccat in eo q̄ nullo modo caueri pōt? Peccatur aūt. Caueri ergo pōt. Hoc testimonio Augu. Pelagius vsus est disputans aduersus eum, immo aduersus gratiam, sicut August. in libro retract. illud & alia huiusmodi retractans commemorat, inquiens, in his atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata nō est de qua tunc non agebatur, putāt Pelagiani suam nos tenuisse sentētiā, sed frustra hoc putāt. Voluntas quippe est qua peccatur & recte viuitur, quod his verbis egimus, sed ipsa nisi de gratia liberetur, & vt vita superet adiuuetur, recte à morta lib⁹ viui nō pōt. Ecce aperte determinat, ex q̄ sensu illa dixerit, inimicos gratiæ refellens.

Lib. 3. ca. 18. ad princ. in to. 1. & libro de natura & gratia c. 67. in princip. tom. 7.

Cap. 9. circa medium li. 1. retract.

Aliud

Aliud testimonium Aug. ponit, quo Pelagius pro se vtebatur. C

Similiter & innitebatur Pelagius verbis Aug. contra gratiam, quę in libro de duabus animabus dicit. Peccati, inquit, reum tenere quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summæ iniquitatis & insaniæ est. His auditis exiliit Pelagius dicēs. Cur ergo paruuli & illi qui nō habēt gratiam, sine qua nō possunt facere mandata diuina, rei tenētur? Hoc autem qua occasione dixerit, in l. retract. Pelagio respondens aperit. Id enim cōtra Manichęos dixit, qui in homine duas naturas esse cōtendunt, vnam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum, quæ nunquam bona fuit, nec bonum velle potest: quod si esset, non videretur ei imputandum esse si bonum non faceret. *Post medium ca. 12. to. 6. Et li. 1 retra. cap 15. post medium to. 1.*

Aliud quod videtur contradicere gratiæ Dei addit. D

Alibi etiam Au. dicit, quod huic gratiæ contradicere videtur qua iustificatur. Ait enim in lib. cōtra Adamantium Manichęi discipulum: Nisi quisque voluntatem suam mutauerit, bonum operari nō potest. quod in nostra potestate esse positum Domin⁹ docet, vbi ait, Aut facite arborem bonā, aut fructus eius bonos, &c. Quod Augu. in retract. non esse contra gratiam Dei quam prædicamus, ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur: de quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus facimus, nihil tam in potestate quam ipsa voluntas est: sed præparatur à domino voluntas: eo ergo modo dat potestatem. *In medio ca. 16. in tom. 6. Aug. in lib. retract. 1. ca. 22. n fine. Ioan. 1. b.*

Aliud testimonium eiusdem quod videtur aduersum. E

Sic etiam intelligēdum est, quod in eodem ait, sc. in nostra potestate esse vel inseri bonitate Dei, vel

vel excidi ei⁹ ſeueritate mereamur: quia in poteſtate noſtra non eſt, niſi quod noſtram ſequitur voluntatem: quæ cum præparatur à domino, facile fit opus pietati, ſetiam quod impoſsibile & difficile fuit.

Aliud teſtimonium. F

In expoſit. propoſ. 60. in fine. In expoſitione quoq; quarundam propoſitionū epiſtolæ ad Romanos quædam Auguſt. interſerit, quæ videntur huic doctrinæ gratiæ aduerſari. Ait enim, Quod credimus noſtrum eſt: quod autem bonum operamur, illius eſt qui credentibus dat Spiritum ſanctum. & paulo poſt. Noſtrum *Ibid. 61. in fine.* eſt credere & velle: illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi perſpiritum ſanctum. Quæ qualiter intelligi debeant *Lib 1. retra. ad medium.* Auguſt. in libro retract. aperit dicens. Verum eſt quidem à Deo eſſe quod operamur bonum: ſed eadem regula vtriuſque eſt, & volēdi ſcil. & faciēdi: & vtrumque ipſius eſt, quia ipſe præparat voluntatem, & vtrunq; noſtrum eſt, qa non fit niſi volentib⁹ nobis. Illa itaq; profecto nō dixiſſem, ſi iam ſcirē etiā ipsā fidē inter ſp. S. munera reperiri.

Adhuc addit aliud quod videtur contrarium. G

Cap. 5. ad finem tom. 7. Illud etiam diligenter eſt inſpiciendum, quod Auguſt. in lib. de prædeſtinat. Sanctorum ait, ſcil. quod poſſe habere fidem ſicut poſſe habere charitatem, natura eſt hominum: habere autem fidē ſicut habere charitatē, gratia eſt fidelium. Quod non ita dictum eſt, tāquam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas: ſed quia aptitudinē naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum, quæ Dei gratia præuenta credit & diligit: quod ſine gratia non valet.

Teſtimonio Hieronymi aſtruit, quod tenendum ſit de gratia & libero arbitrio: vbi triplex hæreſis inducitur, ſcilicet, Iouiniani, Manichæi, Pelagii. H

Id ergo de gratia & libero arbitrio indubitāter tenea-

teneamus, quod Hieronymus in explanatione fidei catholicæ ad Damasum papam, Iouiniani, & Manichæi, & Pelagii errores collidens docet: Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio, & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Vterque tollit arbitrii libertatem. Nos vero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confitemur esse arbitrii. Hęc est fides quam in catholica Ecclesia didicimus, & quam semper tenuimus.

Hieron. in expositione Symboli, in fine, tom. 4.

VTRVM HOMO ANTE PECCATUM *eguerit gratia operante & cooperante.*

DISTINCT. XXIX. A

POst hæc considerandum est, vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante Ad quod breuiter dicimus, quia non cooperãte tantum, sed etiam operante gratia indigebat, non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiæ: operatur .n. liberando & præparando voluntatem hominis ad bonum. Egebat itaque homo ea, nõ vt liberaret voluntatẽ suam, quę peccati serua non fuerat, sed vt præpararet ad volendum efficaciter bonum quod per se nõ poterat. Nõ enim poterat bonum mereri sine gratia, vt Au. in Enchirid. euidenter tradit. Illã, inquit, immortalitatem in qua poterat nõ mori natura humana, perdidit per liberũ arbitriũ, hãc vero in qua nõ poterat mori acceptura est per gratiã, quã fuerat, si non peccasset, acceptura per meritũ: quãuis sine gratia nec tũc vllũ meritũ esse potuisset, qa etsi peccatũ in solo erat arbitrio cõstitutũ, nõ tamẽ iustitiæ habendę vel retinẽdę suf-

De potestate lib. arb. primi hominis: vtrum eguerit gratia operante & cooperante secundum statum naturæ institutæ.

C. p. 106. in principio tomo 3.

ficiebat liberum arbitrium, nisi diuinum præberetur adiutoriũ. Ecce his verbis satis ostenditur, q ante peccatum homo indigebat gratia operãte & cooperante. Non enim habebat quo pedem mouere posset sine gratiæ operãtis & cooperantis auxilio, habuit tamen quo poterat stare.

Quod homo ante lapsum virtutes habuerit. B

Præterea queri solet. Vtrum homo ante lapsum virtutẽ habuerit. Quibusdam videtur quod non habuerit, id ita probare conantibus. Iustitiã, inquiunt, nõ habuit, quia præceptum Dei contempsit: nec Prudentiã, quia sibi nõ prouidit: nec temperantiam, quia aliena appetiit: nec fortitudinem, qa prauę suggestioni cessit. Quib⁹ respondentes dicimus, eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed ante, & tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimoniis comprobatur. Ait enim Augustin. in quadam homilia, Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatũ, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit, pariterque peremit. De hoc eodẽ Ambr. ad Sabinum ait: Quando Adam solus erat, non est prauaricatus: quia eius mens Deo adhærebat. Super psalm. quoq; dicit. Quod homo ante peccatũ beatissimus, auram carpebat ætheream. Sed quomodo sine virtute beatissim⁹ erat? Aug. quoq; super Gen. dicit; Adam ante peccatum spiritali mẽte prouidum fuisse. Non est ergo dubitãdum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

Amb epist. 41. ad principium t. 3.
Idem sermone 4. ad versum adhæsit. Psal. 118.
Aug. de Gen. li. 1. ca. 42. in fin. li. 1. 3.

De eiectione hominis de paradyso. C

In illius quoq; peccati pœnam eiect⁹ est de paradyso in istum miseriarum locum, sicut in Genes. legitur, Nunc ergo ne forte mittat manũ suam, & sumat de ligno vitæ, & cõedat, & viuat in ęternũ, emisit eum De⁹ de paradyso voluptatis. His verb. insinuari

Genes 3. c.

insinuari videtur, quod nunquam moreretur, si postea de illo ligno sumpsisset.

Quomodo intelligendum sit illud Ne sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. D

Sed qa per peccatum iam mortuum corp⁹ habebat, illa verba ex tali intellectu accipi possunt: Deus modo irati loquens, de homine superbo ait, Videte ne forte mittat manum suam, & c.i. cauete vos angeli ne comedat de ligno vitæ, quo indign⁹ est: de quo, si perstitisset, comederet, & viueret in æternum: sed modo propter inobedientiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit. Emisit n. eum De⁹ de paradyso voluptatis in locum sibi congruum: sicut plerunq; malus cum inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum cõgregatione pellitur, pondere prauę consuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradisum posito. E

Ne vero ad illud posset accedere, collocauit De⁹ ante paradysum Cherubin, & flammeum gladiũ atq; versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę. Quod iuxta literam põt hoc modo accipi, quia p ministeriũ angelorũ ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per cęlestes potestates in paradyso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quędã ignea custodia: non tamen frustra, sed quia aliquid significat de paradyso spiritali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientię: hęc est charitas, quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammeus pœnæ temporales sunt, quę versatiles sunt, quia tẽpora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni vitæ ideo posita sunt ante paradysum, qa ad vitã non reditur nisi per Cherubin, scilicet, plenitudinẽ scientię, id est, charitatẽ, & per gladiũ versatilem: id est, tolerantiam passionum temporalium.

Au ad finẽ ca. 40. li. 11. de genesi ad literam.

An homo ante peccatum comederit de ligno vitæ. F

Aug. li. 2. ca. 12. ad finē. de peccatorū meritis. & remissione & de baptismo parvulorum. tom. 7.

Potest autem quæri, Vtrum de ligno vitę ante peccatum comederit homo? De hoc Aug. in li. de Baptism. par. sic ait, Rectè profecto intelliguntur primi homines ante malignā diaboli persuasionem abstinuisse à cibo vetito, atque vsi fuisse concessis. His verbis ostenditur, quod de ligno vitæ ante peccatum sumpserint: quibus præceptum erat, vt de omni ligno paradysi comederēt, nisi de ligno scientiæ boni & mali.

Quare non sunt facti immortales si comederunt de ligno vitæ. G

Quare ergo perpetua soliditate, & beata immortalitate vestiti non sunt, vt nulla infirmitate vel ætate in deterius mutarentur? Hanc enim virtutē naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte hoc non conferebat, nisi sæpè de illo sumeretur. Potuit ergo fieri, vt de illo sumeret semel, & non sæpius: qui per aliquam moram in paradyso fuisse intelligitur, cum scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse, quando costa de latere eius assumpta est & inde formata mulier, & animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit.

QVOD PER ADAM PECCATVM ET pœna transiit in Posteros.

DISTINCT. XXX. A

IN superioribꝰ insinuatum est, licet ex parte (nō enim perfectè sufficimꝰ exponere) qualiter primus homo deliquerit, & quam pro peccato pœnam sustinuerit: quibus adiciendum est, peccatum simul ac pœnam per eum transisse in posteros, sicut Apostolus ostendit, inquiens, *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, ita in omnes homines mors pertransiit.*

Vtrum illud peccatum fuerit originale, vel actuale. B

HIC

Hic primo videndum est, quod fuit illud peccatum, originale scil. an actuale: & si de originali intelligatur, consequenter quid sit originale peccatum, & quare dicatur originale: & quomodo pertransierit vel pertranseat in omnes, diligenter inuestigãdum est. Quibusdam placuit de peccato actuali Adæ illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse cum inferius ait, Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita &c. Euidenter inquiunt, etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, quod per vnum hominẽ intrauit in mundũ, scil. inobedientiã, Inobedientia vero peccatum actuale est. *Quid sit originale peccatũ quod à peccato trimorũ parentum fuit causatum.*

Quomodo intrasse in mundum dicunt. C

Hoc autẽ dicunt intrasse in mundum, non traductione originis, sed similitudine pręuaricationis: omnesq; in illo vno peccasse dicunt, quia omnibus ille vnus peccandi exemplum extitit. Hoc male sentiunt quidam hæretici, qui dicti sunt Pelagiani. de quibus Aug. in libro de Baptismo paruulorum cõmemorat dicens, Sciendũ est, inquit, hęreticos quosdam, qui nominati sunt Pelagiani: dixisse peccatũ primę transgressionis in alios homines nõ propagatione, sed imitatione transisse. Vndę etiã in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino cõtendunt. Sed eis dicitur, quia si Apost. peccatũ imitationis nõ propagationis intelligi voluisset, eius principẽ non Adã, sed diabolũ diceret. De q̃ in li. Sap. dicitur, Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Et qa non vult intelligi hoc esse factũ ꝓpagatione sed imitatione, continuo subiũxit scriptura. Imitãtur autẽ eũ, qui sunt ex parte ipsius. Imitãtur quidem Adã, quotquot p̃ inobedientiã trãsgrediũtur mãdatũ Dei. Sed aliud est, q̃ exẽplum est volũtate peccãtibus: aliud q̃ origo est cum peccato nascentibus. *Au. li. 1. de peccatorum meritis & remissione cõtra Pelagianos, c. 9. ad princip. in tom. 7.*

Sap. 2. d.

Ibidẽ. paulo inferius.

Non est igitur accipiendum peccatum Adę transisse in omnes imitationis tantum exemplo, sed propagationis & originis vitio.

Hic aperit illud esse peccatum originale, quod transit in posteros. D

Et est illud peccatum originale, vt aperte Aug. testatur, quod per Adam trāsiuit in omnes, per eius carnē vitiatam cōcupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquiritur. E

Quod diligenter inuestigandum est, qd sit. De hoc n. sācti doctores sub obscuritate locuti sunt, atq; scholastici doctores varia senserunt. Quidam n. putant originale peccatū esse reatum pœnæ p peccato primi hominis, id est, debitum vel obnoxietatē, qua obnoxii & addicti sumus pœnæ temporali & æternæ p primi hominis actuali peccato: qa pro illo (vt aiunt) omnibus debetur pęna æterna, nisi p gratiā liberentur. Iuxta horum sententiā oportet dici, originale peccatum nec culpam esse, nec pœnam. Culpam non esse ipsi fatentur: pœna quoq; secundum eos esse non potest, qa si debitū pœnæ originale peccatum est, cum debitum pœnæ nō sit pęna, nec originale peccatum est pęna, q etiā quidā eorum admittunt dicētes, in scriptura originale peccatum sæpe nominari reatum: & reatum ibi intelligunt, vt dictum est, obnoxietatē pęnæ: & ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in paruulis, quia paruuli p illo primo peccato rei sunt pœnę: sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant filii secundum iustitiam foris.

Quod originale peccatum sit culpa, auctoritatibus probat. F

Exod 13. b. Glossa ordinaria ad id cap. Primogenitum.

Sed q originale peccatum culpa sit, pluribus sanctorum testimoniis edocetur. Sup Exod. vbi dicitur, Primogenitum Asini mutabis oue, Greg. ait. Omnes in peccatis nati sum⁹, & ex carnis delectatione cōcepti, culpam originalē nobiscum traximus,

mꝰ, vnde & volũtate nostra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trahere: vnde constat originale peccatum culpã esse. Augustinus quoq; in li. de natura & gratia, de hoc eodẽ sic ait. Omnes (vt ait Apostolus) peccauerunt, vtiq; vel in seipsis, vel in Adam: qa sine peccato non sunt, vel quod originaliter contraxerunt vel q̃ malis moribꝰ addiderunt. Peccatum n. primi hominis, non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem simul & culpam suscepimus. Idẽ super Psal. 50. Quod de corpore mortuo seminatur, cum vinculo peccati originalis nascitur & mortis. Ideo igitur se in iniquitatibus cõceptum dicit Dauid, quia in omnib. trahitur iniquitas ex Adam, & vinculũ mortis. Nemo n. nascitur, nisi trahens pęnam, & meritum pęnæ. Meritum autem pœnæ peccatum est. Omnis ergo q̃ nascitur per carnis concupiscentiã, peccatũ trahit. Peccatum itaq; originale, culpa est, q̃ omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Vnde in Eccl. dogmatibꝰ scriptum est. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominẽ q̃ per concubitũ viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortique subiectũ, & ob hoc natura iræ nasci filium à qua nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum. His & aliis auctoritatibus euidenter ostenditur, peccatum originale culpam esse, & in omnib. cõcupiscentialiter genitis trahi à parentibus.

Cæ. 4. in fine tom. 7.

Rom. 3. ad

In to. 8. ad illum versum 6 psal. 50. Ecce in iniquitatibus.

Ibidem paulo inferius.

Aug. c. 26. id habet. li. de fide ad Petrum in principio tom. 3.

Quid sit quod dicitur peccatum originale, scilicet, fomes peccati, id est, concupiscentia. G

Nunc supereſt videre, quid sit ipsum originale peccatum? quod cum non sit actuale, nõ est actus siue motus animæ vel corporis. Si n. actus est animæ vel corporis, actuale vtique peccatum est: sed actuale non est, nõ est ergo actꝰ vel motꝰ. Quid ergo originale peccatũ dicitur? Fomes peccati, scil.

concupiſcentia vel concupiſcibilitas: quæ dicitur lex membrorum, ſiue languor naturæ, ſiue tyrannus qui eſt in membris noſtris, ſiue lex carnis. Vnde Aug. in li. de baptiſmo paruulorũ. Eſt in nobis concupiſcẽtia, q̃ nõ ẽſt permittenda regnare. Sũt & eius deſideria, quæ ſunt actuales concupiſcẽtię, quæ ſunt arma diaboli, quæ veniunt ex languore naturæ. Languor autem iſte, tyrannus eſt, qui mouet mala deſideria. Si ergo vis eſſe victor tyranni atque inermem inimicum inuenire, non obedias concupiſcentiæ malę. His verbis ſatis oſtenditur, fomitem peccati eſſe concupiſcentiam.

Serm. 12. de verbis Apoſtoli.

Aug. ſer. 12. de verbis apoſt. exponẽs verſum: Greſſus meos pſal. 18.

Quod nomine concupiſcentiæ intelligitur fomes peccati, & quæ dicitur fomes. H

Nomine autem concupiſcentiæ non actum cõcupiſcendi, ſed vitium primum ſignificauit, cũ eã dixit legem carnis. Vnde idẽ in tractatu de verbis Apoſtoli ait, Sẽper pugna eſt in corpore mortis huius: qa ipſa concupiſcentia cum qua nati ſum⁹, finiri non poteſt quandiu viuimus, quotidię minui poteſt, finiri nõ poteſt. Quæ autẽ eſt concupiſcentia, cum qua nati ſumus? Vitium vtiq; eſt, q̃ paruulum habilem concupiſcere facit, adultum etiã cõcupiſcentẽ reddit. Sicut enim in oculo cæci, in nocte vitium cæcitatis eſt: ſed non apparet, nec diſcernitur inter videntẽ & cæcum, niſi luce veniente: ſic in puero vitium eſſe non apparet, donec ætatis quectioris temp⁹ occurrat. Ex his datur intelligi, qd ſit originale peccatum, ſcilicet, vitium cõcupiſcentiæ: q̃ in omnes cõcupiſcentialiter natos per Adam intrauit, eoſque vitiauit. Vnde Aug. in libr. de baptiſmo paruulorum. Adam præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe cõcupiſcentiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe vẽturos. Vnde Apoſtol⁹ recte ait In q̃ omnes peccauerunt. Circumſpectè & ſine ambiguitate dicit hoc

Aug. ſerm. 45. de tẽpore, qui eſt 2. Dominic. 3. poſt Epiphaniam to. 10.

Aug libr. de peccatorum meritis & remiſſione 1. ca. 9. in fine. tom. 7. Ibidẽ ca. 10. continuo in principio.

hoc Apostolus. Siue n. intelligatur, in quo homine, siue in quo peccato, sanum est. In Adam n. omnes peccauerunt, vt in materia, non solum eius exemplo, vt dicunt Pelagiani. Omnes n. ille vnus homo fuerat, id est, in eo materialiter erant. Manifestum est itaque, omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse n. per peccatum corruptus, quos genuit, omnes illi sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo vno peccato, quod intrauit in mundum, recte omnes dicuntur peccasse. quia sicut ab illo vno homine, sic ab eodem vno peccato immunes esse nō possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt, i. ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt, scilicet, originale, quod ex inobedientia processit. I

Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: q; ex Adam, siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros demigrauit. vnde Apostolus consequenter, per inobedientiam vnius hominis, multos dicit constitutos esse peccatores: quæ est actuale peccatum. Cum autem dixerit per vnum hominē peccatum intrasse in mundum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum esse oportet accipi.

Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam vnius, multi sunt constituti peccatores. K

Quod ergo ait, Per inobedientiam vnius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur: vt & in illo esset, & in omnes transiret.

concupiſcentia vel concupiſcibilitas: quæ dicitur lex membrorum, ſiue languor naturæ, ſiue tyrannus qui eſt in membris noſtris, ſiue lex carnis. Vnde Aug. in li. de baptiſmo paruulorũ. Eſt in nobis concupiſcẽtia, q̃ nõ ẽſt permittenda regnare. Sũt & eius deſideria, quæ ſunt actuales concupiſcẽtię, quæ ſunt arma diaboli, quæ veniunt ex languore naturæ. Languor autem iſte, tyrannus eſt, qui mouet mala deſideria. Si ergo vis eſſe victor tyranni atque inermem inimicum inuenire, non obedias concupiſcentiæ malę. His verbis ſatis oſtenditur, fomitem peccati eſſe concupiſcentiam.

Serm. 12. de verbis Apoſtoli.

Aug. ſer. 12. de verbis apoſt. exponẽs verſum: Greſſus meos pſal. 18.

Quod nomine concupiſcentiæ intelligitur fomes peccati, & quæ dicitur fomes. H

Nomine autem concupiſcentiæ non actum cõcupiſcendi, ſed vitium primum ſignificauit, cũ eã dixit legem carnis. Vnde idẽ in tractatu de verbis Apoſtoli ait, Sẽper pugna eſt in corpore mortis huius: qa ipſa concupiſcentia cum qua nati ſum⁹, finiri non poteſt quandiu viuimus, quotidię minui poteſt, finiri nõ poteſt. Quæ autẽ eſt concupiſcentia, cum qua nati ſumus? Vitium vtiq; eſt, q̃ paruulum habilem concupiſcere facit, adultum etiã cõcupiſcentẽ reddit. Sicut enim in oculo cæci, in nocte vitium cæcitatis eſt: ſed non apparet, nec diſcernitur inter videntẽ & cæcum, niſi luce veniente: ſic in puero vitium eſſe non apparet, donec ætatis quectioris temp⁹ occurrat. Ex his datur intelligi, qd ſit originale peccatum, ſcilicet, vitium cõcupiſcentiæ: q̃ in omnes cõcupiſcentialiter natos per Adam intrauit, eoſque vitiauit. Vnde Aug. in libr. de baptiſmo paruulorum. Adam præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe cõcupiſcentiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe vẽturos. Vnde Apoſtol⁹ recte ait In q̃ omnes peccauerunt. Circumſpectè & ſine ambiguitate dicit hoc

Aug. ſerm. 45. de tẽpore, qui eſt 2. Dominic. 3. poſt Epiphaniam to. 10.

Aug libr. de peccatorum meritis & remiſſione 1. ca. 9. in fine. tom. 7. Ibidẽ ca. 10. continuo in principio.

hoc Apostolus. Siue n. intelligatur, in quo homine, siue in quo peccato, sanum est. In Adam n. omnes peccauerunt, vt in materia, non solum eius exemplo, vt dicunt Pelagiani. Omnes n. ille vnus homo fuerat, id est, in eo materialiter erant. Manifestum est itaque, omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse n. per peccatum corruptus, quos genuit, omnes illi sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo vno peccato, quod intrauit in mundum, recte omnes dicuntur peccasse. quia sicut ab illo vno homine, sic ab eodem vno peccato immunes esse nō possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt, i. ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt, scilicet, originale, quod ex inobedientia processit. I

Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: q; ex Adam, siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros demigrauit. vnde Apostolus consequenter, per inobedientiam vnius hominis, multos dicit constitutos esse peccatores: quæ est actuale peccatum. Cum autem dixerit per vnum hominē peccatum intrasse in mundum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum esse oportet accipi.

Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam vnius, multi sunt constituti peccatores. K

Quod ergo ait, Per inobedientiam vnius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur: vt & in illo esset, & in omnes transiret.

In l. 2 ad valerium de nuptiis & concupiscentia. c. 28. In principio in t. 7.

Quod peccatum originale in Adam fuit, & in nobis est L

Vnde Aug. Iuliano hęretico nullum peccatum in paruulis esse cõtendenti respondens, aperte asserit peccatũ originale ex voluntate Adæ processisse, ac per eius inobedientiã in mundum intrasse. Quęrit n. Iulianus, per quid peccatum inuenitur in paruulo, ita inquiens, Nõ peccat iste q nascitur, nõ peccat ille q genuit, nõ peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ, peccatum fingis ingressum? Et respondet sancta pagina. Per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundum, p vnius inobedientiã, ait Apostolus. Quid quærit amplius, qd quærit apertius? Itẽ inqt Iulian⁹. Si per hominẽ peccatum intrauit in mũdum, peccatum vel ex voluntate est, vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala voluntas est, quę peccatum facit: Si autẽ ex natura est, mala est natura. Cui respondeo: Ex voluntate peccatum est. Quærit forte. Vtrum originale peccatum ex voluntate sit? Respondeo, Prorsus & originale peccatum ex volũtate esse: qa hoc ex voluntate primi hominis seminatũ est, vt in illo esset, & in omnes trãsiret.

Responsio Augustini.

Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est, Omnes in Adam fuisse homines. M

Ad hoc autem quod diximus, in Adam fuisse omnes homines, quidã verborum sectatores sic obiiciunt dicentes: Non omnis caro quę ab Adã tradu cta est, in eo simul existere potuit? quia multo maioris quantitatis est, q̃ fuerit corpus Adæ. In quo nec tot etiam atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt, substãtiam vniuscuiusque in primo fuisse parẽte.

Responsio, vbi aperitur qualiter fuerunt in Adam secundum rationem seminalem, & quomodo ex Deo descenderunt, scilicet, lege propagationis. N

Quibus respõderi potest, quod materialiter atque

que causaliter, nō formaliter, dicitur fuisse in primo homine omne ꝙ in humanis corporibus naturaliter est, descenditq; à primo parente lege ꝓpagationis, & in se auctum & multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id trāseunte, & ipsum in futuro resurget. Fomētum quidē habet à cibis, sed nō conuertuntur cibi in humanā substantiā, quæ scil. per propagationem descendit ab Adam. Transmisit enim Adam modicum quid de substātia sua in corpora filiorum, quando eos ꝓcreauit, i. aliquid modicum de massa substantię eius diuisum est, & inde formatum corpus filii, suiq; multiplicatione sine rei extrinsecę adiectione, auctū est: & de illo ita augmētato aliq̄d inde separatur. vnde formantur posterorum corpora: & ita progreditur ꝓcreationis ordo lege ꝓpagationis, vsq; ad finem humani generis. Itaque diligenter ac ꝓspicuè intelligentibus patet, omnes secundū corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, & ex eo descendisse propagationis lege.

Quomodo per propagationem descendis.

Auctoritate & ratione probatur, nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam, quæ ab Adam est. O

Quod vero nihil extrinsecum in humani corporis naturā transeat, veritas in Euāgelio significat dicēs. Omne ꝙ intrat in os: in ventrē vadit, & in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostēdi potest hoc modo. Puer qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget quam habitur⁹ erat, si viueret vsq; ad ętatem triginta annorum, nullo vitio corporis impedit⁹. Vnde ergo illa substātia, quæ adeo parua fuit mortua, in resurrectione tā magna erit, nisi sui in se multiplicatione? Vnde apparet, ꝙ etiā si viueret, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substātia. Sicut costa de qua facta est mulier, & sicut panes euāgelici. Nō inficiamur tamen, quin cibi & humores in carnē & sanguinē tran-

Magister hic non approbatur. Matth. 15. b.

transeant: sed non in veritate humanæ naturæ, q à primis descendit parentibus: quæ sola in resurrectione erit, reliqua vero caro in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur: quæ tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.

QVŌMODO PECCATVM ORIGINALE *à Patribus transeat in Filios: an secundum animam, an secundum carnem.*

DISTINCT. XXXI. A

Qnaliter peccatum originale à parente traducitur in prolem.

NVNC superest inuestigare, qualiter peccatum à parētibus traducatur in filios, scilicet an secundum solam animam, an secundum carnem, siue secundum vtrunq; ? Putauerunt quidam secūdum animam trahi peccatum originale, non secū dum carnem, quia non solum carnem, sed & animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut enim in generatione prolis de carne paterna substantialiter trahitur caro, ita etiam de gignentis anima animam geniti essentialiter deduci ab his existimabatur. Ideoque sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur, ita etiā de anima peccatrice anima peccatrix, corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur.

Prædictam opinionem damnat, & quod per carnem traducatur peccatum dicit, & quomodo ostendit. B

Hoc autem fides catholica respuit, & tanquam veritati aduersum damnat: quæ non animas, sed carnem solam, sicut superius diximus, ex traduce esse admittit. Non ergo secundum animā, sed secundū carnē solā, peccatum originale trahitur à parētibus. est n. peccatum originale (vt supra diximꝰ) cōcupiscentia, non quidem actus, sed vitium. Vnde Augustꝰ. Ipsa concupiscētia est lex membrorum

rum vel carnis, quæ est morbidus quidam affect⁹, vel languor qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscentiam, quæ lex peccati dicitur. Quæ dicitur manere in carne, non quia in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima fit.

Causam corruptionis carnis, ostendit, ex qua in anima peccatum sit. C

Caro enim propter peccatum corrupta fuit in Adam, adeo vt cum ante peccatum vir & mulier sine incentiuo libidinis & concupiscentiæ feruore possent conuenire, effetque thorus immaculatus: iam post peccatum non valet fieri carnalis copula absq; libidinosa concupiscentia, quæ semper vitium est & etiã culpa, nisi excusetur per bona coniugii. In concupiscentia & libidine cõcipitur caro formanda in corp⁹ prolis. Vnde caro ipsa quę cõcipitur, in vitiosa concupiscentia polluitur & corrumpitur: ex cuius contactu anima cum infunditur, maculam trahit, qua polluitur & fit rea, i. vitium cõcupiscentiæ quod est originale peccatũ.

Quare concupiscentia dicitur esse in carne.

Quod propter corruptionem carnis quæ est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne. D

IDEOQVE ipsum peccatum dicitur manere in carne. Caro ergo quæ in cõcupiscentia libidinis seminatur, nec culpã habet, nec actũ culpæ, sed causam. In eo ergo quod seminatur, corruptio est: in eo autem ꝙ nascitur, cõcupiscentiæ vitium est. Vnde Ambrosi⁹ de verbis Apostoli sic ait: Quomodo habitat peccatum in carne, cum nõ sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaq; corruptio per cõditionẽ offensionis manet in corpore, robur tenẽs diuinæ sententiæ datæ in Adam: cuius cõsortio anima maculatur peccato. Per id ergo ꝙ facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne: hęc est lex

In comm. 7. c. ad illud. S io en. im. Ad Rom. in to. 4.

Ambr. ad illud Conde lector enim legi. Rom. 7.

est lex carnis. Idem. Non habitat peccatum in anima sed in carne: quia peccati causa ex carne est, nō ex anima: quia caro est ex origine carnis peccati, & per traducem omnis caro fit causa peccati: anima vero non traducitur, & ideo in se causam peccati non habet. Augustinus quoque ex carne peccatum animam contrahere in sermone quodā de verbis Apostoli ostendit, dicens, Vitiū cōcupiscētiæ est quod anima non ex se, sed ex carne contraxit, Natura quippe humana non opere Dei cū vitio primi t⁹ est instituta, sed ex volūtatis arbitrio primorū hominū venienti vitio est sancita, itavt nō sit in carne bonū, sed vitiū q̄ inficitur anima.

De causa originalis peccati, quæ est in carne, Vtrum sit culpa, an pœna. E

Hic quæri solet: Vtrū causa peccati originalis q̄ dicta est esse in carne, culpa sit, vel pęna, siue aliqd aliud. Culpa esse non potest: quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem animæ, actualis esset, vel originalis. Sed actualis ibi non est, nec originalis culpa est, qa ipsa causa ost originalis peccati. Si autē pœna est, q̄ est illa? passibilitas, vel mortalitas, vel alia corruptio. Hos enim defectus carni inesse constat.

Hic aperitur quid sit fœditas tracta ex libidine coeuntium, quæ vitium vel corruptio dici potest. F

Ad quod dici potest, quod multiplex defectus carnis, & præcipue pollutio quædā, quam ex feruore coitus parentum & concupiscētia libidinosa cōtrahit caro dū cōcipitur, causa est originalis peccati: q̄ recte vitiū, siue corruptio carnis appellari pōt. Quæ fœditas maior videtur esse in carne cōcupiscentialiter traducta q̄ in ea vnde traducitur: Et quod vitiū vel corruptio sit in carne ante coniunctionē animæ, effectu probatur, cū anima infunditur, quę ex corruptione carnis maculatur: sicut

ſicut in vaſe dignoſcitur vitium eſſe, cum vinum infuſum aceſcit.

Inductu ſimilium oſtendit, non abſurde dici filios trahere peccatum à parentibus, etiam mundis. G

Ne autem miremur, & intellectu turbemur audientes peccatum originale filios traducere à parentibus, iã per baptiſmum ab illo peccato mundatis, diuerſarum ſimilitudinũ inductione id poſſe fieri inſinuat Augu. in li. de baptiſmo paruulorum, inquiẽs: Quo modo pręputium per circumciſionẽ aufertur, manet tamẽ in eo quẽ genuerunt circumciſio: quomodo etiã palea q̃ opere humão tanta diligentia ſeparatur, manet tamẽ in fructu qui de purgato naſcitur tritico: ita peccatũ, quod in parentibus p baptiſmũ mũdatur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc n. gignunt, quod adhuc vetuſtum trahunt: non ex hoc, quod lex in nouitate, pmouit eos inter filios Dei. Non enim generãt parentes filios ſecundum illam generationẽ, qua denuo nati ſunt: ſed potius ſecundum illam, qua carnaliter & ipſi primum ſunt generati.

Aug. li. ca. 2. de peccatorum meritis & remiſſione in fine. tom. 7.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo. H

Iam oſtenſum eſt, quid ſit originale peccatũ, & qualiter à parentibus in filios, & per carnem in animã tranſeat. Ex quibus etiã innoteſcit quare dicatur originale peccatũ: ideo ſcil. quia ex vitioſa lege origi nis noſtrę, in qua concipimur, ſcil carnis libidinoſa concupiſcentia, traducitur, vt ſupra dictum eſt; Non n. quia ex carne tracta ab Adam cõcepti ſumus, ideo peccatum traximus qa & Chriſti corpus ex eadẽ carne formatum eſt, quæ ab Adam deſcendit: ſed eius conceptus eſt celebratus non lege peccati, i. concupiſcentia carnis, vnde & caro eius peccatrix nõ fuit, immo operatione ſpiritus ſancti. Noſter vero conceptus no fit ſine libidine, & ideo nõ eſt ſine peccato. Quod euidẽter Aug. oſten-

Ca. 2 In me.

ostendit in libro de fide ad Petrum, dicens, Quia dum sibi inuicem vir mulierque miscẽtur, sine libidine non est parentũ concubitus, ob hoc filiorũ ex eorum carne nascentium nõ potest sine peccato esse conceptus: vbi peccatum in paruulos non transmittit propagatio, sed libido, nec fœcunditas humanæ naturę facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis, q̃ homines habent ex illi⁹ iustissima condẽnatione peccati. Ideo beatus Dauid ꝓpter originale peccatũ, q̃ naturaliter obstricti sunt filii iræ, dicit, In iniquitatib⁹ concept⁹ sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Ex hoc itaque apparet, ex lege conceptionis traduci originale peccatum: quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis coniunctione cõcupiscentiæ vitium non traheret.

Ca. 2. in medio.

Obiectio quorundam nitentium probare, peccatum non traduci ex lege coitus.

SED ad hoc opponitur hoc modo. In ipso conceptu vbi dicitur transmitti peccatũ, propagatur caro: nec tamẽ tunc infunditur anima secundum physicos, sed iã effigiatis corporib⁹: q̃ etiam Moyses in Exod. aperte significat, vbi ait de percussura mulieris prægnãtis. Si quis, inquit, percusserit mulierẽ prægnantẽ & abortum fecerit, si adhuc informæ fuerit puerperiũ, mulctabitur pecunia: si autem formatum fuerit, reddat animã ꝓ anima. Formatũ vero intelligitur, propria anima animatum: & informe, quod nondum habet animã. In ipso ergo conceptu cum caro ꝓpagatur, nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum trãsmittitur, cum peccatum non possit esse, vbi anima non est? Ad q̃ dici põt, quia in illo cõceptu dicitur peccatum trãsmitti, non quia peccatũ originale ibi sit: sed quia caro ibi contrahit id, ex q̃ peccatũ fit in anima cũ infunditur. Et vtrunq; vocatur conceptus, scilicet, cum & caro propagatur,

Exod. 21. c.

Responsio cũ solutione.

tur, formamq; corporis humani recipit, & cum anima infunditur, quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Vnde dicitur quod natum est in ea. Propriè autem natiuitas dicitur in lucem editio.

QVOMODO ORIGINALE PECCATVM DIMITTATVR IN BAPTISMO, CVM ET post sit illa concupiscentia, quæ dicitur originale peccatum. A

DISTINCT. XXXII.

QVONIAM supra dictum est, originale peccatum esse vitium concupiscentiæ, assignatūq; quomodo à parentibus trahatur & originale dicatur, superest inuestigare, quomodo in baptismo dimittatur, cum etiā post baptismū remaneat cōcupiscentia quę ante fuerat. Vnde videtur vel peccatum originale nō esse cōcupiscentiā, vel nō remitti in baptismo. Manet quippe, vt ait Augustin. in corpore mortis huius carnalis concupiscētia, cuius vitiosis desideriis non obedire præcipimur: quæ tamē concupiscētia quotidie minuitur in profectibus & continētibus. Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, nō tamē dominatur & regnat sicut ante: immo per gratiā baptismi mitigatur & minuitur, vt post dominari non valeat, nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscētias. Nec post baptismum remanet ad reatum, qa non imputatur in peccatum, sed tantum pœna peccati est: ante baptismū vero, pœna est & culpa.

Qualiter peccatum originale deleatur seu curetur.

Aug. li. 1. de nuptiis, & concupiscentia 1. in fin. Cap. 25. in tom. 7.

Quod originale peccatum duobus modis dimittitur, scilicet, extenuatione sui, & solutione reatus. B

Duplici ergo ratione peccatū originale dicitur dimitti in baptismo: quia per gratiam baptismi vitium concupiscentiæ debilitatur atq; extenuatur, ita vt iam nō regnet, nisi consensu reddantur ei vires, quia & reatus ipsius soluitur. Vnde Aug. in lib. de baptismo paruulorū: Gratia per baptismū

Aug. li. 1. de peccatorum meritis, &

remissione, c.39. in princ. & ad fin. li.

id agitur, vt ver⁹ homo crucifigatur, & corp⁹ peccati destruatur; nō vt ita in ipsa viuēte carne cōcupiscētia respersa, & innata repēte absumatur & nō sit, sed ne obsit mortuo, q̄ inerat nato. Nam si post baptismū vixerit, in carne habet cōcupiscentiam cum qua pugnet, eāq; adiuuāte Deo superet si tamē nō in vacuum gratiā eius suscepit: Nonita q̄ hoc p̄statur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati q̄ est in mēbris, prorsus extinguatur & nō sit: sed vt quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum q̄ est, totum aboleatur, ac velut factum nō fuerit habeatur. Ipsa vero concupiscētia soluto reat⁹ vinculo, q̄ per illam diabol⁹ animā retinebat, & à suo creatore separabat, maneat in certamine. Ecce hic aperte ostēdit, ea ratione dimitti in baptismo, nō qa nō maneat post baptismum, sed quia reatus in baptismo aboletur. Deinde idem ipse ostendit, eo modo etiā dimitti in baptismo, qa baptismi grat a cōcupiscentia ipsa mitigatur & minuitur, in eodē li. ita dicēs; Lex carnis, quā Apostolus appellat peccatū, cum ait: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: nō sic manet in mēbris eorum, qui ex aqua, & spiritu sancto renati sunt, tanq̄ non sit eius facta remissio, vbi omnino plena fit remissio peccatorum: sed manet in vetustate carnis tanq̄ superatum & peremptum, nisi illicito cō sensu quodāmodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationē q̄ reuocetur. Hic aperte insinuatur, in baptismo concupiscētiam debilitari ex q̄ & dicitur dimitti, nō solum ideo qa reatus ibi soluitur. Quē remissionis modū aliis etiam pluribus testimoniis scriptura edocet. Ait n. Aug. cōtra Iulianum, Lex q̄ in membris est, vitium carnis est, q̄ ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit. Sed lex ista q̄ est in membris, remissa est regeneratiōe spirituali, & manet in carne mortali. Remissa

Rom.6.b. Aug. in pri ca.28.li.2.de pe catorum meritis, & remissione.

Aug.li.1. non longe à principio.

missa est, quia reatus solutus est sacramento q̊ renascuntur fideles: Manet autem, quia operatur desideria, cōtra quę dimicant etiā fideles. Idē in sermone quodā de concupiscentia carnis. Per gratiā baptismatis, & lauacrum regēerationis solut⁹ est ipse cōcupiscentię reatus, cum quo eras natus: & quicquid antea cōsensisti malę cōcupiscētiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Idē in li. de nuptiis & cōcupiscētia. Concupiscentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatū quæcunq; tamē proles nascitur, obligata est originali peccato. Item. Dimittitur concupiscētia carnis in baptismo: non vt nō sit, sed vt non imputetur in peccatum. Hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo ergo alia peccata prætereunt actu, & remanēt reatu, vt homicidium & similia: ita è conuerso fieri potest, vt cōcupiscentia prætereat reatu: & remaneat actu. Ex prędictis euidenter mōstratur, quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

Aug. ca. 24. lib. 1. in fin.

Ibidem Aug. lib. eodem 1. ad princ. c. 25. to. 7. de nupt. & cōcupisc.

De fœditate quam caro ex libidine coitus contrahit, vtrum in baptismo diluatur. C

Solet autē hic quæri. Vtrum & ipsa caro in baptismo ab illa fœditate purgetur, q̄ in conceptione ex cōcupiscentia libidinosa cōtraxit? Quibusdā videtur, ꝙ sicut anima à reatu purificatur, ita & caro ab illa pollutione purgatur: vt sicut duob⁹ cōpletur mysterium baptismi, scilicet, aqua & spiritu: ita ibi duo purgētur, anima scil. à reatu, & caro ab illa cōtagione, ꝙ quidē probabile est. Alii vero putant tantum animam ibi mundari, carnem vero non ab illa fœditate purgari. Si vero remanet illa fœditas vsq; ad procreationē filiorum, q̄ fit in concupiscentia carnis, videtur natura carnis magis ac magis corrūpi: & magis corrupta videtur caro prolis q̄ parentis, quia de carne pollutionem q̄ habuit à conceptu retinente, trahitur polluta,

Inconueniētiam adducit contra illos qui ne-

gãt carnem mundari à pollutione.

& in concupiſcẽtia concipitur, vnde & polluitur: & ita ex duplici cauſa contaminatur. Vnde & maior videtur pollutio carnis in prole, quã fuerit in parente. Ad q̃ illi dicunt, quia licet caro prolis ex carne fœda ſeminetur, & in concupiſcentia ſeminis concipiatur, non tamen maiorem fœditatem trahit, quam caro vnde ſeminatur, habuit. Quamuis etiam ſi fœdior atque immundior ſit caro prolis, & ideo magis corrupta quam caro parẽtis: nõ inde (vt aiunt) fit prę̃iudicium veritati: quia nec abſurdum eſſe dicunt, ſi carnis natura magis in poſterioribus corrupta trahatur, nec ex ipſa magis corrupta anima amplius inficiatur.

Reſponſio illorum.

Ex quo auctore ſit illa concupiſcentia, Deo ſcilicet, vel alio. D

PRÆTEREA quę̃ri ſolet, Vtrum concupiſcentia quæ poſt baptiſmum remanet, & tantum pœnalitas eſt, ante baptiſmum vero pę̃na erat, & culpa, ex Deo auctore ſit, vel ex alio? Ad quod breuiter reſpondentes dicimus, quia inquantum pœna eſt, Deum habet auctorem: inquãtum vero culpa eſt, diabolum ſiue hominem habet auctorem.

Qua iuſtitia animæ mundæ ex creatione illud peccatum imputetur, cum non poſſit vitare. E

Solet etiã quę̃ri, qua iuſtitia teneatur illo peccato anima innocens à Deo creata, cum non ſit in poteſtate ſua illud vitare? Non n. per liberum arbitrium illud committitur: quia nõ prius eſt anima, q̃ illi peccato eſt obnoxia. Ad hoc quidam dicunt, ideo animam reã eſſe illius peccati, licet munda à Deo ſit creata, quia cum infunditur corpori, condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit. Quod ſi eſſet, iam nõ originale, ſed actuale diceretur. Poti⁹ ergo ideo recte põt dici imputari animæ illud peccatum, quod ex corruptione corporis inuitabiliter trahit. quia vt ait Aug. in lib. de Ciuit. Dei, nõ fuit corruptio corporis quæ aggrauat animam,

Cap. 3 poſt. med. tom 5.

mam causa primi peccati, sed pęna: nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntarium, vel necessarium. F

Illud etiam nō immerito quæri pōt. Vtrum peccatum originale debeat dici voluntarium, vel necessarium. Et necessarium potest dici, quia vitari non pōt. Vnde & propheta dicit. De necessitatib⁹ meis erue me. Et voluntarium non incōgrue appellatur, quia ex volūtate primi hominis processit, vt Aug. in 1. lib. retract. ostēdit, dicens. Istud ꝙ in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc nō vtantur libero arbitrio voluntatis, nō absurde vocatur voluntarium: quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodammodo hæreditarium.

Quod volūtarium debēt dici & necessarium

Aug. li. 1. retract. cap. 13. ante mediū.

Quare Deus animam corpori iungit, sciens eam inde maculari, & ideo damnari. G

Si vero quæritur, cur Deus qui fecit animam ipsā sine macula, & scit eā ex corporis coniunctione maculam peccati contrahere, & aliquando ante baptismum seiungi ab ipso corpore & sic damnari eā corpori iungit? Respondemus, altitudine iudiciorum Dei id puenire, & nec iniuste id à Deo fieri. ipse n. nō incongrue humanę cōditionis modum quē à principio instituit, licet peccata hominū interceſſerint, sine immutatione cōtinue seruat: Corpora de materia à principio sine vitio facta fingens, animasque de nihilo creans, eorumq; cōiunctione hominē perficiens. Cum ergo vtraq; hominis natura à Deo sine vitio sit instituta, licet à se peccato sit vitiata: nō ideo immutabilis Deus humanę conditionis primariam legē mutare debuit, siue ab hominum multiplicatione desistere.

An anima sit talis, qualis à Deo creatur. H

Hic à quibusdā quęri solet, Vtrum anima talis

sit ante baptismum, qualis à Deo creatur? Quod

Quomodo quidam probant non esse talem.

nõ esse, probare cõantur hoc modo, Anima in corpore creatur, in cuius cõiunctione peccato maculatur. Quam cito ergo est, peccatũ habet: nec prius fuit, quã peccatum habuit: nõ est ergo talis, qualis à Deo creatur. Creatur n. à Deo innocẽs, & sine vitio: & nunquã talis est. Ad quod dici potest, quia

Solutio.

nõ omnino talis est, qualẽ eam Deus fecit. Deus n. bonam eam fecit, & bonitatẽ ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas, q̃ in creatione à cõditore suscepit: q̃ bonitatẽ propter peccatum penit⁹ nõ amisit, sed vitiatã habuit: quam Deus tamẽ sine vitio fecit. Si n. res bona non esset anima, in eo malum esse nequiret, cum nõ possit malum esse in bono, vt post dicetur. Non ergo omninò talis est anima, qualis à Deo creata. Sicut quis pollutas habẽs man⁹, nõ tale habuit pomũ, quale ego dedi mũdis manib. Ego n. dedi mundũ,

An animæ ex creatione sint æquales in donis naturalibus. I

Illud quoq; non incongruè quæri solet. Vtrum omnes animæ ex creatione æquales sint, an alię aliis excellẽtiores? Plurib⁹ nõ irrationabiliter videtur, q; ex ipsa creatione alię aliis excellant in naturalibus donis, vt in essentia alia aliis sit subtilior, & ad intelligẽdum memorandũq; habilior, vt pote acutiori ingenio, & perspicaciori intellectu prædita. Quod nõ improbabiliter dicitur, cũ in angelis ita fuisse cõstet. Et licet naturalib⁹ donis aliæ p aliis polleant, tamẽ ante baptismũ à corpore discedẽtes, parẽ pœnam, & post baptismum statim æqualẽ coronã sortiuntur: qa ingenii acumẽ vel tarditas, prẽmium vel pẽnam in futuro non collocat.

AN PECCATA OMNIVM PRÆCEDENTIVM

Patrum paruuli originaliter trahant vt peccatum Adæ.

DI

DISTINCT. XXXIII.

A *Virum originale peccatum per peccata proximorum parẽtum multiplicetur, & intendatur.*

PRÆDICTIS adiiciẽdum videtur, an peccata p̃cedentium patrum ad paruulos transeãt, sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. Et si peccata parẽtum transeant in paruulos: vtrum omnium qui fuerunt ab Adam vsque ad ipsos, an aliquorum & non omnium?

Quid super hoc Aug. in Enchiridio dicere videtur. B

De hoc Aug. in Enchiridio ambigue differit. videtur n. approbare peccata parẽtum p̃cedentium imputari paruulis, non omnium tamen qui fuerunt ab Adam, ne importabili & nimia sarcina in pœna æterna grauarentur paruuli, sed tantum eorum parẽtum, qui eos à quarta generatione p̃cesserunt. Quod cõfirmat illis verbis, quibus in Exod. dominus ait. Ego sum Deus visitans iniquitates patrum vsq; in tertiam & quartam generationẽ: quasi peccata parẽtum proximorum tantum paruulis imputentur, & non alia: quod est per moderationem diuinæ miserationis.

Cap. 47. in prin. ip. to. 3.

Exod 20. a

Eorum ponit documenta, qui dicunt transire in paruulos parentum delicta. C

Et q̃ non illud solum primi hominis delictum paruulos teneat, sed etiam alia, illi quibus ita videtur ex eo confirmant, q̃ etiam paruuli non modo maiores, dicuntur baptizari in remissionem peccatorum per pluralẽ numerum, nõ per singularẽ, in remissionẽ peccati. Et Dauid de legitimo matrimonio p̃creatus dicit, in iniquitatib. concept⁹ sum, & in peccatis concepit me mater mea: Nõ dicit, in iniquitate vel peccato. Vnde putant nõ tantum illud vnum peccatum originale, sed etiam plura quæ in peccato Adæ reperiri possunt, & alia parentum peccata paruulis imputari.

Ex Aug. cap. 46. in princ. in enchir.

Psalm. 50

Quod in illo vno primo peccato plura reperiuntur. D

Quod vero in actuali peccato Adæ plura notari vale-

Aug c.45. in principio in enchirid.

valeant peccata. Aug. in Enchirid. insinuat. Possūt inquit, intelligi plura peccata in vna transgressione Adæ, si in sua quasi mēbra diuidatur. Nā & superbia est illic, qa homo in sua potius esse q̄ Dei potestate dilexit: Et sacrilegium, quia Deo nō credidit. Et homicidium, quia se in mortem pręcipitauit: Et fornicatio spiritalis, qa integritas mētis humanæ serpētina suasione corrupta est: Et furtum, quia cibus prohibitus vsurpat⁹ est: Et auaritia, qa pl⁹ q̄ sufficere illi debuit, appetiuit. & si quid aliud in hoc vno peccato inueniri pōt Deinde de parē-

De parentū peccatis, an paruulos teneant

tum pręcedentium peccatis, vtrum paruulis imputentur, magis opinando q̄ asserendo disceptat, ita inquiēs, Parētum peccatis paruulos obligare,

Aug. c.46. in principio continuo. Deut. 5. c. Psalm. 50.

nō solum primorum hominum, sed etiā suorum de quibus ipsi nati sunt, nō improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia, Reddam peccata patrum in filios, tenet eos ante regenerationē: vsq; adeo, vt etiā de legitimo matrimonio, pcreat⁹ dicat, in iniquitatib⁹ cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Nō dixit in iniquitate vel in peccato, cū & hoc recte dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit, quia & in illo vno q̄ in omnes homines pertransiit, atq; tam magnū est vt in eo mutaretur humana natura, reperiuntur sicut supra differui plura peccata. & alia parētum, q̄ nō possunt ita mutare naturam, reatu obligāt filios, nisi gratia Dei subuēiat. Sed de peccatis aliorum parētum, quib⁹ ab ipso Adam vsq; ad

Ibid. in Enchir. ca. 47. continuo.

patrē suum pro generationibus suis quisq; succedit, non immerito disceptari pōt: vtrum omnium malis actibus, & multiplicatis delictis originalib. q̄ nascitur implicetur: vt tanto peius, quanto posterius, quisq; nascatur: An ꝓpterea Deus in tertiā & quartā generationē de peccatis parentum posteris eorum comminetur, quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas, nō extēdit vlterius

rius moderatione miserationis suæ: ne illi quib⁹ regenerationis gratia nō confertur, nimia sarcina in ipsa ętерna damnatione p̄merētur, si cogerētur ab ipso initio generis humani omnium præcedē-tium parentum suorum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere. An aliquid aliud de re tanta, scripturis sanctis diligenti⁹ perscrutatis ac tractatis, valeat vel nō valeat reperiri, temere affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit lectori, Augustinum superiora dixisse nō asserendo, sed diuersorum opiniones referendo.

Ostendit Augustinum sibi fore contrarium, si id sentiret. E

Alioquin sibi ipsi contradicere ostenderetur, qui in eodem libro omnium mitissimam dicit es-se pœnam paruulorum, qui originali tantum tenentur peccato, his verbis, Mitissima sane pœna eorum erit, qui pręter peccatum, q̄ originale contraxerunt, nullum insuper addiderunt: & in cętеris q̄ addiderunt, tāto quisque ibi tolerabiliorem habebit damnationē, quanto minorē habuerit iniquitatē. Ecce hic aperte dicit, paruulorum pęnā omnium aliarum pœnarum esse leuissimā. Quod si est, nō ergo peccatis patrum p̄cedētium obligā-tur, nisi Adæ. Si n. pro peccatis parentum actualib⁹ ętернaliter punirentur, & pro suo originali, nō iam minus, sed forte magis quam ipsorum parentes punirētur. Non ergo pro peccatis parentum actualibus, nec etiam pro actualibus primi parentis, sed originali quod à parentibus trahitur, paruuli damnabuntur: pro eo nullā aliam ignis materialis, vel conscientię vermis pęnam sensuri, nisi q̄ Deivisione carebunt in perpetuū. Vno ergo, & nō pluribus peccatis paruuli obligati sunt. Vnde etiā ea, quibus illa opinio muniri videtur, scil. q̄ pecca-ta & iniquitates in paruulis aliquādo scriptura es se significat, vtēs plurali num. ita determinat Aug.

Enchirid. c. 93. in med.

Determinatio eorum quæ illi opponebant.

Cap.44.ad principi.in Enchirid. in eodem lib. Quia in scriptura per singularẽ numerum pluralis numerus sæpe significari solet: vt ibi, Ora ergo ad Deum, vt auferat à nobis serpentẽ: nõ ait, Serpẽtes, quos patiebatur populus. Et econuerso per plũralem significatur singularis numerus. vt in Euangelio. Mortui sunt n. q̃ quærebant animam pueri: non ait, Mortuus est, cum loqueretur de Herode. Et in Exodo, Fecerunt deos aureos, cum vnum fecerint vitulum: de q̃ dixerũt. Isti sunt Dii tui Israel. Ita & illud originale vnum plurali numero significatur, cum dicim⁹ paruulos in peccatorum remissionem baptizari, & in peccatis vel iniquitatibus concipi.

Num.21.b

Matth.2.c

Exod 32.a

An actuale peccatum Adæ sit grauius cæteris. E

Hic quæri solet. Vtrum peccatũ Adæ transgressionis ex quo processit originale, & in q̃ plura superius notata sũt peccata, grauius fuerit cæteris peccatis? Quibusdã ita esse videtur, qa illud peccatũ totã humanã naturam mutauit. sicut Aug. dicit in enchiridio. Illud vnũ peccatũ in loco & habitu tantę fælicitatis admissum, tã magnũ est, vt in vno homine originaliter, &, vt ita dixerim, radicaliter totũ gen⁹ humanũ dãnaretur. Idẽ in li. de Ciui. Dei, Tanto maiori iniustitia violatũ est illud mãdatũ, quanto faciliori poterat obseruantia custodiri. Nondũ n. ipsi voluntati cũpiditas resistebat, q̃ de pæna transgressionis postea secutum est. His aliisq̃ vtuntur auctoritatibus, qui illud peccatum cæteris aliorũ hominũ peccatis graui⁹ esse dicunt. Quod etiã ratione ostẽdere laborant hoc modo, Magis nocuit illud peccatum q̃ aliq̃ aliorum: qa totũ humanum gen⁹ vitiauit ac mortiuit; subdidit, q̃ nullo alio peccato factum est. Maiorẽ ergo effectum mali habuit illud peccatum q̃ aliq̃ aliud.

Quæ·e quibusdam grauius videtur esse cæteris.

Cap.48.in princip.

Aug.lib de ciuitat.c.12. In fine.to.5.

Responsio contra illos vbi alia peccata ostenduntur illo maiora. H

Ad quod dici potest, quia licet illud peccatum huma-

humanã naturã mutauerit in neceſsitatẽ mortis & in totum genus humanum reatũ diffuderit: nõ eſt tamẽ putandum graui⁹ fuiſſe peccato in ſpiritum ſanctum, q̃ neq̃ hic neq̃ in futuro, vt veritas ait, dimittitur. Quod vero totam humanam naturam corrupit, nõ ideo eſt quia grauius fuerit cũ ctis aliis peccatis: ſed quia ab homine commiſſum eſt, quando in vno homine tota humana natura conſiſtebat, & ideo tota in eo corrupta eſt, maiorẽque effectum mali intulit quãtum ad multiplices defectus, qui ex eo manauerunt, ſed non quãtum ad pœnam æternam, quam grauiorem non meruit, quam plures poſtea meruerunt p alia peccata: immo alios grauiorem promeruiſſe credimus iram, quam Adam meruerit. *Matth. 12.a*

An iſtud peccatum ſit primis dimiſſum parentibus. H

Si vero quęritur, an illud peccatum fuerit dimiſſum primis parentib⁹? Dicim⁹ eos per pœnitẽtiam veniam conſecutos. Vnde Aug. in lib. de baptiſmo paruulorum ait. Sicut illi primi parentes poſtea iuſtè viuendo, creduntur per domini ſanguinẽ ab extremo liberati ſupplicio, non tamẽ in illa vita meruerunt ad paradyſum reuocari, ſic & caro peccati etiam remiſsis peccatis, ſi homo in ea iuſtè vixerit, tum cõtinuo meretur eam mortẽ non perpeti, quam traxit de propagine peccati. *Aug. ca. 34. poſt medium lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſſ. & baptiſ. paruul. tom. 7.*

Quod peccata parentum viſitantur in filios, & quod non ſunt aduerſa quæ Deus dicit in Exodo & in Ezechiele. I

Et licet in peccatis parentũ, niſi Adæ, paruuli nõ obligẽtur, non eſt tamẽ diffitendũ peccata parẽtum in filios redundare, ſicut Dominus in Exodo ad Moyſẽ ait, Ego ſum De⁹ fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrũ in filios vſq̃ in tertiã & quartã generationẽ, his qui oderunt me. His verbis aperte inſinuatur, q̃ De⁹ reddit peccata patrũ ſuper filios tertios & quartos. Huic autẽ videtur aduerſari quod *Exod. 10.a*

Ezech.18.a ri quod Dominus ait in Ezechiele. Quid est q̃ inter vos parabolam vertitis in prouerbium, istud dicentes, Patres comederunt vuam acerbã, & dẽtes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit Dominus, si erit vobis vltra parabola hæc in ꝓuerbium in Israel. Ecce omnes animæ meę sunt, vt anima patris, ita anima filii mea est, & anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & pater nõ portabit iniquitatẽ filii. Iustitia iusti sup eum erit, & impietas impii erit sup eum. His verbis videtur Deus corrigere per prophetam, quod male dixerit in lege. Si enim peccata parentum reddit in tertiam & quartam generationem. iniustitia videtur Dei esse, vt alius peccet & alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare, & alium peccata luere?

Determinatio præmissarum auctoritatum conuenientiam ostendens. K

Hiero.to. 5. explanatione.cap.18. Ad princip. li.6.cõmẽt. ad illud. Et vir si fuerit Iustus. Ezes.

Sed, vt ait Hiero. Ne lex & ꝓphetę, id est, Exod. & Ezechiel, imò ipse Deus qui & hic & ibi locutus est in sententia discrepare videantur, attendamus finẽ illius auctoritatis Exod. Dicto n. Reddo iniquitates patrum in filios: addit. His qui oderunt me. per quod euidenter ostendit, nõ ideo puniri filios, quia peccauerunt patres, sed qui eis similes quodam hæreditario malo Deum oderunt. Illud ergo quod in Exod. dominus dicit, sicut Hieron. tradit, nõ id sonat q̃ multi existimant: nec est simile huic prouerbio, Patres cõederunt vuã acerbam, &c. Illud n. Exod. Hieron. super Ezech. & Aug. sup̃ psal. Deus laudẽ meã ne tacueris: de filiis peccata patrum imitantibus accipiẽdum cẽsent: super quos dicitur Deus reddere peccata patrum, qa punit eos eo quod imitantur peccata patrum, nõ qa patres peccauerunt. Non itaque corrigit Deus in prophetа, q̃ ante dixerat in lege: sed quomodo intelligẽdum sit aperit. Vnde & illos q̃ praue intelligebant

In to. 8. enarratione ad versum 13. In memoriã redeat.

arguit,

arguit, qui dicebant, Patres comederunt, &c. *Psalm. 108.*

Quare dixerit in tertiam, & quartam generationem, & quare patres tantum commemorauit. L

Veruntamē si de imitatoribus malorum illud accipitur, quare tertiam & quartam generationē tantum commemorauit, cum in qualibet generatione rei teneātur, qui peccata patrum imitātur? Et quare patres cōmemorauit, cum & illi omnes mali sint, qui quorumlibet malorum peccata imitātur? Sed ideo patres specialiter nominauit, quia maxime patres filii imitari solent, quos præcipue diligunt. Et tertiam & quartam generationem ideo commemorauit, quia solent parentes interdum tādiu viuere, donec filios tertios & quartos habeant: qui patrum iniquitates videntes, eorum impietatis hęredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad literam quod in Exodo dicitur. *Solutio.*

Quomodo illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium. M

Quod etiam mystice intelligendum esse ostenditur ex eo, quod parabola dicitur. Si n. parabola est, vt ait Hiero. aliud verbis sonat, aliud sensu cōtinet. Vnde aliqui ita ediſſerunt: Patrem in nobis esse dicunt, leuē punctum sensuum, scilicet, primū motū suggestionis vel cogitationis. Filium vero, si cogitatio conceperit peccatum: in quo notatur cōsensus, & delectatio mulieris. Nepotē, si q; cogitaueris atque cōceperis, opere compleueris, vel cōplere decreueris: in quo notatur consensus viri, siue patratio peccati: Pronepotē autem, si non solū feceris, sed in eo glorieris: & hæc est quarta generatio, nō quia tres præcesserint, sed quarta dicitur, qa quarto loco à primo motu, qui est quasi pater, enumeratur, Deus ergo primos & secundos stimulos cogitationū: quos Gręci προπαθείας vocāt, sine quib⁹ nullus hominum esse potest, nō puniet æter- *Hiero. ad c. 18. Ezech. paulo super l. 6. cōment.*

æternaliter, sed si cogitata quis facere decreuerit, & quę fecit corrigere noluerit, quæ sunt mortalia peccata, & tertia & quarta generatio.

Per quid probatur, quod primus motus non puniatur æternaliter. N

Ibid. Hiero. ad cap. 18. Ezech. paulo inferius. Genes. 9. d Ibid. paulo inferius.

Ad probandum vero, vt ait Hieron. quod primus pulsus cogitationis nō puniatur æternaliter à Deo, illud de genes. asserendum est. Cham. n. peccauit, irridens nuditatem patris: & sententiam nō ipse, sed filius eius Chanaam accepit: Maledictus Chanas, seruus erit fratrum suorum. Quę enim iustitia est, vt pater peccauerit, & filius punitus sit: Sed in mysterio illud dictum est.

QVÆ DE PECCATO ANIMADVERtenda sint.

DISTINCT. XXXIV. A

De peccato actuali secūdū eius causalitatem.

POST prædicta, de peccato actuali diligenti indagine quædam consideranda sunt, scilicet, q fuerit origo & causa primi peccati: vtrum res bona, an res mala: Postea, in qua re sit peccatum. Deinde, quid sit peccatum, & quot modis fiat, & de differentia ipsorum peccatorum.

Quę fuit origo, & causa peccati prima. B

Aug. id habet in 2. lib. de nupt. & concupisc. ad Valer ca. 28. ad mediū in tom. 7.

Causa & origo prima peccati res bona extitit: qa ante primum peccatum non erat aliquid mali vnde oriretur. Cum n. originē & causā habuit, aut ex bono, aut ex malo habuit. Sed malum ante nō erat: ex bono ergo ortum est. Prius n. in angelo ortū est peccatum, & postea in homine. Et qd erat angelus, nisi bona natura Dei? Nō ex Deo ortū est malum q̄ fuit in angelo: non ex alio quam ex angelo: ex bono ergo ortū est. Vnde Aug. in responsionib. contra Iulianum hæreticum, qui dixerat, Si ex natura peccatū est, tūc mala est natura ait. Quę so vt si pōt, respondeat. Manifestū est ex voluntate mala, tanquam ex arbore mala, fieri oīa opera mala,

mala, tanquam fructꝰ malos: sed ipsam malã voluntatẽ vnde dicit exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo: quid est angelus, nisi bonum opus Dei? Si ex homine: quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Immo quid erant hæc duo antequam in eis oriretur mala voluntas, nisi bonum opꝰ Dei, & bona & laudanda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit vnde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo, quia voluntatẽ malam nullum malum præcessit, sed ex bono originem habuit. Hic aperte dicitur primam causam & originem mali, bonã fuisse naturam. Et nihilominus ostenditur cuius peccati fuerit causa, scilicet, malæ voluntatis.

Quod mala voluntas secundaria causa fuit malorum. C

Mala autẽ voluntas illa angeli & hominis, causa est etiam malorum subsequẽtium, scil. malorũ operum, & malarum voluntatũ. Vnde Aug. in Enc. Nequaq̃ dubitare debemus, rerum bonarum quæ ad nos pertinẽt, causam nõ esse nisi bonitatẽ Dei. Malarum vero, ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatẽ, priꝰ angeli, postea hominis: hoc primum est creaturæ rationalis malũ, i. prima priuatio boni. Ecce habes primam voluntatẽ boni mutabilis, i. angeli & hominis deficientẽ ab immutabili bono. id est, Deo, causam esse malarum rerum ad nos pertinentium: qa causa est tam peccatorum, quam pœnarum, quibus premitur humana natura. Prima ergo origo & causa peccati, bonũ fuit: & secunda mali, & ortũ est ex bono.

Cap. 23 in fine tomo 3.

Cap. 24. cõtinuo in Enchirid.

In qua re sit peccatum, an in bona an in mala: & dicitur, quia in bona tantum. D

Ostensa origine mali, supereſt videre in qua re sit malum, scilicet, an in re bona, an in re mala? Qui recte acuteq̃ sapit, nõ nisi in bono malum esse intelligit, id est, in natura bona. Malum n. est corruptio vel priuatio boni: vbi autẽ bonũ nõ est, non põt esse corruptio vel priuatio boni. Peccatũ ergo

ergo non potest esse nisi in re bona. Sicut n. morbis ac vulnerib. corrumpuntur corpora: quæ (vt
Cap. 11. in fi. ait *Aug.* in Enchirid.) sunt priuationes boni eius q̃
Ibidem paulo inferius. dicitur sanitas: ita animorum quę cunq̃ sunt vitia naturalium, sunt priuationes bonorum. Quid est n. aliud quod malum dicitur, nisi priuatio boni?
Ibid. cap. 12. ad princip. bonum n. minui malum est: quãuis quatum cũq̃ minuatur, necesse est vt aliqd remaneat, si adhuc natura est. Non n. cõsumi potest bonum quod est
Ibidem paulo inferius. natura, nisi & ipsa natura consumatur. Cum vero corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eã qualicunq̃ priuat bono. Nam si nullo bono priuat, non nocet. Nocet autem: adimit ergo bonum.
Ibid. cap. 13. in princip. Quamdiu itaq̃ natura corrumpitur, ineſt ei bonũ quo priuetur. Ac per hoc, nullum est quod dicitur malum, si nullum sit bonum: sed bonum omninò malo carens, integrum bonum est. Cum vero inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum vnquam potest esse vllum, vbi est nullum bonum. Vnde res mira conficitur, vt quia omnis natura, inquãtum natura est, bonũ est: nihil aliud dici videtur, cum vitiosa natura esse, mala natura esse dicitur: nisi malum esse quod bonum est, nec malum esse nisi quod bonum est. Hac contexione euidenter insinuatur, malum nõ posse esse, *nisi* in re bona: vbi etiam, licet absurdum videatur, manifeste dicitur esse malum, quod bonum est.

Quod ex præmissis sequitur, scilicet, quod cum dicitur malus homo, dicitur malum bonum. E

Ex quo colligitur, nihil aliud significari cum dicitur homo malus, nisi bonum malum. Vnde Aug.
Cap. 11. Post medium. in eod. subdit. Quid est malus homo, nisi mala natura? qa homo natura est. Porro si homo aliquod bonũ est, quia natura est: quid aliud est mal⁹ homo nisi malũ bonum? Tamẽ cum duo ista discernim⁹, inuenim⁹ nec ideo malum, qa homo est nec ideo bonum, quia iniquus est. sed bonũ qa homo,

malum

malum quia iniquus. Omnis ita q̃ natura, etiamsi vitiosa sit, in quantum natura est, bona est: in quantum vitiosa est, mala est.

Quod regula dialecticorum de contrariis fallit in his, scilicet, bono & malo. F

Ideoq̃ in his contrariis quæ mala & bona vocãtur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicũt, Nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus n. potus aut cibus simul dulcis est & amarus. Nullum simul corpus vbi album, ibi & nigrum: & hoc in multis ac pene in omnibus reperitur cõtrariis, vt in vna re simul esse non possint. Cum autẽ bona & mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt. Et hęc duo contraria ita simul sunt, vt si bonum non esset in quo esset, prorsus nec malum esse potuisset: quia nõ modo vbi consisteret, sed vnde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperetur: quoniam nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt: & nisi in bonis non sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura, nisi ex angeli & hominis natura bona, vnde primitus orta est voluntas mala.

In Enchi. Ibid. ca 14. in princip.

Ibid. paulo inferius.

Ibid in Enchirid. ca. 15. in medio.

Epilogum facit ad alia transiturus. G

Ex his aperitur, quòd primo & secundo supra inuestigandum diximus, scil. q̃ fuerit origo mali, & in qua re sit. Ex bona n. re ortum, & in re bona consistere, præmissis testimoniis comprobatur.

Sententiæ illi qua dictum est bonum esse malum, opponitur de prophetia quæ ait, Væ qui dicunt bonum malum. H

Ad hoc autẽm q̃ dictum est, malum esse quod bonum est, quidam sic opponunt. Si bonum malũ esse dicimus incidimus in illam sententiam prophetica. vbi legitur. Væ his qui dicũt bonũ malũ, & malũ bonum. Igitur si hãc maledictionem vita

Ibid. cap. 13. ad medium in Enchir. Esa 5. c.

Aug. in Enchi. c. 19. ad principium.

re volumus, nullaten⁹ dicere debem⁹ bonum esse malum, & è cõuerso. Hoc autẽ Aug. in eodem lib. determinat dicens, Id q̃ dictum est in prophetia intelligendum est de ipsis rebus quibus homines mali sunt, nõ de hominib⁹. Vnde qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa prophetica detestatio: & in eum qui dicit malum hominem bonum vel bonum esse iniquum. Qui n. dicit hominem in quantum homo est, malum esse: & bonitatem esse iniquitatem, opus Dei culpat, quod est homo vitium hominis laudat, quod est iniquitas.

Ibidem 13. inferius.

QVID SIT PECCATVM.

DISTINCT. XXXV.

POST hæc videndum est, quid sit peccatum. Peccatum est, vt ait Aug. Omne dictum, vel factum, vel cõcupitum, quod fit contra legem Dei. Idẽ in li. de duabus animabus. Peccatum est voluntas retinẽdi vel consequendi q̃ iustitia vetat. In vtraq; assignatione, de actuali peccato agitur & mortali, non veniali. Ex prima descriptione ostẽditur peccatum esse voluntas mala, siue locutio & operatio praua, id est, actus malus tam interior q̃ exterior: ex altera vero, tantum ostenditur esse actus interior. Voluntas enim, vt in superiorib. dictum est, motus animi est: actus ergo interior est. Ambr. quoq; in lib de paradyso ait, Quid est peccatum nisi legis diuinæ p̃uaricatio, & cælestium inobediẽtia præceptorum? Ergo in prẽuaricante peccatum est, sed in mandante culpa non est. Non enim consisteret peccatum, si interdictio nõ fuisset. Non consistente autem peccato, nõ solum malitia, sed etiã virtus fortasse non esset: quæ nisi aliqua malitiæ fuissent semina, vel subsistere, vel eminere non posset. Ecce prævaricationem legis, & inobedientiam definit Ambrosius esse peccatum.

Aug. ca. 27. li. 22. contra Faustum Manich. to. 6. Idem August. in princip. ca. 11. de duab. animabus li. Id quod repetitur, ca. 15. li. retr. To. 1. Ambr. Cap. 8. in tomo. 4.

Diuer-

Diuersorum sententias de peccato ponit. B

Quocirca diuersitatis huiꝰ verborum occasione, de peccato plurimi diuersa senserunt. Alii n. dicunt voluntatē malam tantum esse peccatum, & non actus exteriores: Alii voluntatem & actus: Alii neutrum dicentes, omnes actus esse bonos & à Deo, & ex Deo auctore esse, malum autē nihil esse vt ait Aug. super Ioan. Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est, peccatum ꝙ nihil est: & nihil fiunt homines, cum peccāt. Supra etiam dixit Aug. ꝙ malum est priuatio boni, vel corruptio boni: qui etiam in li. 83. q ait, Summum malum nullum modum habet: caret n. omni bono. At modus aliquid boni est: nō igitur est qa nulla specie continetur: totumq; hoc nomen mali de speciei priuatione repertum est. Item in dogmatibus ecclesiasticis dicitur malum, vel malitiam nō esse à Deo creatam: sed à diabolo inuentam, qui & ipse bonus creatus est. Idem etiam in libr. contra Manichæos, quid sit peccatum ostendit, dicens; Peccare qd aliud est, nisi in veritatis præceptis, vel in ipsa veritate errare? Quod si non voluntate faciunt, peccatores iniustē iudicantur. Quid ergo in hac tanta varietate tenendum, quid ve dicēdum?

Ioan. 1 a In tom. 9. tract. 1 ad illud. Omnia per ipsum, &c. 1. Ioan.

Quæst. 6 in fin. in to. 4. Aug. ca. 57. in principio de dogmatib. eccl. t. 3

Qui dicitur, de fide contra Manichæos ca. 8.

Vera sententia de peccato proponitur. C

Sane dici potest, & liberè tradi debet, peccatum esse actum malum interiorem & exteriorem, scilicet malam cogitationem, locutionem, & operationem: præcipuè tamen in voluntate cōsistit peccatum, ex qua, tanquam ex arbore mala procedunt opera mala tanquam fructus mali.

in principio tom. 6.

Traditio quorundam qui dicunt voluntatem malam & actum, inquantum sunt esse naturas, & ideo bona: inquantum vero mala sunt, esse peccata. D

Quidam autē diligenter attendētes verba Aug.

quibus supra & aliis scripturæ locis vtitur, non i
doctè tradunt voluntatem malam & actus malo
inquantum sunt vel inquantum actus sunt, bon
esse: inquantum vero mala sunt, peccata esse: qu
voluntatẽ & actum quemcunq; bonam Dei natu
rã esse dicunt, in quantum actus est vel voluntas
& ex Deo auctore esse: in quantũ vero inordinat
& contra legem Dei fit, & fine debito carẽt, pecca
tum est: & ita inquantum peccatum est, nihil est
Nulla enim substantia est, nulla natura est.

Auctoritatibus probant voluntates & actus omnes esse bona inquantum sunt.

Quod autem voluntas omnis & actio bonum
fit, in quantum est, ex eo probant q̃ ait Aug. in lib.
83. quæstion. Deus boni tantummodo causa est q̃-
circa mali auctor non est: quia omnium quæ sunt
auctor est: quæ inquantum sunt, in tantum bona
sunt. Idem probans nihil causa fieri in mundo,
ait in eodem, Quicquid casu fit, temere fit, non fit
prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo,
non prouidentia vniuersus mundus administra-
tur, Si non prouidentia vniuersus mundus admi-
nistratur, aliqua natura vel substantia est, quæ ad
opus prouidentię non pertinet. Omne autẽ quod
est, inquantum est, bonum est. Summum enim est
illud bonum, cuius participatione sunt cætera
bona: & omne quod mutabile est, nõ per se, sed bo
ni illius participatione, inquãtum est, bonum est:
q̃ diuinam etiam prouidentiam vocamus. Nihil
ergo casu fit in mundo. His testimoniis innitun-
tur ad ostendendum omne quod est, inquantum
est, bonum esse. Vnde idem Aug in 1. lib. de doctr.
Christ. ait, Ille summè ac primitus est, qui omninò
incommutabilis est: & cætera quæ sunt nisi ab il-
lo esse non possunt: & in tantum bona sunt inquã
tum acceperunt vt sint.

Qu. 21. in fine tom. 4.

Ibid. quæst. 24. in principio.

Ad principium ca. 23. in to. 3.

Quid

Quid ex prædictis colligitur. F

Ex prædictis colligitur atq; infertur, qa si mala voluntas & mala actio est: inquantum est, bona est. Sed quis est, qui diffitetur malam voluntatem esse & malam actionem? Mala ergo voluntas siue actio, inquantum est, bonum est: & in quantũ voluntas est vel actio, bonum similiter est: sed ex vitio mala est, q̃ vitium à Deo non est, neq; aliqd est. Quod August. notasse videtur in lib. 83. q. dicẽs Vitium est voluntatis: voluntas quo est homo deterior: quod vitium longe abest à voluntate Dei, vt ratio docet. Et hoc loco probant voluntatem, inquantum vitiosa est, non esse à Deo: & inquantũ vitiosa est, peccatum est. Et peccatum est (vt aiũt) inquantum non habet ordinem nec finem debitum. Ita & actio, inquantum ex malo procedit, & ordinem non habet, & ad malum tendit. *Quæst. 3. in fine tom. 4*

Alia probatio quod omnis actus inquantum est, bonus est. G

Item & aliter probant omnem actum interiorẽ vel exteriorẽ inquantum est, esse bonum: quia non esset actus malus nisi esset res bona, quia non est aliqua res mala, nisi eadẽ res bona sit, Vnde Au. in Enchi. Omnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset, si res ipsa quæ mala est, natura nõ esset. Nõ ergo potest esse malum, nisi esset aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde, connexio tamen ratiocinationis nos cõpellit hoc dicere. Ex p̃missis testimoniis asserunt omnes actus, inquãtum sunt, esse res bonas: nec aliquid esse malum, i. peccatum, nisi idẽ quo'q; secundum aliqd bonũ sit: & omnium q̃ sunt, inquantum sunt, Deum auctorẽ prædicant: & eius voluntate omnia esse quę cun'q; sunt, quæ in quantum sunt, naturę sunt. *Cap 12. ante medium*

Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inquantum sunt, esse bonos. H

Quibus opponitur, si omnia quæ sunt inquã-

tum sunt, bona sunt, & naturæ sunt: ergo adulte rium & homicidium & similia inquantũ sunt, bo na sunt, & nature sunt, & Deo volẽte fiunt. Quod si est, tunc illi qui faciunt illa, bona agunt: quod p nitus absurdum est. His vero sic illi respondent Dicũt equidẽ adulterium, homicidium, & huiusmodi, nõ simpliciter actus denotare, sed actuum vitia: Actusq; ipsos adulterii & homicidii inquantum sunt vel inquantum actus sunt, à Deo esse & bonas naturas esse: sed non inquantum adulterii & homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt, si actus qui homicidia & adulteria sunt, à Deo sunt quod homicidia & adulteria à Deo sunt.

Alia illorum oppositio contra eosdem.

Item aliter eis opponitur, Si aliquid nõ est malum & non sit natura vel res bona, quomodo ergo peccata sunt non credere in Deum: non ire ad ecclesiam, & huiusmodi: cum ista non sint naturæ, immo omnino nõ sint? Non est enim aliquid vel res aliqua nõ ire ad ecclesiam, vel non credere, & huiusmodi. Ad q̃ dicũt, his atq; huiusmodi dictionib. q̃ videtur priuationes simpliciter notare, & nihil ponere, quia p negationẽ dicuntur, vere aliqua poni, actusq; per eas significari: Non credere n. in Christum, incredulitatẽ dicunt: & nomine incredulitatis malum mentis actum significari. Ita etiam cum dicitur, Nõ ire ad ecclesiam malum est: nõ euntis contemptus significatur, i. voluntas mala vel ꝓpositum: hoc est n declinare à bono, & ideo malũ est, sicut è conuerso declinare à malo, bonũ est. Sicut ergo declinatio à malo aliq̃d põit, scil. voluntatẽ & ꝓpositum vitandi malum (Non n. põt esse bonum quod omnino nihil est) ita declinatio à bono quod est, significat scil. voluntatẽ & propositum mali. Et secundum hoc vera est & generalis illa peccati mortalis descriptio, quam supra posuit Aug. scil. Peccatum est dictum, &c.

Responsio illorum.

Vtrum

Vtrum malus actus inquantum peccatum est, sit priuatio vel corruptio boni. K

Potest etiam quæri ab eisdem, Cum peccatum sit (vt supra dictum est) priuatio vel corruptio boni, & omnis act⁹ mal⁹ sit peccatū: vtrum sit priuatio vel corruptio boni inquantum peccatū est, vel nō? Si n. inquātum peccatum est, corruptio boni est, cum corruptio vel priuatio boni pœna sit homini: inquātū ergo peccatum est, pœna est. Quod si est, tunc inquantum peccatum est, bonum esse videtur, & à Deo esse. Si autē non inquantum peccatum est, corruptio est: quæritur ergo secundum qd corruptio sit, si n. corruptio est, & nō inquantum peccatum est, cum non sit bonum præterq̄ in eo ꝙ peccatum est: ergo inquantum bonum est, corruptio vel priuatio boni est. Ad ꝙ etiam ipsi dicunt actum malum nō inquantum est, neq̄ inquātum bonum est, esse priuationē vel corruptio nō boni, sed in quantum peccatum est: non tñ in quantum peccatum est, pœna est, vel aliquid quod à Deo sit. Vt n. ex verbis pręmissis Aug. colligitur, peccatum dicitur corruptio vel priuatio actiuè, nē passiuè. Nam ideo malum vel peccatū dicitur corruptio boni qa naturā bonam qualicunq̄ priuat bono. Nam si non priuat aliquo bono, nō nocet, vt supra Aug ait. Nocet autē: adimit ergo bonum. Nō autē nocet, nisi inquātum peccatū est: ergo inquātum peccatū est, priuat bono. Itaq̄ inquātum peccatū est, priuatio est vel corruptio boni.

Responsio Aug. per similitudinē.

Quomodo inquantum peccatum est, possit corrumpere bonum, cum nihil sit. L

Sed cum nihil sit inquātum peccatum est, quomod pōt bonum corrumpere vel adimere? Augustin. de hoc docet in li. de natura boni, dicēs, Abstinere à cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corporis si omnino abstineatur à cibe, languescit & frangitur: sic non est substantia pec a

Aug. c 4. 16. & 20. lib.

catum, eo tamen natura animæ corrumpitur.

Quod peccatum proprie corruptio est animæ, & quomodo. M

Peccatum vero, id est, culpa, proprie animę corruptio est. Si autē quęritur, in quo possit corrūpi anima? In parabola illius q incidit in latrones, qui eum vulnerauerunt & spoliauerunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones, quando p peccatum in potestatē diaboli traditur, & tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis, id est, virtutibus: & in naturalibus bonis vulneratur, quæ sunt ratio, intellectus, memoria, & ingenium, & huiusmodi, quę per peccatum obtenebrantur: & vitiātur. Per peccatum etiā priuatur illo bono, cuius participatione cætera bona sunt: quo tanto magis priuatur, quanto magis se ab eo elongat.

Qualiter homo se elongat à Deo, scilicet per dissimilitudinem quam facit, hoc est peccatum. N

Ab eo autē se elongat homo per peccatum, non loci distantia, quia vbiq; totus & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, vt ait Aug. in lib. 83. q. & ipse locus non est. Locus tamen Dei abusiuè dicitur templum Dei: non q; eo contineatur, sed q; ei præsens sit & inhabitans: id autem anima munda intelligitur. Per peccatum ergo, non secūdum locum, aliquis longe fit à Deo: & in eo longè fit, q; ab eius similitudine recedit: & tanto longiꝰ, quanto fit dissimilior. Illa autem vt Aug. ait in lib. 83. quæst. quæ participatione similia sunt Deo, recipiunt dissimilitudinem: At ipsa similitudo nullo modo ex æqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit vt cū similitudo patris filius sit, ex nulla parte patri possit esse dissimilis: cuiꝰ participatione similia sunt, quęcunq; Deo similia sunt, & illa possunt recipere dissimilitudinē. Nihil est autem q; hominē adeo Deo dissimilē faciat, quemadmodū peccatum. Cum autem peccatum sit priuatio vel cor-

Quæst. 20. in fin. to. 4.

Ibid. quæst. 23. in fine.

corruptio boni, quæ est in anima: est etiam priuatio vel corruptio boni corporis. Sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

An pœna sit priuatio boni. O

Quæri autem solet, Vtrum & pœna sit priuatio vel corruptio boni. Ad q̃ facile responderi potest, si prædicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra, priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel passiue, id est, secundum efficientiam vel effectum. Ideoq̃ priuatio vel corruptio boni dicitur & peccatum & pœna: sed peccatum secundum efficientiã, qa priuat vel corrũpit bonum: pœna autẽ secundum effectum, id est, secundum passionem, quę est effectus peccati. Aliud est n. culpa, aliud pœna: alterum est Dei, id est, pœna: alterum diaboli vel hominis, id est, culpa.

QVOD QVÆDAM SIMVL SVNT PECcata & pœna peccati, quædam peccata & causa peccati, alia vero peccata, & causa, & pœna peccati.

DISTINCT. XXXVI. A

SCiendum est tamẽ quædam sic esse peccata, vt sint etiam pœnæ peccatorum: Vnde Aug. super illum locũ psal. 57. Supercecidit ignis & non viderunt solem, ait, Ignis superbiæ & cõcupiscentiæ & iræ intelligitur. Istas pœnas pauci vident: ideo eas maxime cõmemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multa quæ peccata sunt, & pœna peccati. Inter primum n. peccatum apostasiæ & vltimam pœnam ignis æterni media quæ sunt, & peccata sunt & pœna peccati. Greg. quoq̃ per Ezech. ait, Contemnenti qui non vult pœnitere ponit Deus offendiculum, vt scilicet, grauius impingat. Peccatum enim quod per pœnitẽtiam citius nõ deletur, aut peccatũ est & causa peccati,

Aug. vers. 8. psal. 57. Cap. 1. d

Hó 11. ad illud. Ezech. 8 Si autem tu annuncia ueris iusto.

aut peccatũ & pęna peccati, aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Vnde Moyses, Nondum sunt completa peccata Amorroręum. Et Dauid inquit, Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorum. Et alius propheta, Sanguis sanguinẽ tetigit, i. peccatum peccato additum est. Paul⁹ quoq; ait, Propterea tradidit illos De⁹ in passiones ignominię, &c. Et itẽ, Vt impleant peccata sua semper. Ioanni quoq; per angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur, peccatum aliquod & peccatum esse & pœnã peccati.

Ibi. Greg. paulo inferius.
Gen. 15.
Psal. 68.
Osee 4. a
Rom. 1. a.
2. Thes. 2. c.

Ex prædictis quæstio oritur, scilicet, an in quantum peccatum est, sit pœna peccati. B

Et ideo merito quæritur, Vtrum in quantum peccatum est, sit pœna peccati, Quod nõ videtur, cum omnis pœna peccati iusta sit. Vnde Aug. in li. retractationum, Omnis pœna peccati iusta est, & supplicium nominatur. Si ergo peccatũ q̃ est peccatum & pœna peccati, inquãtum peccatũ est, pęna peccati est, cum omnis pęna de iustitia Dei veniat, videtur inquãtum peccatum est, iniustũ esse, & à Deo puenire. Ad q̃lli respõdẽt, peccatũ sic dici pęnã peccati, qa p peccatum in q̃ merito p̃cedẽtis peccati homo labitur, deserente Deo corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur pęna malorũ, qa ea cruciãtur, nec tamẽ ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignẽ fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuitur bonum naturę: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & pęna: & nõ essentialiter ipsum peccatum, p quod fit: sed ideo peccatum dicitur, vt præmissum est, quia per peccatum ilico vt peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tamẽ fit Deo auctore. Illa enim pęna siue passio, quę est boni corruptio, à Deo est. Illi⁹ tñ (vt sic dicam) materia & causa est peccatum, q̃ à Deo non est. Quod videtur Au. notasse, & iuxta hunc sensũ intellexisse,

Aug. to. 1. li. 1. retract.

tellexisse, cum ait in libr. de p̃destinatione sanctorum, Prædestinatione De⁹ ea p̃sciuit, quæ fuerat ipse facturus. Sed prę̃sciuit Deus etiam q̃ non est ipse facturus, id est, oĩa mala: quia etsi sũt quędam quæ ita peccata sunt, vt etiam pœnæ sint peccati secundum illud Apost. Tradidit illos Deus in passiones, &c. non tamen peccatum Dei est, sed iudicium scil. pœna. In scriptura n. sæpè nomine iudicii pœna intelligitur. Hic diligenter intendentib⁹ insinuare videtur, ea q̃ peccata sunt & pœnę peccati, nõ inquantum peccata sunt, sed inquantum pœnæ Dei esse. Nam cum dixisset Deum non esse facturum mala aliqua, id est, peccata, qa posset ei obiici quædam peccata esse etiam pœnas peccati, & pœna peccati omnis iusta est, & ideo á Deo est: quasi determinando secundum qd faciat ea, vel secundum quid nõ faciat, addidit reliqua: luxta vero p̃dictam intelligentiam peccata sane dicuntur pœnæ. Vnde Apostolus appellat eas passiones ignominię; quia, vt ait auctoritas, licet quædã peccata sint quæ delectant, sunt tñ passiones naturæ nõ nominandæ qa per ea corrumpitur natura.

Aug. c. 10. in tr. 7. non longe à princip.

Rom. 1. d

Quod cum omne peccatum possit dici pœna, non tamen omne est pœna peccati. C

Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici pœna, non tñ omne potest dici pœna peccati. Pęna n. peccati, vt prædictum est, est illud cuius causa est aliud præcedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur pœna peccati respectu prędecedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequẽtis. Quo fit vt idẽ peccatum & causa sit, & pœna peccati: sed alteri⁹ peccati pęna, & alteri⁹ causa: vt n. Greg. in moral. ait. Peccatum quod pœnitẽtia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt non solum peccatum sit, sed & causa peccati: ex illa quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur, nõ solum pec-

Greg. c. 12. l. 2. ad illud ca. 44. Iob. nouit enim opera eorum.

peccatum, sed pœna peccati est: quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedētis peccati merito etiam in alia cadat. Quem n. liberare noluit, deserendo percussit. Proinde vt Aug. ait, Præcedentis est hæc pœna peccati, & tamē etiam ipsa peccatum est. Iudicio n. iustissimi Dei traditi sunt, vt ait Apost. de quibusdam, siue deserendo, siue alio modo explicabili, siue inexplicabili, in passiones ignominię: vt crimina criminib. vindicarentur, & supplicia peccantium nō tantum sint tormenta, sed vitiorum incremēta. Illa ergo peccata quæ enumerat Apostolus, qa de superbia sūt, non solum peccata sed etiam supplicia sunt: Ecce ex his iam fit pspicuum quædam peccata etiā pœnas & causas peccati esse: & illud peccatū esse pęnā peccati, quod causam præcedentem habet peccatum: atque illud peccatum esse causam peccati, ꝙ est meritum sequentis culpæ.

Aug. contra Iulianum. li. 5. cā. 3. ante mediū 10. 7.

Ibid. paulo superius.

Ex prædictis videtur significari ipsa eadem quæ peccata sunt, esse & pœnas peccati. C

Sed cum ait crimina criminibus vindicari, videtur insinuare ea ipsa quæ peccata sunt, essentialiter esse pœnas peccati, i. punitiones peccati. Ad hoc autem inquiunt illi hæc & similia dicta esse secundum rationē prædictam: & ideo intelligenda fore secundum p̄missam oppositionem. Intelligētia n. dictorum ex causis est assumenda dicendi.

Quod non obuiat veritati si quis dicat ipsa peccata, esse pœnas peccati essentialiter. E

In nullo tamen præiudicium factum veritati putatur, si quis dicat ipsa eadē quę peccata sunt essētialiter, vt ita dicā esse pœnas, i. punitiones peccatorū præcedētium, quę iustæ sunt & à Deo sunt: Nec tñ in quātum peccata, à Deo sunt: nec inquātum peccata sunt, pęnę peccati sunt: & tñ inquantū peccata sūt, priuationes boni sunt, sed vt supra dictū est, causaliter & actiuè dicūtur priuationes.

Aperte

Aperte ostendit peccata quædam esse pœnam peccati, & pœnam ipsam iustam esse à Deo. F

Quod autem quædam peccata pœnæ sint, & ipsa pœna iusta sit, & à Deo sit, euidēter tradit Aug. in li. retractation. 1. dicēs q̄dam necessitate fieri ab homine q̄ mala sunt, & eadem iusta pœna peccati sunt. Sunt, inquit, q̄dam necessitate facta improbāda, vbi homo vult rectè facere & nō p̄ōt. Vnde & illud Apost. Nō q̄ volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Et illud, Cāro cōcupiscit ād-uersus spiritum, & spiritus aduers⁹ carnē. Hæc n. inuicē sibi aduersantur, vt nō ea q̄ vultis faciatis, sed hęc omnia ex illa mortis dānatione sunt. Nam si non est ista pœna hominis sed natura, nulla ista peccata sunt. Si n. non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo, cum hęc facit, ea vti-q̄ facit quæ debet. Si autem homo, quia ita est, nō est bonus, nec habet in potestate vt sit bonus, siue non videndo qualis esse debeat; siue videndo & non valendo esse qualem se esse debere videt, pę-nam istam esse quis dubitet? Omnis autem pœna si peccati pœna est, iusta est, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est pœna, quoniam pœnā esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta est hæc pœna, & pro peccato aliquo impenditur. Non n. quisquam iniustè dominans aut surrippere homi nem potuit velut ignoranti Deo, aut extorquere inuito tanquam inualidiori, vt hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo, vt hęc pęna iusta de damnatione hominis veniat. His atq̄ aliis pluribus testimoniis docet, quædam esse peccata & pœnas peccati essentialiter.

Cap. 9. & li. de lib. arbitrio 3 ca. 17. in to. 6. 3.

Rom. 7. d

Et li. de natura & gratia ca. 17. in medio to. 7.

Gen. 2. d

Aug. ibidem continuo li. 3. de lib. arb. & ca. 18

De quibusdam quæ sine dubio peccata sunt & pœnæ, vt ira, inuidia. G

Præterea nullaten⁹ ambigendum est, quędam peccata

peccata absq; vllo scrupulo pœnas esse, vt inuidiã quę est dolor alieni boni; & iram quę etiam non inquantũ pœnæ sunt peccata sunt: ita etiam de cupiditate & timore & aliis huiusmodi sentiẽdum est. Vnde Aug. in li. 83. q. ait, Omnis perturbatio passio, omnis cupiditas, perturbatio. Omnis ergo cupiditas, passio, Omnis vero passio cum est in nobis, ipsa passione patimur. Omnis ergo cupiditas cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur: & inquantum cupiditas est, patimur ea. Omnis autẽ passio inquantum ipsa patimur, nõ est peccatum: ita & de timore. Nõ n. cõsequens est, vt si patimur timorem, ideo non sit peccatum, quia multa sunt peccata q̃ patimur, sed nõ inquãtum patimur eis.

Au. in principio quæst. 77. in to. 4.

Quod verbis Augustini præmissis quædam sententia Hieronymi obuiare videtur. H

Illud autem diligenter est annotandum, quod supra positis verbis August. dicentis quædam necessitate facta esse improbanda & mala, videtur obuiare q̃ Hieronymus ait in explanatione fidei quod licet supra sit positum, tamen vt perfectius sciatur, iterare non piget. Execramur, inquit, eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliqd homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei nõ à singulis, sed ab omnib⁹ in cõmune posse seruari: & paulo post, Et tam illos errare dicim⁹, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare nõ posse: quam illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Ecce Hieronymus dicit errorem esse, si quis dicat hominem vitare peccatum non posse. Qui autem dicit quędam necessitate fieri, quædam dicit non posse vitari. Cum ergo id Aug. dicat, videtur aut erroris esse quod tradit, aut non esse verum quod Hieronymus ait.

In explanatione fidei, in to. 4 ad Damasum papam, in fine.

Ibid. paulo inferius.

Determinatio contrarietatem submouens de sanctorum medio. I

AD q̃ dici potest, quia Aug. secundum statum huius

huius miseriæ (ad quam pertinet ignorantia & difficultas, vt idem ait in libro de libero arbitrio, quæ ex iusta damnatione descenderunt) illud tradidit, vbi & venialia peccata inclusit. Hieronym⁹ vero tantum de mortalibus peccatis loquitur, q̃ vnusquisque gratia illuminatus vitare valet: vel de homine secundum statum liberi arbitrii ante peccatum, illud ait. *Cap. 17. lib. 3.*

Epilogum facit ad alia transiturus. K

Satis diligenter eorum posuimus sententiam, qui dicunt omnes actus naturas bonas esse, & in quantum sunt bonos esse. In quo tractatu quædã interseruimus, quæ non ex eorum tantum persona accipiẽda sunt, quia ab omnibus catholicè sapientibus absque hęsitatione tenentur: atq; auctoritatum testimoniis & rationib⁹ eorundẽ traditionẽ muniuimus, qui dicunt omnes actus essentia sui, i. inquantum sunt, esse bonos, quosdam verò in quantum inordinatè fiunt, peccata esse. Addunt quoq; quosdã nõ tantũ essentia, sed etiã genere bonos esse, vt reficere esurientẽ, q actus est de genere operum misericordiæ: quosdam vero act⁹ absolute ac perfectè bonos dicunt, quos non solũ essentia vel genus, sed etiam causa & finis commendat: vt sunt illi qui ex bona voluntate proueniunt, & bonum finem metiuntur.

ALIORVM PONIT SENTENTIAM *qui dicunt malos actus nullo modo esse à Deo, nec, esse bonos siue in eo quod sunt, siue alio modo.*

DISTINCT. XXXVII.

A *Verum actio substantia i. in qua peccatum committitur sit à Deo, &c. Ioan. 1.*

SVNT autem & alii plurimi longe aliter de peccato & de actu sentiẽtes: asserunt n. voluntatem malam & actum malum peccata esse, & nulla ratione bona, nec secundum aliquã rationẽ ex Deo auctore esse, qa sine Deo fiunt. Sine eo nanq; (vt ait Euan-

Euangelista) factum est nihil, i. peccatum quod dicitur esse nihil: non qa non sit actio vel voluntas mala, q̃ aliquid est, sed quia à vero esse separat homines, & ad malum trahit: & sic ad non esse deducit. Qui n. à summi boni participatione recedunt; quod solum vere ac proprie est, merito non esse dicuntur. Ideoq; August. dicit. super Ioan. peccatum nihil esse, nihilq; fieri cum peccant homines. Hac ergo ratione astruunt peccatum nihil esse, qa à vero esse hominem elongat. Voluntatem q̃ malam atq; actionem siue locutionem malam peccatum esse dicunt: quia præuaricatio & inobedientia hæc sunt, & contra legem Dei fiunt, quæ tamẽ sunt, sed ab homine vel diabolo, non à Deo: Nullatenus n. hæc à Deo esse dicunt, siue in quantum sunt, siue alio modo.

Aug in to. 9 tract. 1 à ca. Ioan. in quo legimus. Omnia per ipsum facta sunt.

Qualiter determinent verba Augustini præmissa, quibus ait, Omne quod est, inquantum est, bonum est. B

Illa quoq; Aug. verba quib. dicit. Omne q̃ est, inquantum est, bonum esse, & Deum habere auctorẽ, de naturis siue de substantiis tantum accipienda fore tradunt. Substantiæ vero nomine atq; naturæ dicunt significari substantias ipsas, & ea quæ naturaliter habẽt, scil. quæ cõcreata sunt eis: sicut anima naturaliter habet intellectum & ingeniũ & voluntatẽ, & huiusmodi: q̃ ex verbis Aug. præmissis colligitur, vbi hominẽ appellat bonam naturam, & malum hominem malam naturam. Secundum hanc ergo assertionẽ vel acceptionẽ, mali actus non sunt naturæ vel substantiæ, nec etiam boni actus: quod vtiq; videtur Augustinus innuere in libro retractationũ, distinguens inter substãtias siue naturas, & bonas actiones siue malas. Aperiens n. quomodo intelligendum sit quiddam in libro de vera religione ab ea traditum ait. Hoc de substantiis atque naturis dictum est. Indè enim

Au in principio quæst. 24. l. 83. quæstionum. to. 4.

Ca. 20. & 4. lib. de vera religione.

enim disputabatur, non de bonis actionibus atq; peccatis. Apertè hic videtur dividere inter naturas siue substãtias, & actiones siue peccata. Ideoq; asserunt præfati Doctores, actiones interiores vel exteriores non esse naturas vel substantias: quæ si malę sunt, peccata sunt, neq; à Deo sunt. Quòd verò mali actus non sint naturæ. Aug. videtur notare in prima responsione contra Pelagianos ita dicens, Opera diaboli quæ vitia dicuntur, actus sunt, non res. Idem in quarta responsione, Omne malum natura non est, sed actus accidens alicui ex defectu boni. Quamobrem quod natura non est, Deus non fecit: quia natura est omne quod fecit. Item, Omne quod natura bonum est, Deus ex nihilo fecit, non diabolus.

Aug. in fine 1. hiponostic. ibidem in principio 4. ad 4. articulum, to. 7.

Secundum hos, res aliquæ sunt, quæ à Deo non sunt, quibus homines mali sunt. C

Ex quo colligitur, res aliquas esse, quæ à Deo nõ sunt, eisq; homines mali sunt. Quod nihilominus & ipsi concedunt, innitentes verbis Aug. superius positis: qui in Enchir. determinans illa verba Prophetæ: Veh his qui dicunt bonum malum, dicit de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominib hoc esse intelligendũ. Sunt ergo aliquæ res, quibus homines mali sunt. Id autem quo homo fit deterior, à Deo non est: quia vt ait Aug. in lib. 83. quęst. Deo auctore non fit homo deterior. Non est ergo Deus auctor rerum quib. homo deterior fit. At sunt aliquæ res vt dictum est, quibus homines mali fiunt, quia peccata ipsę sunt. Ideoq; Scriptura in pluribus contestatur locis, Deum non esse auctorem malorum, id est, eorum quæ peccata sunt.

In Enchir. cap. 19. ad principium.

Aug. in medio quæst. 3. in tom. 4.

Ex parte eorum præmissæ opponitur sententiæ in illo verbo, Deus auctor malorum non est. D

In hoc autem verbo superiorum sententiæ rectè opponitur, qui dicunt Deum non esse auctorẽ eorum quæ mala sunt, in quantum mala sunt, sed in

quantum sunt: & in quãtum mala sunt, dicunt ea nihil esse. Quid ergo mirũ, si Deus dicitur non esse auctor eorum in quantum nihil sunt, cum nihili nullus auctor existere queat? Ideoque cum dicitur Deus esse auctor omnium quæ sunt, bonorum isti subintelligi volunt. Bona autem illa esse dicunt, quæ naturaliter sunt. Ea vero naturaliter esse dicunt, non solum quæ substantiæ sunt vel concreata substantiis, qualiter supra acceperunt: sed & omnia quæ naturã non priuant bono. Et ita secundum eosdem multiplex in scripturis fit intelligentia, vbi de natura siue de substantia, vel de his quę naturaliter sunt, sermo occurrit, sed supra illum
Psal. 68. locum Ps. Non est substantia, ita Aug. de substantia disseruit, vt præmissæ sententiæ videatur consentire dicens, Substantia intelligitur illud quod sumus, quicquid sumus, homo, pecus, terra, sol, omnia ista, substantiæ sunt, eo ipso quo sunt naturæ ipsæ substantiæ dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil omnino est, substantia ergo est aliquid esse. Deus fecit hominem substantiam, sed per iniquitatẽ lapsus est homo à substantia in qua factus est, iniquitas quippe ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est natura quã formauit Deus, sed iniquitas est peruersio quam fecit homo. Naturæ omnes per ipsum factæ sunt, iniquitas per ipsum non facta est, quia iniquitas non est substãtia. In illo hymno trium puerorum vniuersa creatura laudans Deum commemoratur. Laudant enim omnia Deum, sed quæ fecit Deus. Laudat ibi serpẽs Deum, sed non auaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt, sed non aliqua vitia. Vitia enim ex nobis & ex nostra voluntate habemus, & vitia nõ sunt substantia. Intendant diligenter his verbis præmissarum assertores sententiarum, & percipere poterunt rationem & causam dictorum, vbi scriptura de natura vel substantia mentionem fa-
Dan. 3.

cit. Il-

cit. Illarum vero sententiarum iudicium prudentis lectoris, cui vtriusque sententiæ notitiam plenariè dedimus arbitrio relinquimus, ad ea quæ adhuc nobis supersunt, tractanda festinantes.

Quod de peccato non de pœna intelligitur cum dicitur, Deus non est auctor mali. E

Cùm igitur in hoc omnes consentiant Catholici tractatores scil. quod Deus non est auctor malorum, cauendum est tamen ne malorum nomine pœnas sicut peccata, generaliter includas. Pœnarum enim Deus auctor est, sicut ipse per Prophetam ait: Non est malũ in ciuitate quod Dominus non fecerit. Item alibi ex persona sua ait: Ego sum Deus, creans malum, & faciens bonum. Ecce hic dicitur creasse & fecisse malum, sed mali nomine pœna intelligitur, non peccatum, sicut è conuerso cum dicitur, Deus non esse auctor malorum, nomine mali peccata intelliguntur. Ideoq; Aug. qui dixerat in lib. 83. quæst. quod Deus auctor mali non sit, in 1. lib. retract. quomodo intelligendum sit aperit dicens: Videndum est ne male intelligatur quod dixi, Deus auctor mali non est, qui & omniũ quæ sunt auctor est, quia in quantum sunt, in tantum bona sunt. Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quæ vtique malum est, his qui puniuntur, sed hoc ita dixi, sicut dictum est, Deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit, Mors & vita à Domino est. Malorum ergo pœna quę à Deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustum est vt mali puniantur, & vtique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur Deus non fecisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur, id est, peccatum. Audisti Lector causam dictorum, ex qua sana intelligentia firmatur cum dicitur, Deus non est auctor mali, & Deus mortem non fecit.

Amos 3. b. *Esa. 45. c.*

Quæst. 21. in fin. to. 4. *Li. 1. retract. cap. 26. ad principium tom. 1.*

Sap. 1. cap. *Eccl. 11. b.*

DE VOLVNTATE ET FINE, EX QVO & ipsa iudicatur.

DISTINCT. XXXVIII.

A

POst prædicta de voluntate eiusq; fine differendum est. Sciendum ergo est, quòd ex fine suo, vt ait Aug. voluntas cognoscitur, vtrũ recta an prauа sit. Finis autem bonę voluntatis beatitudo est; vita æterna, ipse Deus. Malæ verò finis est aliud; scilicet, mala delectatio, vel aliquid aliud in quo nõ debet voluntas quiescere. Finem verò bonum insinuat Propheta dicens: Omnis consummationis vidi finem, &c. Charitas ergo cuius latum mãdatum est, finis omnis consummationis est, id est, omnis bonæ volũtatis & actionis, ad quam omne præceptum referendum est. Vnde Aug. in Ench. Omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem. De qua dicit Apostolus. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis charitas est, id est, ad charitatem refertur omne præceptum. Quod verò ita fit vel timore pœnæ, vel aliqua intẽtione carnali, vt nõ referatur ad charitatem quæ est dilectio Dei & proximi, nõdum fit quemadmodum oportet fieri, quamuis fieri videatur. Tunc enim rectè fiunt quæ mandat Deus & quę consilio monet, cum referuntur ad dilectionem Dei & proximi. His verbis apertè insinuatur, quis sit rectus finis voluntatis siue actionis bonæ, scilicet charitas, quæ & Deus est, vt supra ostendimus.

Augustin in principio, cap. 6. lib. 11. de Trinitate, tom. 3.

Aug. in Enchir. in princip. cap. 121. Tomo 3.

Psal. 118. Cap. 121. in Tomo 1.

1. Tim. 1. a.

Quod Deus est finis omnis bonæ actionis, quia charitas est: nec tantùm Spiritus S sed etiam Christus, & pater: nec hi sunt tres fines, sed vnus.

B

Qui ergo charitatem sibi ponit finem, Deum sibi ponit finem: vnde & Christum finem legis ad iustitiam dicit Apostolus esse omni credenti. Et rectè dicitur Christus finis legis ad iustitiam: quia vt ait Aug. in lib. sentent. Prosperi, in Christo lex iusti-

Rom. 10.

Aug. cap. 19.

iustitiæ non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio ex ipso, & in ipso est: & vltra quem non est, quo spes se extendat. Finis fidelium Christus est, ad quem cùm peruenerit currentis intentio, non habet quo amplius possit venire, sed habet id, in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atque supremus Deus pater est, & filius, & Spiritus S. nec hi tres sunt tres fines, sed vnus finis: quia non tres dii, sed vnus Deus.

lib. sent prof. & habetur to. 3. in fine operum Augst. & in operibus. Ibid. Aug. cap. 206.

Quod omnes bonæ voluntates vnum habent finem: & tamen quædam bonæ diuersos fines sortiuntur. C

Sed quæritur. Vtrùm omnes bonæ voluntates vnum tantum habeant finem? De hoc Aug. in 11. lib. de Trin. ait, Aliæ atque aliæ voluntates suos proprios fines habent, qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beatè viuere, & ad eam peruenire vitam, quæ non referatur ad aliud, sed amanti per seipsam sufficiat: quemadmodum voluntas videndi finem habet visionem, & voluntas videndi fenestram, finem habet fenestræ visionem. Altera verò est voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium. Ad quod etiam prædictæ referuntur voluntates. Item rectæ sunt voluntates, & omnes sibimet religatæ, si bona est illa, ad quam cunctæ referuntur. Si autem praua est, prauæ sunt omnes, & ideo rectarum voluntatum connexio iter quoddam est ascẽdentium ad beatitudinem, quod certis velut passibus agitur. Prauarum autem & distortarum voluntatum implicatio vinculum est, quo alligabitur qui hoc agit, vt proiiciatur in tenebras exteriores. His auctoritatum testimoniis euidenter monstratur, plures in fidelibus rectas esse voluntates proprios ac diuersos fines habentes, & tamen vnum eundemque, quia omnes referuntur ad vnum, qui est finis finium, de quo paulo ante diximus, ita è conuerso fortè est & in malis.

Cap. 6. non longè à principio.

Quædam huic sententiæ videntur adversari. D

Veruntamen huic sententiæ, qua dictum est fidelium quasdam rectas voluntates diuersos fines sortiri, & tamen ad vnum referri, videtur obviari quod alibi Aug. admonet, ne scil. nobis duos fines constituamus, ita inquiens in lib. de serm. Dom. in monte, non debemus ideo euangelizare vt manducemus: sed ideo manducare vt euangelizemus, vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur vt illud impleatur. Quærite primum regnum Dei, & hęc omnia adiicientur vobis. Non dixit, primum quærite regnum Dei, & deinde, quærite ista, quamuis sint necessaria: sed ait, hæc omnia adiicientur vobis, id est, hęc consequētur, si illa quæratis, ne cum ista quæritis, illinc auertamini, aut ne duos fines cōstituatis, vt & regnū propter se appetatis, & ista necessaria propter illud, ergo propter regnum Dei tantum debemus operari omnia, non solā vel cum regno Dei mercedem corporalem meditari. Ecce hic apertè dicit, ne duos fines nobis constituamus, sed vnum tantum, id est regnum Dei, cum suprà dixerit bonas voluntates alias, & alios proprios habere fines.

Aug. lib. 2. ad locum hunc quærite primum regnum Dei. Matth. 6. Tomo 4. Ibidem inferius.

Ibidem paulò inferius.

Hic ostenditur quomodo, licet videantur, non repugnent prædicta. E

Hęc autem sibi nō repugnare animaduertit, qui verbis præmissis simplici oculo diligenter intendit: qui enim dixit, ne duos fines nobis constituamus, sed omnia propter regnum Dei faciamus, ipse præmisit, quod debemus manducare vt euangelizemus. Cum autem hoc ita faciamus, actionis illius finem euangelium constituimus, sed & hunc finem ad regnum Dei referimus. Manducamus enim propter Euangelium, & manducamus & euangelizamus propter regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus. Sed ita facientes nunquid peccamus? absit. Nam & ipse sic fa-

sic facere suadet, si diligenter eius verba inspiciamus. Cum ergo ait, ne duos fines nobis constituamus, fines in diuersa tendentes intelligi voluit, sc. quorum alter ad alterum nō referatur: ita & cum dicit, propter regnum Dei tantum omnia agenda, nec cum ipso mercedem temporalem meditandam, ita intelligendum est, vt non appetendo meditemur cum regno mercedem temporalem, ita quod non propter regnum sed propter se, vt scil. regnum propter se appetamus, & ista propter illud sicut ipse docet. Si enim petimus vitam æternam, petimusque etiam temporalia à Deo, sic appetimus propter vitam æternam, nō offendimus, neque siniſtra tunc scit quid faciat dextra, quia mercedem temporalem non propter se meditamur, sed propter regnum Dei, vt sit leua sub capite, & dextera in amplexu. Alioquin si hæc temporalia propter se quærimus sicut æterna, miscetur dextræ siniſtra. Ideoque cum Dominus dixerit: Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, videamini ab iis: alibi ait: Sic luceant opera vestra bona coram hominibus, vt glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Propter Deum ergo omnia facienda sunt, vt omnia quæ facimus, omniumque fines ad eum referamus.

Quomodo intelligendum sit illud. Ne duos fines constituamus nobis.

Luc. 12. d.

Matth. 6. a.

Cant. 2. a.

Ibidem.

Matth. 6. a.

Matth. 3. b.

De differentia voluntatis, intentionis, & finis. F

Solet etiam quæri, quid distet inter voluntatem & intentionem, ac finem. Ad quod dici potest, inter voluntatem & finem certo atq; euidenti modo distingui, quia voluntas est qua volumus aliquid: Finis vero voluntatis est, vel illud quod volumus, per quod impletur ipsa voluntas, vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio vero interdum pro voluntate, interdum pro fine voluntatis accipitur, quę diligens ac pius lector in scriptura vbi hæc occurrunt, discernere studeat. Finis ergo volūtatis est delectatio bona vel mala,

Aug. in enarratione huius versus 10. Psal. 7. Ibid ad eundem versum 10.

ad quam nititur quisque peruenire. Vnde Aug. super illum locum Psal. Scrutans corda & renes: sic ait, Deus solus scrutatur corda, id est, quid quisque cogitet: & renes, id est, quid quemq; delectet: quia finis curæ & cogitationis est delectatio, ad quam cura & cogitatione nititur quisque peruenire. Et paulò post: Opera nostra quæ sunt in dictis & factis, possunt homines videre: sed quo animo fiant, & quo venire cupiant, solus Deus videt; qui cum videt cor esse in cælo, & non delectari nos in carne, sed in domino, id est, cum bonæ sunt cogitationes & earum fines, dirigit iustum. Idem super alterius Psal. locum illum, scil. In laqueo isto quem absconderunt, comprehẽsus est pes eorum: dicit, Pes animæ amor est: qui si prauus est, dicitur cupiditas vel libido: si rectus, dicitur charitas. Eo mouetur anima quasi ad locum quò tendit, id est, ad delectationem bonam vel malam, quo se peruenisse per amorem lætatur. Finis ergo voluntatis, vt præmissum est, dicitur & illud quod volumus, & illud propter quod volumus: & intentio ad illud respicit propter quod volumus, & voluntas ad illud quod volumus: vt v. g. Si velim esurientem reficere vt habeam vitam æternam, voluntas est qua volo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis: Intentio verò est, qua sic ad vitam peruenire volo. Finis verò supremus est ipsa vita, ad quam & alius finis refertur.

Aug. in expositione Psal. 9. ad vers. 16. tom. 8.

An illa intentio sit voluntas. G

Sed quæritur. Vtrùm intentio talis sit voluntas, & si voluntas est, an in hoc opere sit vna eademq; voluntas qua volo reficere esurientẽ, & qua volo habere vitã æternam. Videtur nempe talis inuentio voluntas esse: vt enim voluntas est qua volo reficere pauperem, ita & voluntas est qua per illud volo habere vitam: Et alia quidem videtur volũtas esse qua volo habere vitam, & alia qua pauperi subue-

subuenire volo. Sed ista ad illã refertur. Nam etsi hoc ita placeat, vt in eo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat, nõdum est tamen illud quo tenditur, sed hoc ad illud refertur, vt illud deputetur tanquam patria ciuis, istud vero tanquã refectio vel mansio viatoris. Et sunt istæ voluntates affectus siue motus mentis, quibus quasi gressib. vel passibus tẽditur ad patriam. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, vt supra docente Aug. didicimus, altera quæ ex ista nectitur, voluntas, sc. per fenestras videndi transeuntes: ita nonnullis alia videtur esse voluntas eleemosynas dãdi pauperi, alia voluntas habendi vitam. Alii autẽ putant, quod vna sit volũtas, & hic & ibi, sed propter subiectorum multiplicitatem diversitas memoratur voluntatum. Cęterũ quodlibet horũ verum sit, illud nulli in ambiguũ venit, quin voluntas ex suo fine pensetur, vtrum recta sit, an praua, peccatum an gratia: & quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando voluntas intelligitur.

Aug. c. 16. libr. 11. de Trin.

CVM VOLVNTAS SIT DE HIS QVÆ *homo naturaliter habet, quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum sit.*

DISTINCT. XXXIX.

HIc autem oritur quæstio satis necessaria ex superioribus causam trahens. Dictum est enim suprà, voluntatem inesse naturaliter homini, sicut intellectus & memoria. Quę autem homini naturalia sunt, quantumcunque vitientur, bona tamen esse non desinunt: quia non valet vitium bonitatem in qua Deus eam fecit, penitus consumere: vt v. g. Intellectus vel ratio, & ingenium, ac memoria, etsi vitiis ac peccatis obnubilentur & corrumpantur, bona tamen sunt, nec peccata nominãtur: sicut Aug. de ratione quæ est imago Dei, in qua facti sumus, euidenter ostendit in 15. lib. de Trin. Hæc est, inquit, imago, in qua homines sunt

Quare voluntas magis depraue-tur in suo actu quam aliqua alia potentia.

Cap. 8. ad fi nem.

creati, qua cæteris animalibus præsunt: quæ creatura in rebus creatis excellentissima, cum à Deo iustificatur, à deformi forma in formosam mutatur formam, Erat enim etiam inter vitia natura bona. Hæc autem imago, ratio est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus, sit quare ipsa non semper bonum est, etsi aliquando vitiis subiaceat? Ad hoc facilè respõdent, qui dicunt omnia quæ sunt in quantũ sunt, bona esse: quia & ipsam voluntatem in quantum est, vel in quantum voluntas est, vt suprà posuimus, bonum esse asserũt: sed in quantum inordinata est, mala est & peccatum. Vbi potest ab eis rationabiliter quæri, Si voluntas in quantum inordinata est, peccatum est: quare ergo intellectus, ratio, & ingeniũ & huiusmodi, cum inordinata sunt, peccata non sunt? Inordinata vero sunt sicut voluntas, cum ad rectum finem non tendunt, eorumq; actus prævaricationes existunt. Ad quod illi dicũt voluntatis nomine aliquando vim, scil. naturalem potentiam volendi, aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa naturaliter animæ insita, nunquam peccatum est, sicut nec vis memorandi vel intelligendi: sed actus huius vis, qui & voluntas dicitur, tunc peccatum est, quando inordinatus est.

Responsio secundum quoddam.

Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum non sunt peccata. B

Sed adhuc quęritur. Quare huius naturalis potẽtiæ actus peccatum sit, si aliarũ potentiarum actus peccata non sunt, scil. potentiæ memorandi, cuius actus est memorare: & potẽtiæ intelligendi cuius actus est intelligere. Ad quod & ipsi dicunt, quia alterius generis est actus ille volũtatis, quam actus memoriæ vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscẽdum vel non admittendũ: qui non potest esse de malis, quin sit malus. Velle. n. mala malũ est, sed intelligere vel memorare mala malum

malum non est. Quamuis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbè asserant. Memorat enim interdum quis malum vt faciat, & quærit intelligere verum, vt sciat impugnare. Ecce qualiter soluitur præmissa quæstio ab his qui tradunt omnia esse bona in quantum sunt. Qui vero dicunt voluntates malas peccata esse, & nullo modo bona, breuius respondent, dicentes actum voluntatis non esse de naturalibus : sed vim ipsam & potentiam volendi, quæ semper bonum est, & in omnibus est, etiam in paruulis, in quibus nondum est eius actus.

Quomodo intelligendum sit illud, Et homo etiam qui seruus est peccati, naturaliter vult bonum. C

Præterea quæri solet. Quomodo intelligendum sit quod ait Ambr. exponens illud verbum Apostoli, Non enim quod volo, illud ago, sed quod nolo, illud facio. Dicit enim, quod homo subiectus peccato facit quod non vult, quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hæc semper caret effectu, nisi gratia Dei adiuuet & liberet. Si homo subiectus peccato est, vult quidem malum & operatur, quia seruus est peccati, & eius voluntatem (sicut supra dixit Aug.) libenter facit, quomodo ergo naturaliter vult bonum? An est eadem voluntas, id est, idem motus, quo libenter peccato seruit, & quo naturaliter vult bonum? Si non est eadē voluntas, quæ ergo istarum est, qua cum homo iustificatur, à seruitute peccati liberatur? Vt.n. diximus superius, gratia Dei voluntatem hominis liberat & adiuuat, quæ voluntatem hominis præparat adiuuandā, & adiuuat præparatam. Sed quę est illa voluntas? an illa quæ naturaliter vult bonum? an illa quæ libenter seruit peccato, si tamen duæ sunt volūtates? Proposita est quęstio profunda, quę varia à diuersis expositione determinatur. Alii enim duos esse motus: vnum quo vult bonum natu-

Ambr. in Comment. ad illud. Non enim quod volo, illud ago: sed quod odi, illud facio. Rom. 7. d. Tom. 5.

In princip. cap. 25. in Tom. 3. Hier. ad primum caput Ezech. ad locum. Et scintilla quasi aspectus aëris candentis. In tom. 5.

naturaliter. Quare naturaliter, & quare naturaliter dicitur? Quia talis fuit motus naturæ humanæ in prima conditione, in qua creati sine vitio sumus, quę propriè natura dicitur. Fuit enim homo creatus in voluntate rectus. Vnde in lib. de fide ad Petrum scriptum est. Firmissime tene primos homines bonos, & rectos esse creatos cum libero arbitrio, quo possent si vellent propria voluntate peccare: eosq; non necessitate, sed propria voluntate peccasse. Recte ergo dicitur homo naturaliter velle bonum, quia in recta & bona voluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis, quę etiam (vt ait Hier.) in Chain nō potuit extingui, bonum semper vult, & malum semper odit. Alium autem dicunt motum esse quo mens relicta superiorum lege subiicit se peccatis, eisq; oblectatur. Iste motus, vt aiunt, antequam adsit alicui, gratia dominatur & regnat in homine, alterūq; deprimit motum: vterq; tamen ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia ille malus motus eliditur, & alter naturaliter bonus liberatur, & adiuuatur vt efficaciter bonum velit. Antę gratiā verò licet naturaliter homo velit bonū, non tamen absolutè cōcedi oportet bonam habere voluntatem, sed potius malam. Alii autem dicunt vnam esse volūtatem, id est, vnū motum, quo naturaliter vult homo bonum, & ex vitio vult homo malum, eoque delectatur: & in quantum vult bonum, naturaliter bonus est, in quantum malum vult, malus est.

Responsio secundum alios.

AN EX FINE OMNES ACTVS PENsari debeant, vt simpliciter boni vel mali dicantur.

DISTINCT. XL.

POst hæc de actibus adiiciendum videtur: Vtrum & ipsi ex fine, sicut voluntas, pensari debeant boni vel mali Licet enim secundum quosdam, omnes boni sint in quantū naturaliter sunt: non

non tamen absolutè dicēdi sunt omnes boni, nec omnes remunerabiles: sed quidā simpliciter mali dicuntur, sicut & alii boni. Nam simpliciter ac verè sunt boni illi actus, qui bonam habent causam &intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt: Mali verò simpliciter dici debēt, qui perversam habent causam & intenrionem. Vnde Ambr ait, affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Aug. super Ps. 31. Nemo cōputet bona opera sua ante fidem. Ita enim videntur mihi esse vt magnę vires, & cursus celerrimus præter viam: quia vbi ipsa fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intētio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, attendat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. His testimoniis insinuari videtur, ex affectu & fine opera bona esse vel mala. Quib. consonat quod veritas in Euangelio ait. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humanæ mentis, sed voluntas intelligitur: quæ si mala fuerit, non bona, sed mala opera facit: si vero bona fuerit, bona non mala opera facit.

Ambr. lib. 13 offic. c. 30. ad princip. tom. 1. Augusti. Tomo 8. præfatione ad illum Psal. 31. ante medii. Matth. 7. 8.

Vtrum omnia opera hominis ex affectu, & fine sint bona vel mala.

Sed quæritur. Vtrum omnia opera hominis ex affectu, & fine sint bona vel mala? Quibusdā ita videtur esse, qui dicūt omnes actus esse indifferētes, vt nec boni nec mali per se sint, sed ex intentione bona, bonus, & ex mala malus sit omnis actus. Secundū quos quilibet actus potest esse bon⁹ si bona intentione geratur. Aliis a. videtur, quod quidam actus in se mali sint ita, vt nō possint esse nisi peccata etiamsi bonā habeant causam: & quidā in se boni ita, vt etsi malā habeant causam, non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Aug. confirmant,

Aug. tract. 43. ad cap. 8. 19. an. in princ. In Tomo 9. tract. 9. super primam Ioan. epistolam.

mant, qui dicit bonum aliquando non benè fieri. Quod enim quis inuitus vel necessitate facit non bene facit: quia non bona facit intentione, vt ait Aug. super Ioan. Seruilis, inquit, timor non est in charitate: in quo quamuis credatur Deo, non tamen in Deum: & si bonum fiat, non tamen benè. Nemo enim inuitus benefacit etiamsi bonum est quod facit, Ecce habes, quod aliquis nō benefacit illud quod bonum. Facit ergo quod bonum est in-

Aug. libr. 1. confess. in 12. ad princ. tom. 1.

tentione non bona. Ideo afferunt illi quædā opera esse talia, quæ sic bona sunt, quod mala esse non possunt, quocunque modo fiant, sicut è conuerso quædam sic sunt mala, vt non possunt esse bona, quacunque ex causa fiant. Alia autem esse opera quæ ex fine vel causa bona sunt vel mala, & ad illa referunt sanctorum testimonia: quibus ex affectu vel intentione iudicium operum pensari dicunt, Tripartitam edunt isti differentiam actuum.

Aliter Aug. sentire videtur, qui dicit opera hominis esse bona vel mala ex intentione & causa, præter quædam quæ per se peccata sunt. C

Cap. 7. ante medium in Tom. 4.

Sed Augustin. euidentissimè docet in libro contra mēdacium, omnes actus secundum intentionem, & causam iudicandos bonos vel malos, præter quosdā: qui ita sunt mali, vt nūquam possint esse boni, etiamsi bonam videantur habere causam. Interest, inquit plurimū, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quę constat esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominum si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ nō sunt per seipsa peccata, sicut victum præbere pauperib. bonum est, si fit causa misericordiæ cum recta fide: & concubitus coniugalis quādo fit causa generandi, si ea fide fiat, vt gignātur regenerandi. Hęc rursus mala sunt, si malas habeāt causas: velut si ia-

si iactãtiæ causa pascitur pauper, aut lasciniæ causa cum vxore cõcumbitur, aut filii generẽtur non vt Deo, sed vt diabolo nutriãtur. Cum vero opera ipsa per se peccata sunt, vt furta, stupra, blasphemiæ: quis dicat causis bonis esse facienda, vel peccata nõ esse: vel, quod est absurdius, iusta peccata esse? Quis dicat, Furemur diuitibus, vt habeamus quid demus pauperib. aut falsa testimonia proferamus, nõ vt inde innocẽtes lædantur, sed potius saluẽtur? Duo.n. bona hic sunt, vt inops alatur & innocẽs non puniatur. Aut quis dicat adulterium esse faciendum, vt per illam cum qua fit, homo de morte liberetur. Testamenta etiam vera cur non supprimimus, & falsa supponimus, ne hæreditates habeant qui nihil boni agunt, sed hi potius qui indigentes adiuuant. Cur non fiant illa mala propter hæc bona, si propter hæc bona necilla sunt mala? Cur non ab immundis meretricib. quas dicãt stupratores, rapiat diuitias vir bonus, vt indigẽtibus eas largiatur, cum malum sit, si pro bono fiat? Quis hoc dicat, nisi qui res humanas moresq; conatur & leges subuertere? Quod enim facinus non dicatur rectè fieri posse, nec impunè tantum, verum etiam glorioſe, vt in eo non timeatur supplicium, sed speretur & præmium si semel consenserimus in malis actibus, non quid fiat, sed quare fiat esse quærẽdum? vt quæcunq; pro bonis fiunt causis, nec ipsa mala esse iudicẽtur. At iustitia merito punit eum qui dicit se subtraxisse superflua diuiti, vt prẽberet pauperi: & falsarium qui alienũ corrumpit testamẽtum, vt is esset hæres, qui faceret eleemosynas largas, non ille qui nullas: & eum qui se fecisse adulterium ostendit, vt per illam cum qua fecit, hominem de morte liberaret. Sed dicet aliquis, ergo æquandus est fur quilibet furi qui voluntatem misericordiæ furatur? quis hoc dixerit? Sed horum duorum non ideo quisquã est bonus

Ibidem continuè.

Ibid. paulò inferius.

Lib. eod. c. 2. in princ.

bonus, quia peior est vnus. Peior enim est qui cõtupiscendo, quàm qui miserando furatur. Sed si furtum omne peccatum est, ab omni furto abstinendum est. Quis enim dicat esse peccandum, etiá si aliud sit grauius aliud leuius peccatum? Nunc autem quærimus, quis actus peccatum sit, vel non: non, quid grauius sit, vel leuius. Intende Lector propositis verbis tota mentis considerátione, quę non inutilem habent exercitationem: & dinosces quis actus sit peccatum, qui sc. malam habeat causam: nec ille tantum, quia sunt nonnulli actus, qui & si bonam habeant causam, tamen peccata sunt, vt supra positum est. Ex quo cõsequi videtur, quia non semper ex fine iudicatur voluntas siue actio mala, sicut in illis quæ per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causa, bonum videtur habere finem: nec ex fine voluntas est mala, nec ex voluntate actio fit mala, sed ex actione voluntas fit prava. In quibus aliqui ponunt actum Iudæorum, qui crucifigendo Christum arbitrabantur se obsequium præstare Deo: quia bonum finem dicunt eos sibi posuisse, scil. Dei obsequium: & tamen voluntatem eorum & actionem peruersam fore asserunt. De bonis autem nulla fit exceptio in præmissis verbis Aug. quin omnis voluntas bona ex fine sit bona: & ex fine & voluntate omnis actio bona est. Sed non omnis mala voluntas ex fine mala est, nec omnis mala actio ex fine & voluntate mala est: & omnis quæ habet malam causam mala est, sed non omnis quæ bonam causam habet bona est, ideoq; cum ex affectu dicitur nomen imponi operi, in bonis operib. generaliter vera est hæc regula, sed in malis excipiũtur illa quæ per se mala sunt. Omnia ergo hominis opera secundum intentionem, & causam iudicantur bona vel mala, exceptis his quæ per se mala sunt, id est, quæ sine prævaricatione fieri nequeũt.

Inter ea quæ actus mali sunt quidã ponunt actũ Iudæorum.

Quidam

Quidam dicunt prædicta non posse fieri bono fine. D

Quæ tamen quidam contẽdunt nunquam habere bonam causam. Qui enim aliena furatur vt pauperibus tribuat, non pro bono (vt aiunt) furatur. Non enim bonum est aliena pauperibus erogare. Qui n. de rapina sacrificium Deo offert, idem facit vt ait authoritas, ac si filium in cõspectu patris vectigal met, vel sacrificium carnis Deo offerat. Abominabilis nempe Deo est impiorum oblatio. Ita etiam & hominem per adulterium à morte liberare malum esse dicunt, Etsi n. bonum sit hominẽ à morte liberare, tamen sic hominem liberare, malum esse asserunt. Ideoq; Aug. in superioribꝰ dicũt tẽperasse sermonẽ cautecq; locutũ, vbi ait, Ea quæ constat esse peccata, nullo, quasi bono fine, nulla velut bona intentione, facienda. Non enim simpliciter dixit bono fine & bona intentione, sed addidit, quasi & velut: quia talia non fiunt bono fine, & bona intentione, sed intentione quæ videtur bona, & fine qua putatur bonus, sed non est. Nec ideo accepit Aug. ista vt aiunt, quin causas habeant malas: sed quia causas habẽt quę videntur bonæ, sunt tamen malæ.

Quod non fiant bono fin. notatur ex verbis Augustini.

AN OMNIS INTENTIO VEL ACTIO EORVM QVI CARENT FIDE *sit mala.*

DISTINCT. XLI. A

CVMQVE intẽtio (vt supra dictum est) bonum opus faciat, & fides intentionem dirigat: non immerito quæri potest, vtrum omnis intentio, omneq; illorum opꝰ malum sit, qui fidem non habent? Si n. fides intentionẽ dirigit, & intentio bonum opus facit, vbi nõ est fides, nec intẽtio bona nec opus bonum esse videntur. Quod à quibusdã non irrationabiliter astruitur, qui dicunt omnes actiões, & voluntates hominis sine fidẽ malas esse,

Quidam dicunt omnes actiones hominis sine fide esse malas, quæ in fide bonæ sunt.

Rom.14.d

quę fide habita bonæ exiſtunt. vnde Apoſt. ait, Omne q̃ nõ eſt ex fide, peccatum eſt. Quod exponẽs Aug. ait. Omnis infidelium vita peccatum eſt, & nihil bonum eſt ſine ſummo bono: vbi deeſt agnitio æternæ veritatis falſa virt⁹ eſt, etiã in optimis morib⁹. Et Iacobus in epiſt. cano. ait. Qui offendit in vno, ſcil. in charitate, factus eſt omnium reus. Qui ergo fidẽ & charitatem non habet, omnis ei⁹ actio peccatum eſt, qa ad charitatẽ non refertur. Quod n. ad charitatem nõ refertur (vt ſupra memimit Aug.) non fit quẽadmodum fieri oportet, ideoq̃ malum eſt. Non ergo mandata cuſtodit, q̃ charitate caret: qa ſine charitate nullum mandatorum cuſtoditur, vnde Aug. ſuper epiſtol. ad Gal. ait. Cuſtoditionem legis dicit Apoſtolus, nõ inebriari, non occidere, non mœchari, & alia huiuſmodi ad bonos mores pertinentia, quę ſine charitate, fide, & ſpe impleri non poſſunt. Nullum ergo mãdatum implet, nullum bonum opus facit, qui fidem, charitatem non habet. Impoſsibile eſt enim (vt ait Apoſtolus) ſine fide aliquid placere Deo. Quæ ergo ſine fide fiunt, bona nõ ſunt, quia omne bonum placet Deo.

Aug. li. ſententiarum Proſperi ca. 106. Tom. 3. Iacob. 2. b

Ad Rõ. 13. c Hebr. 2. b

Quæ præmiſſæ ſententiæ obiiciuntur ex verbis Auguſtini. B

His autem obiicitur quod ſupra dixit Aug. ſcil. quod in ſeruili timore, & ſi bonum fiat, non tamẽ benè. Nemo enim inuitus benefacit, etiam ſi bonum eſt q̃ facit. Hic n. dicit bonum fieri, ſed non bene, ab illo qui charitatem nõ habet. Qui n. ſeruiliter timet, charitate vacuus eſt: de quo tamen hic dicit, quia bonum facit, ſed non bene. Qui etiã ſup illum locũ pſalm. Turtur inuenit ſibi nidum vbi reponat pullos ſuos: dicit q̃ Iudæi, hæretici, & Pagani opera bona faciunt, quia veſtiunt nudos, & paſcunt pauperes & huiuſmodi: ſed nõ in nido eccleſiæ, id eſt, in fide: & ideo conculcantur pulli eo-

Li. cõfeſſionum 1. ca. 12 ad princ. p. Pſal. 83 ad verſum, 3. in T. m. 8.

li eorum. Quibus illi respõdent, dicentes, bona opera appellari huiusmodi, q̃ sine charitate fiunt, non quia bona sint quando sic fiunt, quod euidẽter supra Augustinus docuit: sed quia bona essent, si aliter fierent: quæ in suo genere sunt bona, sed ex affectu sunt mala.

Aliorum sententia de præmissa quæstione, qua quærebatur si omnis actio eorum mala est, qui fidem non habent. G

Alii vero qui trifariam distinctionẽ actuum faciunt, opera cuncta quę ad naturæ subsidium fiunt, semper bona esse astruunt. Sed ꝓ Aug. mala esse dicit, si malas habeant causas. nõ ita accipiẽdum est, quasi ipsa mala sint: sed quia peccant & mali sunt, qui ea malo fine agũt. Item illud aliud, scil. bonum opus intentio facit, & intentionẽ fides dirigit, determinant, dicentes ibi bonum vocatum quod remunerabile est ad vitam: non ꝓ illud sit solum bonum opus, immò etiam alia plura, licet, nõ ea ratione qua illud sint bona. Bonum enim multipliciter accipitur, scil. pro vtili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, & aliis fortè modis. Solaq; illa intentio remunerabilis est ad vitam, quam fides dirigit: sed non illa sola bona est, vt aiunt. Nam si quis Iudę⁹ vel malus Christianus necessitatem proximi reuelauerit naturali pietate ductus, bonum fecit, & bona fuit voluntas qua illud fecit.

Determinat prædicta verba Aug. Aug. in prafatione ad Psal. 31. in Tomo 8 Illud refertur superiori distinctione.

Hic ponuntur quædam Augu. capitula quæ retractauit, non quasi prauè dicta, sed quo sensu dixerit insinuans. D

Post hęc inuestigari oportet, qualiter intelligẽdum sit ꝓ ait Aug. in li. de vera relig. Vsq; adeo, inquit, peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Huius dicti rationem Aug. aperiens in lib. retract. dicit, Potest videri falsa hæc definitio, sed si diligenter

Cap. 14 in princi. to. 1. Li. 1. retra. in medio, cap. 15.

discutiatur, inuenitur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non ꝙ est etiam pœna peccati, scil. peccatum primũ hominis, ꝙ fuit peccatum & causa peccati, sed non pœna. Quamuis & illa quæ nõ voluntaria peccata non immerito dicuntur, quia vel à nescientibus vel à coactis perpetrantur, non omni modo possunt sine voluntate committi: q̃niam & ille qui peccat ignorans, voluntate vtique facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum: & ille qui concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quę vult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo nõ facit quod vult: sed si vincitur concupiscentiæ consentit volens, & in eo nõ facit nisi quod vult: & illud quod in paruulis est originale peccatum, ex prima hominis voluntate mala cõtractum est. Nõ ita q̃ falsum est quod dixi, Vsqueadeo peccatum voluntarium est, & cæ. Ecce qualiter accipiendum sit illud, scilicet, vel de primo peccato hominis, vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis: quorum licet quædam dicantur non voluntaria, quę scilicet per ignorantiam vel per infirmitatem fiunt: eadem tamen ea ratione possunt dici voluntaria, quia sine voluntate non committuntur.

Ad Gal. 5.

Ibidem post medium. c. 5.

Aliud capitulum. E

Illius etiam intelligentia perquirẽda est, quod in li. de duabus animabus edidit, inquiens, Nusq̃ nisi in voluntate peccatum est. Quod etiam in libro Retract. plane determinat dicens. Potest putari ista falsa esse sentẽtia qua diximus. Nusquam nisi in voluntate esse peccatum, cum Apost. dicat. Quod nolo, hoc facio, & cæt. Sed peccatum quod nusquam est nisi in voluntate, illud præcipue intelligendum est, quod iusta damnatio consecuta est, i. primum hominis peccatum. In eod. quoque lib. de duabus ánimab⁹ aliud tradidit cõsideratione dig-

Cap. 10. ante medium in Tom. 6. Lib. 1. ca. 15. ad princip. Rom. 7. d. Ibid. paulo inferius.

ne dignum: ait enim, Nō nisi voluntate peccatur ipsamq; voluntatem definit dicens, voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non admittendum, vel adipiscēdum. Huiusdicti causam aperiēs, & intelligētia pandens in lib. retract. ait. Hoc propterea dictum est, vt hac definitione volēs à nolente discerneretur, & sic ad illos referretur intētio, qui in paradyso fecerunt originem mali nullo cogente peccando, id est, libera voluntate: quia & scientes contra præceptum fecerunt: & ille tentator suasit vt hoc fieret, non coegit. Nā quine sciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamuis & ipse quidē nescièns fecit, volens tamen fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed volūtas facti ibi fuit, non peccati voluntas: quod tamē factum fuit peccatum: hoc enim factum est quod fieri nō debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, vtique volens peccat: quia qui potest resistere, nō cogitur cedere, quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Aug. ad medium ca. 10. lib. de duab. animabus.
Ibid. paulo inferius
Aug. libr. 1. retract. .15. fere in medio.
Ibid. ca. 15. paulo inferius.

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum. F

Si autem omne peccatum mortale voluntariū est, cum voluntas mala peccatum sit mortale, cōstat ipsam esse voluntarium peccatum. Quid n. vt ait Aug. tam in voluntate, q̄ ipsa voluntas situm est? Voluntas itaq; mala recte voluntarium dicitur peccatum, q̄ in voluntate cōsistit. Voluntas quippe (vt ait Aug. in eod.) est prima causa peccādi: aut nullū peccatum est prima causa peccandi, nec est cui rectè imputetur peccatū, nisi peccanti. Nō ergo est cui rectè imputetur, nisi voluntati. Hoc a. de peccato actuali, & mortali intelligēdum est. Neq; his verb. aliud voluit ostēdere Au. vt ipse ait

In lib. de lib. arb. 1. in med. c. 12. in to 1. Et lib. retract. 1. ca. 9. ante med.

Ibid. li. 1. retract. cap. 9. paulo inferius.

in retract. nisi quia voluntas est qua peccatur, & qua rectè viuitur.

AN VOLVNTAS ET ACTIO MALA IN *eodem homine & circa eandem rem sint vnum peccatum, an plura.*

DISTINCT. XLII. A

Descendit ad speciales differentias peccati in communi.

CVM autē voluntas mala, & operatio sint peccatum, quæri solet, vtrum in eodem homine & circa eandē rem hęc duo vnum sint peccatum, vel diuersa: vt si quis voluntate fruatur, voluntatē habuit malam, quę peccatum est, & actum malum, q itē peccatum est. Hæc autem duo diuersa sunt scilicet, voluntas & actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata, an vnum? Quidam dicunt vnum esse peccatum, alii vero dicunt diuersa esse peccata. Quia cum constet hæc duo esse diuersa, aut diuersa duo peccata dicuntur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent, hæc duo diuersa esse, non peccata. Nō n. peccata sunt, sed peccatū vnum qa vna p̄uaricatio vel inobedientia in vtroq; admittitur, siue quando vult, siue quando agit: & vnus est ibi contemptus, sed minor cum in voluntate solum peccatum cōtinetur, maior vero cū voluntati etiā operatio additur: & ideo maius fit peccatum, sed nō plura, cum voluntas operi mancipatur.

Responsio.

Alia contra eosdem oppositio. B

Sed adhuc eisdem obiicitur. Si vnum tantum illa duo peccatum sunt, cum quis voluntate mali prius cōcepta, deinde op⁹ patrauerit, nō ꝓ aliquo re⁹ est nisi pro q̊ ante opus reus erat, cum adhuc in sola voluntate peccatum cōsistebat. Nullus n. re⁹ est æternæ mortis, nisi pro peccato: sed peccatum aliud non est admissum actione, q̄ prius admissū erat voluntate. Non ergo pro aliquo alio iste damnabilis actu peccando quam ante fuerat, cum sola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam & illi respon-

Responsio.

ne dignum: ait enim, Nō nisi voluntate peccatur ipsamq; voluntatem definit dicens, voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non admittendum, vel adipiscēdum. Huiusdicti causam aperiēs, & intelligētia pandens in lib. retract. ait. Hoc propterea dictum est, vt hac definitione volēs à nolente discerneretur, & sic ad illos referretur intētio, qui in paradyso fecerunt originem mali nullo cogente peccando, id est, libera voluntate: quia & scientes contra præceptum fecerunt: & ille tentator suasit vt hoc fieret, non coegit. Nā quine sciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamuis & ipse quidē nescièns fecit, volens tamen fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed volūtas facti ibi fuit, non peccati voluntas: quod tamē factum fuit peccatum: hoc enim factum est quod fieri nō debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, vtique volens peccat: quia qui potest resistere, nō cogitur cedere, quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Aug. ad medium ca. 10. lib. de duab. animabus.
Ibid. paulo inferius
Aug. libr. 1. retract. .15. fere in medio.
Ibid. ca. 15. paulo inferius.

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum. F

Si autem omne peccatum mortale voluntariū est, cum voluntas mala peccatum sit mortale, cōstat ipsam esse voluntarium peccatum. Quid n. vt ait Aug. tam in voluntate, q̄ ipsa voluntas situm est? Voluntas itaq; mala recte voluntarium dicitur peccatum, q̄ in voluntate cōsistit. Voluntas quippe (vt ait Aug. in eod.) est prima causa peccādi: aut nullū peccatum est prima causa peccandi, nec est cui rectè imputetur peccatū, nisi peccanti. Nō ergo est cui rectè imputetur, nisi voluntati. Hoc a. de peccato actuali, & mortali intelligēdum est. Neq; his verb. aliud voluit ostēdere Au. vt ipse ait

In lib. de lib. arb. 1. in med. c. 12. in to 1. Et lib. retract. 1. ca. 9. ante med.

Ibid. li. 1. retract. cap. 9. paulo inferius.

in retract. nisi quia voluntas est qua peccatur, & qua rectè viuitur.

AN VOLVNTAS ET ACTIO MALA IN *eodem homine & circa eandem rem sint vnum peccatum, an plura.*

DISTINCT. XLII. A

Descendit ad speciales differentias peccati in communi.

CVM autē voluntas mala, & operatio sint peccatum, quæri solet, vtrum in eodem homine & circa eandē rem hęc duo vnum sint peccatum, vel diuersa: vt si quis voluntate fruatur, voluntatē habuit malam, quę peccatum est, & actum malum, q itē peccatum est. Hæc autem duo diuersa sunt scilicet, voluntas & actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata, an vnum? Quidam dicunt vnum esse peccatum, alii vero dicunt diuersa esse peccata. Quia cum constet hæc duo esse diuersa, aut diuersa duo peccata dicuntur, aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent, hæc duo diuersa esse, non peccata. Nō n. peccata sunt, sed peccatū vnum qa vna p̄uaricatio vel inobedientia in vtroq; admittitur, siue quando vult, siue quando agit: & vnus est ibi contemptus, sed minor cum in voluntate solum peccatum cōtinetur, maior vero cū voluntati etiā operatio additur: & ideo maius fit peccatum, sed nō plura, cum voluntas operi mancipatur.

Responsio.

Alia contra eosdem oppositio. B

Sed adhuc eisdem obiicitur. Si vnum tantum illa duo peccatum sunt, cum quis voluntate mali prius cōcepta, deinde op⁹ patrauerit, nō ꝓ aliquo re⁹ est nisi pro q̊ ante opus reus erat, cum adhuc in sola voluntate peccatum cōsistebat. Nullus n. re⁹ est æternæ mortis, nisi pro peccato: sed peccatum aliud non est admissum actione, q̄ prius admissū erat voluntate. Non ergo pro aliquo alio iste damnabilis actu peccando quam ante fuerat, cum sola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam & illi respon-

Responsio.

spondent, dicentes propter peccatum qdem tantum illum furem reum constitui, & quamuis eiu⁹ voluntas & actio vnum sit peccatum, pro alio tamen reus factus est actu peccando, quam prius erat sola voluntate delinquẽdo: quia pro actu qui est aliud quam voluntas, licet non aliud peccatũ.

Alia aduersus eosdem obiectio. C

Item & adhuc quęstioni instant, dicentes hæc duo ideo diuersa esse peccata, quia diuersorum legis mãdatorum p̃uaricationes sunt. Alio n. mãdato legis prohibetur actio furti, scil. Non furaberis, alia furandi voluntas scil. Non cõcupisces rem p̃ximi tui. Cum autẽ hęc duo diuersa mandata sint quibus illa duo prohibẽtur, patet illa duo diuersas esse p̃uaricationes: diuersa igitur peccata. Ad q̃ etiam illi dicunt, diuersa quidem esse mandata, quibus illa duo distinctim prohibentur, vt Augustinus docet super Exod. Veruntamen in illis non obseruatis vna tantum prævaricatio incurritur, vnumq̃ contrahitur peccatum licet duo diuersa illis prohibeantur. Sicut è conuerso duo sunt mãdata charitatis, quibus duo præcipiuntur diligi: vna tamen in eis nobis commendatur charitas.

Exod. 20.

Articul. 71. ad medium intom 4.

Si peccatum ab aliquo admissum, in eo sit quousque pœniteat. D

Præterea solet quęri, cum ab aliquo perpetrato voluntate peccato, voluntas id agendi & actio transierint, nondum tñ vera habita pœnitentia, vtrũ illud peccatum vsquequo pęniteat, sit in eo? Quod non esse videtur: qa voluntas illa quę prius fuit, nõ est, neq̃ actio, qa nõ vult illud, vel agit, q̃ ante voluit vel egit. Sed nõ est ignorandũ, peccatum duobus modis dici esse in aliq̃ & transire, scil. actu & reatu: Actu est in aliquo, dum ipsum q̃ peccatum est, vt actio vel voluntas, in peccante est: Reatu vero, cum p̃ eo, siue trãsierit siue adsit, mẽs

Responsio quæstionem determinãs.

hominis polluta est corrupta, totusq; homo supplicijs obligatur perpetuis. Nec vnquam est in aliquo peccatum, actu, præter originale, quin sit etiam reatu: sed est reatu intelligendum, postquã transiit actu.

Quibus modis dicitur in scriptura reatus. E

Reatus in scriptura multipliciter accipitur, scil. pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœnæ temporalis vel æternæ, Si enim mortale est, obligat nos pœnę æternæ. si veniale, obligat nos pœnę tẽporali. Duo enim sunt genera peccatorum, mortalium, scilicet, & venialium. Mortale est per quod homo mortem æternam meretur. Crimen enim vt ait August. est, quod est dignum accusatione & damnatione. Veniale autem quod hominem vsq; in reatum perpetuę mortis non grauat, veruntamen pœnam meretur, sed facile indulgetur.

De modis peccatorum qui multipliciter assignantur. F

In tom. 2. MODI autem peccatorum varias in scriptura habẽt distinctiones: in qua dicitur peccatum duob⁹ modis committi. scil. cupiditate & timore, vt *Aug. ad illũ Versum 17. psal. 79.* Aug. tradit super illum locum psalm. Incensa igni & suffossa. His n. duobus modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incensa igni ea dicit quę ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa vero, quę ex timore male humiliãte proueniũt: q̃ est, quando quis cupit non cupienda, vel timet nõ timẽda. Alibi vero dicitur peccatum fieri tribus modis, scil. cogitatu, verbo, & opere: vnde Hierõ. super Eze. h. Tria generalia delicta sunt, quibus humanum subiacet gen⁹. Aut. n. cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. His aliquando etiã additur quartus mod⁹, scil. cõsuetudinis: quod in quatriduano Lazaro significatum est. Dicitur q̃q̃ homo peccare in Deum, in se, & in proximum. In Deum, cum de Deo male sentit, vt hæretic⁹: vel

Hier ad finẽ ca. 48. Ezech. in commentariis tom. 5.

quæ

quæ Dei sunt, vsurparę præsumit, indigne participando sacramentis: vel quando nomẽ Dei peierando contemptibile facit. In proximum peccat, cum proximum iniuste lędit: In se vero, cum sibi & non aliis nocet.

Quomodo differant delictum & peccatum. G

Variam quoq; appellationem habet. Dicitur n. peccatum etiam delictum. Et Delictum fortasse est, vt ait Aug. in quæstionibus Leuitici declinare à bono: Peccatum est, facere malum. Aliud est n. declinare à bono, aliud est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum desertio boni, quod & ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud sonat delictum, nisi derelictum? & q delinquit, quid derelinquit, nisi bonum? Vel delictum est q ignoranter fit, peccatum quod scienter cõmittitur, Indifferenter tamen & peccatum nomine delicti, & delictũ nomine peccati appellatur. *Aug. quæst. 20. n. non longe à princi-pio. tom. 4.*

De septem principalibus vitiis. H

Præterea sciendum est septem esse vitia capitalia, vel principalia, vt Greg. super Exod. ait, scilicet, Inanẽ gloriam, Iram, Inuidiam, Acediam vel Tristitiam, Auaritiam, Gastrimargiam, Luxuriã: quę vt ait Ioannes Chrys. significata sunt in septẽ populis, qui terrã promissionis Israel promissam tenebant. De his quasi septem fontibus cunctę animarum mortiferæ corruptelæ emanant. Et dicuntur hæc capitalia, quia ex eis orinntur omnia mala. Nullum enim malum est, quod etiam non ab aliquo horum originem trahat. *Ibid. paulo inferius. Greg. c. 31. lib 31. in. ca. Iob. 39. exponens illud exhortationem ducam.*

De superbia, quæ est radix omnis mali. I

Ex superbia tamẽ omnia mala oriuntur, & hęc & alia: qa vt ait Greg. Radix cuncti mali est superbia. De qua dicitur, Initium omnis peccati est superbia: quæ est amor propriæ excellentiæ. Cuius quatuor sunt species, vt Greg. ait. Prima est, cum bonũ q habet quis, sibi tribuit: Secũda cũ credit à *Greg. ca. 31. li. 31. in cap. Iob. 39. In princip. ca. 15. tom. 1.*

Deo esse datum, sed tamen pro suis meritis: Tertia, cum se iactat habere q̃ non habet: Quarta, cũ cæteris despectis singulariter vult videri. Merito ergo radix omnis mali dicitur superbia. Huic autẽ videtur obuiare q̃ Apostolus ait. Radix omniũ malorum est cupiditas: quia si radix omnium malorum est cupiditas, ergo superbiæ. Quomodo ergo superbia radix est, & initium omnis peccati?

Quo sensu, vtrunq; radix dicatur omnium malorum, scilicet, & superbia, & cupiditas. K

Sed vtrunq; rectè dictum esse intelligitur, si genera peccatorum singulorum, non singula generum vtraq; locutione includi intelligantur, nullum quippe genus peccati est, q̃ interdum ex superbia nõ proueniat: nullum etiã, q̃ ex cupiditate aliquãdo nõ descẽdat. Sunt n. nonnulli hominum, q ex cupiditate fiunt superbi: & aliqui ex superbia fiunt cupidi. Est enim vt ait Aug. homo qui nõ esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse: ideoq; vt excellat, diuitias cupit: tali homini ex superbia oboritur cupiditas. Et est aliquis q non amaret excellere, nisi putaret per hoc diuitias maiores habere. Ideo ergo excellere laborat, quia diuitias habere amat. Huic innascitur superbia, id est, amor excellentię, ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas, & ex cupiditate aliquando superbia oritur, & ideo de vtraq; rectè dicitur, quod sit radix omnis mali.

Aug. li. 11. c. 15 de genes. ante mediũ ad literam.

DE PECCATO IN SPIRITVM SANCTUM, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.

DISTINCT. XLIII. A

De vero peccato speciali, quod est magis graue.

EST prẽterea quoddã peccati genus, cæteris grauius & abominabili?, quod dicitur peccatum in Spiritum sanctum, de quo in euangelio veritas

ritas ait. Qui peccauerit in Sp S, non remittetur ei neq; hic, neq; in futuro. Et Ioan. in epistola canonica, Est peccatum ad mortē, non pro eo dico vt quis oret. Qui n. peccat in patrem, remittetur ei: & qui peccat in filium, remittetur ei: qui autē blasphemauerit in spiritum S. non remittetur ei neq; hic, neq; in futuro. Sed queritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum, vel ad mortem? Quidam dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. Obstinatio est indurate mentis in malitia pertinacia, per quam homo fit impœnitens. Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate Dei, æstimans, suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere: sic Chain qui dixit, Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Vtrumq; vero dicitur peccatum in spiritum sanctum, qui spiritus sanctus est amor patris & filii, & benignitas qua se inuicem & nos diligūt: quæ tanta est cuius finis non est. Rectē ergo in spiritum sanctum delinquere dicuntur, qui sua malitia Dei bonitatem superare putant, & ideo pœnitentiam nō assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhærent, vt eam nunquā relinquere apponant, & ad bonitatem spiritus sancti nunquam redire, patiētia Dei abutētes, & de misericordia Dei nimis præsumētes: quib. placet malitia apter se sicut piis bonitas. Isti nimia ptinacia & præsumptione peccant, autumātes Deum non esse iustum. Illi desperatione, Deum non bonum existimant, tollētes in hoc turbulentissimo iniqtatum mari portum diuinæ indulgentiæ, q̄ se recipiāt fluctuātes. Atq; ipsa desperatione addūt peccata peccatis, dicētes misericordiā nullam esse, & q̄ super peccatores necessaria damnatio debetur.

& abominabile, quod est peccatum in Spiritum sāctū. Luc. 12. b

1. Ioan. 5. c

Vtrum omnis obstinatio sit peccatum in spiritum sanctum. B

Sed queritur, vtrum omnis obstinatio mentis in ma-

in malitia obduratæ, omnisq; desperatio sit peccatum in spiritum S. Quidam dicunt omnẽ obstinationem & omnem desperationem esse peccatum in Spiritum S. Quod si est, aliquando illud peccatum remittitur: quia multi etiam obstinatissimi & desperatissimi conuertuntur, vt Aug. ait, super illum locum Psal. Conuertam in profundum maris, i. eos qui erant desperatissimi: & ibi, Mittit cristallum suam sicut buccellas, id est, obstinatos facit aliorum doctores. Talium conuersio ibi etiam euidenter ostenditur vbi ait, Qui educis vinctos in fort. similiter & eos qui exasperant, qhabitant in sepulchris. Secundum istos illud peccatũ dicitur irremissibile, nõ quin aliquãdo remittatur, sed qa vix & raro & difficulter dimittitur. Nõ n. soluitur cristalli⁹, nisi vehemẽti spirit⁹ impetu. Alii vere tradunt non quamlibet obstinationẽ vel desperationem appellari peccatum in spiritum S. sed illam tantum quam comitatur impœnitentia: qui etiam impœnitentiam dicunt esse peccatum in Spiritum sanctum. Sed quia Aug. dicit impœnitentiam esse peccatum in Spiritum sanctum, cũ sic obstinatus est aliquis, vt nõ pœniteat, discuti oportet an aliud sit obstinatio, aliud impœnitẽtia sit in eo peccatum, an idem sed diuersis modis cõmissum. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, eo quod nunquam dimittatur. Vnde Aug. dicit, qꝺ hoc solum peccatum veniã mereri nõ põt: & Hieron. quod taliter peccans, digne pœnitere non potest. Et ideo rectè Ioan. dicit, vt nõ pro eo oret quis: quia qui sic peccat, oratione ecclesiæ hic vel in futuro iuuari non potest, habens cor induratum tanquam lapis, sicut de diabolo legitur. Post hanc vitam qui valde mali sunt, meritis ecclesiæ iuuari non possunt.

Ad partem illam versus 24 Conuertamq. Psal. 67. Psal. 147. aduersum sextum.

Qui autem dixerit Hier. ad illud. Matth. 12. & Mar. 3. Qui autem blasphemauerit. Super Matt. li. 1. ad illud: Estote perfecti sicut in to. 4.

Quod aliter accipitur peccatum in spiritum sanctum. C EST etiam alia hui⁹ peccati assignatio. Hoc n. pec-

peccatum Aug. definiēs in lib. de serm. domini in mōte ait, Peccātum ad mortē est, cum post agnitiōnē Dei per gratiā Christi oppugnat aliquis fraternitatē & aduersus ipsam gratiam qua recōciliatus est Deo, inuidiæ facibus agitatur: ꝙ fortasse est peccare in spiritum S. ꝙ peccatum dicitur non remitti: non qa non sit ignoscendum peccanti si pœniteat: sed quia tanta est labes peccati illius, vt deprecandi humilitatē subire non possit: etiam si peccatum suum mala cōscientia agnoscere & renunciare cogatur: vt Iudas cum dixit, Peccaui: facilius desperans cucurrit ad laqueum q̄ humilitate veniam peteret ꝙ propter magnitudinē peccati iam ex damnatione peccati tales habere credēdum est. Ecce quædam assignatio peccati in Sp. S. vel ad mortem hic posita est: qua illud peccatum esse traditur oppugnatio fraternitatis post agnitionem, & inuidentia gratię post reconciliationem: quod species quædam obstinationis intelligi potest. Illam tamen definitionem *Aug.* in libr. retract. rememorans, aliquid adiiciendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit ita dicens. Quod quidē confirmāui quoniam hoc putare me dixi. Sed tamē addendum fuit si in hac scelerata mentis puersitate finierit hanc vitam: quoniam de q̄cunq; pessimo in hac vita constituto, non est desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de q̄ non desperatur. His verbis insinuatur peccatum p̄missa definitione descriptum, tunc solum debere dici ad mortē vel ad Sp. S. cum non habet comitem pœnitentiam: nec de aliquo peccatore desperandum est in hac vita: & ideo pro omni esse orandum. Vnde illud Ioan. Non pro eo dico vt quis oret: sic accipiendum videtur, vt pro aliquo peccāte ad mortem vel in Spiritum sanctum post quā finierit hanc vitam non oremus. Dum autem in hac vita est: nec peccatum illius iudicare, nec de

Matth. 27. a
Ibid. paulo inferius.

1. Ioan. 5.

de illo desperare, sed ꝓ illo orare debemus. Vnde Aug. de verbis Domini de impœnitentia, q̃ est blasphemia in Sp. S. sic ait, ista impœnitentia vel cor impœnitens, q̃ diu quisq; in hac carne viuit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu ad pœnitentiam patientia Dei adducit; Paganus est hodie: Iudæus infidelis est hodie: hæreticus est hodie: schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur catholicam fidem & sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos in quocũq; genere erroris notas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam finiant istam vitam, agãt pœnitentiam, & inueniant veram requiẽ & vitam in futuro. Nolite ergo ante temp⁹ iudicare quẽpiam. Ex his ostẽditur ꝓ singulis peccatoribus in hac vita esse orandum, nec de aliquo esse diffidẽdum, qa conuerti põt dum in hac vita est: quia nõ põt sciri de aliquo vtrum peccauerit ad mortem vel in spiritum S. nisi cum ab hac vita discesserit: nisi forte alicui per spiritum S. mirabiliter reuelatum fuerit: Ex prædictis aliquatenus capi potest quomodo accipiatur peccatum in spiritum S. scil: inuidentia gratiæ fraternitatẽ impœnitenter oppugnans: quæ vtiq; obstinatio esse videtur: & omnis impœnitentis obstinatio atq; desperatio. Notandum vero est, quod non omnis qui non pœnitet impœnitens dici potest: quia impœnitentia ꝓpriè obstinati est, vt quidẽ volunt etiã desperati.

Alia assignatio peccati in spiritum sanctum. D

Aug. li. 1. 23. in fi. in to. 1. De hoc quoq; peccato in spiritum sanctum Ambrosius in li. de Sp. sancto differens, definitam assignationẽ tradit dicens. Cur dominus dixerit, qui blasphemauerit in filium hominis, remittetur ei: q autẽ blasphemauerit in Sp. sanctũ neq; hic neq; in futuro remittetur ei, diligenter aduerte. Nunquid alia est offensio filii, alia S. sancti? Sicut vna dignitas, sic vna iniuria. Sed si quis corporis specie

deceptus humani, remissi? aliquid sentit de Christi carne q̄ dignum est, habet culpam, non est tamē exclusus à venia: Si quis vero sancti Sp. dignitatē, maiestatem & potestatem abneget sempiternam, & putet nō in spiritu Dei eiici dęmonia, sed in Belzebub, non potest ibi esse exhortatio veniæ, vbi sacrilegii plenitudo est. Satis hic apertè explicatur qd sit peccatum in spiritum S. Quod illi Aug. descriptioni cōgruere videtur, qua illud peccatum dicitur esse inuidentia gratiæ oppugnās fraternitatē. Qui n. post cognitionem veritatis sancti Spir. veritatem negat, eiusq; opera dicit esse Belzebub, potestati, bonitati & gratiæ Dei inuidere nō dubitatur. Non itaq; distinctio illa verborum sic accipienda est, quasi trium personarum diversę sunt offensæ: sed ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum n. in patrē id intelligitur, quod fit p infirmitatē, qa patri scriptura frequenter attribuit potentiam: Peccatum in filium, quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorātiam, facile veniam adipiscitur: sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem vna sit potentia, sapiētia, bonitas trium: quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sæpius assignetur, superius dictum est.

DE POTENTIA PECCANDI: AN SIT *homini vel à diabolo vel à Deo.*

DISTINCT. XLIV.

Vnde habeat ortum potentia peccandi.

POST p̄dicta consideratione dignum occurrit, vtrum peccandi potentia sit nobis à Deo, vel à nobis? Putant quidam potētiam rectè agēdi nobis esse à Deo, potentiam vero peccandi nō à Deo sed á nobis, vel à diabolo esse: sicut mala voluntas non à Deo nobis est, sed à nobis, & à diabolo, bona aūt à Deo tātum nobis est. Bonę nāq; voluntatis & cogi-

cogitationis initium non homini ex se ipso nasci, sed diuinitus parari & tribui in eo Deus euidenter ostendit, quia nec diabolus nec aliquis angelo rum eius ex quo in hanc caliginē sunt detrusi, bonam potuit vel poterit resumere voluntatē: qā si possibile foret, vt humana natura postq̄ à Deo auersa bonitatē perdidit, voluntatis ex seipsa rursꝰ eam habere potuisset, multo possibiliꝰ hoc naturā haberet angelica, q̄ quanto minꝰ grauatur terreni corporis pōdere, tanto magis hac esset p̄dita facultate. Nō ergo homo vel angelꝰ à se voluntatē bonam habere pōt, sed malā. Similiter & de potētia inquiunt, p similitudinē voluntatis de potētia boni vel mali differētes: q̄ illa sit à Deo, non ista.

Authoritatibus astruit potentiam peccandi esse à Deo. B

Sed pluribus sanctorum testimoniis indubitāter mōstratur, q̄ potestas mali à Deo est, à quo est omnis potestas. Ait n. Apostolus, Non est potestas nisi à Deo. Quod non de potestate boni tantum, sed & mali intelligi oportet, cum Pilato etiam veritas dicat. Nō haberes in me potestatē, nisi datū esset tibi desuper. Malitia nempe hominum, vt ait Aug. cupiditatē nocēdi per se habet, potestatē autē si ille non dat, non habet. Ideoq̄ diabolus anteq̄ aliquid tolleret Iob dicebat domino, Mitte manum, i. da potestatē: qa etiā nocētium potestas nō est nisi à Deo, sicut sapientia ait. Per me reges regnant, & tyranni per me terram tenent. Vnde Iob de Domino ait. Qui facit regnare hypocritam p̄pter peccata populi. Et de populo Israel dicit Deꝰ Dedi eis regem in ira mea. Nocēdi enim voluntas potest esse ab homine, potestas autem non est nisi à Deo, & hoc abdita aptaq̄ iustitia. nam per potestatem diabolo datam iustos Deus facit suos. De hoc etiam Greg. in moral. ait, Tumoris elatio nō potestatis ordo in crimine est. Potētiam Deꝰ tribuit;

Rom. 13 a Ioan. 19. b ad nonum versum; Quoniam ipse Psalm. 51. in 20. 8. Iob 1. c Prouerb. 8. a Iob. 34. c

buit, elationem vero potentiæ malitia nostrę mẽtis inuenit. Tollam⁹ ergo quod de nostro est, quia non potentia iusta, sed actio praua damnatur. His auctoritatibus aliisq; pluribus euidenter ostenditur, quod non est potestas boni vel mali cuicunq;, nisi à deo æquo, etsi te lateat æquitas.

An aliquando resistendum sit potestati. C

Hic oritur quæstio, non transilienda silentio. Dictum est supra, q; potestas peccandi vel nocendi nõ est homini vel diabolo, nisi à Deo. Apostolus autẽ dicit q; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cum ergo diaboli sit potestas mali, Dei ordinatione, eius potestati nõ esse resistendũ videtur. Sed sciendum est, Apostolum ibi loqui de sæculari potestate, scil. rege, & principe, & huiusmodi: quibus non est resistendum in his quæ iubet Deus eis exhiberi, scilicet in tributis, & huiusmodi. Si vero princeps aliquis, vel diabolus aliquid iusserit vel sua serit contra deum, tunc resistendum est. Vnde Aug. determinans, quando resistẽdum sit potestati in libr. de natura boni ait. *Si aliquid iubeat potestas quod nõ debeas facere, hic sane contẽne potestatẽ timẽdo maiorẽ potestatem. Ipsos humanarum rerũ gradus aduerte. Si quid iusserit Procurator, nunquid faciendũ est, si contra Proconsulem iubeat? Rursus si quid ipse Proconsul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nũquid dubitatur illo cõtẽpto illi esse seruiẽdum? Ergo si aliud Imperator, aliud iubeat Deus, contẽpto illo obtẽperandũ est Deo.* Potestati ergo diaboli vel hominis tũc resistamus cũ aliquid contra Deum suggesserit: in quo Dei ordinationi nõ resistimus, sed obtẽperamus. Sic n. De⁹ præcepit, vt in malis nulli potestati obediamus. IAM nunc his verbis intelligendis atque pertractandis, quæ ad verbi incarnati mysteriũ pertinẽt, integra mẽtis cõsideratione intendamus vt de ineffabilib⁹ vel modicum aliquid fari, Deo reuelante, valeamus. Finis libri secundi. Kk IN-

Rom. 13.

Aug. ser. 6. de verbis domini secundum Matthæum c. 8. ad fin. tom. 10.

INCIPIVNT RVBRICÆ TERTII LIBRI.

DISTINCT. I.

De incarnatione verbi. A

Quare filius carnem assumsit non pater vel spiritus sanctus, char. B

Vtrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari. C

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus. D

DISTINCT. II.

Quare totam humanam naturam accepit, & quid nomine naturæ intelligitur. A

De vnione verbi, & carnis mediante anima. B

Quod simul assumpsit animam & carnem verbum, nec caro prius est concepta quam assumpta. C

DISTINCT. III.

De carne æssumpta qualis ante fuerit A

Quod nullus est sine peccato hic, excepta virgine. B

Quare Christus non fuit decimatus in Abraham sicut Leuitic. C

Quare caro Christi non dicta est peccatrix, sed similis. D

Carnem Christi non prius conceptam quam assumptam. E

DISTINCT. IV.

Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cum sit opus trinitatis. A

Quare ditatur Christus conceptus, & natus de spiritu sancto. B

Quare Apostolus dicit Christum factum, quem nos fatemur natum. D

DISTINCT. V.

Si persona vel natura personam vel naturam assumpsit, & si natura Dei sit incarnata. A B

An diuina natura debeat dici caro facta. C

Quare non accepit personam hominis cum assumpserit hominē: quod quidam probare nituntur. D.E

DISTINCT. VI.

De intelligentia harum locutionum. Deus est homo, Deus factus est homo, &c. tres sententias ponit. A

Prima est eorum qui dicunt in incarnatione hominem quendam ex anima & carne constitutum, & illum hominem esse factum Deum, & Deum illum hominem, & auctoritates, quibus ita esse asserunt, ponit. B.C

Secun-

Secunda est eorum, qui dicunt hominem illum ex tribus substantiis vel duabus naturis constare, & hunc fatentur vnam esse personam ante incarnationem simplicem tantum, sed in incarnatione compositam: & auctoritates quibus se muniunt proponit. D.E

Tertia est eorum, qui non solum personam ex naturis compositam negant, sed etiam aliquem hominem, vel aliquam substantiam ibi ex anima & carne compositam diffitentur, & sic duo illa scilicet carnem & animam verbo vnita dicunt, vt non ex illis aliqua substantia vel persona componeretur sed illis duobus velut indumento Deus vestiretur, vt mortalibus oculis apparet: qui rationem incarnationis secundum habitum accipiunt. F

Deinde authoritates induxit, quibus hæc sententia roboratur. G

Quatuor species humanitus distinguuntur. H

DISTINCT. VII.

Deinde quæ singulis sententiis aduersari videntur ponit. A B

Ex quo sensu dicitur Christus prædestinatus. C.D.E.F.G.H.I K.L

Quod non debet dici homo dominicus. M.N

DISTINCT. VIII.

An diuina natura dici debeat de virgine. A

De gemina natiuitate Christi quibus natus est. B

DISTINCT. IX.

De adoratione exhibenda humanitati Christi. A.B

DISTINCT. X.

An Christus secundum quod homo sit adoptiuus filius. A.B C.D.E

An persona vel natura prædest. F

DISTINCT. XI.

Vtrum Christus sit creatus vel factus. A

De perfidia & pœna Arrij. B

DISTINCT. XII.

An homo ille semper fuerit. A

An Deus aliunde sumere potuerit vel aliunde quam de genere Adæ. B

Si homo ille potuerit peccare: vel non esse Deus, C.D

Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri. E

DISTINCT. XIII.

De sapientia & gratia Christi hominis, an in eis proficere potuerit. A.B.C.D.E

DISTINCT. XIV.

Si anima Christi habuit sapientiam parem cum Deo, & si omnia scit quæ Deus. A B

Quare Deus non dedit illi animæ potentiã omniũ vt scientiã. C.D

DISTINCT. XV.

De hominis defectibus quos assumpsit Christus. A B C.

De propassone timoris vel tristitiæ. D E F.

De quibusdam capitulis Hilarii obscuris, quibus carne Christi dolores passionis submoueri videntur. G

De tristitia Christi, & eius causa secundum eundem. H

DISTINCT. XVI.

An in Christo fuerit necessitas patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis. A

De statibus hominis, & quid Christus de singulis acceperit. B

DISTINCT. XVII.

Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta sit. A

De voluntatibus Christi secundum duas naturas. B

De capitulis quibusdam Ambrosii & Hilarii, vbi de dubitatione & timore Christi agitur. C.D.E

DISTINCT. XVIII.

Si Christus meruit sibi & nobis, & quid sibi & quid nobis. A

Quod à conceptu meruit sibi idem quod per passionem. B

De eo quod scriptum est, Donauit illi nomen quod est super omne nomen. C

Si Christus sine omni merito habere valuit, quod merito obtinuit. D

De causa passionis & morti Christi. E

DISTINCT. XIX.

Qualiter à diabolo & à peccato redemit nos Christus per mortem. A

Cur Deus homo & mortuus. B

Quomodo à pœna nos redemit Christus. C

Quomodo pœnam nostram portauit. D

Si solus Christus redemptor, & mediator debet dici. E

De mediatore. F

Secundum quam naturam sit mediator. G

DISTINCT. XX.

Quod alio modo potuit liberare, & quare isto modo potuit. A

Qua iustitia sit victus diabolus. A

De causa inter Deum, & hominem & diabolum. B

De traditione Christi facta à Iuda, à Deo, & à Iudæis. C

Vtrum Christi passio sit opus Dei vel Iudæorum. D

DISTINCT. XXI.

Si in Christi morte separata fuit anima vel caro à verbo A.B.C

Qua ratione dicitur Christus mortuus vel passus. D

DISTINCT. XXII.

Si Christus in morte fuit homo. A

Si

Si Christus vbicunque est, homo sit. B

Quod Christus vbique totus est, sed non totum, vt totus est homo vel Deus, sed non totum C

Si ea quæ dicuntur de Deo vel filio Dei possint dici de homine illo, vel de filio hominis. D

DISTINCT. XXIII.

Si Christus habuerit fidem, spem, charitatem. A

Quid sit fides. B

Quot modis dicitur fides. C

Quid sit credere Deum, vel Deo vel in Deum. D

De informi qualitate mentis quæ in malo Christiano est. E

Quomodo dicatur vna fides. F

Quod fides est de his quæ non videntur propriè: ipsa tamen videtur ab eo in quo est. G

Descriptio fidei. H

Quare sola fides dicitur fundamentum. I

DISTINCT. XXV.

Quomodo intelligatur, quod scriptum est cum factum fuerit credatis. A

Si Petrus habuit fidem passionis quando vidit illum hominem pati. B

Si aliqua feruntur quam creduntur. C

DISTINCT. XXV.

De fide antiquorum. A

De fide simplicium. B

Quæ ante aduentum credere sufficiebant. C

De fide Cornelii. D

De æqualitate fidei, spei & charitatis & operis. E

DISTINCT. XXVI.

De spe quid sit. A

De quibus sit spes, & quomodo differant fides & spes. B

Si in Christo fuerit fides vel spes. C

Si iusti in inferno fidem & spē habuerunt. Ibidem

DISTINCT. XXVII.

De charitate Dei & proximi quæ in Christo & in nobis est. A

Quid sit charitas. B

Si eadem charitate diligitur Deus & proximus, & quare dicuntur duo mandata charitatis. C

De modo diligendi. D.E

De impletione illius mandati, Diliges Deum ex toto corde. F.G

Quod alterum mand. in altero est. H

Qua charitate sint. I

DISTINC. XXVIII.

Si iubemur totum proximum diligere, & nos totos. A

Quod in dilectione proximi includitur dilectio angelorum, & quis sit proximus. B

Quibus modis dicitur proximus. C

DISTINCT. XXIX.

De ordine dirigendi, quid prius quid posterius. A
An omnes homines pariter diligendi sint. B C.D.E.F.G
De gradibus charitatis. H

DISTINCT. XXX.

Si melius est diligere inimicos quam amicos. A

DISTINCT. XXXI.

Si charitas semel habita amittatur. A B
Quare fides, spes, & scientia dicuntur euacuari & non charitas, cum & ipsa sit ex parte. C
Si Christus ordinem diligendi seruauit quem nos. D

DISTINCT. XXXII.

De charitate Dei. A
Quomodo dicitur Deus magis diligere vel minus hunc vel illum. B
Quod dupliciter inspicienda est dilectio Dei. C
Si quis magis vel minus diligitur à Deo vno tempore quam alio. D
Si Deus ab æterno dilexit reprobos. E

DISTINCT. XXXIII.

De quatuor virtutibus principalibus & vtrum hæ virtutes in Christo fuerint & in angelis sint, & de vsibus earum. A

DISTINCT. XXXIV.

De septem donis spiritus sancti, & vtrum sint virtutes, & sint in angelis. A
Vtrum in Christo fuerint. B.C
De timorū Distinctione. D.E
De timore casto, & seruili, & initiali. F.G
Quomodo differant castus, & seruilis vel initialis. H
Quod timor seruilis, & initialis dicuntur initium sapientiæ, sed differenter. I
Quomodo castus timor permanet in æternum. K
Si timor pœnæ qui fuit in Christo seruilis vel initialis fuerit. L

DISTINCT. XXXV.

De sapientia & scientia quo differant. A
In quo differat sapientia ab intellectu. B
Vtrum intellectus & scientia, quæ inter dona numerantur, sint illa quæ naturaliter habet homo C.D

DISTINCT. XXXVI.

De connexione virtutum quæ non separantur: & an cunctæ virtutes pares sint in quocunque sunt. A B
Quomodo in charitate tota lex pendet.

DISTINCT. XXXVII.

De decem mandatis quomodo contineantur in duobus. A
Quare idolum nihil esse in mūdo dicitur. B
Quare in spiritu sancto prius dicitur fieri remissio peccato-

catorum. B
De sensu spirituali & carnali legis. C
De furto. C
De mendacio. C
DISTINCT. XXXVIII.
De triplici genere mendacii, & de octo speciebus mendacii. A
Quid sit mendacium. B
Quid mentiri. C
Quod omne mendacium peccatum sit siue prosit, siue non, & quare. Ibidem.
In quibus rebus cum periculo eratur, vel non. D
DISTINCT. XXXIX.
De periurio, & an sit periurium quod non est mendacium. A
De triplici modo periurii. B
An iuratio sit malum. C
De iuramẽto, quod fit per creaturas. D
Quæ iuratio sit grauior, an quæ fit per Deum, an quæ fit per creaturas, vel per Euangelium C E
Quid sit dicere per Deum. F
De illis qui iurant per falsos Deos. G
Quod iuramentum vel promissio contra Deum facta non est tenenda. H
Si est periurus, qui non facit quod incauto iurat. I
De illis qui verborum calliditate iurant. K
De illo qui cogit aliquem iurare. L,M
DISTINCT. XL.
Quare lex dicitur comprimere manum non animam. A
Quæ sit litera occidens. B
De legis & euangelii distantia. Ibidem.

FINIS.

PETRI LOMBARDI, EPISCOPI PARISIENSIS SENTENTIARVM LIBER II.

DE INCARNATIONE VERBI, ALIISQVE ad hoc spectantibus.

DISTINCT. I. A

De vnione naturarum in Christo ex parte personæ assumentis.

CVM venit igitur plenitudo temporis (vt ait Apostolus) misit Deus filium suũ, factum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt in adoptionem filiorum Dei reciperemur. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiæ, quod ab aduentu saluatoris exordium sumpsit. Hoc est tempus miserendi, & annus benignitatis: in q̃ gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Gratia, quia per charitatem impletur quod in lege præcipiebatur: Veritas, quia per Christi aduentum exhibetur atque perficitur humanæ redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filii ergo missio est ipsa incarnatio. Eo enim missus est quod in forma hominis mundo visibilis apparuit, de quo supra sufficienter dictum est.

Ga at. 4. a

Ioan. 1. b

Philip. 2.

Quare filius carnem assumpsit, non pater vel spiritus sanctus. B

Diligenter vero annotandum est, quare filius, non pater, vel spiritus sanctus est incarnatus. Solus namq; filius hominem assumpsit. Quod vtiq; congruo ordine, atque alto Dei sapientia fecit cõsilio: vt Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundũ illud. Omnia in sapiẽtia fecisti domine quæ in cęlis sunt, & quæ in terris. restauraret

Psalm. 103.

in

in eadē Hæc est mulier euangelica, quæ accendit lucernam, & drachmam decimā, quę perdita fuerat, reperit, sapientia scil. patris: quę testam humanę infirmitatis lumine suæ diuinitatis accendit. p-ditumq; hominē reparauit, nominē regis & imagine insignitum. Ideo etiam filiꝰ missus est, & non pater: qa congruētius mitti debeat qui est ab alio, q̄ qui à nullo est: filius autē à patre est: pater vero à nullo est. Vt n. ait Aug. in libr. de trin. Non n. habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est: ita congrue pater misit, filius missus est. Ab illo n. cōuenienter mittitur verbum Dei, cuius est verbum: Ab alio mittitur, de quo natum est. Mitti tur q; genitum est, Pater vero qui misit, à nullo est. Ideoq; pater missus nō est: ne si mitteretur, ab alio esse putaretur Missus est ergo primo filius, qui à solo patre est: Deinde etiam spiritus sanctus, qui est à patre & filio. Sed filius solus in carne missus est, nō spiritus sanctus; sicut nec pater. Quod ideo factū est, vt qui erat in diuinitate Dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Non pater vel spiritus S. carnem induit, ne alius in diuinitate esset filius, alius in humanitate: Et ne idem esset pater & filius si Deus pater de homine nasceretur. Vnde Aug. in Ecclesiasticis dogmatibus. Non pater carnem assumpsit, neque spiritus sanctus, sed filius tantum: vt qui erat in diuinitate Dei filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filii nomen ad alterum trā siret, qui non esset ęterna natiuitate filius. Dei ergo filius, hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturæ, ex homine hominis filius: vt veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in vtraque natiuitate filii nomen nascendo haberet vt esset verus Deus, & verus homo vnus filius. Non ergo duos Christos, neque duos filios, sed Deum & hominem vnum filium: quem propterea & vnigenitum dicimus, manētem in duabus sub-

Lib. 4. c. 20. p. ſt mediū. *in tom. 3.* *Ibid. paul. ſuperius.*

In princip. Ca. 1. in to. 6.

stantiis, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis neque immixtis sicut Thimotiani volunt, sed societate vnitis. Ecce habes quare filius non pater, vel spiritꝰ sanctus carnem assumserit.

Vtrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari, vel possit.

Si vero quęritur, Vtrum pater vel spiritus S. incarnari potuerit, vel etiam modo possit. Sane responderi possit, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri, tam patrem, quam Spiritum sanctum. Sicut n. filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit & potest.

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus. D

Aug. de Trinit. l. 13. c. 11. in fine.

Sed forte aliqui dicent, Cum indiuisa sint opera Trinit. si filius carnē assumpsit, tunc pater & spiritus S. qui si filius carnē assumsit, nec hoc fecit pater, vel spiritus S. non omne quod facit filius, facit & pater, & spiritus sanctus. At omnia simul pater & filius, & amborum spiritus pariter & concorditer operantur. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horum trium operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, nō pater vel Sp. S. carnem assumsit. Ipsam tamen carnis assumptionem Trinitas operata est, sicut Aug. dicit in li. ad Petrum. Reconciliati

Aug. c. 2. in fine, in tom. 3.

sumus per solum filium secundum carnem, sed non soli filio secundum Deitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum verbū carnem ipsa Trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed verbo, non patri vel spiritui S. Si enim pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset, iā non eadem esset operatio vtriusq;, sed diuisa. Sed

1. de Trin. c 4. in princ

sicut inseparabilis & indiuisa est vnitas substantiæ trium, vt ait Aug. in lib. de Trinit. ita & operatio, nō tamē eandem Trinitatem natā de virgine,

cru-

crucifixam & sepultam catholici tractatores docuerunt: sed tantummodo filium. nec eandem trinitatē in specie columbæ descendisse super Iesum, sed tantum Sp.S. nec dixisse eandem de cęlo. Tu es filius meus: sed tantum patris vocem fuisse ad filium factam, quanuis pater & filius, & spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter operentur. Hęc & mea fides est, quoniam quidem hęc est catholica fides. Licet ergo solus filius carnem assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum patre & spiritu sancto operatus est. *Marc. 1. b*

QVARE TOTAM HVMANAM NATVram accepit, Et Quid nomine humanitatis vel humanæ naturæ intelligendum sit.

DISTINCT. II. A

ET quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat, totam assumpsit, id est, animam & carnem, vt totam curaret & sanctificaret. Quod autem humanæ naturæ siue humanitatis vocabulo anima & caro intelligi debeant, aperte docet Hieronymus in expositione catholicæ fidei, dicēs, Sic confitemur in Christo vnam filii esse personā, vt dicamus duas perfectas & integras esse substātias i. deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animam & corpus intelligi: quę duo assumpsisse Dei filius intelligitur, vbi hominem siue humanitatē vel humanam naturam accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis nō substantiam, sed proprietatem quādam à qua homo nominatur, significari contēdunt, vbicūq; humanitas Christi memoratur. Ait n. Ioannes Damasc. Sciendum quidem est, quod deitatis & humanitatis nomen substantiarum, scilicet, naturarum: est repręsentatiuum. Natura enim nō sic accipitur in Chri- *Hier. ad Dapapā in explanatione symboli tomo 4.* *Lib 3. de Orthod. fide, c. 4. ad princ.*

in Christo, vt cum dicitur vna natura esse omniũ hominum: q euidenter idem Ioannes ostendit differentẽ rationem dicti assignans, cum natura humana in Christo nominatur, & cum vna dicitur natura omnium hominum. Ait enim, Cum vnam hominum naturã dicimus, sciendum est quod nõ cõsiderantes ad animæ & corporis rationẽ hoc dicimus. Impossibile n. est vnl9 naturę dicere domini corpus & animam, ad inuicem comparata. Sed quia plurimæ personæ hominum sunt, omnes autẽ eandẽ suscipiunt rationem naturæ (omnes n. ex anima & corpore compositi sunt, & omnes naturam animæ participant, & substantiam corporis possident) cõmunem speciem, plurimarum & differentium personarum, vnam naturã dicimus, vniuscuiusque scilicet personæ duas naturas habẽtis, & in duabus perfectè naturis, animæ scilicet, & corporis existẽtis. In domino autẽ Iesu Christo nõ est cõmunem speciẽ accipere: neq; n. factus est, nec est, nec aliquando fiet ali9. Sed Christ9 ex deitate & humanitate est, in deitate q; & humanitate De9 factus est, idẽ & homo perfectus. Totam ergo hominis naturam, i. animam & carnem, & horum ꝓprietates siue accidentia assumpsit Deus, nõ carnẽ sine anima, nec animam sine ratione, vt hæretici voluerunt: sed & carnem, & animã cum sensibus suis. Vnde Ioannes Damasc. ait. Omnia quę in natura nostra plãtauit Deus, verbum assumpsit, scil. corpus, & animam intellectualem, & horum idiomata. Totus enim totum assumpsit me, vt toti mihi salutem gratificaret. Quod enim inassumptibile est, incurabile est.

Idem Dam. c. 3. eiusdem l. 3. ad medium.

Dam. l. 3. de orthod fide ca. 6.

De vnione verbi & carnis mediante anima. B

Assumpsit ergo Dei filius carnem & animam, sed carnem mediante anima: vnitum est carni per medium intellectum verbum Dei. Tantæ n. subtilitatis atq; simplicitatis est diuina essentia, vt corpori

pori de limo terræ formato vniri non congruerit, nisi mediante rationali essentia. Illa autẽ vnio inexplicabilis est adeo, vt etiã Ioannes ab vtero sanctificatus, se nõ esse dignum fateatur soluere corrigiã calciamenti Iesu: quia illius vnionis modum inuestigare, aliisq; explicare non erat sufficiẽs. Nõ sunt ergo audiendi, qui non verum hominem filium Dei susceptisse dicunt, neq; natum de fœmina: sed falsam carnem, & imaginem corporis simulatã ostendisse videntibus. In quẽ errorẽ prorumpunt, quia timent quod fieri non possit, scilicet, ne humana carne veritas & substantia Dei inquinetur: & tamẽ prædicant istum visibilem solem radios suos per omnes fæces spargere, & eos mundos & sinceros seruare. Si ergo visibilia mũda visibilibus immundis contingi possunt & non coinquinari, quanto magis incõmutabilis & inuisibilis veritas per sp. animam, & per animam corpus suscipiens. totum hominẽ sine sui commutatione assumpsit, & ab omnibus infirmitatibus liberauit? Ecce hic dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam, & per animam corpus. Sp. enim S. pars animæ superior, & maiori similitudine Deo propinquat q̃ anima, scilicet, ipsa eadem secundum inferiorem partem, & anima magis quam corpus, & ideo non incongtue anima dicitur assumpta per spiritum, & corpus per animam.

Ioan. 1. d Aug. l. de agone Christiano vnico 18. in princ. to. 3.

Ibid. paulo inferius.

Quod verbum simul assumpsit carnem, & animam: neque caro prius est concepta quam assumpta. C

Si autẽ quęritur Vtrum verbum carnem simul & animam assumpserit, an prius animam q̃ carnẽ, vel carnem animam: & vtrum caro illa prius fuerit in vtero virginis concepta & postea assumpta: Verisimè & absq; vlla ambiguitate dicitur, quia ex quo Deus hominem assumsit, totum assumpsit, simulque sibi vniuit animam & carnem: nec caro prius fuit concepta, & postmodũ assumpta: sed in con-

Cap. 8. in princip.

conceptione assumpta, & in assumtione concepta. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum, Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in vtero virginis priusquam susciperetur à verbo: sed ipsum verbũ Deũ suæ carnis acceptione conceptum, ipsamq; carnẽ verbi incarnatione conceptam. Idẽ in lib. de Trin.

Ex princip. c. 13. de Trin. l. 1 & glossa or. ad illud ca. 1. ad Rom. Qui factus.

Non esset Dei hominumq; mediator, nisi esset idẽ Deus, idẽ homo in vtroq; vnus & verus: quam seruilẽ formam à solo filio susceptam, tota Trinitas [cuius vna est voluntas & operatio] fecit. Nõ autẽ in vtero virginis prius caro susceptа est, & postmodũ diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbum venit in vterum, seruata veritate propriæ naturæ factũ est caro & perfect⁹ homo, i. in veritate carnis & animæ natus est. De hoc etiã Greg. in moral. ait,

Greg. c. 3. li. 28. ad illud Iob 28. Non adæquabitur eitopazium.

Angelo nunciante & spiritu adueniente, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro.

DE CARNE QVAM VERBVM ASSVMpsit, qualis ante fuerit: & qualis assumpta sit.

DISTINCT. III. A

De Christi conceptione.

QVÆRITVR etiam de carne verbi, an priusquã conciperetur obligata fuerit peccato, an & talis assumpta fuerit à verbo? Sane dici potest, & credi oportet, iuxta sanctorum attestationes, conuenientiam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mundatam, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo, pœna tantum nõ necessitate, sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoq; totam spiritus sanctus in eam præueniens, à peccato prorsus purgauit, & à fomite peccati etiam liberauit, vel fomitem ipsum penit⁹ euacuando (vt quibusdam placet) vel sic debilitãdo & extenuando, vt ei postmodum peccandi

occa

occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoque generandi absq; viri semine virgini ꝑparauit. Ita enim verba euangelii docent, vbi angelus virginẽ alloquens ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et, Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Cui sacra virgo respondit, Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Quod exponens Ioannes ait, Post consensum autẽ sanctæ virginis Sp. S. superuenit in eam secundum verbum domini q; dixit angelus purgans ipsam, & potentiam deitatis verbi receptiuam præparans simul autem & generatiuam. Et tunc obumbrauit ipsam Dei altissimi per se sapientia & virtus existens, i. filius Dei patri homousios, i. cõsubstantialis, sicut diuinum semẽ. Et copulauit sibiipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius virginis sanguinib⁹ nostræ antiquę conuersionis carnem animatam anima rationali & intellectiua: non seminãs, sed per spiritum sanctũ creãs: quare simul caro, simul Dei caro, simul caro animata rationaliq; & intellectu, simul Dei verbi caro animata rationali & intellectiuo. Ex his perspicuũ fit, quod ante diximus, carnem scilicet, verbi simul conceptam & assumptam: eandemq; immo totam virginem spiritu sancto præueniente ab omni labe peccati castificatam. Cui collata est potentia nouo more generandi: vt sine coitu viri siue libidine concipientis in vtero virginis celebraretur conceptus Dei & hominis. Illa enim caro, quam Deus de virgine sibi venire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nata est. Hanc tamen carnem non cœlestis, non aereæ, nõ alterius cuiusque putes esse naturæ: Sed eius, cuius est omnium hominum caro.

Luc. 1. d

Ibid. d

Ioan. Dam. lib. de orthod fide, 3 c. 2.

Aug. lib. de fide ad Pet. c. 1. in medio capitis.

Ibidem paulò superius.

Auctoritate firmat ex tunc fuisse virginem immunem à peccato. B

Quod autẽ sacra virgo ex tunc ab omni peccato immu-

Ad principiū c 30. in to. 7. immunis extiterit, Augustinus euidentet ostēdit in libr. de natura & gratia: inquiens, Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorē domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionē. Inde n. scimus, quod ei plus sit gratię collatum ad vincendū ex omni parte peccatū, q̄ cōcipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatū: Hac ergo virgine excepta, si omnes sancti & sanctæ cōgregari possent, & quæreretur ab eis an peccatū haberent? quid responderetur, nisi quod Ioannes ait, Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nosipsos seducimus? illa autē virgo singulari gratia præuenta est atque repleta, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem eximio habuit vniuersitas dominum: vt illud q̄ nascebatur ex propagine primi hominis, tantummodo generis, non criminis originem duceret.

Ioan. 1.

Quare non fuit Christus decimatus in Abraham, sicut Leui, cum caro quam acceperat in eo, fuit peccato obnoxia. C

Cum autē illa caro, cuius excellentia singularis verbis explicari non valet, antequam esset verbo vnita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis à quib⁹ propagatione traducta est: nō immerito videri pōt in Abraham peccato subiacuisse, cui⁹ vniuersa caro peccatis subiacebat. Vnde quæri solet, quare Leui decima dicatur in Abraham & non Christus, cū in lumbis Abrahę vterq; fuerit secundū materialē rationem, quando Abrahā decimat⁹ est, & decimas dedit Melchisedech, tunc n. Apostolus, Leui decimatum dicit in Abraham, tanquā in materiali causa: Quia ea decimatiōe sicut Abrahā minor Melchisedech ostēditur, cui personaliter decimas soluit, ita & Leuiticus ordo, qui in Abrahā secundū rationē seminalē erat, & ex eo per cōcupiscentiā carnis descendit. Christus autē nō est decimatus, quia licet ibi fuerit secundum carnē, non

Gen. 14. d. ad Heb. 7. b

non tamen inde descendit secūdum legem communem, sc. per carnalem libidinem, sicut etiam in Adam omnes peccauerunt, sed non Christus. Vnde August. super Genes. Sicut in Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccauerunt: sic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati sunt. Sed hoc sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abrahæ fuerit: quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus secundum carnem essent in lumbis Abrahæ, quando decimatus est, ideo pariter decimati non sunt, quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus, quo erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem: secundum quam rationem non erat ibi Christi caro, quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro. Ille ergo decimatus est in Abraham, qui sic fuit in lumbis Abrahæ, sicut ille fuit in lumbis patris sui: id est, qui sic est natus de patre Abraham, sicut ille de patre suo natus est, sc. per legem carnis, & inuisibilem cōcupiscentiam.

Ad Rom. 5. c. l. 10. c. 19. in fine, tom. 3

Ibid. c. 20. ad princip.

Ibid paulo inferius.

Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix, sed similis: quo aperitur quare obligata peccato non fuit in Christo. D

Quocirca primitiam nostrę massę rectè assumpsisse dicitur Christus: quia non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim Deus filium suum (vt ait Apostolus) in similitudinem carnis peccati. Assumpsit. n. verbum carnem peccatrici similē in pœna, & non in culpa, & ideo non peccatricem. Cætera vero hominum omnis caro peccati est. Sola illius nō est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia, sed gratia cōcepit: habet tamē similitudinē carnis peccati per passibilitatē & mortalitatē, qa esuriit, sitijt, & huiusmodi. Licet ergo eadē caro sit eius quæ & nostra,

Ad Rom. 8. a.

Matth. 4. a. Ioan. 19. f.

stra, non tamen ita facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero, & nata sine peccato, & nec ipse in illa vnquam peccauit. In pœna ergo similis est nostræ, nō in qualitate peccati: quia pollutionem quæ ex concupiscentię motu concepta est, omnino nō habuit, nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatū, quod pręter libidinis concupiscentiam fuit conceptū: nec illud in se habuit vitiū, qp in aliis est causa peccati, nec in eo peccauit. Ideoq; vere dicitur verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

Quidam videntur aduersari illi sententiæ, qua dictum est, carnem Christi non prius conceptam quam assumptam. E

In to. 9. ex tract 10. ad finem. Ioan. 1. d

Illi autem sententiæ qua supra diximus, carnē verbi nō ante fuisse cōceptam quam assumptam, videtur obuiare quod Augustinus ait super Ioannem vbi legitur, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ędificatum est hoc templum, & tu tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numer⁹ perfectioni dominici corporis cōuenit: quia vt dicunt physici, tot dieb⁹ forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidā dicere præsumpserūt, dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam, & mēbrorum lineamētis distinctā, & mox verbum dicitur sibi vnisse carnem & animam, & hoc modo dicunt illū numerū perfectioni corporis cōuenire. Sed alia ratio illi⁹ dicti extitit, ex qua sana oritur intelligētia verbi. Nō enim ideo illud dixit Augustinus: quia mox vt caro illa opere sp. S sanctificata & à reliqua separata fuit, verbo Dei cū anima vniretur, vt perfectus & verus Deus esset, perfectus & verus homo: sed quia mēbrorum illi⁹ dominici corporis distinctio in ipso momēto cōceptionis & vnionis Dei & hominis adeo tenuis erat & par-

rat & parua, vt humano visui vix posset subiici: die b⁹ a. illis quos Aug. memorat perfecta est, & notabilis facta. Incarnatũ est ergo verbũ vt ait Ioan. Damasc. & à propria incorporalitate non excessit: & totum incarnatum est, & totum est incircunscriptum. Minoratur corporaliter & cõtrahitur: & diuinè est incircunscriptum: non coextensa carne eius cum incircumscripta diuinitate. In omnib. igitur qui super omnia erat, & in vtero sanctę genetricis existebat, sed in ipso actu incarnationis.

Ioan. Dam. li. de ortho. fide 3. cap. 7. in fine.

QVARE IN SCRIPTVRA SÆPIVS TRIbuatur incarnatio quæ est opus Trinitatis, spirituisancto, & de ipso etiam conceptus & natus dicatur.

DISTINCT. IV.

A CVm vero incarnatio verbi sicut in superioribus tractatum est, operatio verè sit patris & filii & spiritus sancti, inuestigatione dignum nobis videtur, quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sæpius tribuatur, & de ipso Christus conceptus & natus memoretur. Non enim ideo operatio incarnationis spiritui sancto sępius tribuitur, quod eam ipse solus sine patre ac filio fecerit: sed quia spiritus sanctus est charitas & donum patris & filii: & ineffabili Dei charitate verbum caro factum est, & ineffabili Dei dono filius Dei sibi vniuit formam serui. Non ergo frequens denominatio sp. S. ab illo opere patrem vel filium secludit: sed potius vno nominato tres intelliguntur, sicut fit sępè in aliis operibus. Vnde Augustin. super hoc mouens quæstionem, in hunc modum eandem determinat in Ench. ita inquiens. Cum illã creaturam quam virgo cõcepit & peperit, quamuis ad solam personam filii pertinentẽ, tota Trin. fecerit (neq; enim separabilia sunt opera Trinitatis) cur

Ioan. 1. b. ad Phil. 2. a.

Solutio. In ench. ca. 18. ad mediũ In tom. 3.

in ea facienda spiritus sanctus solus nominatu
est? An etiam quando vnus trium in aliquo oper
nominatur, vniuersa operari Trinitas intellig
tur? ita vere est, & exemplis doceri potest. Audisti
propositam quæstionem, eiusdemq; solutionem
vel expositionem.

Quo sensu dicatur Christus conceptus & natus de spiritu sancto. B

Aug. in princip. ca. 38. in Ench.

Sed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet, quomodo dictus est Christ⁹ natus de spiritu sancto, cum filius nullo modo sit sp. sancti. Nunquid dicturi sumus patrem hominis Christi esse spiritum sanctum, vt Deus pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominem? ex qua vtraque substantia Christus vnus esset & Dei patris filius secundum verbum, & sp. S. filius secundū hominē, q̄ eum spiritus sanctus tanquam pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere aud

Ibid. in fin.

debit, cum hoc ita sit absurdum, vt nullę fidelium aures id valeant sustinere. Proinde cum fateamur Christum natum de sp. S. ex Maria virgine, quomodo non sit filius spiritus sancti, & sit filius virginis, cum de illo & de illa sit natus, explicare difficile est. Proculdubio nō sic de illo, vt de patre: Sic autē de illa, vt de matre nat⁹ est. Nō est autē cōcedēdum quicquid de aliqua re nascitur, continuo eiusdē rei filium nuncupandum. Vt. n. omittā aliter de homine nasci filium, aliter capillum, aliter pediculum & lumbricum, quorum nihil est filius. Vt ergo hæc omittā, quoniam tantæ rei deformiter comparantur, certè qui nascuntur ex aqua & sp. S. nō aquæ filios eos recte quispiam dixerit: sed dicuntur filii Dei patris & matris ecclesiæ. Sic ergo de spiritu sancto natus est Christus, nec tamen filius est sp. S. Sicut e conuerso non omnes qui dicuntur alicuius filii, cōsequēs est vt de illo etiam nati esse dicātur: vt illi qui adoptātur. Dicuntur etiam

Ibid. c. 39. in princ.

Non omnes qui dicūtur alicuius filii de illo nati sunt.

etiam filii gehennæ, non ex illa nati, sed in illam præparati. Cum itaq; de aliquo nascatur aliquid, & non ita vt sit filius: nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus, cuius dicitur filius: profecto modus iste quo natus est Christus de Maria sicut filius, & de spiritu sancto, non sicut filius, insinuat nobis gratiã Dei, qua homo nullis meritis præcedentibus in ipso exordio naturæ suę quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personę vnitatẽ, vt idẽ esset filiꝰ Dei q̃ filiꝰ hominis, & filiꝰ hominis qui filius Dei: & sic in naturæ humanæ susceptione, fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum posset admittere peccatum. Quæ gratia ideo per Spiritum sanctum est significata, quia ipse propriè sic est Deus, vt sit etiam Dei donum. Per hoc ergo quod de sp. S. esse natiuitas Christi dicitur, quid aliud quã ipsa gratia Dei demõstratur? qua mirabili & ineffabili modo verbo Dei est adiunctus atque connexus, & diuina gratia corporaliter repletus.

Ioan. 3. æ
Ibid. c. 40. in princip.
Aug. c. 37. ad princip. in Enchir. Ca. 41. eiusdem ad priscipium.

Alia ratio, qua dicatur natus de Spiritu sancto. C

Potest etiam dici Christus secundum hominẽ ideo natꝰ de Spiritu sancto, quia eũ fecit. Inquantum enim homo est, & ipse factus est, vt ait Apostolus. Cõceptus ergo & natus de sp. S. esse dicitur, nõ quod Spiritus sanctus fuerit virgini pro semine: nõ enim de Substantia Spiritus sancti semen partus accepit: sed quia per gratiam Dei, & operationem Spiritus sancti de carne virginis est assumptum, quod verbo est vnitum. Et in Euangelio secundum hanc intelligẽtiam legitur de Maria, quod inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Cuiꝰ dicti rationẽ Ambros. insinuans in secundo lib. de Spiritu sancto, ait, Quod ex aliquo est, aut ex substantia aut ex potestate eiꝰ est. Ex substantia, sicut filiꝰ, q̃ à patre vel ex patre: & sp. sanctus qui à patre & filio procedit. Ex potestate a. sicut ex

Galat. 4. æ.
Matth. 1. ca. Ambr. in fine. Cap. 5. in tom. 2:

Deo omnia. Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo sp. in carnē, & ossa cōuersus est. Non vtique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget sp. S. dominicę incarnationis auctorem.

Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum. D

Sed quæri potest cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apost. eum factum dicat ex semine Dauid: alio loco, factum ex muliere? cum aliud sit fieri, aliud nasci? aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro domini in vtero virginis, & corpꝰ effecta, sed effectu & virtute Sp sancti: ideo Apost. dicit factum, nō natum: Aliud est enim semine admixto, & sanguine coagulato generare: Aliud est nō permixtione, sed virtute procreare. possunt enim homines generare filios, sed nō facere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & nō natum: ne eius sc. natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostrę similis putaretur, quæ conficitur seminum commixtione. Ideo autem cum sanctum diceret Apost addidit ex semine Dauid: quia etsi non intercesserit semen hominis in conceptione virginis, tamē quia ex eą carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, rectè dicitur quia factus est.

Rom. 1. a. Gal. 4. a. Glossa ordi. ad illud Roman. primo Qui factus.

Glossa ordi. ad eundem locum.

SI PERSONA VEL NATVRA PERSONAM *vel naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit.*

DISTINCT. V. A

De modo vniendi diuinam & humanam naturam in Christo.

PRæterea inquiri oportet, cum ex præmissis cōstet verbum Dei carnem, & animā simul assumpsisse in vnitatem personę, quid horum potius cōcedendum sit scilicet, quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura

natura personam assumpserit. Et an ita conueniat dici diuinam naturam esse incarnatam, sicut Deus incarnatus & verbum incarnatum sanè dicitur. Hęc inquisitio siue quęrendi ratio, iuxta sacrarum auctoritatũ testimonia partim implicita atque perplexa, partim vero explicita est & aperta. Certum est enim & sine ambiguitate verũ, ꝙ non natura psonã, nec psona psonã, sed psona naturã assũpsit: ꝙ sanctorũ subditis cõprobatur testimoniis, & astruitur documentis. Ait enim Augustin. in lib. de fide ad Petrum, Deus vnigenitus dum cõciperetur, veritatem carnis accepit ex virgine: & cum nasceretur, integritatem virginitatis seruauit in matre, & paulo post. Sic Deus humanam naturam in vnitatem personæ suscepit, quod se humilians per misericordiam incorruptæ virginis, vterum ex ea nasciturus impleuit. Formam ergo serui, i. naturã serui, in suam accepit ille Deus personam. Item Deus verbum non accepit personam hominis sed naturam. Itẽ Dei filius vnigenitus, vt carnẽ hominis animãꝫ mundaret, susceptione carnis animæque rationalis incarnatus est. His aliisꝫ plurib. auctoritatib⁹ euidẽter ostenditur, nõ naturã personã, nec personã personã, sed personã naturã recepisse. De quarto vero quæstionis articulo, vtrũ sc. natura naturã assumpserit, scrupulosa etiã inter doctos quæstio est. Quia & in hoc plurimum dissentire videntur, qui auctoritate præclari aliisꝫ doctiores in sacra pagina extiterunt: nec tantum alii ab allis, verum etiam iidem à seipsis dissonare videntur, sicut sub ecta capitula docent. Legitur enim in concilio Toletano. 8. traditũ sic, Solũ verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Et cum tota Trin. operata sit formationẽ susceptihominis, quoniã inseparabilia sunt opera Trin. solus tamẽ filiꝰ accepit hominẽ in singularitatẽ personæ, non in vnitatem diuinæ naturæ, i. quod est

Aug. cap. 12. post medũ. ibid c. 2. paulo infe-rius. Philip. 2. in medio ca. 17. eiusdem li. de fide ad Petrum.

In concilio Toletano 6. cap. 1 post medium, tom. 2. e-ciliorum.

Ad finem prefationis concilii Tolet. 11. To. 2. conciliorum.

proprium filii, non quod cõmune est Trin. Idem in concilio. 11. Toletano. Vnius substantiæ credim⁹ Deum patrẽ & filium, & sp. S. nõ tamen dicim⁹ vt huius Trinitatis vnitatem Maria virgo genuerit, sed tantũ filium, qui solus naturam nostram in vnitatem personæ suæ assumpsit: Incarnationem quoq; huius filii Dei tota Trin. operata esse credenda est. Solus tamen filius formã serui accepit in singularitatem personę. His insinuari videtur, quod persona tantum naturam, non natura naturam assumpserit. Si .n. q̃ commune est. Trin, nõ accepit hominẽ: ergo non natura diuina, quæ cõmunis est tribus personis. Cui videtur obuiare quod Au. ait in li. de fide ad Petrũ, Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris: secundũ illud. In principio erat verbum: nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod Verbum caro factũ est. Illa. n. natura quæ semper genita manet ex patre naturam nostram sine peccato suscepit, vt nasceretur ex virgine. Hac authoritate videtur tradi, q̃ diuina natura humanã suscepit. Vbi vehemẽter moueri possum⁹, quod eam genitã æternaliter ex patre dicit, nisi forte natura pro persona hic accipiatur: alioquin si dixerimus naturã trib⁹ psonis cõmunẽ genitam esse, occurrunt nobis ex aduerso quę in tractatu de Trinitate diximus. vbi diximus non naturam, sed personã personã genuisse. Quia si natura genuisset naturã, cũ vna eadẽq; sit natura Trin. eadẽ res seipsã genuisset. Quod Au. fieri posse negat. Sed alibi certũ reperimus documẽtum, q̃ natura naturam assumpsisse mõstratur. Ait n. Aug. in. 1. li. de Trin. Etiam seipso Christus factus est minor, formam serui accipiẽs. Neque. n. sic accepit formam serui, vt amitteret formã Dei, in qua erat ęqualis patri: vt in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit vnigenitus filius patris: q̃ forma Dei accepit formam serui. Si autem

Ad Phi. 2. a.

Cap. 2. ante medium ca. Ioannis 1. a.

Id est, lib. 1. Sententiarũ distin. 5.

Li. de tri. 1. cap. 1. ante medium.

Cap. 7. ante medium.

autem forma Dei formam serui accepit, sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, vt Augustinus euidenter docet in libro de fide ad Petrum. Cum inquit, de Christo audis quia in forma Dei erat, oportet te agnoscere firmissimeq; tenere, in illo formæ nomine naturalē plenitudinē debere intelligi. In forma Dei ergo erat, quia in natura Dei patris semper erat, de qua natus erat. Hilarius quoque in 12. li. de tri. ita ait. Esse in forma Dei non alia intelligentia est, quā in Dei manere natura. Didicisti nomine formæ intelligentiam fieri naturæ, at audisti q; forma Dei formā serui suscepit. Vnde consequens est, quod natura diuina naturam humanā susceperit. Quod etiam Hier. explanatione fidei euidenter insinuat, inquiens. Passus est filius Dei, non putatiuè, sed vere: secundū illud, Passus est quod pati poterat, i. nō secundum illā substantiam quæ assumpsit, sed secundū illam quæ assumpta est. Ex quo apparet diuinam substātiam assumpsisse humanam. Ex verbis autē Augustin. superius positis, adhibita diligentia innui videtur solum verbum carnē factum, & naturam solum suscepisse humanam: & diuinam naturam, eandē accepisse. Ait. n. Trin. nos sibi recōciliauit per hoc q; solum verbum carnē ipsa Trin. fecit. In q̄ sic veritas incōmutabilis manet diuinę humanęq; naturæ, vt sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet, ita semper & incōmutabilis eius sit humanitas, quā sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce & solum verbū dixit carnē factū & humanitatē diuinitati vnitā. Idē quoq; superi⁹ dixit seruilē formam à solo filio susceptā, quā tota Trin. fecit. Iam facilè est agnoscere, quàm diuersa & multiplicia super quæst. proposita auctores tradiderunt. Ideoq; posteriores ea legentes, varias atq; cōtrarias, ex prædictis occasionem sumētes, promunt sententias.

Ibid. in fin. Ca. 2 post medium.

Hilar. li. 12. Non longe à princip.

Hieron. in tom. 4. in med. explanationis symboli ad Damas. Au. de fide ad Petrum c. 2. in fin.

Quid de hoc tenendum sit. B

Nos autem omnis mendacii, & cõtradictionis notamà sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis patrib⁹ atq; catholicis doctoribus nulla prauę intelligentiæ suspicione notatis, consentimus dicentes, & personam filii assumpsisse naturã humanam & naturam diuinam humanæ naturæ in filio vnitam, eamq; sibi vnisse vel assumpsisse Vnde & vere incarnata dicitur. Quod vero dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc nõ excluditur diuina natura ab acceptione seruilis formæ: sed aliæ duæ personæ, pater scil. & spir. S. Item & illud aliud, scil. Id quod est proprium filii, non quod commune est Trinitati, hominẽ accepit, sic oportet intelligi, i. proprie in hypostasi filii non in trib⁹ communiter personis, diuina natura humanam naturam sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Ioannis Damascen. confirmatur, qui totam diuinam naturam in vnam hypostasim incarnatam esse euidenter asserit dicẽs, In humanatione Dei verbi aim⁹ omnẽ, & perfectam naturam deitatis in vna ei⁹ hypostaseon incarnatam esse, i. vnitam humanæ naturæ, & non partem parti. Omni enim humanæ naturæ aimus esse vnitam omnem deitatis naturam vel substantiam. Item, Eadẽ est natura in singula hypostaseon, i. personarũ, & quando dicim⁹ naturã verbi incarnatam esse, secundũ beatos, scil. secundũ Athanasium, & Cyrillum, deitatem dicimus esse vnitam carni, & vnam naturam Dei verbi incarnatam confitemur. Verbum autem & quod commune est substantiæ possidet, & quod proprietatis est habẽs hypostaseos, i. personæ. Et ex his manifeste ostenditur, quod natura diuina incarnata est. Vnde & eadem vere dicitur suscepisse humanam naturam.

Dam. in li. de ortho. fide. 3. c. 6. ad medium.

Dam. Li. & c. eisdem paulo inferius.

An diuina natura debeat dici caro facta. C

Sed quæritur, vtrũ eadẽ diuina natura debeat dici

dici caro facta, sicut verbum dicitur caro factum. Si enim idem est incarnari quod est carnem fieri, videri potest ita debere dici, quod sit caro facta sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus, quia si illud dictū in sacra scriptura reperiretur, ex eadem intelligētia acciperetur, qua cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit, atq; locutionis modus nimiā videretur facere expressionem, si natura diuina diceretur caro facta, melius silere hoc puto vel negare, quam temere asserere: ne si illud dicatur, conuertibilitas naturæ in naturam significari putetur. Ex prēmissis indubitabiliter cōstat quod persona verbi siue natura diuina hominis naturam scil. carnem & animam assumpsit, sed non personam hominis accepit, quare non dicitur facta homo vel esse homo, sicut verbum Dei? Ad quod dici potest, quod Dei filius dicitur factus homo vel esse homo, non solum quia hominē assumpsit, sed qa ipsum in vnitatē, & singularitatem sui & personæ accepit. Natura autem diuina hominē quidē accepit, i. hominis formam sibi vniuit, sed non in singularitatē & vnitatē sui. Seruata.n. proprietate ac diuersitate duarū naturarū, personę singularitas extitit. Ideoq; nō sic dicitur diuina natura esse homo vel facta homo sicut Dei filiꝰ. Quidā tamē indifferēter vtrūq; cōcedūt.

Ioan. 1. b.

Responsio

Responsio.

Quare non accepit personam hominis cum hominem acceperit? D

Ideo vero non personam hominis assumpsit, qa caro illa, & animā illa non erant vnita invnā personam, quam assumpserit: quia nō ex illa constabat persona, quādo illis vnitum verbum est. Nam sibi inuicem vnita sunt simul cum verbo. Altera tamen vnione inuicem vnita sunt illa duo, scilic. anima & caro: alia vnione verbo vnita sunt. Quia alia est vnio animę illiꝰ ad carnē, & alia est vnio verbi ad animā illam & ad carnē. Nō e. accepit verbū

Dei

Dei personam hominis, sed naturam: quia non erat ex carne illa, & anima illa vna composita persona quam verbum accepit, sed accipiēdo vniuit, & vniendo accepit.

Contra hoc oppositio, qua probare quidam volunt personam accepisse personam. E

Hic à quibusdam opponitur, quod persona assumpsit personam. Persona enim est substātia rationalis indiuiduæ naturæ, hoc autem est anima. Ergo si animā assumpsit, & personā ꝙ ideo nō sequitur, qa anima nō est persona, quando alii rei vnita est personaliter, sed quando per se est. absoluta n. à corpore persona est, sicuti angelus. Illa autem anima nūquam fuit, quin esset alii rei coniuncta. Ideoꝙ nō ea assumpta, psona est assumpta. Aliter quoꝙ nituntur ꝓbare verbū Dei assumptisse personam, qa assumpsit aliquē hominem. Assumpsit enim hominē Iesum Christum: ergo aliquē hominem. Quod autē hominē Iesum Christū assumpserit, Aug. in expositione symboli sub anathemate tradit, dicēs, *Si quis dixerit atq; crediderit hominem Iesum Christum à filio Dei assumptum nō fuisse, anathema sit.* qui etiam in plurib⁹ scripturæ locis huiusmodi vtitur locutionib⁹, Ille homo à verbo est assumptus. Ille homo fact⁹ est Christus. Et propheta de homine Christo loquēs Deo ait, Beat⁹ quē eligisti, & assumpsisti &c. Ex quib. cōsequi videtur, ꝙ aliqs homo assumptus sit à verbo: & ita persona à persona sit assumta. Sed qa hoc nefas est dicere aut sentire, præmissę locutiones eisq; similes secundum hanc intelligētiam sanè accipi debēt, vt homo Christ⁹ siue homo ille, siue quidam homo dicatur assumptus à verbo siue vnitus verbo, nō quia hominis persona sit assumpta vel vnita verbo, sed qa illa anima, & caro ita assumta sunt & vnita verbo, in quib. subsistit psona Dei & hominis: vt ad hominis naturā nō ad psonā respicias,

Ex Boetio lib. contra Euthycem et Nestorium hic non tenetur.

Alia approbatio.

Aug. serm. 129. de tempore qui est 3 feriæ 5 in cœna domini, to. 10.

Psal. 64.

Aug. ca. 15. lib. 1. de prædestin. ad princip. & paulo infer tom. 7.

ſpicias, cum aſſumptum vel vnitum, vel aliquem in huiuſmodi locutionibus ſcriptura cõmemorat. Quocirca cum quæritur ſine propoſita auctoritate, an aliquis vel quidam ſit aſſumptus à verbo vel vnit⁹ verbo: ſine diſtinctione intelligentię nõ eſt hic reddenda reſponſio, quoniam multiplex prępmiſſa eſt quæſtio, ſed inſtantiam quęrentis ita determinato: Si de hominis perſona quæris, reſpondeo, non, ſi de hominis natura, dico, eſt.

DE INTELLIGENTIA HARVM LOCVtionum, *Deus factus eſt homo, Deus eſt homo, an his locutionibus dicatur Deus factus eſſe aliquid, vel eſſe aliquid, vel non eſſe aliquid.*

DISTINCT. VI. A

De modo vniendi diuinam & humanã naturam ſecũdum varias doctorum opiniones.

EX præmiſſis autẽ emergit quæſtio plurimum continens vtilitatis, ſed nimium difficultatis atque perplexitatis. Cum enim conſtet ex prædictis, & aliis plurib⁹ teſtimonis, omneſq; catholici vnanimiter fateantur Deum factũ eſſe hominẽ, & Chriſtum verum Deum eſſe, & verum hominẽ, quæritur an his locutionibus, Deus factus eſt homo. Filius Dei factus eſt Filius hominis, Deus eſt Homo, & Homo eſt Deus, dicatur Deus factus eſſe aliquid, vel eſſe aliqd, vel aliqd dicatur eſſe De⁹, & an ita cõueniat dici, Homo factus eſt De⁹, & Filius hominis factus eſt filius Dei, ſicut è conuerſo dicitur. & ſi ex his locutionibus non dicitur Deus fact⁹ eſſe aliquid, vel eſſe aliquid, quę ſit intelligentia harum locutionum & ſimilium. In huius profunditatis reſeratione, & ſcrupuloſę quęſt. expoſitione plurimum differre inueniuntur ſapientes.

Quorundam ſententiam refert. B

Alii enim dicunt, in ipſa verbi incarnatione hominẽ quẽdam ex anima rationali & humana carne cõſtitutum, ex quib. duobus omnis ver⁹ homo con-

cõstituitur: & ille homo cœpit esse Deus, nõ quidẽ natura Dei sed persona verbi, & Deus cœpit esse homo ille: concedunt etiam hominem illum assumptum à verbo & vnitum verbo, & tamen esse verbum: & ea ratione tradunt dictum esse Deum factum hominem, vel esse hominẽ: quia Deus factus est, i. cœpit esse quędam substantia ex anima rationali & humana carne subsistens: & illa substantia facta est, id est, cępit esse Deus, non tamen demigratione naturæ in naturam, sed vtriusque naturæ seruata proprietate factum est, vt Deus esset illa substantia, & illa substantia esset Deus. Vnde vere dicitur, Deus factus est homo, & homo factus est Deus, & Deus est homo, & homo Deus, & filius Dei filiꝰ hominis, & econuerso. Cumq; dicant illum hominẽ ex anima rationali & humana carne subsistere, nõ tamẽ fatentur ex duabꝰ naturis esse compositum, diuina scil. & humana: nec illius partes esse duas naturas, sed animã tantũ & carnẽ.

Auctoritates ponit quibus muniunt suam sententiam.

13. cà. 19. ad medium. Et ne de suo sensu tantum loqui putẽtur hanc sententiam pluribus muniunt testimoniis. Ait n. Au. in l. de Tri. Cum legitur, Verbum caro factum est, in verbo intelligo verum Dei filium, in carne agnosco verũ hominis filium, & vtrunq; simul vnã personam, Deum & hominem ineffabilis gratiæ largitate coniunctum. Idẽ in Enchir. Christꝰ Iesus de Deo est: homo autẽ natꝰ est de spiritu sancto ex Maria virgine. Vtraq; substantia, diuina & humana, filius est vnicus Dei patris omnipotẽtis, de quo procedit Sp. sanctus vtrunque vnus: sed aliud propter verbum, & aliud propter hominem: nõ duo filii Deꝰ & homo, sed vnꝰ Dei filius. Deꝰ sine initio, homo à certo initio. Idẽ in eodẽ, Quid natura humana in Christo homine meruit, vt in vnitatẽ personę vnici filii Dei singulariter assũpta esset? Qua

Cap. 38. ad princip.

Ibid cap. 31. in fine.

Ibid cap. 36. in princip.

bona

bona volũtas, quę bona opera pręcesserunt qui bꝰ mereretur iste homo vna fieri persona cũ Deo? Numquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, vt singulariter promeretur Deũ? Nẽpe exq̃ homo esse cœpit, nõ aliud cœpit esse homo quam Dei filius, & hic vnicus: & propterea Dei verbum, quia est ab illo suscepta caro, facta est vtiq; Deus, vt quẽadmodum vna est persona quilibet homo, anima scil. rationalis & caro: ita sit Christus vna persona verbũ & homo. Idem super Ioan. Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinã sc. qa ęqualis est Patri: & humanã, qua minor est patre, vtrumq; aũt simul non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas Deꝰ. Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis & caro. Idẽ quoq; in l. de prædest. sanct. Ille homo vt à verbo patri coæterno invnitatem personæ assumptus filius Dei vnigenitus esset, vnde hoc meruit? quod bonum eiꝰ pręcesit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? Faciente ac suscipiente Deo verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius Dei vnicus esse cœpit. Item homo quicũque ita gratia fit Christianꝰ, sicut gratia homo, ille ab initio factꝰ est Christus. Idẽ lib. 13. de Trin. Gratia Dei nobis in homine Christo commendatur. Quia nec ipse vt tãta vnitate Deo vero cõiunctꝰ, vna cũ illo persona filiꝰ Dei fieret, vllis est præcedẽtibꝰ meritis assecutꝰ: sed ex q̃ homo esse cœpit, ex illo est & Deꝰ. Vnde dictũ est, Verbũ caro factũ est. Hilar. quoq; in 10. l. de Trin. ait Christũ nõ ambigim9 esse Deũ verbũ, neq; rursꝰ filiũ hominis ex anima & corpore constitisse ignoramus. His aliisque authoritatibus vtuntur, qui hominem quendam ex anima rationali & carne cõpositũ dicũt Deum factum, sed gratia, nõ natura. Sola.n. gratia, habuit ille homo, nõ meritis vel natura, vt esset Deus siue Dei filius, vt haberet omnẽ scientiam & potẽtiam,

In c. 9. tra &. 78 in fin. exponẽs illud. Quia pater maior me est.

Cap. 85. in princ. to. 7.

Ibid. paulo inferius.

Lib. 13. ca. 17 ad princ.

Hilar. post med. lib. 10.

tiam, quam habet verbum cum quo est vna persona. Nec tamen in superiorib. legitur, quod homo ille sit vna persona cum verbo, & sit ipsum verbum, sed etiam quod anima rationalis & caro eadem persona sit, & Christus sit, & Deus.

Aliorum sententia. D

Sunt autē & alii qui istis in parte consentiunt, sed dicunt hominem illum non ex anima rationali & carne tantum, sed ex humana & diuina natura, id est, ex tribus substantiis, diuinitate, carne, & anima constare: & hunc Iesum Christum fatentur, & vnā personā tātū esse: ante incarnationem v. solummodo simplicem, sed in incarnatione factam compositam ex diuinitate & humanitate. Nec est ideo alia persona, quā prius, sed cum prius esset Dei tantum persona, in incarnatione facta est etiā hominis persona: nōvt duæ essent personę sed vt vna & eadē esset persona Dei & hominis. Persona ergo quę pri⁹ erat simplex, & in vna tātū natura existēs, in duab⁹ & ex duab⁹ subsistit naturis: & persona quæ tantum Deus erat, facta est etiam vetus homo subsistens non tantum ex anima & carne, sed etiam ex diuinitate, nec tamen persona illa debet dici facta persona, quanuis dicatur facta persona hominis. Facta est igitur illa persona (vt quibusdam placet) quiddam subsistēs ex anima & carne, sed non est facta persona vel substantia vel natura: & inquantum est illa subsistens, composita est: inquantum autem verbum est, simplex est.

Hæc opp. nō tenetur.

Lanfrancus ad sextam Berengarii obiectionem responsione id habet, & refertur de consec. dist. 2 à Gratiano.

Authoritates etiam ponit, quæ hanc probant sententiam. E

De hoc Aug. in lib. sententiarum Prosperi ait, Modis omnib. approbare cōtendim⁹ sacrificium ecclesię duob. cōstare, duobus confici: visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramēto & re sacramēti, id est, corpore Christi: sicut Christi persona constat

stat & conficitur ex Deo & homine, cum ipse Christus verus sit Deus & verus homo. Quia omnis res illarū rerū naturam & veritatē in se continet, ex quibus cōficitur. De hoc eodē Ioa. Damasc. In domino nostro Iesu Christo duas quidē naturas cognoscim⁹, vnam autē hypostasim ex vtriusq; cōpositā: Incarnat⁹ est ergo Christus, ex virgine assumēs primitiam nostræ massæ, vt ipsa extiterit in carne hypostasis, quæ Dei verbi hypostasis composita & facta fuerit, quæ prius simplex erat verbi hypostasis. Cōposita vero ex duabus perfectis naturis, Deitate & humanitate: & fecerat ipsa diuinæ verbi Dei filiationis characteristicum & determinatiuū idioma: secundum q̄ diuisa est à patre & Sp. S. & carnis characteristica & determinatiua idiomata: secundum q̄ differat à matre & reliquis hominibus. Item, vnam hypostasim filii Dei cōfitemur in duabus naturis perfectè se habentibus, deitatis: & humanitatis: & incarnatā esse eandem hypostasim, & has duas naturas custodiri & manere in ipso post vnionē, non seorsum & secundum partes ponentes singulam, sed vnitas inuicem in vnam cōpositam hypostasim: substātialem n. inquimus vnionē: scil. veram, & non secundum phantasiam: substantialē autem, non duabus naturis perficiētibus alteram, scil. vnam cōpositam naturam, sed vnitas ~~inuicem in~~ vnā hypostasim cōpositam filii Dei: & manere eandē substantialem differentiam determinauimus. Quod creabile manſit creabile, & quod increabile increabile, & mortale mortale, & immortale immortale, & circumscriptibile, circumscriptibile, & incircumscriptibile incircūscriptibile: & hoc quidem refulget miraculis. De hoc etiam Augustinus in libro de Trinitate ait. Quemadmodum secundum deitatem vna est patris filii q̄ natura, ita etiā iuxta humanitatē eadē est matris & filii vna natura. Ex vtraq; ergo substā-

Ca 5 li. 2. dē orthod. fide.

Lib. eod. c. 3. in medio.

Aug. ser. 193. de temp. qui est 5. in festo S. Trinit. 10. id habet.

substantia & diuinitatis & humanitatis vnus atq; idē est Deus, Dei & hominis filius Iesus Christus vt verus Deus, ita etiam homo verus. Idem etiam in libr. 13. de Trinit. Sic Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus substantiis fieret vna persona. Ac per hoc iam est ex tribus, Deo, anima, & carne. His aliisque pluribus auctoritatibus se muniunt, qui dicunt personam Christi compositam esse vel factam siue cōstantem ex duabus naturis, siue ex tribus substantiis.

Cap. 17 in principio.

Tertia aliorum sententia.

Sunt etiam alii, qui incarnatione verbi non solum personā ex naturis compositam negant, verū etiam hominem aliquē siue etiā aliquam substātiam ibi ex anima & carne compositā vel factā diffitentur. Sed sic illa duo, scilicet, animam & carnē verbi personę vel naturæ vnitā esse aiunt, vt non ex illis duobus vel tribus, aliqua natura vel persona fieret siue componeretur, sed illis duobus velut indumēto verbum Dei vestiretur, vt mortalium oculis cōgruēter appareret. Qui ideo dicitur ver⁹ factus homo, qa veritatē carnis & animæ accepit. Quæ duo etiā in singularitatē vel vnitatē suæ psonæ accepisse legitur, nō quia illa duo vel aliqna res ex illis cōpositā sit vna persona cum verbo, vel sit verbū, sed quia illis duobus accedētibus verbo nō est personarū numer⁹ auct⁹, vt fieret quaternitas in Trin. & quia ipsa persona verbi, q̄ prius erat sine indumēto, assumptione indumēti non est diuisa vel mutata, sed vna eadēque immutata permānsit. Qui secundū habitū, Deum hominē factum dicunt. Accipiēdo n. hominē dict⁹ est Deus, factus est homo, & ꝓpter acceptū hominē, dicitur Deus verè esse homo, & ꝓpter assumentē Deum dicitur homo, esse Deus. Nā si essētialiter, inquiūt illi De⁹ esse homo, vel homo esse De⁹ intelligeretur, tūc si De⁹ assumsisset hominē in sexu muliebri, & mu-

Greg. hom. 8. ad cap. 1. Ezech.

lier

lier essentialiter Deus esset & econuerso. At potuit Deum assumpsisse hominem in sexu muliebri, potuit ergo mulier esse Deus & econuerso.

Auctoritates inducit quibus hæc sententia roboratur. G

Ne autem & isti de suo sensu influere videãtur, testimoniis in medium productis quod dicunt cõfirmant. Ait n. Aug. in li de gratia noui testamenti. Sicut non augetur numerus personarum, cum caro accedit animæ vt fit vnus homo, sic non augetur numerus personarum, cum homo accedit verbo, vt sit vnus homo Christus: legitur ita Deus homo vt intelligamus huius personæ singularitatẽ, non vt suspicemur in carnẽ mutatam diuinitatẽ. Idẽ quoq; tractans illud verbum Apost. Habitu inuentus est vt homo, manifestè ostendit Deum dici factum esse hominẽ, vel esse hominẽ secundum habitum in li. 83. quæstionum ita inquiẽs. Multis modis habitum dicimus, vel habitum animi, sicut disciplinæ præceptionẽ vsu firmatã, vel habitum corporis sicut dicim⁹, aliũ alio validiorẽ, vel habitũ eorum q̃ membris accõmodantur extrinsecus, vt cũ dicimus aliquẽ vestitũ vel calceatũ, & huiusmodi. In quibus omnib. generibus manifestũ est in ea re dici habitum, q̃ accidit vel accedit alicui, ita vt eã possit etiã non habere. Hoc autẽ nomen ductũ est ab illo verbo quod est habere. Habitus ergo in ea re dicitur, q̃ nobis vt habeatur vel accidit vel accedit: veruntamẽ hoc interest, quia quędam eorũ q̃ accidunt vel accedunt, vt habitum faciant nõ mutãtur, sed ipsa mutãt in se integra & inconcussa manẽtia, sicut sapientia accedẽs homini, nõ ipsa mutatur, sed hominem mutat, quẽ de stulto sapientẽ facit. Quædã vero si accedũt vel accidũt, vt mutent & mutẽtur vt cib⁹ q̃ amittens speciẽ suã in corpus vertitur, & nos cibo refecti, ab exilitate atq; lãguore in robur atq; valentiã mutamur. Ter-

Epist ad Honoratũ 120. in fine ca. 4. in tom. 2.

Philip 2.

In princ. qu. 73. in to. 4.

Ibid. tãuld inferius.

Ibid. paulò inferius.

tium gen⁹ est, cum ea q̄ accidunt, vel accedunt, nec mutāt ea quib⁹ accidunt, nec ab eis ipsa mutantur, sicut ānul⁹ positus in digito, & genus rarissimè reperitur. Quartū genus est cū ea quę accidunt vel accedunt, mutātur nō à sua natura, sed aliam speciē & formam accipiunt, vt est vestis, q̄ dealbata atq; deposita non habet eā formam q̄ sumit induta, Induta n. mēbris accepit formam, q̄ non habebat exuta, & genus congruit huic comparationi. Deus n. filius semetipsum exinaniuit, nō formam suam mutans, sed formam serui accipiens, neque cōuersus aut transmutatus in hominē amissa incōmutabili stabilitate, sed in similitudine hominum factus est ipse susceptor, verum hominē susci-

Ibid. paulò inferius.

piendo habitu inuentus est, vt homo, i. habendo hominē inuentus est vt homo, non sibi sed eis q⁹ b⁹ in homine apparuit. Quod autē dicit vt homo, veritatē exprimit. Nomine ergo habitus satis significauit Apostolus, qualiter dixerit in similitudinē hominum factus, qa non tranfiguratione in hominē, sed habitu factus est, cum indut⁹ est hominē, quem sibi vniens quodāmodo atq; conformans immortalitati ęternitatiq; sociaret Non ergo oportet intelligi mutatum esse verbum susceptione hominis, sicut nec mēbra veste induta mutantur, quamuis illa susceptio ineffabiliter susceptū susciptiēti copularet. His verbis apertè innuere videtur Aug. Deū dici factum hominē secundū habitum. Qui etiā ipsius incarnationis modū volens exprimere quærētibus in 4. lib. de Trin. ait. Si

Ibid. paulò inferius

Cap. 12. ad medium.

quæritur incarnatio quomodo facta sit, ipsum verbum Dei dico carnē factum, i. hominē factum, nō tamē in hoc q̄ factum est, conuersum atq; mutatum, sed carne, vt carnalibus congruenter appareret, indutum. Ita sanè factum, vt ibi non sit tantū verbū Dei & hominis caro, sed etiā rationalis hominis anima. Atq; hoc totū & Deus dicatur, ꝓpter

Cap 2.

Deum

Deum,& homo propter hominē. Quod si difficile intelligitur,mēs fide purgetur à peccatis abstinēdo,& bona operando: difficilia n. sunt hæc. Idē in li.de fide ad Petrum,Dei filius cum sit Deus æternꝰ & verus,pro nobis factus est homo verus& plenꝰ. In eo verus,quia veram habet Deus ille humanam naturam: In eo verò plenus, quia & carnē humanam suscepit & animam rationalē.Item, nō ad aliud fuit illa Dei summi susceptio vel exinanitio, nisi formę seruilis inest naturæ humanę susceptio: vtraq; ergo est in Christo forma, qa vtraq; vera & plena est in Christo substantia diuina scil.& humana natura:Idē in li contra Maximinum,cum esset p seipsum inuisibilis,visibilis in homine apparuit, quem de fœmina suscipere dignatus est. Idem in eodem. Nos Christum dominum verū hominem suscepisse credimus,& in ipso visibiliter inuisibilē hominibus apparuisse: in ipso inter homines conuersatum fuisse, in ipso ab hominibus humana p tulisse,in ipso homines docuisse. Hilarius quoq; in 10.lib.de Trinit.ait. Quomodo Dei filius natus est ex Maria, nisi quod verbum caro factum est, scilicet,quod filius Dei cum in forma Dei esset, formā serui accepit:Vnum tamen eundemq; non Dei defectione,sed hominis assumptione profitemur: & in forma Dei propter naturam diuinam,& in forma serui ex conceptione spiritus sancti secundum hominis habitum repertum fuisse. Non fuit habitus ille tantum hominis, sed vt hominis,neq; caro illa caro peccati, sed in similitudine carnis peccati. Audistis tres secundum diuersos positas sententias,& pro singulis inducta testimonia.

Ibid.in fin. cap.2.

Aug.lib de fide contra Manichæos in princip. c.22. tom.6.

In eod.lib. contra Manichæos in princ.ca.6.

Hilar. ante med. lib. 10.

Ibid paulo inferius.

POSITIS SENTENTIIS PROLATISQVE TESTIMONIIS intelligentias propositarum locutionum exequitur secundum singulas sententias, & prius secundum primam.

* *
*

SECVNDVM primam vero dicitur Deus factus homo, & homo factus Deus: quia Deus cępit esse quædam substantia rationalis, quæ ante non fuerat & illa substantia cœpit esse Deus, & hoc gratia, non natura vel meritis habuit. Vnde recte dicitur Christus, inquantum homo prædestinatus esse filius Dei: Huic autem sententiæ opponitur. Si illa substantia cæpit esse Deus, & Deus illa: quædam ergo substantia est Deus, & quæ non semper fuit Deꝰ & quædam substantia est Deus, q̄ non est diuina substantia: & Deus est aliquid, ꝙ non semper fuit. Quod & illi concedunt. Origenis testimonio innitentes, qui ait, Factꝰ est sine dubio id quod priꝰ nō erat. sed addidit, secundū carnē. Secundum Deum vero erat prius, & non erat quando non erat. Aliis quoque pluribus modis illi sentētiæ potest opponi: quibus supersedemus, exercitationis studium lectori relinquentes, & ad alia properantes.

Orig. ad illud. Factus ex semine Dauid secūdum carnem ad Rom. 1.

Hic explanat secundam sententiam, etiam earundem locutionum sensus. B

IN secunda vero sententia huius dilectionis talis videtur ratio, vt cū dicitur Deus factus est homo intelligatur cępisse esse subsistēs ex duabꝰ naturis vel tribꝰ substantiis: & è conuerso, homo factus est Deus: qa subsistens in duabꝰ naturis cœpit esse Deꝰ: vel potiꝰ homo factus est Deus, & econuerso dicitur, qa Deus assumpsit hominē, & homo assumptus est à Deo. Vnde Aug. dicit in lib. de Trin. Talis fuit illa susceptio, q̄ hominē faceret Deum & Deum hominem. Variatur autem intelligentia, cum dicitur, Deus est homo, & homo Deus. Dicitur n. Deꝰ esse ꝑsona subsistēs in duabꝰ, & ex duabus naturis: & persona subsistens in duabus, & ex duabus naturis dicitur esse Deus, id est, verbū vel natura diuina. Potest enim p̄dicari persona simplex vel natura de persona cōposita, Non est autē vt ait

Lib 1. in princ. c. 13.

vt ait Ioan. Damasc idem dicere naturam vel personam.

Ex quo sensu dicunt Christum prædestinatum. Q

ISTI dicunt Christum prædestinatum in quantum est homo, id est, inquantum est subsistens ex duabus substantiis, scilicet, anima & carne. Nam quantum ad naturam diuinitatis, non est ipse prædestinatus. Non ergo in quantum in ea vel ea subsistit, prædestinatus est: sed inquantum subsistit in aliis duabus substantiis, id est, in anima & carne, hoc est inquantum est homo.

Quomodo exponuntur auctoritates primæ, quæ isti videntur obuiare sententiæ. D

Determinant etiam auctoritates quę primæ cõueniunt sententiæ, & huic videntur contradicere cum legitur, homo ille assumpt⁹ est à verbo in singularitate personæ, vel factus vna persona cũ verbo, de natura humana intelligatur, quę verbo vnita est in singularitate personę, i. ita quod eadem persona quę prius erat & simplex erat, sine incremento numeri personarum etiam immutata permãsit, licet composita. Compositionis vero huius aliam dicunt esse rationem quam sit in aliis hominibus, quia huius ex tribus aliorum ex duabus substãtiis est cõpositio. Negant quoque naturã, humanã esse personã vel Dei filium: & sicut vnũ eundẽq; dicunt esse hominem & Deum, & filium hominis & filium Dei: ita vnum & idem, nõ aliud & aliud, sicut nec alium & alium.

Quædam ponit quæ præmissis videntur aduersari. E

SED his videntur aduersari quę subditis continẽtur capitulis. Ait enim Aug. super Ioan. Aliud est verbum Dei, aliud homo: sed verbum caro factum est, i. homo: non itaque alia verbi, alia est hominis persona, quoniam vtrunq; Christus, & vna persona. Item ad Felicianum. Aliud Dei filius, aliud hominis filius: sed non alius. Item Dei filius, aliud de

Ad illud Ioan. 14. Nemo venit ad patrem. Tract. 69. in tomo 9. Lib. contra Felicianum. fine C. 11.

Ibid.ca.12. ad finẽ,t.1. patre,aliud de matre.Item in libro primo de Trinit.Cum filius sit & Deus & homo, alia substantia Deus,& alia homo.

Qualiter his respondeant. F

Hæc autẽ in hunc modum determinant : quia cum dicitur aliud verbũ Dei,aliud homo,siue alia substantia Deꝰ,alia homo:alterius naturæ significatur Christus esse inquantũ est homo : & alterius inquantũ est Deꝰ: & aliud natura qua est homo,aliud natura qua est Deus. Vt n. ait Ioan. Damasc. inconuersè & inalterabiliter vnitæ sunt adinuicẽ naturæ: neq; diuina distante á ꝓpria simplicitate, neq; humana aut conuersa in deitatis naturã, aut in non existẽtiam diuisa: neq; ex duabus vna facta cõposita natura. Cõposita n. natura neutri earum ex quibus cõponitur naturis homousia,i. consubstantialis esse põt,ex alteris perficiens alteram: vt corpus ex quatuor elementis compositum, nec ignis nominatur,nec aër,nec terra, nec aqua , nec horum alicui homousion dicitur. Si ergo secundũ hæreticos Christus vnius cõpositæ naturæ post vnionẽ extitit , ex simplici natura conuersus est in cõpositam:& neq; patri simplicis naturæ existenti,neq; matri est homousios: & neq; Deus neq; homo denominabitur,sed Christus solũ : & erit hoc nomen,scil.Christꝰ,nõ personę ipsius natura, sed vnius secundum ipsos compositæ naturæ: nos autem Christum non vnius naturę compositæ dogmatizamus,& hoc nomẽ,scil. Christus, personæ dicimus non monotropos, i. est, vno modo dictũ: sed duarum naturarum esse significatiuã scil. deitatis & humanitatis. Ex Deitate autẽ & humanitate,Deũ perfectum, & hominem perfectum eundem & esse & dici,ex duabus & in duabus naturis confitemur. Si ergo dicitur aliud esse filius Dei, aliud filius hominis:quia alterius est substantiæ vel naturæ inquãtum est filius Dei, & alterius inquã-

Lib.de orthodoxa fide 3. ap 9. in princip.

Ibid paulò inferius.

Ibid.paulò inferius.

tum

tum est filius hominis: non q; ipse filius Dei & hominis sit duo illa diuersa, i. duæ diuersę naturæ.

Auctoritate confirmat determinationem. G

Aperte n. Hilarius in 9. libr. de Trin. ait, Cum non aliud sit filius hominis: neque aliud filius Dei: verbum n. caro factum est: & cum ille qui filius Dei est ipse & hominis sit filius, requiro quis in hoc filio hominis glorificatus sit? Euidenter dicit nõ aliud esse filium Dei, & aliud filium hominis. Ex q̃ p̃missa roboratur & approbatur determinatio. *Ad medium 9. lib.*

Alia etiam verba auctoritatum annotat vt determinet. H

Quod etiam dictum est, vtrum q; Christus est, & vna persona, mouere potest lectorẽ: sicut & illud quod Augustin. dicit in li. de Trin. Quia forma Dei formam serui accepit, vtrunque Deus, vtrunque homo. Sed vtrunq; Deus propter accipientẽ Deũ, & vtrunq; homo propter acceptum hominem. Et illud quod idem ait in libr. de bono perseuerãtiæ. Qui fidelis est, in eo veram naturam humanã credit suscipiente Deo verbo ita sublimatam, vt qui suscepit & quod suscepit vna esset in Trinit. persona, assumptione illa ineffabiliter faciente personæ vnius in Deo & in homine veritatem: Si autem qui suscepit & quod suscepit vna esset psona, ergo natura humana cum verbo est vna persona. Sed hęc omnia ex tali sensu dicta fore tradunt, vt vtrunq; dicatur esse Christus & vna persona: qa in vtroq; vnus Christus & vna persona subsistit. Ita etiã susceptũ cum suscipiente dicitur vna persona, qa susceptum suscipienti est sociatũ in vnitate personæ, nõ ita vt caro & anima sint vnus Deus: quia vt ait Hieron. Verbum est Deus, non caro assumpta. Et Ambros. in libr. 3. de spiritu S. ait. Aliud est quod assumpsit, & aliud quod assumptum est. *Cap. 7 in fin.* *Cap. 24 ad medium in tom. 5.* *Hie. serm. de Assumptione ante medium tom 4.* *Ambr. in fin ca. 9. lib. de incarnationis dominicæ sacramento tom. 2.*

Hic quandam ponit auctoritatem, quæ multum videtur huic sententiæ opposita.

Aug. li. 3. ad princ. ca. 10. contra Maximin. hæreticum.

Est autẽ & aliud q̃ huic sententiæ plurimum videtur obuiare. Ait n. Aug. in li. 1. cõtra Maximinũ, Christus vna persona est geminæ substantiæ, quia & Deus & homo est: nec tamẽ Deus vel homo, pars huius substãtiæ dici potest, alioquin filius Dei Deꝰ anteq̃ susciperet formam serui non erat totus, & creuit cum homo diuinitati eiꝰ accessit. Ecce Deũ dicit non esse partem illius personę. vnde videtur illã persona non constare Deo & homine. Ad quod etiã illi dicunt, illam personã non ita constare ex Deo & homine, quasi totum ex partibꝰ. Ita n. partes alicuius totius conueniunt, vt ex illis quod nõ erat constituatur. Non autem sic humana & diuina natura in Christo vniuntur. Inexplicabilis n. est istius vnionis, quę non est partium ratio. Quidam tamen nomine Dei ibi personam significari putãt, quia de tribus agebat personis, quarum nullam Trinitatis partem esse dicebat, sicut pars istiꝰ personæ non est Deus. Quod si de persona intelligatur, manifestum est, quia persona non est pars personæ. Posita est diligenter sententia secunda, & eius explanatio: cui in nullo vel in modico obuiant auctoritates in tertia sententia inductæ, quæ iam considerandæ est.

Tertia sententia, quæ sit præmissarum propositionum intelligentia. K

IN hac ergo sententia sic dicitur, Deus factus est homo, quia hominẽ accepit, sic dicitur esse homo, quia hominẽ habet, vel quia est habẽs hominem: & homo factus Deus, qa assumptus est à Deo: & homo esse Deus, qa habens hominẽ est Deus. Cum ergo dicitur Deus est homo, vel habitus p̃dicatur vel persona, sed humanata. Et q̃ persona humanata p̃dicetur, Cassiodorus ostendere videtur dicẽs. Factꝰ est, vt ita dixerim, humanatus Deus, qui etiã in assumptione carnis Deus esse nõ destitit. Quod tñ variè accipi potest, vt dicatur Deꝰ factus humanatus:

tus: vel Christus factus Deus humanatus, vtrunq; enim sanè dici potest. Cum ergo dicitur factus est Deus homo, multiplex secundum istos fit intelligentia: vt naturam humanam accepisse, vel humanatum verbū esse incepisse intelligatur. Nec tamē si incepit esse humanatū verbum ideo sequitur q̄ inceperit esse verbum: nec si Deus fact⁹ est humanatū verbum: sequitur quod factus sit verbum sicut de aliquo dicitur. Hodie iste cœpit esse bonus homo, vel factus est bonus homo, nec tamen hodie cœpit esse homo, vel factus est homo.

Quo sensu secundum istos dicatur prædestinatus Christus. L

Secundum istos dicitur Christus, secundum q̄ homo, prædestinatus esse filius Dei, quia est prædestinatum à Deo ab æterno, & in tempore collatum est ei per gratiam, vt ipse ens homo sit filius Dei: hoc n. non semper habuit, sed in tempore per gratiam accepit. Quod videtur Aug. notasse in lib. ad Prosperum & Hilarium dicens, Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundum carnē similis Dauid esset in virtute filius Dei. Hic etiam cum dicitur Christ⁹ minor patri secundum q̄ homo secundum habitum hoc intelligunt dictum, id est, inquantum habet sibi hominem vnitum. Vnde Augustinus in 1. lib. de Trinitate, Deus filius Deo patri natura est æqualis, habitu minor. In forma n. serui minor est patre. In forma Dei, æqualis est patri: & quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratio, ideo Deum humanatum, non hominem deificatum dici tradunt. Vnde Ioan. Damascenus. Non hominem deificatum dicimus, sed Deum hominem factum.

In li de prædest. sanct. cap. 15 post medium & c. 7. in to. 7.

Aug. in fine cap. 6.

Lib. de orthodox. fide 3. c. 2. ad fin.

Quod non debet homo dici dominicus. M

Et licet dicatur homo Deus, nō tamen congruè dicitur homo dominicus. Vnde August. in lib. retract. Nō video vtrum rectè dicatur homo dominicus,

nicus qui est mediator Dei & hominum Christus Iesus, cum sit vtiq; dominus & hoc quidem vt dicerem, apud quosdã legi Catholicos tractatores. Sed vbicunq; hoc dixi, dixisse me nollẽ. Postea qppe vidi non esse dicendum, quamuis nõnulla à me posset idem ratione defendi. Secundum istos etiã dicitur persona filii in duabus & ex duabus existere naturis, secundum adhærentiam vel inhęrentiam; altera enim inhęret ei, altera inest.

Quod prædicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quæstionem. N

Satis diligenter iuxta diuersorum sententiam, suprapositam absque assertione & præiudicio tractauimus quæstionem: veruntamen nolo in tanta re tanquam ad cognoscendum difficili, putare lectorem istam sibi nostram debere sufficere disputationẽ: sed legat & alia fortè melius considerata atq; tractata: & ea quę hic moueri possunt, vigilãtiore atque intelligentiore, si potest mente discutiat, hoc firmiter tenens, quod Deus hominem assumpsit, homo in Deum transiuit non naturæ versibilitate, sed Dei dignatione: vt nec Deus mutaretur in humanam substantiam assumẽdo hominẽ, nec homo in diuinam glorificatus in Deum: quia mutatio vel versibilitas naturæ diminutionem & obolitionem substantiæ facit.

AN DIVINA NATVRA DEBEAT DICI nata de virgine.

DISTINT. VII. A

Qualiter per vnionẽ diuersarum naturarum in Christo fiat communicatio idiomatum & proprietatũ respicientiũ naturam.

POST prædicta inquiri debet, vtrum de natura diuina concedendum sit, quod de virgine sit nata: sicut dicitur in virgine incarnata. Et videtur vtique non debere dici nata de virgine, cum non sit nata de patre. Quæ n.res non de patre genita, non videtur de matre nata: ne res aliqua filiationis nomen habeat in humanitate quæ illud nõ teneat in diuinitate. Videtur tamen posse probari, quod sit

nata

nata de virgine: quia si hoc est nasci Deū de virgine, scil. hominē assumere in vtero virginis, cum natura diuina superi⁹ dicta sit hominē assumsisse; videtur debere dici nata. De hoc Aug. in lib. de fide ad Petrum sic ait. Natura æterna atq; diuina non posset temporaliter concipi & nasci ex natura humana: nisi secundum susceptionē veritatis humanæ veram temporaliter conceptionē & natiuitatē ineffabilis in se diuinitas accepisset. Sic est Deus æternus veraciter secundum tempus & concept⁹ & nat⁹ ex virgine. Ista auctoritate videtur insinuari quod natura diuina sit nata & concepta de virgine. Sed si diligenter notentur verba, potius de psona agi intelligitur: quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet. *Ibidē paulō inferius.*

De gemina Christi natiuitate, qua bis natus est. B

Quæri autem solet, Vtrum debeat dici Christus bis gen:tus vt dicitur Dei & hominis filius? Ad q̄ dici potest Christum bis natum esse, duasque natiuitates habuisse. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum, Pater Deus de sua natura genuit filium Deū sibi coęqualē & coęternum. Idem quoq; vnigenitus De⁹ secundo natus est semel ex patre, semel ex matre. Natus est n. de patre Dei verbum, natus est de matre verbum caro factum. Vnus ergo atq; idē Dei filius nat⁹ est ante secula, & natus in seculo, & vtraque natiuitas vnius est filii Dei, diuina scilicet, & humana. De hoc etiam Ioan. Damasc ait. Duas ergo Christi natiuitates veneramur: vnā ex patre ante secula, quæ est super causam & rationē & tēpus & naturā: & vnam, q̄ in vltimis temporibus, p̄pter nos & secūdum nos & super nos. Propter nos q̄a propter nostram salutem: secundum nos, quia natus est homo ex muliere, & tēpore cōceptionis, scilicet, nouem mensium: super nos, q̄a non ex semine, sed ex spiritu sancto & sancta virgine supra lege conceptionis. Ex his manifestè apparet Christi *Lib. 2 in medio Cap. 7.*

Christi duas esse natiuitates, eundemq; bis natum fore.

DE ADORATIONE HVMANITATIS CHRISTI: an eadem sit Adoratio humanitati & deitati exhibenda.

DISTINCT. IX.

A

Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ quod est proprietas diuinæ naturæ.

PRÆTEREA inuestigare oportet: vtrum caro Christi & anima vna eademq; cũ verbo debeat adoratione adorari, illa scilicet q̃ latria dicitur. Si enim animæ vel carni exhibetur latria quæ intelligitur seruitus siue cultus soli creatori debitus: cum anima Christi vel caro creatura tantũ sit, creaturę exhibetur & soli creatori debetur: quod faciẽti in idololatriam deputatur. Ideo quibusdam videtur nõ illa adoratione quę latria est carnẽ Christi vel animam esse adorandã: sed illa quæ est dulia, cuius duas species vel modos esse dicunt. Est n. cuiusdam modi dulia quæ creaturæ cuilibet exhiberi potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda non alii creaturæ: quia Christi humanitas super omnẽ creaturam est verenda & diligẽda. Non tamen adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur, qui cultus in dilectione & sacrificii exhibitione atque reuerentia consistit: qui latinè dicitur pietas, gręcè autem θεοσέβεια, id est. Dei cultus vel εὐσέβεια, id est, bonus cultus.

Aliorum sententia qui vnam adorationem vtrique exhibendam tradunt. B

Aliis autem placet Christi humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam, non propter se sed ꝓpter illũ cuius scabellum est, cui est vnita. Neque ipsa humanitas sola vel nuda, sed cũ verbo cui est vnita: nec ꝓpter se sed propter illum cui est vnita, est adorãda. Nec q hoc facit idololatrię reꝰ iudicari põt: quia nec soli creaturæ, nec ꝓpter ipsam: sed creatori cũ humanitate & in humanitate sua seruit. De hoc Ioan. Dã. ita ait. Duę sunt naturæ

naturæ Christi ratione & modo differentes vnitæ vero secundũ hypostasin, Vna ergo Christ⁹ est De⁹ pfectus, & homo perfectus: quẽ adoram⁹ cum patre & sp. vna adoratione cũ incontaminata carne eius. Non in adorabilẽ carnẽ dicentes. Adoratur n. in vna verbi hypostasi, q̃ hypostasis generata est. Non Creaturæ generationem præbentes. Nõ ergo vt nudam carnẽ adoramus, sed vt vnitã deitati in vnã hypostasim, Dei verbi duab. reductis naturis. Timeo carbonẽ tãgere ꝓpter ligno copulatã ignẽ. Adoro Christi Dei mei simul vtranq; naturã: ꝓpter carni vnitam deitatẽ. Non n. quartã appono personam in Trin. sed vnam personam confiteor verbi & carnis ei⁹. His verbis insinuari videtur Christi humanitatẽ vna adoratione cum verbo esse adorandã. De hoc etiam Aug. ait ex serm. Dom. vbi dicit. Non turbetur cor vestrũ, ita dicit, Dicunt hęretici filium non natura esse Deũ, sed creatũ. Quib⁹ respondendũ est, qa si filius nõ est Deus natura, sed creatura: nec colẽdus est omnino, nec vt De⁹ adorãdus: dicẽte Apost. Coluerũt & seruierunt potius creaturæ q̃ creatori. Sed illi ad hoc replicabũt & dicent, Quid est quod carnẽ eius, q̃ creaturã esse non negas, simul cum diuinitate adoras, & ei non minus q̃ diuinitati deseruis? Ego dominicam carnẽ, imo perfectam in Christo humanitatẽ ideo adoro, q̃ à diuinitate suscepta, & deitati vnita est: vt non aliũ & alium, sed vnum eundemq; Deum & hominẽ filium Dei esse confiteor. Deniq; si hominẽ separaueris à Deo, illi nunq̃ credo nec seruio: velut si quis purpuram vel diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita & in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed diuinitati vnitam, scilicet, vnum filium Deum verũ & hominẽ verum si quis adorare cõtempse-

Lib de ortho doxa fide 3. c. 2. in medi.

Serm. 58. de verbis his domini, Nõ turbetur cor vestrum.

102. 14. c. 10.

Rom. 1. c.

In tom. 8. aduersum hunc 5. psal. 98. Adorate Augusti.

tempserit æternaliter morietur. Idē super Psal. 98. vbi dicitur. Adorate scabellū pedum eius, quoniā sanctū est Sciēdum quia in Christo terra est i caro quę sine impietate adoratur. Suscepit n. de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnē accepit, hæc sine impietate à verbo Dei assū pta adoratur à nobis: quia nemo carnē eius māducat nisi prius adoret: sed qui adorat non terrā intuetur, sed illum potius cuius scabellum est propter quem adorat. His auctoritatibus præmissæ inuestigationis absolutio explicatur.

AN CHRISTVS SECVNDVM QVOD HOMO, *sit persona vel aliquid.*

DISTINCT. X.

De communicatione idiomatum & proprietatum respicientium personam prout sonant innobilitatem, scilicet de personali conditione, & filiali adoptione.

SOlet etiamà quibusdam inquiri, Vtrum Christ⁹ secundum quod homo, sit persona vel etiam sit aliquid. Ex vtraque parte huius quęstionis argumenta concurrunt. Quod enim persona sit, his edisserunt rationibus. Si secūdum quod homo aliquid est, vel psona, vel subsātia, vel aliud est. Sed aliud nō, ergo persona vel subsātia: si subsātia est, vel rationalis, vel irrationalis: sed nō est irrationalis substantia, ergo rationalis. Si vero secundum ꝙ homo est rationalis substantia, ergo persona, quia hæc est definitio personæ, substantia rationalis indiuiduæ naturæ. Si ergo secundum ꝙ homo est aliquid: & secundum quod homo persona est. Sed è conuerso, si secundū ꝙ homo persona est, vel tertia in trinitate, vel alia: sed alia non, ergo tertia in trinitate persona. At si secundum ꝙ homo psona est tertia in trinitate, ergo Deus. Propter hęc incōueniētia & alia, quidā dicunt Christum secundum hominē non esse personam, nec aliquid: nisi forte secundum sit expressiuum vnitatis personę, Secūdū n. habet multiplicem rationem. Aliquando n. exprimit conditionē, vel proprietatem diuinę naturæ

turæ vel humanę: aliquando vnitatē perſonæ, aliquando notat habitum, aliquando cauſam. Cuius diſtinctionis rationē diligēter lector animaduertat, atque in ſinu memoriæ recondat, ne eius cōfundatur ſenſus cum de Chriſto ſermo occurrerit.

Etſi Chriſtus ſecundum quod homo, dicatur ſubſtantia rationalis, non inde tamen ſequitur quod perſona ſit ſecundum quod homo. B

Illud tamen non ſequitur quod in argumentatione ſuperiori inductum eſt, quod ſi Chriſtus ſecundum quod homo, eſt ſubſtantia rationalis, ergo perſona. Nam & modo anima Chriſti eſt ſubſtā tia rationalis, non tamen perſona: quia non eſt per ſe ſonās, imo alii rei coniuncta. Illa tamen perſonę deſcriptio non eſt data pro illis tribus perſonis.

Alia probatio quod Chriſtus ſit perſona ſecundum quod homo. C

Sed adhuc aliter nituntur probare Chriſtū ſecūdum hominem eſſe perſonam: quia Chriſtus ſecūdum quod homo prædeſtinatus eſt vt ſit Dei filius: ſed illud eſt, ꝙ vt ſit, prędeſtinatus eſt: ergo ſi prædeſtinatus eſt ſecundum quod homo vt ſit filius Dei, & ſecundum ꝙ homo eſt filius Dei. Ad ꝙ dici poteſt Chriſtum eſſe id, quod vt ſit, prædeſtinatus eſt. Eſt n. prædeſtinatus vt ſit filius Dei, & ipſe verè eſt filius Dei: ſed ſecundum hominē prædeſtinatus eſt vt ſit filius Dei, qa per gratiā habet hoc ſecundum hominē: nec tamē ſecundum hominēeſt filius Dei, niſi forte ſecūdum vnitatis perſonæ ſit expreſsiuum: vt ſit ſenſus. Ipſe qui eſt homo, eſt Dei filius, vt autem ipſe ens homo ſit Dei filius, per gratiā habet: ſed ſi cauſa notetur falſum eſt. Non enim quo homo eſt, eo Dei filius eſt. *Ad Rom. 1.a*

An Chriſtus ſit adoptiuus filius ſecundum quod homo vel alio modo D

Si vero quæritur an Chriſtus ſit adoptiuus filiꝰ ſecundū quod homo ſiue alio modo? reſpondem⁹

Quare non sit adoptiuus filius.

Christum non esse adoptiuum filium aliquo modo, sed tantum naturalē: quia natura filius Dei est, non adoptionis gratia. Nō autem sic dicitur filius natura, vt dicitur Deus natura. Non enim eo filius est, quo Deus, quia ꝓprietate natiuitatis filius, natura diuinitatis Deus est: & tamen dicitur natura vel naturæ filius: quia naturaliter est filius, eandē, sc. habens naturam, quam ille qui genuit. Adoptiuus autē filius non est, quia prius non fuit, & postmodum adoptatus est in filium, sicut nos dicimur adoptiui filii: quia cum nati fuerimus iræ filii, per gratiā facti sumus filii Dei. Christus vero nunquā fuit non filius Dei: & ideo non est adoptiuus filius.

Ephe. 2 a

Oppositio quod sit adoptiuus filius. E

SED ad hoc opponitur sic. Christus filius hominis est, i. virginis: aut gratia aut natura vel vtroq; modo. Si verò natura: aut diuina aut humana: sed diuina, non ergo aut humana natura, aut non natura est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tantum: & si etiam natura humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis est, adoptiuus filius esse videtur: vt idē sit naturalis filius patris, & adoptiuus filius virginis. Ad quod dici potest, Christum filium virginis esse & natura vel naturaliter, & gratia, nec tamen adoptiuus filius virginis est: quia non per adoptionem, sed per vnionem filius virginis esse dicitur. Filius enim virginis dicitur, eò quod in virgine hominē accepit in vnitatem personæ: & hoc fuit gratiæ & nō naturæ. vnde Aug. super Ioan ait, quod vnigenitus est æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ. Quòd autē in vnitate personæ vnigeniti assumptꝰ est homo, gratiæ est non naturæ, Christus ergo nec Dei nec hominis est adoptiuus filius: sed Dei naturaliter, & hominis naturaliter, & gratia est filius. Quòd verò naturaliter sit hominis filiꝰ, Aug. ostēdit in li. de fide ad Petrum. Ille scilicet Deus factus est na-

Solutio.

Aug. tract. 74. ad illud Ioan. 14. Si diligeretis me. to. 9.

Aug. ca. 2. ante med.

est naturaliter hominis filius, q est naturaliter filiꝰ vnigenitus Dei patris. Quod autē nō sit adoptiuꝰ filius, & tamē gratia sit filius, ex subditis probatur testimoniis. Hier. super epist. ad Ephe. ait, De Christo Iesu scriptū est, qa semper cū patre fuit, & nunquam eum vt esset voluntas paterna præcessit: & ille quidē natura filius est, nos vero adoptione. Ille nunquā nō fuit filius: nos antequā essemus, prædestinati sumus, & tunc spiritum adoptionis accepimus, quando credimus in filium Dei. Hilar. quoq; in li. 3. de trin. ait, Dominus dicens, clarifica filium tuum: non solo nomine contestatus est se esse filiū Dei, sed etiam proprietate. Nos sumus filii Dei: sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filiꝰ origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione. Aug. etiam sup. Ioan. ait, Nos sumus filij gratia, non natura: vnigenitꝰ autē natura, nō gratia: an hoc etiam in ipso filio ad hominē referēdum est. Ita sane Ambr. quoq; in 1. lib. de fide ait, Christus filius est non per adoptionē, sed per naturam: per adoptionem nos filii dicimur, ille per veritatē naturæ est. Ex his euidēter ostenditur, quod Christus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur, cum Aug. eum non esse gratia filium asserit: gratia enim sed non adoptionis, imo vnionis filius Dei est filius hominis, & è conuerso.

Hiero. ad illud c. 1. ad Ephes. In charitate prædestinās.

In Tom. 9.

Non longè à principio 3. lib.

Tractatu 82. in fine ad illud Ioā. 15. Sicut & ego patris mei.

Amb. ca. 9. ante med. Tom. 1.

Vtrum persona vel natura prædestinata sit. F

Deinde si quæritur, vtrum prædestinatio illa q̄ cōmemorat Apostolus, sit de persona an de natura. Sane dici potest & personam filii, quæ semper fuit esse prędestinatam secundum hominē assumptum. vt ipsa scil. ens homo esset Dei filius: & humanam naturam esse prædestinatam vt verbo patris personaliter vniretur.

Ad Rom. 1. a Rom. 1. a.

VTRVM CHRISTVS SIT CREATVRA, VEL creatus vel Factus.

DISTINCT. XI.

De communicatione idiomatum & proprietatum.

SOLET etiã quæri, vtrum debeat simpliciter dici atque cõcedi Christũ esse factum, vel creatum vel creaturam: Ad q̃ dici potest, hoc simpliciter, & ab q̃ determinatione minus congruenter dici. Et si quãdoq̃ breuitatis causa simpliciter denuncietur: nunquam tñ simpliciter debet intelligi. Quia

Aug. ca. 13. ad princip.

vt Aug. in 1. lib. de Trin. ait, Cum de Christo loquimur, quid secundũ quid, & propter quid dicatur, prudens & diligẽs ac pius lector intelligere debet. Qui Christum vel Dei filium non esse factum, vel creaturã, in 1. lib. de trin. ostendit ita inquiens. In

Ibidem in prin. ca. 6.

principio erat verbũ: & verbum caro factum est: & oĩa per ipsum facta sunt. Neq; dicit oĩa nisi quæ facta sunt, i. omnem creaturam. Vnde liquidè apparet ipsum factum non esse, per quẽ omnia facta

Circa finem cap. 6.

sunt: & si factus non est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substãtię est. Omnis n. substantia q̃ Deus nõ est, creatura est: & q̃ creatura nõ est, Deus est. Sed si filiꝰ nõ est eiusdẽ substantiæ cuius pater, ergo facta substantia est: & si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt. At oĩa per ipsum facta sunt, facta ergo substãtia non est, sed vna cũ patre infecta substantia est. Idem in eodem. Si vel filium fecit pater quem non

Aug. quæst. 67 ad principium. tõ. 4.

fecit ipse filius, nõ omnia per filium facta sunt: At omnia per filium facta sunt: Ipse ergo factus nõ est vt cum patre faceret omnia q̃ facta sunt. Idem in lib. 83. quęst. Dicitur creatura quicquid fecit Deus pater per filium: qui non põt appellari creatura, q̃niam per ipsum facta sunt omnia. Ambr. in 1. li. de

Ambr. to. 2. in princip. c. 6.

fide. Probemus, inquit, creaturam nõ esse Dei filiũ. Audiuimus enim in euangelio dominũ mandasse discipulis, pdicate euangeliũ vniuersæ creaturæ.

Qui

Qui vniuersam creaturam dicit, nullã excipit, & vbi sunt qui creaturam Christum appellãt? Nam si creatura esset, sibi mandaret euangelium prędicari: & subiectus esset vanitati: quia testante Apostolo. Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator: qui docendæ creaturę discipulis mandat officium. *Rom.6.d*

De perfidia, & pœna Arrij. B

ARRII hæc fuisse perfidia legitur, vt Christum creaturã faceret. Ideo effusa sunt Arrii viscera, atq; crepuit medius, prostratus in faciẽ ea quib⁹ Christum negauerat fœda ora pollutus. His aliisq; pluribus testimoniis instruimur nõ debere fateri simpliciter Christum esse factum vel creaturã: sed addita determinatiõe rectè dici põt, vt si dicatur fact⁹ secundũ carnẽ, vel secundũ hominẽ: vt factura humanitati, non Deo attribuatur. Vt n. ait Ambr. in 1.li. de fide, Non Deus factus est, sed Deus Dei filius nat⁹ est: postea verè secundũ carnẽ homo fact⁹ ex Maria est. Misit n. Deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege: filium inquit suum, scil. non vnũ de multis. Cum dicit suũ, generationis æternæ proprietatẽ signauit. Postea factũ ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati sed assumptioni corporis adscriberetur. Factũ ergo ex muliere dicit, propter carnis susceptionẽ: sub lege, propter obseruantiam legis. Generatio generationi non præiudicat, nec caro diuinitati. Deus enim ęternus incarnationis sacramentum suscepit, non diuiduus, sed vnus, & invtroq; vnus, scilicet, diuinitate & corpore. Nõ n. alter ex patre, alter ex virgine: sed idẽ aliter ex patre, aliter ex virgine: sed q factus est secundum nostræ susceptionem naturæ, non secundum ęternæ substantiam vitę: quem legimus primogenitum. Primogenitum quia nemo ante ipsum: Vnigenitũ, qũia nemo post ipsum. Ex his euidẽter traditur, qua intelligẽtia accipiendũ

Amb. lib. de fide 1. c. 9. ad princip.

Eod. li. 1. e in fine

Galat. 4. a.

Ambr. c. 5. ad prin. li. de incarnationis dominicæ sacramento

Eo. ca. 5.

Ambr. 6. li. 1. de fide ad medium.

sit cum dicitur Christus factus vel simpliciter, vel cum additamento: vt factura, scilicet, creatura nõ assumentem Deum, sed ad assumptum hominẽ referatur. In Deo n. creatura esse non põt, vt Ambr. ait 1. li. de fide. Nunquid dicto factus est Christus? Nunquid mandato creatus est Christus? Quomodo autẽ creatura esse in Deo potest? Etenim Deus naturæ simplicis est non coniunctæ atq; compositæ: cui nihil accidat, sed solum quod diuinum est in natura habeat sua. Etsi ergo Christus secundũ hominẽ dicitur creatura, nõ tamẽ simpliciter p̃dicãdus est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominẽ dicitur esse creatura, potest quis ꝓgredi sic argumẽtando. Si secundum q̃ homo Christus est creatura, vel rationalis vel non. vel quę est Deus, vel non, nitens per hoc ꝓbare Christum esse aliqd non diuinũ, qa quod ipse est secundũ hominem, ipse est. Et ideo si secundũ hominẽ est aliqua substantia non diuina, est vtiq; aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio, illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura, vel simpliciter, vel cum adiunctione.

Cap. 7. ad medium capitis.

AN HOMO ILLE SEMPER FVERIT VEL cœperit esse.

DISTINCT. XII. A

POST prędicta quęritur. Vtrum homo ille cęperit esse vel semper fuerit: sicut simpliciter enunciamus Christum vel Dei filium semper fuisse, nec cœpisse. De hoc Aug. ita inquit super Ioan. Habuit aliquando Dei filius, quod nondum habuit idem ipse homo Dei filius: qa nondum erat homo. Item idẽ in eodem. Priusquã mundus esset, nec nos eram⁹, nec ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Idẽ super Psal. Christus noster etsi fortè homo recẽs est, tamẽ est æternus Deus. Alibi verò legitur, quod puer ille creauit stellas. Et Christus dicit

Aug. tract. 106. ad illud Ioan. 17. Tui erant & mihi eos dedisti.

Idem tract. 106. ad illud claritatem quã habui, priusquam mundus fieret.

dicit se esse principium, & esse ante Abraham. His ergo aliisq; auctoritatibus in nullo resultantes, dicimus hominē inquantum homo est, cœpisse, inquantum verbum est, semper fuisse. Hic n. absque distinctione non est ferenda responsio. Nam & ipse Aug. huiusmodi vtitur distinctione in plurib⁹ locis, dicens per Christum omnia esse facta inquātum verbum est: Secundum illud verò quod homo est, ipsum esse factum & glorificatum. Si ergo ad personam respicias, confitenter dic hominem illum semper fuisse: si vero ad naturam hominis, concede eum cœpisse.

Ioan. 17.
Aug. aduersum hunc. 8. Psal 80. Israel, si me audieris, nō erit in te Deus recens to. 8. c. & g. Responsio. Li. de tri. 13. c. 19. in med.

Si Deus alium hominē assumere potuit vel aliunde quam de genere Adæ. B

SOLET etiam quæri, vtrum alium hominē vel aliunde q̄ de genere illius Adam Deus assumere potuerit? Ad quod sanè dici potest, ipsum & aliā animam & aliam carnē potuisse assumere: quia gratia tātum assumpta est anima illa, & caro à verbo Dei. Vt n ait Aug. In rebus per tempus ortis illa sū ma gratia est, quod homo in vnitate personæ cōiunctus est Deo. Potuit ergo Deus aliam animā & aliam carnē assumere: & carnē vtiq; aliunde q̄ de genere Adam. Vnde Aug. in li. 13. de trinit. Potuit itaq; Deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei & hominum, nō de genere illius Adam, qui peccato suo obligauit genus humanum, sicut ipsum quē primo creauit, non de genere alicui⁹ creauit. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnum alium, de quo vinceretur, victor prioris. Sed meli⁹ iudicauit, & de ipso q̄ victū fuerat genere assumere hominē, per quē hominis vinceret inimicum. Et tamē ex virgine, cuius cōceptum spiritus nō caro, fides nō libido p̄uenit, nec interfuit carnis cōcupiscentia, qua cæteri cōcipiuntur qui originale trahunt peccatum: sed credendo, nō concumbēdo facta est fœcundata vir-

Cap. 18. In principio.

gnitas. Ex his aperte ostenditur, & alium & aliunde hominem Deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare, vel non esse Deus. C

Ideo non immerito quęritur, Vtrum homo ille potuerit peccare, vel non esse *Deus*? Si n. potuit peccare, & potuit damnari. Si potuit damnari, potuit non esse *Deus*, ergo si potuit peccare, potuit non esse Deus: qa esse *Deum*, & posse velle iniquitatẽ, simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est, vtrũ de persona, an de natura agatur. Si n. de persona agitur, manifestũ est qa peccare nõ potuit, nec Deus non esse potuit. Si vero de natura, discutiendum est. vtrũ agat de ea vt verbo vnita, an de ea tanquã nõ vnita verbo, & tamen enti: i. an de ea secundũ quod fuit vnita verbo, an de ea secundũ quod esse potuit, & nonvnita verbo. Non est enim ambiguum, animam illam entem vnitam verbo peccare non posse: & est sine ambiguitate verum, eandem si esset & non vnita verbo posse peccare.

Quorundam oppositio quod potuerit etiam vnita peccare. D

Quidam tamen probare conantur etiam eam vnitam verbo posse peccare: qa liberum arbitriũ habet & ita potest flecti in vtrãq; partẽ, quod friuolum est: cum & angeli liberũ arbitrium habeãt, & in gratia à *Deo* sint confirmati vt peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo, cui Spir. est datus sine mensura? *Inducunt quoq;* auctoritatẽ ad probandũ idẽ. Scriptũ est n. in lib. Sap. Qui potuit trãsgredi, & nõ est transgressus, facere malũ, & non fecit. sed hoc accipiendum est secundũ mẽbra, vel partim de capite, partim de membris. *De* capite, Non est transgressus, & non fecit malum. De membris, potuit transgredi, & facere malum.

Ioan. 3. d
Eccl. 31. b

Si Deus *potuerit assumere hominem in sexu muliebri.* E

Solet etiam quæri, quamuis curiosè, à nonnullis. Si Deus humanã naturã potuit assumere secundum

dum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eũ potuisse assumere hominem in fœmineo sexu, vt assumpsit in virili. Sed oportunius atque conuenientius factum est, vt de fęmina nasceretur, & virum assumeret? vt ita vtriusq; sexus liberatio ostẽderetur. Vnde Aug. in l. 83. q. Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. ergo qui virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, cõsequens erat & fœminei sexus liberatio. Hinc apparet, quia ille vir de fœmina natus est. Sapientia ergo Dei, quæ dicitur vnigenitus filius, homine suscepto in vtero & de vtero virginis, liberationem hominis indicauit. *Quæst. 11. in tom. 4. ad finem.*

SI CHRISTVS SECVNDVM NATVRAM hominis in sapientia, & gratia proficere potuit, & profecit.

DISTINCT. XIII.

A PRÆTEREA sciendum est, Christum secundũ hominẽ ab ipsa conceptione gratiæ plenitudinem recepisse: cui spiritꝰ datus est nõ ad mẽsuram, in q̃ plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita vero habitat, vt ait Aug. ad Dardanũ, quod omnia gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis. Vt in nostro corpore ineſt sensus singulis membris, sed nõ quantum in capite (Ibi n. & visus est, & auditꝰ, & olfactus, & gustus & tactus: in cæteris autẽ solꝰ est tactus) Ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis: qa ille est caput in quo sunt omnes sẽsus. In sanctis vero quasi solus est tactus: quibus datus est spiritus ad mẽsuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem: quia nunquam illam eandẽ essentialiter, sed similẽ acceperunt gratiã. Puer ergo ille plenꝰ sapiẽtia, & gratia fuit ab ipsa cõceptione. Vnde Hiere. rectè dicit. Nouum faciet Dominꝰ super terram, mulier circũdabit virũ, quia in vtero virginis

Quomodo verbi seu Christi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionẽ, quantum ad plenitudinẽ gratiæ & sapientiæ simul ad Coloss. 1. b Aug. epi. 57. ad fin. n. 10. 2. Ioan. 1. b

Hier. 31.

virginis perfectus extitit, non solum propter animam & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam qua plenus erat.

Auctoritatem ponit quæ videtur obuiare. B

Huic autem sententię videtur obuiare quod in Lucę euangelio legitur, *Ie*sus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines. Si n. proficiebat sapientia & gratia: non videtur à conceptione habuisse plenitudinem gratię sine mẽsura. Ad q̃ sanè dici põt, ipsum secundum hominem tantam à cõceptione accepisse sapientiæ, & gratiæ plenitudinẽ, vt Deus ei plenius cõferre nõ potuerit: & tñ verè dicitur ꝓficisse sapientia & gratia, nõ quidẽ in se, sed in aliis qui de eius sapientia & gratia ꝓficiebant, dum eis sapientiæ & gratię munera secundum processum ætatis magis ac magis patefaciat. Vnde Gregorius in quadam hom. ait, Iuxta hominis naturã proficiebat sapientia: nõ q̃ ipse sapientior esset ex tẽpore, qui à prima conceptionis hora Sp. sapientiæ plenus permanebat: sed eãdem qua plenus erat sapientiam cęteris ex tempore paulatim demõstrabat. Iuxta hominis naturã proficiebat ætate de infantia ad iuuentutẽ: iuxta hominis naturã proficiebat gratia, nõ ipse q̃ non habebat per accessum tẽporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ q̃ habebat. Apud Deum & homines proficiebat: qa quantum proficiẽte ætate patefaciebat hominibus dona gratiæ, quæ sibi inerant & sapientiæ, tantum eos ad laudẽ Dei excitabat, & sic Deo patri ad laudẽ Dei, & hominibus ad salutẽ proficiebat. In aliis ergo non in se ꝓficiebat sapientia & gratia: vnde eodẽ in euangelio puer ille sapientia plenus & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profeciisse sapientia & gratia, vt aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi tradita: cum per eius industriam alii ꝓficiunt.

Luc. 2. g **Determinatio auctoritatis.**

Beda hom. de euangelio, Luce 2. Cum factus esset Iesus annorum 12. de dominica infra 8. Epiphanie.

Ioan. 1. b.

pra-

Prædictis videtur aduersari quod Ambrosius ait. C

Alibi tamē scriptum reperitur, quod secundum sensum hominis profecerit sicut ætate hominis ꝓfecit. Ait n. Ambr. in li. de incarnationis dominicæ sacramento sic: Deus perfectionem naturæ suscepit humanæ. Suscepit sensum hominis: sed nō sensu carnis fuit inflatus. Sensu hominis animam dixit cōturbatam: sensu hominis esuriuit & rogauit: sensu hominis ꝓfecit sicut scriptū est, Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia. Quomodo proficiebat sapientia Dei? Profectus ætatis & profectꝰ sapientiæ, nō diuinæ, sed humanæ naturæ est. Ideo ætatem cōmemorauit: vt secundum hominē crederes dictum. ætas n. non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis proficiebat sapientia hominis. Sensus autē hominis profecit, quia sensus: ideo sapiētia. Quis sensus proficiebat? Si humanꝰ, ergo ipse per incrementū susceptꝰ est: Si diuinus ergo mutabilis per profectū. Quod n. ꝓficit, mutatur in melius: sed quod diuinum est, nō mutatur. Quod ergo mutatur, nō est diuinum. Sēsus ergo proficiebat humanus. Sensum ergo suscepit humanum. Nec poterat cōfortari virtus Dei, nec crescere Deus, nec altitudo sapiētiæ Dei impleri. Quæ ergo implebatur, erat non Dei, sed nostra sapientia: nam quomodo implebatur, qui vt oīa impleret, descendit? Per quē autē sensum dixit Esaias, quod patrē nescieba puer aut matrē? Scriptū est n. priusquā sciat puer vocare patrē aut matrē, accipiet spolia Samariæ. Sapientiā n. Dei futura & occulta nō fallunt. Expers autē agnitionis infātia, per humanā vtiq; imprudentiā, ꝙ adhuc nō didicit, ignorat. Sed verendū est, inquā, ne si duos principales sensus, aut geminam sapientiā Christo tribuamꝰ, Christū diuidamus. Nunqd cū & diuinitatē eiꝰ & carnē adoramus, Christum diuidimꝰ? Nunqd cū in eo imaginē Dei crucēq; veneramur, diuidī-

Ambr. c. 7. in medio in tom. 2.

Luc. 2. g.

Ibi ℣ pauloinf. ius.

Esa. 8. a

Esa. 7.

1. Cor. 13. a

1. Cor. 1. b

uidimus eum? Apost. certe qui de eo dixit, quoniã etsi crucifix⁹ est ex infirmitate nostra, viuit tamẽ ex virtute dei: ipse dixit qa nõ diuisus est Christus. Nunquid etiam cum dicimus, quia animam rationalem & intellectus nostri susceptit capacem, diuidimus eum? Non n. ipse deus verbum pro anima rationali & intellectus capaci in carne sua fuit: sed animam rationalem & intellectus nostri capacẽ, & ipsam humanam & eiusdem substantiæ cuius nostræ sunt animę, & carnem nostrę similem eiusdemque cuius caro est nostræ substantiæ susceptens perfectus etiam homo fuit.

De intelligentia præmissorum verborum. D

Hæc verba Ambros. pia diligentia inspicienda sunt: quæ ex parte hominis ignorantiam instruũt & illuminant, ex parte errandi fomitem malè intellecta ministrant. His etenim euidẽter traditur duos in Christo esse principales sensus, siue geminã sapientiã. Neq; ideo vnitas & singularitas personę diuiditur: sed iuxta duas naturas, duas habet sapiẽtias: vnam non creatã sed genitam, q̃ ipse est: alterã nõ genitã sed creatã & per gratiam ei collatam. Nam Esaias de eo protestatur. Requiescit super eum spr. sapientiæ & intellectus. Spiritus ergo sapientiæ & intellectus, id est, sapientia & intelligentia per spiritum S. gratis data, Christus erat sapiens secundum animam. Secundum Deum verò sapiens erat sapientia æterna, quæ Deus est. Et sicut inquantũ Deus est, bonus est bonitate naturali, q̃ ipse est, & iustus iustitia naturali, quæ ipse est: ita sapiens sapientia naturali, quæ ipse est. Anima verò eius sicut bona est, & iusta bonitate vel iustitia gratis data, q̃ ipse vel ipsa nõ est: ita est sapiẽs sapientia gratis data, q̃ ipsa nõ est. Et licet gemina in Christo sit sapientia, vna tamen eademq; persona est: q̃ inquantum Deus est, & inquantum natura diuina est, sapiens est sapientia ingenita, scil. sapientia

De gemina Christi sapiẽtia, genita, scilicet, & creata.

Esaiæ 11. a

entia æterna, quæ est pater: & sapientia, q̃ non est ingenita, q̃ communis est tribus personis nõ tamẽ gemina sapientia: quia non est alia, & alia sapiẽtia, sapientia ingenita, quæ tantum pater est, & sapiẽtia quæ communiter pater est, & filius, & spiritus sanctus. Inquãtum vero eadem persona est homo, id est, secundum hominem acceptum, vel inquantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

Quomodo intelligendum sit illud. Sensus proficiebat humanus. E

Sed ex qua causa illius dicti intelligẽtia, scilicet, Sensus proficiebat humanus, assumẽda est? Aperte n. videtur Ambros. innuere quod secundum humanum sensum Christus profecerit, & quod infãtia eius expers cognitionis fuerit, & patrem & matrem ignorauerit: q̃ nec ecclesia recepit, nec p̃missæ auctoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sanè põt accipi, vt quantũ ad visum hominũ & sui sensus ostensionẽ, Christus profeciſſe dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundũ ostẽsionem & aliorum hominum opinionẽ. Ita etiã patrẽ & matrẽ dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat & gerebat, ac si agnitionis expers esset.

SI ANIMA CHRISTI HABVERIT SAPIENtiam parem cum Deo: & si omnia scit, quæ Deus.

DISTINCT. XIV. A

HIC quęri opus est. Cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita: vtrum habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum sciẽtiam habuerit vel habeat, id est, vtrũ omnia sciat quæ Deus scit? Quibusdam placet, quod nec parẽ cum Deo habeat scientiam, nec omnia sciat, quæ Deus: quia in nulla creatura æquatur creatori. Cũ ergo

Quomodo verbi seu Christi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionẽ quantum ad plenitudinem scientiæ spiritualiter.

Opinio quorundam.

ergo anima illa creatura sit, in nullo æquatur creatori: ergo nec in sapientia. Non ergo habet æqualē cum Deo sapientiam, nec fecit oīa q̄ Deus. Item, Si anima illa æqualē habet cum Deo sapientiam, nō ergo De⁹ in omni bono maiorē habet sufficientiā, q̄ eius creatura. Inducūt etiam auctoritates ad idē probandum. Ait n. propheta ex persona hominis assumpti. Mirabilis facta est scientia tua ex me, & non potero ad eam. Quod exponēs Cassiodor. ait, Veritas humanæ cōditionis ostenditur: quia assumptus homo diuinæ substantiæ nō potest æquari, vel in scientia vel in alio. Apost. etiā ait, Nemo nouit q̄ sunt Dei, nisi Sp. Dei, q̄ solus scrutatur omnia etiam profunda Dei. His aliisq; plurib⁹ rationibus, & auctoritatibus nituntur, qui animam Christi asserunt nec parem cum Deo habere scientiā, nec omnia scire quę Deus scit. Quia si omnia scit quę Deus, scit ergo creare mundum, scit etiā creare seipsam.

Cassiodorus ad versum 5. hunc mirabilis facta est, Psal. 138.

1. Cor. 2. c.

Responsio quæstionis definitiuam continens sententiam. B

Quibus respondentes dicimus animam Christi per sapientiam sibi gratis datam in verbo Dei, cui vnita est, vnde etiam perfectè intelligit, omnia scire quæ Deus scit, sed non oīa posse q̄ pōt Deus, nec ita claré & perspicue oīa capit vt Deus: & ideo nō æquatur creatori suo in scientia, etsi oīa sciat quæ & ipse, nec est eius sapientia æqualis sapientię Dei, qui illa multo est dignior, digniusque & perfect.⁹ omnia capit, q̄ illius animæ sapientia, ergo & in scientia maiorem habet sufficientiam Deus, q̄ anima illa quæ dignior est omni creatura. Illud véro Apostoli quod inducunt, nemo nouit quę Dei sūt, nisi Sp. Dei qui solus scrutatur omnia: pro nobis fecit. Mox enim addit Apostolus. Nos autem spiritū Dei habemus: vt per spiritum quē habebat, Dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa p̄ omnibus

2. Cor. 7. g

Ioan. 2. d

nibus ſpiritum Dei habuit, cui ſpiritus non eſt datus ad menſuram, vt ait Ioan. Euang. Dona ergo ſpiritus S ſine menſura habuit: ergo & ſapiētiam. Omnia ergo ſciuit anima illa. Si enim quædam ſciuit, quædam non: tunc non ſine menſura ſcientiam habuit. Sed ſine menſura ſcientiam habuit: ſcit ergo omnia. Fulgētius etiam in ſermone quodam multa inducit quibus aſſerit animam illam rerum omnium ſcientiam habere, vtens auctoritate Apoſtoli dicentis, In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Quod etiam ratione pōt probari ſic. Nihil ſcit aliquis quod eius anima ignorat. Sed Chriſtus ſecundum omnium cōceſsionem omnia fecit, ergo anima eius omnia ſcit. Ad id vero quod dicūt. Si omnia ſcit, ergo ſcit creare mundum vel ſeipſam, reſpondemus. quod ſcientiam habet mundum creandi, ſed non potētiam, & creandi animam, & ſcit quomodo Deus ſeipſam creauerit, habet ergo ſciētiam ſui creatæ, ſed nō ſui creandæ, qa non eſt creanda, ſed creata. Colo. 2. 6

Quare Deus non dedit ei potentiam omnium, vt ſcientiam. C

SI vero quæritur, Quare Deus nō dederit ei potentiam faciendi omnia, vt ſcientiam? Reſponderi pōt, quia naturaliter capax eſt ſcientiæ, & ideo id congrue ei datum eſt ſine menſura, cuius ipſa naturaliter capax eſt. Non eſt autem ei datum poſſe omnia facere quæ Deus facit, ne omnipotens, & per hoc Deus putaretur. Veruntamē forte nec potentiam faciendi omnia ei Deus præſtare potuit, & ſi potentiam faciendi aliqua quæ non facere poteſt. Scit ergo anima Chriſti omnia quæ Deus ſcit in verbo Dei, quod liquidius & præſentius omni creatura contēplatur, vt ei vnita, in quo etiā angeli & quę Dei ſunt, & quæ futura ſunt, cognoſcūt.

Quomodo intelligenda ſint quædam verba Ambroſij ſuper Lucam. D

SED

** alias Beda Luc. 1 cap. Beda ia habet hom. in festo annunciationis quæ est 17. de sanctis hiemalib. Et glossa or. ad 1. Lucæ tribuit Bedæ & sm. hic erit magnus.*

Sed si illa anima non habet tantam potentiam quantam & Deus, nec homo assumptus tantã potentiã quantam & Deus, quomodo ergo intelligitur illud Ambrosii super Luc. vbi Angelus de nascituro filio virginis ait, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur? Non ideo, inquit, erit magnus, quod ante partũ virginis magnus non fuerit, sed quia potentiã q̃ Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tẽmpore accepturus, vt vna sit persona homo & Deus. Ecce aperte dicit, quod homo erat ex tẽmpore accepturus, vt vna sit persona homo & Deꝰ. Ecce aperte dicit, quod homo erat acceptur⁹ ex tempore potentiam, quam Dei filius habuit naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potẽtiã: ergo vel persona, vel natura hominis. Sed persona non, quia semper habuit & habet: ergo natura. Si natura: ergo anima. Nam de carne constat q̃ accipere nõ posset. Ad quod dicꝰ, illud esse accipiendum de persona, sed nõ inquantũ est Dei, imo inquãtum est persona hominis. Vna est n. persona Dei & hominis, filii Dei, & filii hominis, q̃ inquantũ Dei persona est, semper & naturaliter omnipotentiam habuit: sed inquantum est hominis, non semper fuit. Illa ergo persona q̃ semper fuerat Dei, futura erat hominis persona: & secundũ hoc quod futura erat hominis persona, acceptura erat ex tẽpore potentiam, quam naturaliter & semper habuerat inquantum Dei persona. Secundum hanc distinctionem illud, & similia sane possunt accipi. Quę distinctio, in pluribus quęstionũ articulis est necessaria, aduersus quorundam perplexam verbositatem. Sed cum de rebus constat, in verbis frustra habetur controuersia.

DE HOMINIS DEFECTIBVS QVOS ASSVMPSIT CHRISTVS IN HVMANA NATVRA.

DIS-

DISTINCT. XV. A

ILlud quoq; prætermittendum non est, quod Dei filius naturam hominis accepit passibilem, animam passibilem & carnem passibilem & mortalem, Vt enim probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famē, sitim, & huiusmodi. Et vt veram animam probaretur habere, suscepit defectus animæ, scil. tristitiam, timorem, dolorem, & huiusmodi. Omnis autem sensus, animæ est. Nō enim caro sentit, sed anima, vtens corpore velut instrumento. Vnde Aug. super Genes. in lib. 12. Non corpus sentit, sed anima per corpus: quo velut nuncio vtitur ad confirmandum in seipsa, quod extrinsecus nunciatur. Sicut ergo anima quod foris est, per corpus tanquam per instrumentum videt vel audit, ita etiā per corpus quædam sentit mala, quæ sine corpore non sentiret, vt famem, & sitim, & huiusmodi. Vnde non immerito defectus corporis dicuntur. quædam autem nō per corpus, immō etiam sine corpore sentit, vt est timor, & huiusmodi. Sentit ergo anima dolores, sed quosdam per instrumentum corporis, quosdā verō non. Suscepit autē Christus, sicut veram naturam hominis, ita & veros defectus hominis, sed non omnes. Assumpsit enim defectus pœnæ, sed nō culpæ: nec tamen omnes defectus pœnæ, sed eos omnes quos homini eum assumere expediebat, & suæ dignitati non derogabat, Sicut enim propter hominem homo factus est, ita propter eum hominis defectus suscepit. suscepit enim de nostro, vt de suo nobis tribueret, vt nostrum tolleret defectum. Suscepit enim nostram vetustatem, vt suā nobis infunderet nouitatem. Simplam ille accepit vetustatem, id est, pœnæ, vt nostram duplam consumeret, id est, pœnæ & culpæ.

Quomodo verbi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionem quātum ad defectum passibilitatis in generali. Cap. 14. ad medium de genesi ad literam. Tom. 3.

Qualiter accipiendum sit illud quod ait Leo Papa. B

Tradit auctoritas, quod Dominus noster in se *Heb. 4. 6.*

 suscē-

suscepit omnia infirmitatis nostræ, præter peccá-
tum. quod nisi accipiatur de illis tantum quę cum
sumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falsum
esse probatur: Non n. assumpsit ignorantiam ali-
quam, cùm sit ignorantia quædam quæ defectus
est nec peccatum est, scil. ignorantia inuincibilis
nã vincibilis peccatum est, si tamen de his est, quæ
nobis expedit scire. Sunt n. quædã quorum scien-
tia nõ affert, vel ignorantia non impedit salutẽ, &
fortè talium rerum ignorantia defectus non est.
Constat autem in nobis esse ignorantiam atq; dif-
ficultatem volendi vel faciendi bonum, quæ ad
miseriam nostram pertinent. Vnde Aug. in li. 3. de
libero arbit. Approbare, inquit, falsa pro veris, vt
erret inuitus & resistente atque torquente dolore
carnalis vinculi non posse à libidinosis operibus
temperare, non est natura instituti hominis, sed
pœna damnati. Ex qua miseria peccantibus iustis-
simè inflicta, liberat Dei gratia: quia sponte homo
libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere,
ad quam miseriam pertinet ignorantia & difficul-
tas, q̃ patitur omnis homo ab exordio natiuitatis
suæ nec ab isto malo quisquã, nisi gratia Dei libe-
ratur. Ecce euidenter dicit hic Aug. ignorantiam
qua quis inuitus falsa pro veris approbat, & difi-
cultatẽ qua non põt se tẽperare à malo, ad miseriã
nostram pertinere, & pœnam esse hominis. Hæc
autem Christus non habuit. Non ergo accepit o-
mnes defectus nostræ infirmitatis præter peccatũ.

Aug. ca. 97. in medio libro de natura & gratia, to. 7.

Aug. in fin. lib. 5. de lib. arb. ca. 10.

Quod ignorantia talis & difficultas non sit peccatum. C

Sed fortè aliquis dicet illa esse peccatũ. Cui ob-
uiat illud quod Aug. tradere videtur, hoc scilicet,
Deum inculpabiliter ante peccatũ in exordio cõ-
ditionis homini potuisse induere, vt essent ei na-
turalia, ita in l. retract. inquiens, Ignorantia & dif-
ficultas etiamsi essent hominis primordia natura-
lia, nec sic esset culpandus Deus, sed laudãdus, Sed

si hæc

si hæc homo in primordio naturaliter habuisset, nunquid essent in eo defectus & pœnæ? Si defectus vel pœna ei indita fuisset ante peccatum, iniuste cum eo agi videretur, si ante culpã sentiret pœnã. Ob hoc sane dicimus illã non fuisse defectus vel pœnas, si naturaliter homini infuissent: sicut non fuit homini ante peccatũ, nondũ gratiam adepto defectus siue pœna, non posse proficere. Sed postquam gratiam recepit, per quam proficere potuit & ad tempus profecit, eam q; culpa sua post amisit, simul q; proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei & pœna non posse proficere, sc. malum declinare & bonum facere. Omnes ergo defectus nostros suscepit Christus præter peccatum, quos ei conueniebat suscipere, & nobis expediebat. Sunt enim plura ægritudinũ genera & corporis vitia, à quibus omninò immunis extitit. Quos n. defectus habuit, vel ad ostensionem veræ humanitatis, vt timorẽ & tristitiam: vel ad impletionẽ operis ad quod venerat, vt passibilitatem & mortalitatem: vel ab immortalitatis desperatione spẽ nostram erigendam, vt mortẽ, suscepit. Hos autem defectus non cõditionis suę necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Veros quidem habuit defectus sicut & nos, sed non eadem ex causa. Nos n. ex peccato originali hos defectus contrahimus, sicut Apost. insinuat dicens, Corpus quidem propter peccatum mortuum est, i. necessitatem moriendi habet in se. Christus autem nõ ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine peccato est conceptus, & natus, & in terris conuersatus. Sed ex sola miserationis voluntate de nostro in se trãstulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem: quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absq; culpa eandem suscepit.

Quod sola voluntate hos defectus suscepit, non necessitate conditionis Rom. 8. b

Auctoritatibus probat Christum secundum hominem vere dolores sensisse & timuisse contra quosdam hoc negantes. D

Sed quia nonnulli de sensu in passione humanitatis Christi male sensisse inueniuntur, asserentes similitudinem atq; imaginem passionis & doloris Christum homine pertulisse, sed nullum omnino dolorem vel passione sensisse: auctoritatum testimoniis eos conuincētes, indubitabile faciamus, q supra diximus. Propheta Esa. dicit: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et veritas ipsa in Euangelio ait. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Vbi etiam legitur. Cœpit Iesus pauere & tædere. Propheta etiam ex persona Christi ait. Repleta est malis anima mea. Quod exponens Aug. inquit, Non vitiis & peccatis, sed humanis malis, i. doloribus repleta fuit anima Christi, quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis pōt esse sine anima, Dolere autē anima etiam non dolente corpore potest. Hos autem humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem, nō humanæ conditionis necessitate, sed miserationis volūtate suscepit. Ambr etiam in l. 2. de fide ait, Scriptum est. Pater, si possibile est, trāseat à me calix iste, Timet ergo Christus: & dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dixit Animam meam ponam, p te. Christus dicit, Anima mea turbatur: vtrumq; verū est & rationis plenū, quod & ille q est inferior non timet, & ille qui superior est, gerit timētis affectum. Idem in eodem, Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur, per naturā hominis & tædiauit & resurrexit. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius diuinitas: sed turbatur anima secūdum humanæ fragilitatis assumptionem. Nam qui suscepit animā, suscepit etiam animæ passionem. Non enim eò q Deus erat, aut turbari aut mori posset Idem in eodem. Suscepit tristitiam meam & confidenter tristitiam nomino, qui crucē prædico. Vt homo habuit tristitiam, quam meo suscepit affectu, mihi com-

Esa. 53. b
Mat. 26. d
Marc. 14. d
Psal. 87.
Aug. adversum 3 hunc Quia repleta est Psa. 87. in tom. 8.
Ibid. paulo inferius.
Ad medium Ambr. ca. 3. in tom. 2.
Matt. 26. d
Ioan. 13. d
Ioan. 12. d
Cap. 3. in fi.
Cap. 3. paulò superius.

sompatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, q̃ pro se nihil habuit quod doleret. Dolesigitur Domine Iesu vulnera mea, non tua qa tu non pro te, sed p̃ me doles. Hieron. quoq̃ in explanatione fidei ait. Nos ita dicimus hominẽ passibilem à Dei filio susceptum, vt deitas impassibilis permaneret. Passus est n. filius Dei, non putatiue, sed verè, omnia quæ de illo scriptura testatur, sed secundum illud quod pati poterat, scil. secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona filii susciperet passibilem hominẽ, ita tamen inhabitatione secundum substantiam suam nihil passa est, vt tota Trinitas, q̃ impassibilem necesse est confiteri. His aliisq̃ auctoritatibus perspicuũ fit Christum vere passibilem assumpsisse hominẽ, atque in eo defectus & affectus nostræ infirmitatis susscepisse: sed volũtate nõ necessitatis cõditione.

Hieron. ad Damasum in tom. 4.

Ibidem fere continuò.

Hic ponit quæ prædictis aduersari videntur. E

Quędam tamen reperiuntur in sanctorum tractatibus, quæ permissa aduersari videntur. Nã super illum locum Ps. Clamabo, & nõ exaudies. Aug. tradere videtur, Christum nec verè timuisse, nec vere tristatum esse, dicens sic. Quomodo hoc dicit, q̃ peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed de nobis corpore suo hoc dicit. Corporis n. sui, id est, Ecclesiæ gerebat personam: sicut & alibi cum dixit. Transeat à me calix iste, pro nobis loquitur, nisi forte putetur timuisse mori: sed non vere timebat dominus pati, tertia die resurrecturus, cũ arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Non n. fortior est miles quam imperator. Miles enim coronandus gaudet mori, & dominus coronaturus timet mortem? Sed infirmitatẽ nostram repræsentans, pro suis infirmis qui timent mori, hæc dixit. Vox illorum erat. Hiero. etiã ait. Erubescant q̃ putant saluatorem timuisse mortẽ, & passionis pauore dixisse. Trãseat à me calix iste.

Esa. 53.
Aug. ad hũc versum 2. Psal. 21. Deus meus clamabo.

Super euangel. Matth. 26. c. int. 8.

Determinatio auctoritatum.

Ne autem in sacris literis aliqua diuersa aduersitas esse putetur, harũ auctoritatum verba in hũc modum accipiẽda dicimus: vt non veritatẽ timoris & tristitię vel propasionẽ, sed timoris & tristitiæ necesitatem & pasionem à Christo remouisse intelligantur. Habuit n. Christus verum timorẽ & tristitiam in natura hominis, sed non sicut nos, qui sumus membra eius. Nos n. causa peccati nostri his defectibus necessario subiacemus, & in nobis sunt isti defectus secundum propasionem & pasionem: sed in Christo non nisi secundum propasionem. Sicut n. in peccatis gradus quidam notantur, propasio & pasio, ita & in pœnalibus affectibus. Afficitur n. quis interdum timore vel tristitia, ita vt mentis intellectus nõ inde moueatur à rectitudine vel Dei contemplatione: & tunc propasio est. Aliquando vero mouetur & turbatur: & tunc pasio est. Christus vero nõ fuit ita turbatus in anima timore vel tristitia, vt à rectitudine vel à Dei contemplatione aliquatenus declinaret: secũdum quem modum intelligitur, cum dicitur vel timuisse vel tristis fuisse. Vnde Hieron. super Matt. vbi legitur. Cœpit contristari & mœstus esse. Vt veritatẽ inquit, probaret assumpti hominis, verè contristatus est, sed non pasio eius dominatur animo, verum propasio est. Vnde ait, Cœpit contristari. Aliud est n. contristari, aliud incipere contristari, quod est, aliter contristatur quis per propasionẽ aliter per pasionem. Ideoq; secundũ hanc distinctionẽ aliquando dicitur Christus non verè timuisse, aliquando vere timuisse: quia verũ timorẽ habuit & tristitiã, sed non secundum pasionem, neq; ex necesitate conditionis. vnde Aug. ex his causis volens assumi dictorũ intelligẽtiam, dicit Christũ non vere timuisse, vel tristatũ esse & incontinenti verã tristitiã habuisse. His verbis infirmos

In commentar. Matth. 26. d

Aug. ad versum 15. Psa. 93. quousque iustitia. tom. 8.

firmos in se præsignas Dñs ait, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Non n. vere timebat Dñs pati, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus dissolui & esse cũ Christo. Iste gaudet coronand⁹, & tristis est Dñs coronaturus? Ecce hic videtur tristitiam & timorẽ à Christo remouere. Cõtinuo a. subiunxit. Sed tristitiam sic assumpsit quomodo carnẽ. Fuit n. tristis, sicut Euangelium dicit. Si n. tristis non fuit, cum Euangelista dicat. Tristis est anima mea, &c. ergo & quando dicit, Dormiuit Iesus, nõ dormiuit: vel quando dicit manducasse, nõ manducauit: & ita nihil sanũ relinquitur, vt dicatur etiã corpus non erat verum. Quicquid ergo de illo scriptũ est, verũ est, & factũ est. Ergo tristis fuit: sed volũtate tristitiã suscepit veram qũo voluntate carnẽ veram. Aperte noscis eundem sibi in his verbis cõtradicere, nisi varias dictorũ discerneret causas: ex quibus intelligentia verborum assumẽda est. Si enim discernatur intelligentiæ causa prędictorum verborũ, nihil occurrit contradictionis.

Phil. 1 d
Ibid. paulo inferius.
Marc. 14. d

De quibusdam Hilarij capitulis valde obscuris, quæ videntur communi sententiæ obuiare. C

Veruntamẽ magis mouet ac difficiliorem afferunt quæstionẽ verba Hilarij, quibus videtur tradere ictus & vulnera & huiusmodi, sic in Christum incidisse, vt passionis dolorẽ non incuterent: sicut telum tactum per aquam vel ignẽ vel aera, ea facit quæ & cum trahitur per corpora animata, qa perforat & cõpungit: non tamen dolorẽ ingerit, quia nõ sunt illę res doloris capaces. Ita & corpus Christi sine sensu pœnæ vim pœnæ excepisse dicit: quia sicut corpus nostrum nõ habet talem naturam, vt valeat calcare vndas: ita corpus Christi dicit non habuisse naturam nostri doloris, quia non habuit naturã ad dolẽdum. Ait enim sic in 10. li. de Trin. Vnigenitus Deus hominem verum secundum similitudinem nostri hominis, non defiçiens à se

Hilarius inter principium & medium libro 10 Hilar.

Deo assumpsit. In quo quamuis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi cōcurrerent, aut suspensio eleuaret, afferrent qdem hæc impetum passionis, non tamen passionis dolorē inferrent: vt telum aliquod aquā perforaus, vel ignem cōpungens, vel aera vulnerans, omnes quidē hæ passiones naturę suæ infert vt perforet, vt cōpungat, vt vulneret: sed naturam suam in hæc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquá forari, vel pungi ignē, vel aera vulnerari: quamuis natura teli sit & vulnerare, & cōpungere, & forare. Passus quidem Christus est dum cæditur, dum suspēditur, dum moritur: sed in corpus irruens passio, nec non fuit passio, non tamen naturā passionis exercuit, dū & pœnali ministerio pœna desæuit, & virtus corporis sine sensu pœnæ vim pœnæ in se desæuientis excepit: Habuit sane illud dominicum corpus doloris nostri naturā, si corpus nostrum id naturæ habet, vt calcet vndas, & fluctus desuper eat, nec clausæ dom⁹ obstaculis arceatur: At vero si dominici corporis solum ista natura sit vt feratur in humidis, & sistat in liquidis, & structa transcurrat: quid per naturam humani corporis carnē ex Sp. S. conceptam iudicamus? Caro illa de cælis est, & homo illę de Deo est, habens ad patiendū corpus: & passus est, sed naturā non habens ad dolendum. Idē in eodē. Videamus an ille passionis ordo infirmitatē in Domino doloris permittat intelligi, dilatis n. causis ex quibus metū Domino hæresis ascribit, res ipsas vt gestæ sunt conferamus. Nec n. fieri potest, vt timor eius significetur in verbis, cuius fiducia continuatur in factis. Timuisse ergo hæretico passionē videtur. Sed ob ignorantiæ huius errorem Petrus & Sathanas & scandalum est. An ne timuit mori, qui armatis obuius prodiit? & in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum cōsternata persequētium agmina

Ibidem paulo inferius.

Ibid. ferè continuo

Matt. 16. d

Ioan. 18. a

supina-

ſupinatis corporibus cõciderant? Quam ergo infirmitatem dominatam huius corporis credis, cuius tantã habuit natura virtutem? Sed fortè dolorẽ vulnerum timuit. Quẽ rogo ò tu dominicę infirmitatis aſſertor? penetrantis carnẽ claui habuit terrorem, qui exciſam aurẽ ſolo reſtituit attactu? Producens hæc aũt manus, clauum dolet: & ſentit vulnus, qui alteri dolorem vulneris non reliquit? Pungendæ carnis metu triſtis eſt, cuius in attactu caro poſt cædem ſanatur. Idẽ, Collatis ergo dictorum geſtorumq; virtutibus demonſtrari non eſt ambiguum, in natura corporis eius infirmitatem corporeæ naturæ non fuiſſe: & paſsionẽ illam licet corpori illata ſit, nõ tamen naturam dolendi corpori intuliſſe: qa licet forma corporis noſtri eſſet in Domino, non tamẽ vitioſæ infirmitatis noſtræ forma erat in corpore, quod ex conceptu Spir. S. virgo progenuit. Audiſti lector verba Hilar. quib? dolorem exclũdere videtur. Sed ſi excuſſa ſenſus & impietatis hebetudine, præmiſſis diligenter intendas atq; ipſius ſcripturę circunſtantiam inſpicias, dictorum ratiõnẽ atq; virtutẽ percipere vtcunq; poteris: & intelligentiam arguére non attẽtabis. Intelligitur n. ea ratione dixiſſe dolorẽ paſſionis in Chriſtum nõ incidiſſe, & virtutẽ corporis Chriſti ibi excepiſſe vim pœnæ ſine ſenſu pœnæ: quia doloris cauſam & meritum in ſe non habuit. Quod videtur notaſſe vbi ait, Nõ habens naturam ad dolendum. Et ideo non iudicanda eſt caro illius ſecundum naturam corporis: nec in eò etiam Dñm habuit paſsio: etiã non habuit naturã ad timendum vel triſtandum, quia nõ habuit talem naturam, in qua eſſet cauſa timoris vel triſtitiæ. Ita neceſsitas timendi non fuit in eo, ſicut eſt in nobis. Nec natura doloris fuit in eo, ſicut eſt in nobis. Triſtitiam tamen in eo fuiſſe conſequente aſſerit, ſed cauſam eius extitiſſe, non ſuam mortẽ, ſed de-

Hilar. eodẽ lib. 10 paulò inferius.

Hil lib. 10. paulo inferius ad præcedentia.

sed defectum Petri, & aliorum Apostolorũ. Dicit n. Christum non propter mortẽ, sed vsq; ad mortẽ tristem fuisse. his verbis. Interrogo quid sit Christum tristẽ esse vsq; ad mortem, & tristem esse propter mortem? Non n. eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & vsque ad mortem. Quia vbi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est: Vbi vero tristitia vsq; ad mortẽ est, mors non tristitiæ est causa, sed finis. A Deo autem non propter mortem susceptа est tristitia, vt sit destituta per mortem. Non ergo tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare, ne inducantur in tentationẽ: qui ante polliciti erant se non scandalizari.

Ibid. paulo inferius.

AN IN CHRISTO FVERIT NECESSITAS *Patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis.*

DISTINCT. XVI. A

Quomodo verbi seu Christi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionẽ, quãtum ad passionem doloris in speciali.

HIc oritur quæstio ex prædictis ducens originẽ. Dictum est n. supra, quod Christus in se nostros defectus suscepit, præter peccatum. Est autẽ hominis quidam generalis defectus, quia peccatũ non est, sc. necessitas patiendi vel moriendi. Vndẽ corpus nostrum non tantum mortale, sed etiam mortuum dicitur, quia non tantum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatẽ habet. Ideo quæritur, vtrum necessitas talis in Christi carne fuerit? De aptitudine n. moriendi, quod in eo fuerit, ambiguum nõ est: quæ etiã ante peccatum in homine fuit, quãdo aliquis in eo nõ fuit defectus, nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus, qa natura ei erat. Vnde etiam quidam talẽ mortalitatẽ in nobis non esse defectum, nõ improbe tradunt, sed necessitatem moriendi vel patiendi: quæ etiã mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur n. homo nunc passibilis vel mortalis, non modo ꝓpter aptitudinẽ, sed etiam propter necessitatẽ. Sed nũqd hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoq; eius

ęius cum passibilis extiterit ante mortē, nunquid necessita ē patiendi habuit? Si n. necessitas patiēdi vel moriendi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici pōt, Christum voluntate non necessitatę suæ naturę hos defectus sicut alios suscepisse, sc. necessitatem patiēdi in anima, simul autē patiendi & moriēdi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suæ conditionis, qa à peccato immunis: sed ex sola voluntate accepit, de nostra infirmitate ponens tabernaculū suū in sole, sc. sub temporali mutabilitate & labore. Vnde super epistolam ad Hebr. auctoritas dicit, ꝙ sicut hominibus aliis & iure & lege naturæ statutū est semel mori: ita & Christus eadē necessitate & iure naturæ semel oblatus est, & nō sæpe. Nec ideo dicit iure naturæ, quod ex natura suæ conditionis hunc defectū traxerit, qui etiā non ꝓuenit nobis ex natura secundum ꝙ prius est instituta, sed ex ea peccato vitiata, & ideo dicitur hic defect⁹ naturalis, qa quasi ꝓ natura inoleuit in omnib⁹ diffusus.

Cap 9. g Gloss. ordi. ad illud ad Hebr. 9. Quemadmodum statutum est hominibus semel mori.

De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit. B

Et est hic notandum, Christū de omni statu hominis aliqd accepisse, qui omnes venit saluare. Sūt n. quatuor status hominis: Primus, ante peccatū: Secundus, post peccatum, & ante gratiā: Tertius, sub gratia: Quartus, in gloria. De primo statu accepit immunitatē peccati. Vnde Aug illud Ioā. Euāgelistæ exponens. Qui desursum venit, super omnes est: dicit Christum venisse desursum, i. de altitudine humanæ naturæ ante peccatum: quia de illa altitudine sumpsit verbum Dei humanā naturā, dum nō assumpsit ipsam culpā cuius assumpsit pœnam. Sed pœnā assumpsit de statu secundo, & alios defectus. De tertio vero, gratiæ plenitudinē. De quarto, non posse peccare, & Dei perfectā contemplationē. Habuit n. simul bona viæ quædam & bona patriæ, sicut & quædam mala viæ.

Sup. Ioan. 3. de Gloss. ordin. ad hunc locum Ioan: 3. Qui desursum venit.

SI

SI OMNIS CHRISTI ORATIO VEL *voluntas expleta sit.*

DISTINT. XVII.

Quomodo Christi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionē, quātum ad vsum virtutis, præsertim de voluntate & oratione. Matt. 26. d.

POst prædicta considerari oportet, vtrum Christus aliquid voluerit vel orauerit quod factum non sit? Hoc enim existimari pōt, per hoc quod ipse ait, Pater si possibile est, transeat à me calix iste: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis. Hic namque voluntatem suam à patris voluntate discernere videtur.

De voluntatibus Christi secundum duas naturas. B

Quocirca ambigendū non est, diuersas in Christo fuisse voluntates, iuxta duas naturas, diuinam scilicet voluntatem & humanam. Humana volūtas est affectus rationis vel affectus sensualitatis: & alius est affectus animæ secundum rationem, alius secundum sensualitatē: vterq; tamen dicitur humana voluntas. Affectu autē rationis id volebat, quod voluntate diuina scil. pati & mori, sed affectu sensualitatis non volebat, imò refugiebat: nec tamen in eo caro contra Spir. vel Deum concupiscebat. quia vt ait Aug. nonnullum est vitium cum caro concupiscit aduersus Spir. Caro autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit animam: sicut anima per aurem audit, & per oculum videt. Caro n. nihil nisi per animam concupiscit. Sed cōcupiscere dicitur, cum anima carnali cōcupiscentia spiritui reluctatur, habens carnalem delectationem de carne & à carne aduersus delectationem quam Sp. habet, ipsius autem carnalis concupiscentiæ causa non est in anima sola, nec in carne sola: ex vtroq; enim fit: quia sine vtroq; delectatio talis non sentitur. Talis ergo rixa talisq; concertatio in anima Christi nullatenus esse potuit, quia carnalis concupiscentia ibi esse nequiuit. Dei etiam voluntas erat: & rationi placebat, vt illud secundum carnem vellet, quatenus veri-

Lib. de Ge. ad literam 10. ca. 11. ad medium. Ad Gal 5 ca. ibidem in princip. cap. 12. Ibid. paulo inferius. Ibid paulo superius.

veritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hominis naturam suscepit, quæ ipsius sunt subire debuit. Ideoque sicut in nobis duplex est affectus, mentis, scil. & sensualitatis: ita & in eo debuit esse geminus affectus, vt mentis affectu vellet mori, & sensualitatis affectu nollet: sicut in viris sanctis fit. Petro n. ipsa veritas dicit. Cum senueris, extendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te quo non vis. sc. ad mortem. Quod exponens Aug. dicit quod Petrus ad illam molestiã nolens est ductus, nolens ad eam venit, sed volens eam vicit: & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori: qui adeo est naturalis, vt eum Petro nec senectus abstulerit Vnde etiam Dñs ait. Transeat à me calix iste. sed vicit eum vis amoris. Ergo & in Christo secundum humanitatem, & in membris eius geminus est affectus: vnus rationis charitate informatus quo propter Deũ quis mori vult: alter sensualitatis, carnis infirmitati propinquus, & ei coniunctus, quo mors refugitur. Vt enim Augustin. ait. Paulus meutis ratione cupit dissolui & esse cum Christo, sensu a. carnis refugit & recusat Hoc habet humanus affectus: quoniã diligit vitam, odit mortẽ. Secundum istũ affectum Christ⁹ mori noluit, nec obtinuit q̃ secundũ istum affectũ petiit.

Ioan. vlt. f in tom. 6. tract. 123.

Ioan. 21 Cum senueris

Matth. 26. d

Ad Phi. 1 d

Aucto. 11 aribus probat diuersas in Christo voluntates. C

Ex affectu ergo humano quẽ de virgine traxit, volebat non mori, & calicem transire orabat. Vnde Beda; Orat transire calicem, quia homo erat: dicens, Pater, transeat à me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam. Videiam rectum cor. Sed non quod ego volo, sed quod tu vis. Vnde alibi. Non veni facere voluntatem meam, quam, sc. temporaliter sumpsi ex virgine: sed voluntatem eius qui misit me, q̃ am, sc. æternus habui cum patre Hic apertè dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundũ quas diuersa voluit. Hier. quo-

Beda lib. 4. comment. ad illud. 14. Mar. Pater si fieri potest.

Ioan. 6. d

Mar. 14 d

quoq; super illum locum. Spiritus promptus est, caro autē infirma: dans intelligi hic duas voluntates exprimi, ita ait. Hoc contra Euticianos, qui dicunt in Christo vnam tantum voluntatem. Hic autē ostendit humanam, quæ, ppter infirmitatem carnis recusat passionē: & diuinam, quæ prompta est perficere dispensationē. Augusť. etiam duas in Christo asserit voluntates, dicens, Quantum distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei à voluntate hominis. Vnde hominem Christus gerens ostendit priuatam voluntatē quandā hominis, in qua & suam & nostram figurauit, qui caput nostrū est, & ad eum sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri pōt, transeat à me calix iste. Hęc humana voluntas erat, proprium aliquid, & tanquam priuatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem, & ad eum dirigi, subdit. Non quod ego volo, sed quod tu vis. Ac si diceret. Vide tē in me: qa potes aliquid propriū velle, vt Deus aliud velit. Cōceditur hoc humanę fragilitati. Idē alibi, Christus in passione duas expressit voluntates in se, secundum duas naturas. Ait n. Pater, si fieri pōt, transeat à me calix iste. Ecce habes hominis voluntatē: quam ad diuinam cōtinuo dirigens ait. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ambr. ita etiam in lib. 12. de fide. Scriptum est, Pater, si fieri pōt, transferà me calicē hunc. Verba Christi sunt, sed quomodo & in qua forma dicantur aduerte. Hominis substātiam gerit, hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem voluntatē meam. Mea est voluntas, quā suam dixit, cum ait. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum autē dixit. Omnia quæ habet pater, mea sunt, quia nihil excipitur: sine dubio quam pater habet eandē & filius habet voluntatem. Eadē est Christi voluntas quæ paterna. Vna ergo voluntas est patris & filij. Sed alia est voluntas

Cōcione prima enarrationis, ad versum 1. hunc: Rectos decet. Psalm. 31. tom. 8.

Matt. 26. d ad versum 15. Psal. 93. Quo aduersus iustitia Marc. 14. d Amb. lib. 2. c. 3. ad princ. tom. 2. Ioan. 17. b & 16. d

luntas hominis, alia Dei: vt scias vitā in voluntate esse hominis, passionē autem Christi in voluntate diuina, vt pateretur pro nobis. His testimoniis euidenter docetur, in Christo duas fuisse voluntates: quod quia negauit Macharius archiepiscopus in Constantinopolitana synodo, cōdemnatus est. Et ex affectu humano sensualitatis quidē, non rationis, illud voluit & petiit, quod non impetrauit. Nec ideo petiit vt impetraret, quia sciebat Deum non esse facturum illud: nec illud fieri volebat affectu rationis vel voluntate diuinitatis. Ad quid ergo petiit? Vt membris formam præberet imminente turbatione clamandi ad dominum, & subiiciendi voluntatem suam diuinæ voluntati: vt si pulsante molestia tristentur, pro eiusdem amotione orent. Sed si nequeūt vitare: dicāt quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit, quod Christus clamans non exauditur ad salutē corporalē. Bonum quidem petiit, sc. vt non moreretur: sed melius erat vt moreretur, quod & factum est.

Maximus Cynicus, episcopus in Cōstantinopolitano, 1. synode deponitur, vt habetur. c. 6. in 1. additione.

De eo quod Ambr. dicit Christū dubitasse affectu humano. D

Cæterum non parum nos mouent verba Ambros. quibus significare videtur, Christum secundum humanum affectum de patris potentia dubitasse: sic dicens in lib. 2. de fide. De quo dubitat, de se, an de patre? De eo vtique cui dicit, Transfer, dubitat de hominis affectu. Nam Deus non de patre dubitat, nec de morte formidat. Propheta etiam non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit: Omnia quæcunque voluit fecit. Num infra homines constitues Deum? Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Vt homo ergo dubitat, vt homo locutus est. His verbis innui videtur, quod Christus non inquantum Deus est vel Dei filius, sed inquantum homo dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum accipi potest, non quia ipse dubitauerit: sed quia modū

Cap. 3. initio medium.

Psalm 134.

Ibidem paulo superius.

gessit

gesit dubitantis, & hominis dubitare videbatur.

Verba Hilarij longe diuersam exprimentia sententiam à præmissa.

Illud etiam ignorandum non est, quod Hil. asserere videtur, Christum non sibi sed suis orasse, cum dixit. Transfer à me calicē hunc: sicut nec sibi, sed suis timuit. Nec n. voluisse, vt sibi non esset passio, sed vt à suis transiret calix passionis: ita inquiens, Si passio honorificatura eum erat, sicut Iuda exeunte ait. Nunc honorificatus est filius hominis: quomodo tristem eum metus passionis effecerat: nisi forte tam irrationabilis fuerit, vt pati mortem timuerit, quæ patientem se glorificatura esset? Sed forte timuisse vsq; eo existimabitur, vt transferri à se calicem deprecatus sit dicens, Pater, transfer calicem hunc à me. Quomodo n. per patiendi metum transferri deprecaretur à se, quod per dispensationis studium festinaret implere? Nō n. conuenit vt pati nolit, qui pati venit: & cū pati eum velle cognoscēres, religiosius fuerat hoc confiteri, quam ad id impiè stultitiæ prorumpere, vt eum assereres nē pateretur orasse, quem pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis, neque sibi orat transire calicē, sed discipulis: ne in eos calix passionis incumbat, quē à se transire orat, ne in his, scil. maneat. Non n. rogat ne secū sit, sed vt à se trāseat. Deinde ait. Nō sicut ego volo, sed sicut tu vis: Humanæ in se solicitudinis significans cōsortium, sed non discernens sentētiam sibi cōmunis cum patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem, per quem omnes discipuli erant tentandi, & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Sciens ergo hæc omnia post mortem suam desitura, vsq; ad mortem tristis est: & scit hunc calicem non posse transire, nisi biberit, ideo ait, Pater mi, si non pōt transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. sciens in se cōsummata passione metū calicis

Hil li. 10. de Trin. ante medium.
Ioan. 13. d
Ibid. paulò inferius.
Marc 14 d
Ibid. paulò inferius.
Ibid. inferius.
Luc 22 c.
Matt. 26 d

licis transiturum, qui nisi eum bibisset, transire non posset: nec finis terroris nisi consummata passione, terrori succederet: quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicæ infirmitatis scandalum pelleretur. Intende lector his verbis pia diligentia, ne sint tibi vasa mortis. *Luc. 22. c Marc. 16. d*

SI CHRISTVS MERVIT SIBI ET NOBIS: ET *quid sibi & quid nobis.*

DISTINCT. XVIII.

Quomodo verbi seu Christi incarnatio ordinatur ad nostram redemptionem, quantum ad vsum voluntatis prout respicit exercitium merendi.

DE merito etiam Christi prætermittendum nō est, de quo quidam dicere solent, quod non sibi, sed membris tantum meruerit. Meruit quidem membris redemptionem, à diabolo, à peccato, à pœna & regni reserationem: vt amota ignea romphea, libere pateret introitus: sed & sibi meruit impassibilitatis & immortalitatis gloriam, sicut ait Apostolus, Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, mortem a. crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Aperte dicit Apostolus, Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam, quia est humiliatus per passionis obedientiā. Humiliatus ergo passionis meritum fuit exaltationis: & exaltatio præmium humilitatis. Vnde Aug. exponens præmissum capitulum ait. Vt Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum: claritas, humilitatis est præmiū. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma n. Dei semper fuit & erit claritas. Item Ambr. idē capitulum tractās ait, Quid & quantum humilitatis mereatur hic ostēditur. His testimoniis euidēs fit, quod Christus per humilitatē & obedientiam passionis meruit clarificationē corporis: nec id solū, sed etiā impassibilitatem animæ. Anima n. ipsius ante mortē erat passibilis, sicut caro mortalis: sed post mortē merito humilitatis & anima impassibilis

Aug. tract. 104. in fine ad illud 10. 17. clarifica filium tuū.

Ambros. ad illud 1. ad Philip. propter quod & Deus in comment. t. 5.

bilis facta est, & caro immortalis. Vtrum à. anima sit facta impassibilis, quando caro facta est immortalis, sc. ipso resurrectionis momento, de authoritate nobis certum non est. Sed vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est, aut in resurrectione, quando caro reflorui

Quod à conceptu meruit sibi Christus hoc quod per passionem. B

Nec solum hoc meruit Christus, quando patri obediens crucē subijt: sed etiā ab ipsa conceptione ex quo homo factus est, per charitatem & iustitiā, & alias virtutes, in quarū plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantū meruit, quantum post per martyrij tolerantiam. Tanta n. plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, q̄in eis proficere nō potuit: & ideo melior ipius a anima fieri non potuit, quam ab initio suę cōditionis extitit, quia proficere in meritis non valuit. Vnde Gregor. ait. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritū, quo potuisset proficere: in membris a. quæ nos sumus; quotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum, q̄ à conceptione meruit per gratiam virtutum. Non ergo profecit secundum animæ meritum, quantum ad virtutē meriti: profecit tamen, quantum ad numerū meritorum. Plura n. habuit merita in passione, quam in conceptione: sed maioris virtutis non extiterunt in merendo plura, quā ante fuerant pauciora. Meruit ergo à conceptione non modo gloriam impassibilitatis & immortalitatis corporis, sed etiā impassibilitatem animæ. Per quid? Per obedientiam & voluntatem perfectam, q̄ non tunc primo habuit, nec maiorem cum pati cœpit & mori, obediens n. perfectus, & bonus extitit secū-

Greg. hom. 6. super Ezechielem exponens illud. Exod. 25. Facies & candelabrū &c. ad Phil. 2. b

dum hominem, ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortē, quod nō habuit ante. Num ergo beatior vel melior fuit

quam

quam ante? Absit, quod melior fuerit: quia nec sanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in Dei contemplatione, in quo præcipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc beatior fuisse, quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter, quod beatior fuerit.

De eo quod scriptum est, Donauit illi nomen, quod est super omne nomen. C

Nec tantum gloriam impassibilitatis & immortalitatis meruit, sed etiam donari sibi nomē. quod est super omne nomen sc. honorificentiam, quod vocatur Deus: hoc tamen nomē ante mortem habuit. Habuit n. hoc nomen Dei filius inquantum Deus est, ab æterno per naturam: inquantum vero homo factus est habuit ex tempore per gratiā. Verum tamen Aug. dicit nemini donatū esse illud nomen, non Deo quia illud nomen habuit cū in forma Dei tantū erat: Sed cum dicitur, Propter quod illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomē: satis apparet propter quid exaltauerit, i. propter obedientiā, & in qua forma exaltatus sit. In qua n. forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in eadem donatū est ei nomen, vt cum ipsa forma serui nominetur vnigenitus filius Dei, intelligatur hoc illi donatum est vt homini, quod iam habebat idem ipse Deus. Hoc ergo per gratiā accepit, vt ipse ens homo vel subsistens in forma serui, i. in anima & carne, nominetur & sit Deus. Sed nunquid hoc tunc meruit? supra enim dictum est, quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur, Propter obedientiam donatum est ei hoc nomen? Secundū, tropum illum in scriptura creberrimum hoc capiendum est, quo dicitur res fieri, quando innotescit. Post resurrectionem vero, quod ante erat in euidenti positum est, vt scirent homines & dæmones. Manifestationem ergo illius nominis donauit ei

Aug. li. 2. ca. 5. in fin. contra Maximū tom. 6.

Glo. ordin. ad illud ad Phil 2. & donauit illi nomen.

Matth. 28. d

Deus post resurrectionem: sed illam meruit per obedientiam passionis, qui eo quod obediuit patiēdo exaltatus est resurgendo: & per hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo vsus est etiam Dominus post resurrectionem dicens, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: non tunc primio acceperit, sed quā ante habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterum Ambr. dicit nomen illud donatum esse Deo, non homini: & videtur secundum verborū superficiē oppositus Aug. sed intelligentia nō obuiat, licet diuersum sapiat. Nam Amb. de naturali donatione id dictum intelligit, qua æternaliter pater generando dedit filio nomen: quod est super omne nomen, sc. esse Deum per naturam: quia genuit ab æterno filium plenū & sibi æqualē Deum. Quod tamen nomen Apost. propter passionis obedientiā Christo donatum dicit. Sed præmisso locutionis modo accipiendū est.

Amb. in commentariis ad illud ca. 2. ad Phil. donauit illi nomen, Et glos. ord. ad illud Deus exaltauit: a. 2. eiusdem epistol.

Si Christus sine omni merito illa habere potuit. D

Si vero quæritur, Vtrum Christus illam immortalitatis & impassibilitatis gloriā, & nominis Dei manifestationē, sine omni merito habere potuerit: sane dici potest, quia humanam naturam ita glorioſam suscipere potuit, sicut in resurrectione extitit. Nomenq; suum etiam aliter hominib. manifestare potuit: sed homo passibilis esse non potuit sicut fuit, & ad illam gloriam sine merito peruenire. Potuit quidē peruenire ad illam sine merito passionis, quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: sed non sine merito iustitiæ & charitatis, aliarumq; virtutum. Non n. Christ⁹ homo esse potuit, in quo plenitudo virtutum & gratiæ non fuerit. Nec virtutes ei inesse potuerūt cilicio mortalitatis induto, quin per eas mereretur. Habens ergo has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalem, non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo

potuit

potuit factus mortalis sine merito gloriam impassibilitatis, ac immortalitatis manifestationem Dei nominis consequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito passionis, quia per passionem nil sibi meruit, quod non ante per virtutes meruerit.

De causa mortis, & passionis Christi. E

Ad quid ergo voluit pati & mori, si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant? Pro te, non pro se. Quomodo pro me? Vt ipsius passio & mors tibi esset forma & causa: Forma, virtutis & humilitatis: causa, gloriæ & libertatis. Forma, Deo vsq; ad mortem obediendi: & causa, tuæ liberationis ac beatitudinis. Meruit n. nobis per mortis ac passionis tolerantiam, quod per prædicentia nō meruerat, scil. aditum paradisi, & redemptionem à peccato, à pœna à diabolo: & per mortem eius hęc nos adepti sumus, sc. redemptionem, & filiorum gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Sed quomodo per mortem nos à diabolo, & à peccato redemit, & aditum gloriæ aperuit? Decreuerat Deus in mysterio, vt ait Ambr. propter primum peccatum nō intromitti hominem in paradisum, i. ad Dei contemplationem non admitti, nisi in vno homine tanta existeret humilitas, quæ omnib. suis profi cere posset: sicut in primo homine tāta fuit superbia, quæ omnibus suis nocuit. Non est a. inuentus inter homines aliquis, quo id posset impleri, nisi leo de tribu Iuda, qui aperuit librum, & solvit signacula eius, implendo in se omnem iustitiam, i. consummatissimam humilitatem, qua maior esse non potest. Nam omnes alij homines debitores erant, & vix vnicuiq; sua virtus sufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem reconciliationi nostræ. Sed Christus homo sufficiens, & perfecta fuit hostia: qui multo amplius est humiliatus, amaritudinē mortis gustando,

Qualiter per mortem redemit nos & aditum regni aperuit.

Amb. in commentariis ad illud ca 5. ad Rom. Adæ, qui est forma futuri. tom. 5. Apoc. 5. c.

stando, quam illi Adam superbijt, per esum ligni vetiti noxia delectatione perruēdo. Si ergo illius superbia omnium extitit ruina, ipsum de paradiso mittens foras, alijsque occludens ianuam: multo magis Christi humilitas, qua mortem gustauit, ingressum regni cœlestis omnib. suis impleto Dei decreto aperire valuit, atque decreti delere chirographum. Vt enim ait Ambr. Tantum fuit peccatum nostrum, vt saluari non possemus, nisi vnigenitus Dei filius pro nobis moreretur, debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testamenti, & promissæ hæreditatis. Quod non ita est intelligendū: quasi non alio modo saluare nos potuerit, quam per mortem suam: sed quia per aliam hostiam nō potuit nobis aperiri regni aditus, & fieri salus nisi per mortem vnigeniti: cuius tanta (vt dictum est) humilitas & patientia, vt eius merito pateret credentib. in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti pstita sūt nobis, vt liceat nobis redire in patriā, sicut olim in morte summi Pontificis his q ad ciuitatē refugij confugerant, secure ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est, qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

Amb. in commentarijs ad illud cap. 9. ad Hebræos, ideo nouī testamenti tom. 5. Et glos. ordi. super 9. cap. epi. ad Hebræos. Ad seruiendum Deo viuenti. Num. 35. d

HIC QVALITER A DIABOLO ET A PECcato nos redemit per mortem.

DISTINCT. XIX.

De redemptione nostra facta per passionem Christi quantum ad efficaciā, & vtilitatem.

NVnc ergo quæramus, quomodo per mortem ipsi? à diabolo, & à peccato, & à pœna redempti sumus. A diabolo ergo & à peccato per Christi mortem liberati sumus: quia vt ait Apostolus, In sanguine ipsius iustificati sumus: & in eo quod sumus iustificati, i. à peccatis soluti, à diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorū tenebat. Sed quomodo à peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem vt ait Apostolus commendatur nobis charitas Dei, id est, apparet eximia, & commendabilis charitas Dei erga nos in

hoc,

hoc, quod filium suum tradidit in mortē pro nobis peccatoribus. Exhibita a. tantæ erga nos dilectionis arra, & nos mouemur accendimurque ad diligēdum Deum, qui pro nobis tanta fecit; & per hoc iustificamur, i. soluti à peccatis iusti efficimur, Mors ergo Christi nos iustificat, dum per eam charitas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoq; & aliter per mortem Christi iustificari, quia per fidem mortis eius à peccatis mundamur. Vnde Apostolus, Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Et item, Quem Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, i. per fidem passionis: vt olim aspicientes in serpētem æneum in ligno erectum, à morsibus serpentum sanabantur. Si ergo recte fidei intuitu in illum respicimus, qui pro nobis pependit in ligno, à vinculis diaboli soluimur, i. à peccatis: & ita à diabolo liberamur, vt nec post hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Morte quippe sua, vno verissimo sacrificio, quicquid culparum erat, vnde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit, vt in hac vita tentando nobis non prævaleat. Licet n. nos tentet post Christi mortem, quibus modis ante tentabat: non tamen vincere potest, sicut ante vincebat. Nam Petrus qui ante Christi mortē voce ancillæ tertius negauit, post mortē ante reges & præsides ductus non cessit. Quare? quia fortiter, i. Christus veniens in domū fortis, i. in corda nostra vbi diabolus habitabat, alligauit fortem, i. à seductione compescuit fidelium: vt tentationem, quæ ei adhuc permittitur, non sequatur seductio. Itaque in Christi sanguine, qui soluit, quæ non rapuit, redēpti sumus à peccato, & per hoc à diabolo. Nā vt ait Augustin. in ipso vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enim sanguine sine culpa, omniū culparum chirographa deleta sunt, quibus debitores, q

Rom. 3. e
Ibidem c
Num. 21. e

Luc. 22. f
Luc. 11. c
Psal 68.
In li. de agone Christiano cap. 2. ad principium. Tomo 3.
Aug. in fine cap. 10 lib. 2. de peccatorū meritis & remissione & baptismo parvulorū.

in eum credunt, à diabolo ante tenebantur. Vnde Qui pro multis effundetur. Per illam ergo redempti sumus in quo Princeps mundi nihil inuenit. Vnde Aug. cauſſam & modum noſtræ redemptionis inſinuãs ait, Nihil inuenit diabolus in Chriſto vt moreretur: ſed pro volũtate patris mori Chriſtus voluit, non habens mortis cauſſam de peccato, ſed de obedientia & iuſtitia mortem guſtauit, per q̃ nos redemit à ſeruitute diaboli, incideram⁹ n. in principem huius ſeculi, qui ſeduxit Adam, & ſeruum fecit, cœpitq; nos quaſi vernaculos poſsidere, ſed venit redemptor & victus eſt deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori noſtro? Tetendit ei muſcipulam crucẽ ſuam: poſuit ibi quaſi eſcã ſanguinẽ ſuum. Ille a. ſanguinem ſuum fudit, non debitoris, per quod receſsit debitoribus. Ille quippe adhoc ſanguinẽ ſuũ fudit, vt peccata noſtra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat, deletum eſt ſanguine redẽptoris. Non n. tenebat nos niſi vinculis peccatorũ noſtrorũ: iſtq; erant catenæ captiuorum. Venit ille alligauit fortẽ vinculis paſſionis ſuæ, intrauit in domum eius, i. in corda eorum, vbi ipſe habitabat & vaſa eius, ſc. nos eripuit, q̃ illi impleuerat amaritudine ſua. Deus a. noſter vaſa eius eripiẽs & ſua faciens, fudit amaritudinẽ, & impleuit dulcedine per mortem ſuam à peccatis redimens, & adoptionẽ gloriæ filiorum largiens.

Aug. in fine, c. 31. eiuſdem lib. 3. de peccatorum meritis.

Matth 12. c
Marc. 3. d
Ad Rom. 8. d

Cur Deus homo, & mortuus. B

Factus ergo homo mortalis, vt moriẽdo diabolum vinceret. Niſi n. homo eſſet, qui diabolũ vinceret, nõ iuſte ſed violenter homo ei tolli videretur, q̃ ſe illi ſpõte ſũbiecit, Sed ſi eũ homo vicit, iure manifeſto hominẽ perdidit, & vt homo vincat, neceſſe eſt vt Deus in eo ſit, qui eum à peccatis immunẽ faciat. Si n. per ſe homo eſſet, vel angelus in homine, facile peccaret, cum vtranq; naturã per ſe cõſtet cecidiſſe. Ideo Dei filius hominem paſsibilẽ ſumpſit,

sumpsit, in quo & mortẽ gustavit, quo cœlũ nobis aperuit, & à seruitute diaboli, i.e. à peccato, seruitus enim diaboli peccatum est, & à pœna redemit.

Quomodo & à qua pœna Christus nos redemit per mortem. C

A qua pœna? temporali, & æterna. Ab ęterna quidem, relaxando debitum. A tẽporali verò penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruetur. Adhuc n. expectamus redemptionem corporis, secundum animas verò iam redempti sumus ex parte, non ex toto, à culpa non à pœna, nec omnino à culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus, vt non sit, sed vt non dominetur. *Ad Cor. 15. d* *Ad Rom. 6. c*

Quomodo pœnam nostram portauit. D

Peccata quoq; nostra, id est, pœnam peccatorum nostrorum dicitur in corpore suo super lignum portasse, quia per ipsius pœnam quam in cruce tulit, omnis pœna temporalis, quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, vt nulla à baptizato exigatur, & in pœnitẽtia minoratur. Non enim sufficeret illa pœna, qua pœnitẽtes ligat Ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum, qui fuerunt ante aduentum, in sustentatione Dei fuisse vsque ad Christi mortem, dicit Apostolus, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Ecce apertè expositum est, quomodo, & quid Christus per mortem nobis meruit & impetrauit. *Petri 2. d* *Rom. 3. d*

Si solus Christus debet dici redemptor, vt solus dicitur mediator. E

Vnde ipse verè dicitur mundi redemptor, & Dei hominumq; mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius: Redemptor verò aliquãdo etiam Pater vel Spir. S. Sed hoc propter vsum potestatis, non propter exhibitionẽ humilitatis & obediẽtiæ. Nam secundũ potestatis simul & obediẽtię vsum, filius propriè dicitur redemptor: quia in se *1. Tim. 2. b*

expleuit, per quæ iustificati sumus, & ipsam iustificationē est operatus potentia deitatis cum Patre, & Spir. S. Est ergo redemptor, in quantum est Deus, potestatis vsu: in quantū homo humilitatis effectu. Et sępiùs dicitur redēptor secundum humanitatē, quia secundum eam & in ea suscepit, & impleuit illa sacramenta, quę sunt causa nostrę redēptionis. Propriè ergo filius dicitur redemptor.

De Mediatore. F

1. Tim. 2. b Augusti. ad versum 28. Psal 103. Draco iste quomodo tom. 8. Iob 31. h. Rom 2. b Sapien. 11. d

Qui solus dicitur mediator, non Pater vel Spir. S. De quo Apost. vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, i. per hominem quasi in medio arbiter est ad cōponendam pacem, i. ad reconciliandum homines Deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat. Vtinam esset nobis arbiter. Reconciliati enim sumus Deo, vt ait Apost. per mortem Christi. Quod non sic intelligendum est quasi nos ei sic reconciliauerit Christus, vt inciperet amare quos oderat, sic reconciliatur inimicus inimico, vt inde sint amici qui ante se oderant: sed iam nos diligēti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo ei recōciliati sumus per sanguinem filii, nos cœpit diligere: sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo nos diligenti Deo sumus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos charitatē, etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eū, operādo iniquitatē. Ita ergo inimici eramus Deo, sicut iustitiæ sunt inimica peccata & ideo dimissis peccatis tales inimicitiæ finiūtur: & recōciliantur iusto quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator, eo quod medi⁹ inter Deū, & homines ipsos reconciliat Deo. Reconciliat a. dum offendicula hominū tollit ab oculis Dei, i. dum peccata delet, quib. Deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cum peccata deleat non solus filius, sed & Pater & Spir. S. quorum deletio est nostra ad Deū recon-

Aug. in libr. de Tri. 13. c. 16. ad fin.

reconciliatio, quare solus filius dicitur mediator? Nam de Patre legitur, quod reconciliauerit sibi mundum. Ait enim Apost. Deus enim erat in Christo, mundum sibi reconcilians. Cum ergo reconciliet, quare nō dicitur mediator? Quia nec medius est inter Deum & homines, nec in se habuit illa sacramēta, quorum fide & imitatione iustificamur, id est, reconciliamur Deo. Reconciliauit ergo nos tota Trinitas virtutis vsu, scil. dum peccata delet: sed filius solus impletione obedientiæ: in quo patrata sunt secundum humanam naturam ea, per quæ credentes & imitantes iustificantur. 2. Cor. 5. &

Secundum quam naturam sit melior. G

Vnde & mediator dicitur secundum humanitatē, non secundum diuinitatē, non enim est mediator inter Deum & Deum, quia tantum vnus Deus: sed inter Deum & hominē, quasi inter duo extrema: quia medius esse non potest, nisi inter aliqua. Mediator est ergo, in quantū homo. Nam in quantum Deus, non mediator, sed æqualis patri est, hoc idē, quod pater, cum patre vn⁹ Deus. Mediat ergo inter homines & Deum trinitatē, secundū hominis naturam in qua suscepit illa per quæ recōciliamur Deo trinitati: & secundū eandē habet aliquid simile Deo, & aliquid simile hominibus quod mediatori cōgruebat: ne per omnia similis hominib. longe esset à Deo, aut per omnia Deo similis longe esset ab hominib. & ita mediator non esset. Verus ergo mediator Christ⁹ inter mortales peccatores, & immortalē iustum, apparuit mortalis cum hominib. iustus cum Deo, per infirmitatem propinquās nobis, per iustitiā Deo. Rectē ergo mediator dictus est, quia inter Deum immortalē & hominē mortalē est Deus & homo, recōcilians hominem Deo: In tantum mediator, in quantū est homo: In quantum autē verbum non est medius, quia vnus cum patre Deus. Si ergo Christus secundum vos, ō hære- *Aug. in libr. confessionum 10. c. 43 ad princip. tom. 1.*

hæretici, vnam tantum habet naturam, vnde medius erit? & nisi ita sit medius, vt Deus sit propter diuinitatis naturã, & homo propter humanitatis naturã: quomodo humana in eo recõciliantur diuinis? Nam ipse veniẽs prius in se humana sociauit diuinis, per vtriusq; naturæ cõiunctionem in vna persona: Deinde omnes fideles per mortẽ recõciliauit Deo, dum sanati sunt ab impietate quicunq; humilitatẽ Christi credendo dilexerunt, & diligẽdo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur, quare Christus solus mediator Dei dicitur & hominum: & secundum quam naturam mediet, scil. humanam, & cui mediet, scil. Deo Trinitati. Trinitati enim nos recõciliauit per mortem, per quam & nos redemit à seruitute diaboli. Nam vt Petrus ait, non corruptibilibus auro & argẽto redempti sumus, sed pretioso sanguine agni immaculati.

2. Pet. 1. d

QVOD ALIO MODO POTVIT LIBERare hominem, & quare potius isto.

DISTINCT. XX.

De redemptione nostra facta per passionem Christi quantum ad cõgruentiam, & necessitatem.

SI vero quæritur, Vtrum alio modo posset Deus, hominem liberare, quam per mortẽ Christi? Dicimus & alium modum fuisse possibilẽ Deo, cuius potestati cuncta subiacent: sed nostræ miseriæ sanandæ cõueniẽtiorẽ modum alium non fuisse, nec esse oportuisse. Quid. n. mentes nostras tãtum erigit, & ab immortalitatis desperatione liberat, quã quod tãti nos fecit Deus, vt Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & à nobis accipiẽs quod non erat, dignatus nostrũ inire consortiũ, mala nostra moriẽdo perferret? Est & alia ratio, quare isto potius modo, quã alio liberare voluit: quia sic iustitia superatur diabolus, non potẽtia. Et quomodo id factũ sit explicabo vt potero. Quadã iustitia Dei in potestatẽ diaboli traditum est genus humanum, peccato primi hominis in omnes originaliter trãseunte, & illius debito omnes obli-

Aug. li 13. de Trin c. 10. in princ.

Aug. li. prædict. ca 13. in fine 1. & ca. 22. cõtinue.

obligante. Vnde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. Vnde Apostolus, Eramus natura filii iræ: natura, scil. vt est deprauata peccato, non vt est recta creata ab initio. Modus a. ille quo traditus est homo in diaboli potestatē, non ita debet intelligi tanquā Deus hoc fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit, iustè tamen. Illo n; deserente peccantē, peccati auctor ilicò inuasit: nec tamen Deus continuit in ira suā miserationes suas: nec hominē à lege suæ potestatis āmisit, cum in diaboli potestate esse permisit, quia nec diabol⁹ à potestate Dei est alienus, sicut nec bonitate. Nam qualicunq; vitā diabolus vel homo nō subsisteret, nisi per eū, qui viuificat omnia. Non ergo Deus hominem deseruit, vt non se illi exhiberet Deum: sed inter mala pœnalia etiā malis multa præstitit bona, & tandem hominē quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorū per sanguinem Christi data à diabolo eruit, vt sic iustitia vinceretur diabolus, non potentia. Sed qua iustitia? Iesu Christi. Et quomodo victus est ea? Quia in eo nihil dignum morte inueniens, occidit eum tamen, & vtiq; iustū est vt debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quē sine vllo debito occidit. Ideò a. potētia vincere noluit, quia diabolus vitio peruersitatis suę amator est potentiæ, & desertor oppugnatorq; iustitiæ: in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiā perosa iustitia, potentiæ magis studeant, eiusq; vel adoptione lętantur, vel cupiditate inflammantur. Ideoque placuit Deo, vt non potentia sed iustitia vincens, hominem erueret, in quo hom● eum imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potentia, quia reuixit mortuus, nunquam postea moriturus. Sed nonne iure æquissimo vinceretur diabolus, si potentia tantum Christus cum illa agere voluisset? vtique: sed postposuit Christus quod

Ephes. 2 c
Ibid. paulò inferius.
Ibid. cap. 12. continuo lib. 13. de Trin.
Psal. 76.
Aug. in princip. ca 13 de Trinit.
Ibid. in princip. cap. 14.
Ibid. cap. 13. in princ.
Ad finem c. 14. eiusdem libri.
Ibid paulò superiùs.

quod potuit, vt prius ageret, quod oportuit. Iustitia ergo humilitatis hominem liberauit, quem sola potentia æquissimè liberare potuit.

De causa inter Deum & hominem, & diabolum. B

Si enim tres illi in causam venirent, scil. Deus diabolus & homo: diabolus & homo quid aduersus Deum dicerent non haberent. Diabolus enim de iniuria Dei cõuinceretur: quia seruum eius, scil. hominem, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Homo etiam iniurius Deo conuinceretur: quia præcepta eius contempsit, & se alieno dominio mancipauit. De hominis iniuria cõuinceretur diabolus: quia & illum prius fallaci promissione decepit: & post mala inferendo læsit. Iniustè ergo diabolus, quantum ad se tenebat hominẽ: sed homo iustè tenebatur, quia diabolus nunquam meruit potestatem habere super hominem, sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo Deus, qui vtrique præerat, potentia hominem liberare vellet, sola iussionis virtute hominẽ potuit rectissimè liberare: sed ob causam præmissam iustitia humilitatis voluit. Qui dum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus, id est, per remissionem peccatorum eruti de potestate diaboli: & ita à Christo iustitia, diabolus victus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sint dimissa, supra expositum est.

De traditione Christi, quæ facta dicitur à patre & à filio, à Iuda & à Iudæis. C

Esa. 53. b
Rom. 8 f
Ephes. 5. a
Matth. 26 d
Luc. 24. c
August. ad versum vltimũ Ps. 93. Et reddet illis, tom. 8.

Christus ergo est sacerdos, idemque & hostia precium nostræ reconciliationis: qui se in ara crucis nõ diabolo, sed Deo trinitati obtulit pro omnib. quãtum ad pretij sufficiẽtiam: sed pro electis tantum, quantũ ad efficaciã quia prædestinatis tantum salutẽ effecit. De quo & legitur, quod sit traditus à patre, & quod seipsum tradidit, & quod Iudas eũ tradidit & Iudæi. Ipse se tradidit, quia sponte ad

passio-

passionē accessit: Et pater eum tradidit, quia voluntate patris, imò totius trinitatis passus est. Iudas tradidit, prodēdo, & Iudæi instigando: & fuit actꝰ Iudæ & Iudæorū malus, & actus Christi vel patris bonus: opus Christi & patris bonū, quia bona patris & filii voluntas: malū fuit opus Iudę & Iudęorum, quia mala fuit intētio. Diuersa fuerunt ibi facta siue opera, i. diuersi actus, & vna res siue factū, scil. passio ipsa. Ideoq; doctores aliquando vniunt in facto illo patrem, filium, Iudam, Iudæos, aliquādo disiungunt. Respicientes enim ad passionem, vnum opus illorum dicunt: attēdentes intētiones & actus, facta diuersa discernunt. Vnde Aug. Facta est, inquit, traditio à patre, facta est traditio à filio, facta est traditio à Iuda: vna res facta est. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, Iudas vero in ꝓditione. Videtis quia non quid faciat homo, sed qua voluntate, cōsiderandum est. In eodē facto inuenimus Deum, quo Iudam: Deum benedicimus, Iudam detestamur: quia Deus cogitauit salutē nostram, Iudas cogitauit precium quo vendidit Dominū, filius precium quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intētio diuersa facta facit, cum tamen sit vna res ex diuersis. Ecce vnam rem dicit ibi fuisse, & diuersa facta: quia vna ibi fuit passio, sed diuersi actus. Et actus quidem Iudæ ac Iudæorum mali, quibus operati sunt Christi passionem, quæ bonum est & opus Dei est.

Aug. tract. 7. ad illud 1. Ioan. 4 Quia filium suum vnigenitum misit in mundum, to. 9.

Quod Christi passio dicitur opus Dei, & Iudæorum, & quomodo. D

Passio ergo Christi & opus dicitur Iudæorum, quia ex actib. eorum prouenit: & opus Dei, quia eo auctore, i. volēte fuit. Vnde Aug. Nemo aufert animam Christi ab eo, quia potestatē habet ponendi & sumendi eam. Ecce habes auctorē operis. Ponet animam. Ecce habes opus auctoris. Et vt generaliter concludam, quoties in carne Christus aliquid pati-

Ioan. 10. d

patitur, op⁹ auctoris est: quia.n.sua voluntate, nō alio cogēte perpetitur, ipse author est operis. Cum a passio Christi opus Dei sit, & ideo bonum, eamq; operati sint Iudas & Iudæi, quæritur an cōcedendum sit eos operatos ibi esse bonū. Hic distinguēdum est. Potest.n.dici, quod operati sunt bonum, quia ex actib. eorum bonū prouenit, id est, passio Christi: & itē, quod operati non sunt bonum, sed malum: quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

SI IN CHRISTO DIVISIO IN MORTE FUIT ANIMÆ, VEL CARNIS À VERBO.

DISTINCT. XXI.

De morte quæ consequuta est passionem Christi. Aug. dist. 2. i. 3. c. Assumpsit. super Ps. 48. conc. 2. ad versum 4. Psal. 48. Sicut oues in inferno.

POst prædicta cōsiderandum est, vtrum in morte Christi, à verbo sit separata anima vel caro. Quidam putauerunt tunc carnem sicut ab anima, ita à diuinitate in morte diuisam. Si enim, inquiunt, anima media diuinitas sibi carnem vniuit, sicut superius prætaxatum est: ergo quādo diuisa est caro ab anima, diuisa est etiam à diuinitate: quia non potuit ab anima seiungi, per quam verbo erat vnita, quin à verbo diuideretur. Fuit a. diuisa ab anima in morte, alioquin vera mors ibi nō fuisset: quia vt ait Aug. Mors quam timēt homines, separatio est animæ à carne. Mors a quam non timent, separatio est animæ à Deo. Vtraque verò diaboli suasu homini propinata est. Si ergo in Christo homine vera mors fuit, diuisa est ibi anima, ac per hoc diuinitas, à carne. Huic suæ probabilitati addunt auctoritatis testimonium. Ambr. enim tractās de Christi derelictione, qui in cruce voce magna clamans dixit, Deus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? ait, Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, vtiq; mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Hic videtur tradi, quod diuinitas separata sit in morte ab homine: quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset.

Quod

Quod illi ad carnē referunt, quam dicunt à Deo separatam. Quib. respondemus illam separationem sic esse accipiendā, sicut intelligitur derelictio, quę illis verbis significatur: Vt quid me dereliquisti? Quomodo ergo Christus derelictus erat à patre, cū in cruce derelictū se clamabat? Nō recesserat Deus ab homine, ità quod esset soluta vnio Dei & hominis. Alioquin fuit quoddam tēpus, quādo Christus adhuc vivus homo erat, & nō Deus: quia adhuc vivus se derelictū clamabāt, non derelinquēdum. Si ergo illa derelictio, vnionis intelligatur solutio, ante facta foit solutio Dei & hominis, quā Christ⁹ mortuus esset. Sed quis hoc dicat? Fateamur ergo Deum, quodammodo illum hominē in morte deseruisse, quia potestati persequentiū eum exposuit ad tēpus, non suam potentiam exercēdo illum defendit, vt nō moreretur. Separauit se diuinitas qa subtraxit protectionē, sed nō soluit vnionem. Separauit se foris, vt non adesset ad defensionē. Sed non intus defuit ad vnionem. Si nō ibi cohibuisset potentiā, sed exercuisset, non moreretur Christus: Mortuus est Christus diuinitate recedente, i. effectum potentiæ defendēdo, non exhibente. Hic est hircus, i. emissarius apoponpeius, qui altero hirco immolato in solitudinē mittebatur, vt legitur in Leuit Duo.n. hirci, humanitas & diuinitas Christi intelligūtur. Humanitate ergo immolata diuinitas Christi in solitudinem abiit, i. in cœlum. Vnde Esich. In solitudinem, i. in cœlum tempore passionis diuinitas abiisse dicitur, nō locum mutans, sed quodammodo virtutem cohibens, vt possent impii cōsummare passionem. Abiit ergo, i. virtutem cohibuit, & portauit iniquitates nostras, non vt haberet, sed vt consumeret: Deus enim ignis consumens est. Ex his satis ostenditur, præmissa verba Ambrosij sic esse accipienda, vt prædiximus.

Luc. 22. ad illud: Et hoc dicto tradidit spiritum tom. 5.

Matth. 27.

Leu. 16. a

Esichius lib. 5. ad illud Leu. cap. 16. Et emittat illum in solitudinem, & Glossa ordinaria ib.

Aliam ad idem inducunt authoritatem. B

Alii quoq; authoritati innituntur, qui asserunt diuinitatē in morte recessisse ab homine secundū carnē. Ait enim Athan. Maledictus qui totum hominē quem assumpsit Dei filius, denuo assumptū, tertia die à mortuis resurrexisse nō cōfitetur. Fiat, fiat. Si inquiunt denuo assumptus est homo in resurrectione, quē assumpserat in incarnatione, deposuit ergo eū in morte: separata ergo fuit diuinitas in morte ab immunitate. Quib. respondemus, q; si in his verbis assumptio talis intelligatur, quæ fit secundum vnionē, non carnē tantum, sed totū hominem, i. animam & carnē denuo sibi vniuit in resurrectione, quia nō simpliciter hominē sed totum hominē assumptum dicit. Totum ergo hominem in morte deposuit, i. animam & carnem. Sed quis, nisi hostis veritatis, dicat animā à verbo depositam? Et tamen nisi hoc fateantur, quod totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa auctoritas, quæ totum dicit assumptum. Sciēdum est ergo Athan. id dixisse cōtra illorum perfidiā, qui resurrectionē Christi negabant, putātes morte detineri eum, qui solus inter mortuos liber est. Ideo illum maledicit, qui nō cōfitetur totum hominē denuo assumptum resurrexisse, i. Christum animam denuo corpori cōiunxisse: & illis duobus denuo cōiunctis in resurrectione, verè secundum hominē vixisse, sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima à carne. Vnde verè dicitur Christ⁹ mortuus: sed neutrum separatum est à verbo Dei.

Athan. lib. 6. qui de beatitudine filij Dei dicitur ad Theophilum tom. 4.

Responsio.

Auctoritatibus astruit à verbo carnem in morte non esse diuisam. C

Sicut Aug. super Ioan. docet, tractans illud verbum. Ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eā à me, sed ego pono eam: à me ipso potestatem habeo ponēdi eam, & iterum sumendi eam: hic animā dicit emissam. A quo emissa est? A seipsa non est emissa, quia seipsam non posuit

Aug. tract. 47. Ioan. 10.

fuit: nec verbum animam posuit, nec carnē. Caro ergo animā posuit, sed potestate in se manētis deitatis. Potentia ergo deitatis anima diuisa est à carne, sed neutrum à verbo Dei. Vnde Aug. Verbū ex quo suscepit hominē, i. carnem & animā, nūquam deposuit animam vt esset anima à verbo separata: sed caro posuit animam quando expirauit, qua redeunte resurrexit. Mors ergo ad tempus carnē & animā separauit, sed neutrū à verbo Dei. Caro ergo ponit & sumit animā, non potestate sua sed potestate inhabitantis carnē deitatis. Hic euidenter traditur, nec animā nec carnē à verbo Dei in morte esse diuisam, vt aliquo modo soluta fuerit vnio. Vnde Aug. cont. Felician. Absit, vt Christus sic senserit mortē, vt quantum in se est, vita vitā perdiderit, si n. hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem spōte susceperat: non naturæ suæ perdidit potentiā, per quā cuncta viuificat. Sic in sepulchro Christus carnē suam cōmoriendo nō deseruit, sicut in vtero virginis cōnascendo formauit. Mortuus est ergo nō discedēte vita, sicut passus est nō pereunte potētia. Nemo tollit animā eius ab eo, quia potestatē habet ponendi & sumēdi. Ecce & hic habes, Christum non deseruisse carnē in morte, & vitam non discessisse à mortuo: & quam sponte tradidit spiritum, non alius extorsit. Vnde Ambr. Emisit Christus spiritum, & tāmē quasi arbiter exuendi suscipiendiq; corporis, emisit spiritum, nō amisit: pendebat in cruce, & omnia commouebat. Sed vnde emisit? Ex carne. Quo emisit? Ad patrem.

Ad principium c. 14. in tom. 6.

Aug. c. 14. in princ.

Ioan. 10. a Ibid. paulò inferius.

Ambros. ad mediū c. 5. lib. de incarnationis dominicæ sacramento, tom. 2.

Qua ratione Christus dicitur mortuus & passus. D

Recedente vero anima mortua est Christi caro: & quia caro mortua est, mortuus est Christus. Sicut n. mortus dicitur Deus, quādo mortuus est homo: ita mortuus homo dicitur, quando mortua est caro. Separatio animæ mors carnis fuit. Propter car-

nem ergo vnitam verbo, quæ mortua est, dicitur Deus mortuus: & propter carnem & animam quã vtraq; dolorem sensit, dicitur Deus passus, cum diuinitas omnis doloris exors existeret. Vnde Aug. Verbũ caro factum est, vt per carnẽ panis cœlestis ad infantes transiret, & secundũ hoc ipsum verbũ crucifixum est, sed nõ est mutatum in hominẽ: homo in illo mutatus est, vt melior fieret quàm erat. Per illud ergo quod homo erat, mortuus est Deus: & per illud, quod Deus erat, homo excitatus est & resurrexit. Quicquid passus est hõmo, nõ potest dici nõ passus Deus: quoniam Deus erat homo. Quomodo non potes dicere te non passum iniuriam, si vestis tua cõscindatur, quamuis vestis tua non sit tua? multo magis ergo quicquid patitur caro vnita verbo: debet dici Deꝰ pati: licet verbũ nec mori, nec corrumpi, nec mutari potuerit. Sed quicquid horum passus est, in carne passus est. De hoc etiam Ambr. in lib. de incarnat. domin. sacram. ait. Quod verbi caro patiebatur, manẽs in carne verbum in se pro corporis assumptione referebat, vt patidiceretur, quia caro patiebatur: sicut scriptum est, Christo in carne passo. Hic docetur qua ratione Deus vel Dei filius passus vel mortuus dicitur: nõ quia mortẽ senserit in quantum Deus est, sed quia caro ei vnita mortua est. Secundum quam rationẽ dicit Aug. Si quis dixerit atq; crediderit filium Dei Deum passum, anathema sit. Cuius dicti causam, ex qua intelligẽtia sumenda sit, aperiens in eodem subdit. Si quis dixerit, quod in passione dolorem sentiebat filius Dei Deus, & non caro tantum cum anima quã sibi acceperat, anathema sit. Sanè ergo dici potest, quod mortuus est Deus, & nõ mortuꝰ: passus est Dei filius, & non passus: passa est tertia persona, & non passa: crucifixũ est verbum, & non crucifixum: sed secũdum alteram naturam passus est, secundum alteram impassibilis. Vnde Ambros.

Aug. ad versum 4. Psal. 120. hunc, sicut ablatus to 8.

Amb 2. t. c. 5. in fine.

1. Pet. 4. a

Tom. 10. in serm. de fide 129.

De tempore qui est 3. feria 5 in cœna Domini.

Gene-

Generalis ista est fides, quia Christus est Dei filius, & natus ex virgine: quem quasi gigantem prophe-ta describit, eo quod biformis geminæq; naturæ vnus sit, consors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur & non patiebatur, moriebatur, & non moriebatur, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resurgebat. Resurgebat secundum carnem, quæ mortua fuerat, non secundum verbum, quod apud Deum semper manebat. *Amb de incarnationis dominicæ sacramento c. 5. ad princ. Ibid. paulò inferiùs.*

SI CHRISTVS IN MORTE FVIT HOMO.

DISTINCT. XXII. A

Hic quęritur. Vtrum in illo triduo mortis Christus fuerit homo? quod non videtur quibusdam: quia mortuus erat, & homo mortuus non est homo. Addunt etiam, quod si tunc erat homo, vel mortalis vel immortalis, sed mortalis nō: quia mortuus: nec immortalis, quia tantum post resurrectionem. Quibus respondemus, quia licet homo mortuus fuerit, erat tamen in morte Deus homo, nec mortalis quidē, nec immortalis: & tamen verè erat homo. Illa enim & huiusmodi argutię in creaturis mentis est liberum. Vnde Ambros. Auferargumenta, vbi fides quæritur. In ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat: piscatorib. creditur, non dialecticis. Dicimus ergo in morte Christi Deum verè fuisse hominē, & tamen mortuum. Et hominem quidē nec mortalem, nec immortalem: quia vnitus erat animæ & carni seiunctis. Alia enim ratione dicitur Deus homo, vel homo Deus, quam Martinus vel Ioan. Homo enim dicitur Deus & è conuerso, propter susceptionem hominis, id est, animæ & carnis. Vnde Aug. Talis enim susceptio illa quę Deum hominem faceret, & hominē Deum. Cum ergo illa susceptio per mortem nō defecerit, sed Deus homini, & homo Deus sicut ante vnitus erat verè, & tunc Deus erat homo & è conuerso, quia vnitus animæ & carni: & homo mortuꝰ erat, *De consequentibus. mortem Christi.* *Hic non tenetur.* *Amb in l. 1. de fide cap. 5. in fine to. 2.* *In libr. de Trin. 1. c. 13. ad princ.*

quia anima à carne diuisa erat. Propter separationē animæ à carne mortuus, sed propter vtriusque semper secum vnionē homo. Non a. sic erat homo, vt ex anima & carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo, & ipse fortè ante mortē, hoc etiam modo erat homo, & post resurrectionē fuit. In morte vero homo erat tantum propter animæ & carnis secum vnionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

Si Christus in morte erat homo alicubi, & si vbicunque sit, homo sit. B

Hic quæritur, si Christus in morte alicubi erat homo: & si vbicunque est, homo sit. Ad quod dicimus, quia non vbicunq; erat, homo erat: nec modo vbicunq; est, homo est: quia vbiq; est secundum deitatem, nec vbiq; homo, quia non vbiq; homini vnitus: sed vbicunq; est secundum hominem, ibi homo est. Tempore autem mortis, & vbiq; erat secundum Deum, & in sepulchro secundum hominem, & in inferno secundum hominē, sed in inferno secundum animam tantum, & in sepulchro secundum carnē tantum. In sepulchro ergo erat homo, quia humanitati vnit⁹ erat, & si non toti, quia carni tantum: & in inferno erat homo, quia humanitati vnitus, sed nō toti, quia animæ tantum. Sed si in inferno animæ tantū, & in sepulchro carni tantum vnitus erat: ergo nec in inferno vnitus erat animæ & carni, nec in sepulchro. Quomodo ergo ibi vel hic homo esse dicitur? Quę est ratio dicti? Quia vna eademq; vnione vnitus erat animæ in inferno, & carni in sepulchro. Et sic erat illis duob. tunc separatis vnitus, sicut ante separationem, i. ante mortem. Ad hoc autem opponitur. Si Christus animam tantum vel carnem tantum assumpsisset, non fuisset verus homo, sed propter vtriusq; assumptionem verus homo fuit. Sic ergo vbi carnem & animam sibi vnitam non habebat,

verus

verus homo ibi nō erat. Sed tempore mortis nusquā illa duo verè vnita habeat, quia nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi: nusquam ergo erat homo. Ad quod dicimus, quia Christus vtiq; verus homo non fuisset, si carnē & animam non assumpsisset. Sed tamen quia ex quo assumpsisset, neutrū deposuit, sed cum vtroq; eandē vnionem indesinenter tenuit, quam assumendo contraxit: ideo non incongruè vbicunq; animæ vel carni, vel vtrique vnitus est, ibi homo esse dicitur, quia ibi humanatus est. Ergo & in sepulchro erat homo & in inferno erat homo: quia vtrobiq; humanatus erat Christus, & vnam eandemq; cum anima & carne, licet separatis, habebat vnionem: & vno eodemq; tempore in sepulchro iacuit Christus, & ad infernum descendit: sed in sepulchro iacuit secundum solam carnem, & in infernum descendit secundum solam animam. Vnde Aug. Quis non est derelictus in inferno? Christus: sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus: sed in carne sola, quia in his singulis Christus est. Christum in his omnibus confitemur, & singulis. Ex his euidenter ostenditur. Quod carni iacenti in sepulchro vnitus erat Christus, sicut animæ in inferno. Alioquin si carni mortuæ non esset vnitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit sapientia cum vtroque permansit: quæ in inferno positis, vt ait Ambr. lumen vitæ fundebat æternæ. Radiabat illic lux vera sapientiæ, illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientiæ? de qua scriptum est: Nescit homo vias eius, nec inuenta est inter homines. De qua abyssus dicit. Non est in me: mare dicit. Non est mecum ergo nec in tempore, nec in loco sapientia est: cui nec mors tribuenda est. In ligno enim caro, non illa operatrix omnium substantia diuina

Aug. lib de fide ad Pet. cap 2. ante medium

Super Ioan. tract. 78. ad id. Si diligeretis me.

Ioan. 14 in fine, in to 9.

Amb. in lib. de incarnationis dominicæ sacramento, ca. 5. post mediū.

Iob 28. b

Ibid. paulò superius.

pendebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

Quod Christus vbiq; totus est, sed non totum: vt totus est homo vel Deus, sed non totum. C

Et vtiq; totus eodem tempore erat in inferno, in cœlo totus, vbiq; totus. Persona enim illa æterna nō maior erat, vbi carnē & animam simul vnitam sibi habebat, quam vbi alterum tantū: nec maior erat vbi vtrunq; simul: vel alterū tantum vnitum habebat, quam vbi erat neutrum habens vnitum. Totus ergo Christus & perfectus vbiq; erat. Vnde Aug. Nō dimisit patrē Christus cum venit in virginē, vbiq; totus, vbiq; perfectus. Vno ergo eodemq; tēpore totus erat in inferno, totus in cœlo. Erat apud inferos resurrectio mortuorū, erat super cœlos vita viuentium: verè mortuus, verè viuus: in quo & mortē susceptio mortalitatis excepit, & vitā diuinitas nō perdidit. Mortē ergo Dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate non sensit: sed tamē participatione infirmitatis rex gloriæ crucifixus est. Ex his apparet, quod Christus eodē tempore totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus vbiq: sicut & modo totus est vbicunq; est, sed non totum. Nec in sepulchro, nec in inferno totū erat, & si totus, sicut Christus totus est Deus, totus homo, sed non totum: quia non solū est Deus vel homo, sed & Deus & homo. Totum enim ad naturā refertur, totus autem ad hypostasim: sicut aliud & aliquid ad naturam, alius vero & aliquis ad personam referuntur. Vnde Ioan. Damasc. Totus Christus est Deus perfectus, nō autem totum Deus est. Non enim solū Deus est, sed & homo, & totus homo perfectus. Non autem totum homo: nō solum enim homo, sed & Deus. Totum enim naturæ est repræsentatiuum. Totus autem, hypostaseos: sicut aliud quidem est naturæ, alius hypostaseos, sic & huiusmodi.

Aug. contra Felician. de vnitate Tri. ad Optatum c. 14. ad princip. tom. 6. In princ. cap. 16. eiusdem libri.

Libr. de orthodoxa fide 3. c. 7. in fin.

Sicut

Si ea quæ dicuntur de Deo, vel de filio Dei possunt dici de homine illo, vel de filio hominis. D

Solet etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descēdisse de cœlo, vel vbiq; esse: sicut dicitur filius Dei vel Deus de cœlo venisse, & vbiq; esse? Ad quod dicimus, si ad vnitatem personæ referatur dicti intelligentia, sane dici potest: Si vero ad distinctionem naturarū, nullatenus concedendum est. Vnde Aug. Vna persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, &c. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius Dei descendit, & filius hominis crucifixus est. Si vero vnitatē personæ, & filius hominis descendit, & filius Dei est crucifixus. Propter hanc vnitatē personæ non solum filium hominis descendisse de cœlo, sed etiā dixit esse in cœlo, cū loqueretur in terra, propter hanc eandem dicitur Deus gloriæ crucifixus, qui tamē ex forma serui tantū crucifix⁹ est. Non tamen secundum hoc, quod Deus gloriæ est, & secundum quod glorificat suos: & tamen dicitur Deus gloriæ crucifixus. Recte quidem non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo propter quid, & quid secundū quid dicatur, prudens & diligēs & pius lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti dominici dicta sufficiant, ne ossa regis Idumeæ consumantur vsq; in cinerem.

Aug. in fine cap. 20. lib. 3. contra Maximin. To. 6.
Ioan. 3. b
Aug. lib. 1 de tri. c. 13. non lōge à princ.
1. Cor. 2. b
Amos 2. a
Ibid. Aug. paulo superius.

SI CHRISTVS HABVERIT FIDEM ET SPEM, vt Charitatem.

DISTINCT. XXIII. A

CVm vero supra perhibitum sit, Christum plenum gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, vtrum fidem & spem sicut charitatē habuerit. Si n. his caruit, non videtur plenitudinem gratiarum habuisse. vt autē hæc quæstio valeat apertius explicari, de his singulis aliqua in medium proferenda sunt, & primum, de fide: secundum

Ioan. 1. b

mensuram cuius præcepit Apostolus vnicuique sapere.

Rom.12.a

Quid sit fides. B

Fides est virtus, qua creduntur, quæ non videntur. Quod tamen non de omnibus quæ non videntur, accipiendum est: sed de his tantum, quæ credere, vt ait Aug ad religionem pertinet. Multa enim sunt, quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est: quia non ideo à religione deuiat.

In enc. ca. 9. in princ.

Quot modis dicitur fides. C

Accipitur a. fides tribus modis, scil. pro eo quo creditur, & est virtus: & pro eo quod creditur, & non est virtus: & pro eo quod creditur, quod aliud est ab eo, quo creditur. Vnde Aug. inqt, Aliud sunt ea, quæ creduntur, aliud fides qua creditur. Illa n. in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur: hęc a. in animo credentis est, et tantum conspicua cuius est, & tamen nomine fidei censetur vtrumque. & illud, sc. quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur: dicitur fides, sicut ibi. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Fides a. qua creditur, si cum charitate sit, virtus est: quia charitas, vt ait Amb. mater est omnium virtutũ, quæ omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem, virtus est, qua non visa creduntur. Hæc est fundamentũ, quod mutari non potest, vt ait Apost. quæ posita in fundamento neminem perire sinit. Vnde Aug. Fundamentum est Christus Iesus, i. Christi fides, sc. quæ per dilectionem operatur: per quam Christus habitat in cordibus, quæ neminem perire sinit. Alia vero non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione, Christiani est: alia, dæmonis est. Nam & dæmones credunt, & contremiscunt. Sed multum interest, vtrum quis credat Christum, vel Christo: vel in Chri-

In lib. de trinit. 13. c. 1. ad medium.

In symbolo illo vulgari Athanasii ad Gal. 5. b 1. Cor. 3. c Galat. 5. b Ephes. 3. c

Aug. c. 5. ad princ. in Enchyrid.

Aug. lib. de fide & operibus c. 16. ad princip. Tomo 4.

Aug. ser. 181. de tempore, qui est primus in vigilia Pentecostes de expositione symboli ad illud credo in Deũ patrẽ, to. 10.

Christum. Nam ipsum esse Christum dæmones crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt. *Iacob. 2.* *Ipse arguet mundum. Ioan. 16.*

Quid sit credere in Deum, vel Deo, vel Deum. D

Aliud est enim credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo est credere vera esse quæ loquitur, quod & mali faciunt, & nos credimus homini; sed non in hominem. Credere Deum, est credere quod ipse sit Deus: quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, & eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Ipsa enim dilectio, opus fidei dicitur. Fides ergo quam dæmones, & falsi Christiani habent, qualitas mentis est, sed informis, quia sine charitate est. Nam & malos fidem habere, cum tamen charitate careant, Apostolus ostendit dicens. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam, &c. Quæ fides etiam donum Dei dici potest, quia & in malis quædam Dei dona sunt. *Aug. ser. 181. de tempore ad princip. & c. 37. lib. de cognitione vera vitæ & tract. 29 ad illud. Si quis voluerit. Ioan 7. Et ad versum 11. Psal. 77. Hunc generationem quæ non, tom. 8. 1. Cor. 1. a*

An illa informis qualitas mentis, quæ in malo Christiano est, fiat virtus cum sit bonus. E

Si vero quæritur, vtrum illa informis qualitas, qua malus Christianus vniuersa credit, quę bonus Christianus, accedente charitate remaneat & fiat virtus, an ipsa eliminetur, & alia qualitas succedat quæ virtus sit? Vtrumlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur, quod illa qualitas, quæ pri⁹ erat, remaneat, & accessu charitatis virt⁹ fiat.

Ex quo sensu dicatur vna fides. F

Cumq; diuersis modis dicatur fides, fatendum est tamen vnam esse fidem, vt ait Apostolus. Vnus Dominus, vna fides. Siue n. fides accipiatur pro eo q⁹ creditur, siue pro eo quo creditur, recte dicitur fides vna. Si n. pro eo quod creditur, accipiatur, ex hac *Ephes. 4. b*

ex hac intelligentia dicitur vna fides, qa idē iubemur credere. & vnum idemq; est, q̄ creditur à cunctis fidelib. Vnde fides catholica dicitur, i. vniuersalis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur, ea ratione vna dicitur esse fides, non quia sit vna numero in omnibus, sed genere, i. similitudine, Vnde Aug in li. 13 de Trin. fides, q̄ qui habent, fideles vocātur, & qui non habent, infideles, communis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominib. facies communis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non n. fides numero est vna, sed genere: quæ cum sit in vno, est & alijs, non ipsa, sed similis, & propter similitudinem magis vnam dicimus esse, quam multas. Sicut idem volentium dicitur vna voluntas, cum tamen cuiq; sit sua voluntas: & duorum similimorū dicitur facies vna.

Cap. 2. in princ.

Ibid. paulo inferius.

Ibid paulo superius.

Quod fides est de his, quæ non videntur proprie, quæ tamen videntur ab eo in quo est. G

Notandū quoq; est, quod fides proprie de non apparentib. tantum est. Vnde Greg. Apparentia nō habent fidem, sed agnitionem. Idem, Cum Paulus dicat. Fides est substantia rerum sperandarum, argumētum nō apparentium: hoc veraciter dicitur credi, q̄ non valet videri. Nam credi iam non pōt, quod videri potest. Thomas aliud vidit, & aliud credidit: hominē vidit, & Deum confessus est dicens, Dominus meus, & Deus meus. De hoc etiam Aug. ait. Fidē ipsam videt quisq; in corde suo esse, si credit: vel nō esse, si nō credit. Non sicut corpora quæ videmus oculis corporeis, & per ipsorū imagines, quas memoria tenemus, etiā absentia cogitamus: nec sicut ea, q̄ nō videmus, & ex his quæ videmus, cogitationē vtcunq; formamus, & memoriæ commendamus. Nec sicut hominē, cuius animam etsi non videmus, ex nostra conijcimus, & ex moribus corporis hominē, sicut videndo didicimus, intuemur etiā cogitando. Non sic videtur fides

In hom. super euang. 26. circa medium, & lib. 4. d al. cap 5. Ioan. 20. g

In lib. 13 de Trin. cap. 1.

des in corde in quo est, ab eo cuius est, sed eā tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubeamur, quia id, ꝙ credere iubemur videre non possumus: ipsam tamen fidē quādo est in nobis, videmus in nobis, quia & rerū absentiū præsens est fides, & rerū, quæ foris sunt, intus est fides, & rerum quæ nō videntur, videtur fides: & ipsa tēporaliter fit in cordibus hominum, & si ex fidelib. infideles fiant, perit ab eis. His verbis euidenter traditur, fidē ipsam in corde hominis ab ipso homine videri nō corporaliter, nō imaginarie, sed intellectualiter: & ipsam tamē absentiū & eorum, quæ non videtur esse. Vt n. Aug. alibi ait. Credimus vt cognoscamus, nō cognoscimus vt credamus. Quid enim est fides, nisi credere, quod non vides? Fides ergo est, quod non vides credere, veritas quod credidisti videre. Vnde recte fides dicitur argumentum vel conuictio rerū non apparentium: quia si fides est, ex eo conuincitur & probatur aliqua esse non apparentia, cū fides nō sit nisi de non apparentib.

Ibid. paulò inferius.

Super Ioan. 40. & Tract. 27. to. 9. circa illud, c. 6. & nos credimus & cognoscimus.

Hebr. 11. a

Descriptio fidei. H

Ait n. Apost. Fides est substantia rerum sperandarū, argumentū vel conuictio nō apparentium; quia per fidem subsistunt in nobis etiā modo sperandā, & subsistunt in futuro per experiētiam. Et ipsa est probatio & conuictio non apparentium, quia si quis de his dubitet, per fidem probātur: vt adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt Patriarchæ & alij Sancti. Vel probatio est & certitudo, ꝙ sint aliqua nō apparentia, vt suprà dictū est. Proprie tamē fides dicitur substantia rerum sperandarū, quia spērādi substat: & quia fundamentum est bonorū, quod nemo mutare pōt.

Si illa descriptio spei conueniat. I

Si vero quæritur, an hæc descriptio spei conueniat: sane concedi potest vtrumlibet. Si autē dicatur cōuenire, sunt & alia plura quibus differunt fides

des & spes: sed non improbe dici pōt soli fidei conuenire, non spei, quia fides sola fundamentū dicitur, non qa fides virtus possit esse sine spe & charitate. Vnde Aug. Fides operans per dilectionē vtiq; sine spe esse non pōt: nec amor sine spe: nec sine amore spes, nec vtrumq; sine fide, & fides sine amore nihil prodest, pōt tamen credi aliquid, quod nō speratur, nihil a. potest sperari, quod non creditur. Ideoque credere, quod est actus fidei, naturaliter præcedit Sperare, q̄ est actus spei, quia nisi aliquid credatur, non potest sperari. Creditur n. aliquid, quod nō speratur. Inde est, quod in scriptura plerumq; reperitur, quod fides præcedit spem, & spes sequitur fidē: nō quod virtus fidei pręcedat virtutē spei tēpore vel causa, sed quia actus fidei naturaliter præcedit actū spei: quod etiam quidam cōcedunt de ipsa virtute fidei, vt naturaliter p̄cedat spem, nō tēpore. Vnde & rectē ea sola dicitur fundamentum omniū virtutum & bonorum operū, non a. fundamentum est charitatis, quia non ipsa charitatis, sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. Charitas n. causa est & mater omnium virtutum: quæ si desit, frustra habētur cætera, si a: adsit, habentur omnia. Charitas n. Spiritus S. est, vt in superioribus prætaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutū, nō ipsius al qua virtutum causa est, quia omnia munera excellit. Vnde Aug. Respice ad munera Ecclesiæ, & vniuersis excellentius charitatis munus cognosces: quæ vt oleum, non potest premi in imo, sed superebullit. Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Greg. tamē super Ezechiel. dicit quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorē attingitur. Non n. charitas fidem, sed fides charitatem præcedit: quia nemo potest amare quod nō crediderit, sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest esse dictum de fide, quæ virtus non est. Ipsa enim spem & charitatē frequen-

In Enc. ca. 8. in fine.

1. Cor. 13. a

Tract. de Lau. Cha. in principi. tom. 9.

Aug. ibidem immediate supra præallegata, to. 9. Gregor. homil. 16.

frequenter præcedit: vel de actu fidei, qui forte naturaliter actum charitatis pręcedit, sicut actum spei, quod verba præmissa diligenter notata innuunt, & ea etiam quæ addit dicens, Nisi ea, inquit, quæ audis credideris, ad amandum ea, quæ audis non inflammaberis: quæ tantum de non visis est, vt ante diximus. Vnde Chrysost. Fides in anima nostra facit subsistere ea, quæ non videntur: de quibus proprie fides est, de visis enim non est fides, sed agnitio. *Chrys. super epis. ad Hebr. hom. 21. in fine circa illud cap. 11.*

QVOMODO INTELLIGITVR QVOD SCRIPTVM est, vt cum factum fuerit credatis. *Fides est sperand.*

DISTINCT. XXIV. A

HIc quæritur, si fides tantum de non visis est, quomodo veritas Apostolis ait, Nunc dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis: vbi innuit videtur, quod fides illis fuerit de factis & visis. Super quo Aug. mouet quæstionem & absoluit, ita inquiens. Quid sibi vult. Vt cum factum fuerit credatis. Hęc est laus fidei, si quod creditur non videtur. Nam & Thomas, cui dictum est. Quia vidisti me, credidisti: non hoc credidit, quod vidit. Cernebat enim & tãgebat carnem viuentem, quam viderat morientem, & credebat Deũ in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente, quod non videbat, per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si vero dicuntur credi quæ vidẽtur, sicut dixit vnusquisque oculis suis credidisse: nõ ipsa est, quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quę videntur, agitur in nobis vt ea credantur, quæ nõ videntur. Ex his aperte intelligitur, quod proprie fides non apparentium est. Nec illa est fides qua in Christo ædificamur, qa dicimus vsitata locutione, nos ea credere q̃ videmus. Alibi tamen dicit Aug. fidem esse de rebus præsentibus: q; erit in futuro, cum per speciem Deũ præsentẽ contemplabimur: quę tamẽ non proprie dicitur fides, sed veri- *Ioan. 14. Aug. super Ioan. in trãctat 79. in initio.* *Tom. 6. Ioan. 20. g* *Aug. lib. 1. Quæst. Euang. ca. 39. Tom. 4.*

veritas. Est, inquit, fides qua creduntur ea, quæ non videntur. Sed tamen est etiam fides rerum, quando non verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur, quod erit, cum per speciem manifestam se contemplandam Sanctis præbebit Dei sapientia. Sed non proprie hæc dicitur fides, immo fidei merces ad quam credendo peruenietur: vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Si Petrus habuit fidem passionis, quando vidit hominem illum pati. B

Si vero quæritur, vtrum Petrus fidem passionis habuerit, cum hominem Christū oculis pati cernebat. Dicimus eum fidē passionis habuisse, nō in eo, quod credebat hominem pati, quia hoc videbat, sed in eo quod credebat Deum esse, qui patiebatur. Non enim virtus fidei erat, quod credebatur homo pati & mori, quod Iudæus cernens credebat: sed quod credebatur Deus esse, qui patiebatur. Vnde Aug. super illum Psalmi locum, Respondit ei in via virtutis suæ: Laus fidei est, non quia credit hominē illum mortuum, quod & Paganus credit: sed quia credit eum glorificatum & verum Deum. Credit ergo fides Deum mortuum, & hominem glorificatū. Non ergo fuit Petro fides credere hominem illum mori, quod oculis cernebat: sed credere Deum esse, qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur, quod credimus hominem illum mortuum, & quod Iudæus credit: sed quia credimus hominem Deum mortuum esse.

Enarrat. ōne in Ps. 101. concione 2. tom. 8.

Si aliqua sciuntur, quæ non creduntur. C

Post hoc quæri solet, cum fides sit de non apparentibus & non visis, vtrum etiā sit de incognitis tantum. Si n. de incognitis tantum est, de his videtur esse tantum quę ignorantur. Sed sciendum est, quod cū visio alia sit interior, alia exterior, nō est fides de subiectis exteriori visioni: est tamē de his, quę visu interiori vtcunq; capiuntur. Et quædā sic

capiun-

capiuntur, vt intelligantur, etsi non vt in futuro, qdam a. non: quia cum fides sit ex auditu, non modo exteriori sed etiam interiori, non pōt esse de eo quod omnino ignoratur, quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, vt ait Aug. dicens Quamuis ex auditu fides in nobis sit, nō tamen ad eum sensum corporis pertinet, qui dicitur auditus, quia nō est sonus: nec ad vllum sensum corporis, quoniā cordis est res ista, nō corporis. Quædam ergo fide creduntur, quæ intelliguntur naturali ratione: quædam vero, quæ non intelliguntur. Vnde Propheta: Nisi credideretis, non intelligetis. Quod Aug aperte distinguit. Alia sunt, inquit, quæ nisi intelligamus, nō credimus: alia, quę nisi credamus, non intelligemus. Nemo tamen pōt credere in Deum, nisi aliquid intelligat; cum fides sit ex auditu prædicationis. Idem in lib. de Trin. Certa fides vt cunq; inchoat cognitionē: cognitio vero certa non perficitur, nisi post hanc vitam. Ambr. quoq; ait, Vbi fides, non statim cognitio: vbi cognitio est, fides p̄cedit. Ex his apparet aliqua credi, quæ non intelliguntur vel sciuntur, nisi prius credantur: quædā vero intelligi aliquando etiam anteq̄ credantur. Nec tamē sic intelliguntur modo, vt in futuro sciantur: & nunc etiam per fidem qua mundantur corda, amplius intelliguntur: quia nisi per fidē diligatur Deus, nō mundatur cor ad sciendum eum. Vnde Aug. Quid est Deū scire nisi eum mente conspicere firmeq; percipere? Sed & prius q̄ valeamus perspicere & percipere Deum, sicut percipitur à mundis cordib. nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari, quo, i. vt ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes, quia nō potest sciri Deus, nisi prius credendo diligatur. Supra a. dictū est, quod nemo potest credere in Deū, nisi aliquid intelligatur. Vnde colligitur non posse sciri & intelligi credenda quædam, nisi prius credantur: &

Ad Ro. 10. d In 13. de tri. cap. 3.

Esaiæ 7. b iuxta 70. interpretes.

Aug. super Ps 118. Sermone 18. lib. 9. Cap. 1.

Ambr. super Psal. 118. Sermone 10. circa illum versum, agnou Domine quia.

Actor. 15. Aug. in 8. de Trin. cap. 4.

quædam non credi, nisi prius intelligantur, & ipsa per fidem amplius intelligi: nec ea quæ prius creduntur, q̃ intelligantur, penitus ignorantur cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamẽ ex parte quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur, sed non penitus: sicut etiam amatur, quod ignoratur. Vnde Aug. Sciri aliquid, & non diligi potest. Diligi vero quod nescitur, quæro vtrũ possit. Si uon pôt nemo diligit Deum anteq̃ sciat. Vbi sunt illa tria fides, spes, charitas, nisi in animo credente, quod nondum scit, & sperante, & amante quod credit? Amatur ergo, & q̃ ignoratur, sed tamen creditur.

Ibid. eodem 4. cap.

DE FIDE ANTIQVORVM.

DISTINCT. XXV.

PRædictis adijciendum est de sufficientia fidei ad salutem. Illis enim qui præcesserunt aduentum Christi, & qui sequuntur, videtur profeciſſe fides secundum temporis processum, sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitione, & articulorum quantitate, vel constantia, & deuotione. Est autem quædam fidei mensura, sine qua nunquam potuit esse salus. Vnde Apostolus. Oportet accedentem credere quia Deus est, & quod remunerator est sperantium in se. Sed quæritur, vtrum hoc credere ante aduentum, & ante legem ad salutem suffecerit? Nam tempore gratiæ constat certissime hoc non sufficere: oportet enim vniuersa credi, quæ in Symbolis continentur. Sed nec ante aduentum, nec ante legem videtur hoc suffeciſſe: quia sine fide Mediatoris nullum hominem vel ante, vel post fuisse saluum Sanctorum auctoritates contestantur. Vnde Augustin. ad Optatum. Illa fides sana est, qua credimus nullum hominem siue maioris siue minoris ætatis liberari à cõtagione mortis, & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, nisi per vnũ mediatorem Dei & hominẽ Iesum Christum,

Hebr. 11. b.

Epist. 157. To. 2. 1. ad Tim. 2. b

Ibid. paulo inferius

In eadẽ epistola. 157. paulo inferius.

Actuum 4.

cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquam veniret in carne, creduntur in carnem venturum. Eadem n. fides est, & illorum, & nostra. Proinde cum omnes iusti siue ante incarnationē siue post, nec vixerint nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi: profecto quod scriptum est, Non esse aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluari nos: illo tempore valet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est: Idem, Nemo liberatur à damnatione, quæ per Adam facta est, nisi per fidem Iesu Christi. Idem, eadem fides Mediatoris, nos saluat, saluos iustos faciebat antiquos, pusillos cum magnis, quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum. & sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum: & nos & illi, ad iudicium viuorum & mortuorum venturum. Gregor. super Ezechiel. Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes O sanna filio Dauid, quia omnes electi, qui in Iudæa esse potuerunt, siue qui nunc in Ecclesia sunt, in mediatorē Dei, & hominū crediderunt, & credunt. His alijsque plurib. testimonijs perspicuè docetur, nulli vnq̄ salutē esse factā, nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentem credere, quæ supra dixit Apostolus: sed nō sufficit.

Lib. de corruptione & gratia ad princip. cap. 7. tom 2.
Lib. 2. ca. 12. ad princip. de nuptiis & concupiscentia eodem tom. 7.
Greg. lib. 2. hom. 17. ad illud Ezech. 40. Thalamus autē sex cubitorum. Marc. 11. b. ad Heb. 11. b

De fide simplicium. B

Quid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus nō erat reuelatum mysterium incarnationis, qui pie credebant, quod eis traditum fuit? Dici potest nullum fuisse iustum vel saluum, cui non esset facta reuelatio vel distincta, vel velata, vel in aperto vel in mysterio. Distincta, vel Abrahæ & Moysi, aliisque maioribus qui distinctionem articulorum fidei habebant: velata, vt simplicib. quibus reuelatūerat ea esse credenda, q̄ credebāt illi maiores & docebant, sed eorum distinctionem apertā non habe-

habebant: sicut & in Ecclesia aliqui minus capaces sunt, qui articulos symboli distinguere, & assignare non valent, omnia tamen credunt, quæ in symbolo continentur. Credunt enim quæ ignorant, habentes fidem velatam in mysterio: ita & nunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhærebant, quibus fidem suam quasi cõmittebant, vnde Iob, Boues arabãt, & asinę pascebãtur iuxta eos. Simplices & minores sunt asinę pascẽtes iuxta boues: qa humilitate maioribus adhęrẽdo, in mysterio credebãt, q̃ & illi in mysterio docebãt, qualis forte fuit vidua Sareptana.

Iob. 1. c.
3. Reg. 17. b

Quæ ante aduentum Christi de mediatore credere sufficiebat. C

Sed quæritur, Cum sine fide mediatoris antiqs nõ fuerit salus, sicut nec modernis: vtrũ oportuerit illos credere omnia illa de mediatore, quæ nũc credimus? Quibusdam videtur, quod sufficeret illis quatuor tantum credere, sc. natiuitatẽ, mortem, resurrectionem, aduentum ad iudicium, quod ex præmissis verbis Aug. colligunt, vbi ista quatuor posuit. Alijs a. videtur habitã fide trinitatis, id de mysterio incarnationis fidei suffeciſſe, vt Dei filius crederetur nasciturus de homine, & iudicaturus qui de Ioanne Baptista documentum huius rei assumunt, qui de morte Christi & descensu ad inferos in Euangelio dubitasse videtur, secundum expositionẽ Greg. quando interrogauit per discipulos, Tu es q̃ venturus es, an aliũ expectamus? Quasi diceret, Es tu per teipsum descensurus ad infernum, an aliũ ad hæc sacramenta missurus es? Quidã tamen dicunt eũ non dubitasse de ignorantia, sed de pietate, i. dubitare se ostendisse: non quia ignorauerit, sed pietatis affectu compassum esse Christo, & eius humilitatẽ admirando insinuasse.

Greg. hom. 6. ad illud Matth. 11. Tu es qui venturus es. Et hom. 1. in Ezech. ad principium.

De fide Cornelij. D

Solet etiam quæri de Cornelio, Vtrum fidem incar-

incarnationis habuerit, cum dictum est ei per angelum, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ? Si n. fidem incarnationis non habebat, tunc ergo sine fide incarnationis erat ei iustitia: quia de illo scriptū est, quod iustus erat & timens Deum. Si vero fidem incarnationis habebat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane dici pōt, eum sicut fidem vnitatis, ita & incarnationis habuisse de reuelatione, sed incarnatū iam esse Dei filium ignorasse: & ideo missus est ad eum Petrus, vt iam natum Dei filium ei annunciaret, & sacramentum regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnationis, sed an facta, vel futura esset non nouerat, & ita per fidem venit ad opera, & per opera amplius solidatus est in fide. Per fidem n. vt ait Greg. venitur ad opera. Cornelius etiam per fidē venit ad opera, Deum enim vnum credebat, sed filium eius nesciebat incarnatū. Per fidem placuerunt Deo opera eius. Sine fide enim impossibile est aliquem placere Deo. Augustinus vero dicit Cornelio dictum esse per angelum. Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & orationes tuæ antequam in Christum crederet: nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quem non credebat? Sed si posset sine fide Christi esse salus, non ad eum mitteretur architectus Ecclesiæ Petrus. Attende quid ait, sine fide Christi nō posse esse salutem: & tamen Cornelium exauditum antequam crederet in Christum. Quod ita potest intelligi, scilicet, antequam sciret Christum incarnatum, in quem credebat in mysterio.

Actuū 10. c

Ibidem.

Gre. hom. 19. ad illud Ezech. 40. Septem vero graduum erat ascensus eius li. 2.

Aug. li. 1. de prædest. cap. 7. ad princip. Tom. 7.

Ad Ro. 10. c

De æqualitate fidei, spei, charitatis, & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia. E

Illud etiam non est prætermittendum, quod fides, spes charitas, & operatio secundū aliqd æqualia, sunt in præsenti. Vnde Greg. Fidē, spē, charitatem, atq; operationem dum in hac vita viuimus,

G eg. ho. 22. li. 3. ad illud Ezech 40. & mensus est atrium.

æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia quan-
Ibidem paulo inferius. tum credimus, tantum amamus: & quantum a-
mamus, tantum de spe præsumimus. Quisq; enim
fidelis tantum credit, quantum sperat, & amat: &
tantum operatur, quantum credit, & amat, & spe-
Ibidem paulo superius. rat. Sed tamen maior spe & fide charitas dicitur,
quia cum ad Dei speciem peruenitur, spes & fides
transit, sed charitas permanet: & quia charitas
mater est omnium virtutum, quæ non ideo post
fidem & spē ponitur, quod ex eis oriatur, sed post
1. Cor. 13. c illa remanebit aucta. Charitas enim nunquam ex-
cidit. Præmissa autem æqualitas proprie secundū
interiorum actuum intentionem consideranda
1. Tim. 1. a est. Hinc vero quod hic & superius dictum est, sci-
Lib. de Doc. Christ. 1. cap. 40. in principio. licet, quod charitas non est ex fide & spe, sed è con-
uerso, videtur obuiare, quod ait Apostolus. Finis
præcepti est charitas de corde puro, & conscientia
bona & fide non ficta. Quod exponens Aug. Cor
accepit pro intellectu, & conscientiam pro spe.
Qualis inquit charitas est finis præcepti procedēs
de corde puro, id est de puro intellectu, vt nihil ni-
si Deus diligatur, & conscientia, i. de spe bona, &
fide non ficta, i. simulata, Non ergo charitas fidem
& spem, sed fides & spes charitatem præcedere vi-
dentur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige,
non quod fides & spes causa vel tempore charita-
tem omniū bonorum matrem præcedāt: sed quia
charitas sine illis in aliquo esse nō pōt, sed illa sine
charitate possunt esse: quamuis nō sit p'a fides vel
spes sine charitate. Ideo ergo ex fide & spe proce-
dere dicitur charitas, quia nulli prouenit sine istis.

DE SPE, QVID SIT.

DISTINCT. XXVI.

De spe. EST autem spes virtus, qua spiritualia & æterna
bona sperātur, id est, cum fiducia expectantur.
Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudi-
nis, veniens ex Dei gratia & meritis præcedenti-
bus

bus vel ipsam spem, quam natura præ charitatis, vel rem speratam, id est, beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid sperare, non spes, sed præsumptio dici potest.

De quibus sit spes. B

Et sicut fides, ita & spes est de inuisibilib. Vnde Aug. Fidem appellamus earum rerum, quæ non videntur, De spe quoq; dicitur, Spes quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Quod attinet ad non videre vel quæ creduntur, vel quæ sperantur, fidei speique commune est. Distinguitur tamen fides à spe, sicut vocabulo, ita etiam rationali differentia. Est enim fides malarum rerum & bonarum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona non mala. Est n. fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus enim mortem Christi, quæ iam præterijt: credimus cessionē, quæ nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & futurarum rerum est, & alienarum. Nam & se quisque credit esse cœpisse, nec fuisse vtiq; sempiternum: & alia atque alia non modo de alijs hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus: Spes a. non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum spē gerere perhibentur.

In Enchirid. cap 8. ad finem.

Rom. 8. e

Ibidem paulo superius.

Ibidem ad principium, Cap. 8.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet, an fides & spes in Christo fuerint. C

Post hoc supereſt inuestigare, vtrū fides & spes in Christo fuerint: vnde tractat⁹ iste sumpsit exordium. Quibusdam nō indocte videtur fidem virtutem & spem in eo non fuisse, sicut in sanctis iam beatificatis, vel in angelis non sunt, & tamen sancti credunt & sperant resurrectionem futuram, & angeli eandem credunt? nec tamen in eis fides vel spes virtus est: quia & Deo per speciem contemplando, fruuntur: & in Dei verbo resurrectionem futu-

Supra dist. 23.

futuram siue iudicium, non per speculum in ænigmate, sed præclarissime inspiciunt. Si enim, quia credunt resurrectionem futuram, ideo verum est eos fidem habere: ergo ea consummata post iudicium similiter & fidem habere dicentur, qui credent eam præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem, quę fidelis facit, habebunt: quia non credent absque scientia, quæ non erit ænigmatica, sed per speciem: ita & modo credunt, & sperant resurrectionem: nec tamen fidem habent, quia credēdo cognoscunt. Venit enim eis, quod perfectum est, & euacuatum est, quod ex parte est. Venit enim cognitio, & euacuata est fides. Venit species & desijt spes. Ita & Christus in quo fuerunt bona patri, credidit quidem & sperauit resurrectionem tertia die futuram, pro qua & patrem orauit: nec tamen fidem virtutem & spem habuit, quia non ænigmaticam & specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit: quia non perfectius eam cognouit præteritam quam intellexit futuram. Sperauit tamen Christus, sicut in Psal. ait, In te Domine speraui: nec tamen fidem vel spem virtutem habuit, quia per speciem videbat ea, quæ credebat. De antiquis vero patribus, qui apud inferos vsq; ad passionem tenebantur, non incongrue dici potest, quod fidem & spem virtutem habuerunt: quia credebant & sperabant se visuros Deum per speciem, qualiter eum tunc non videbant: quia non patuit eis cognitio Dei per speciem ante passionem Christi: qua consummata, à fide transierunt ad speciem.

1. Cor. 13. d

1. Cor. 13. d

Ibidem d.

Ioan. 17. a

Psal 30.

DE CHARITATE QVA DILIGITVR DEVS ET proximus, quæ in Christo & in nobis est.

De charitate quantum ad eius essentiam & effectum.

DISTINCT. XXVII.

CVm autem Christus fidem & spem non habuerit, dilectionem tamē habuit inquantum homo tantam, quæ maior esse non valet: quia ex chari-

charitate eximia animam posuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatem quam opere nobis exhibuit, vt exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic aliquid dicendum est de charitate, & modo, & ordine diligendi Deum & proximum.

Quid sit charitas. B

Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum vel in Deo. Hæc habet duo mandata: vnum pertinēs ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum: & alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est, Diliges Deum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima: quod scriptum est in Deuter. Secundum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Finis præcepti est, dilectio: & ea est gemina, id est, Dei & proximi.

De duobus mandatis charitatis.

Deut. 6. a
Matth. 22. d

Si eadem charitate diligatur Deus & proximus. C

Hic quæritur, Si ea ex ipsa dilectione diligitur Deus, qua diligitur proximus: an alia sit dilectio Dei & alia proximi. Eadem sane dilectio est qua diligitur Deus & proximus, quæ Spir. S. est vt supra dictum est: quia Deus charitas est. Vnde Aug. Ioan. ait: Non potest Deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt, non diligit. Sed si eum, quem videt humano visu, spirituali charitate diligeret, videret Deum qui est ipsa charitas, visu interiori, quo videri potest. Qui ergo fratrem quem videt, non diligit, Deum qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? Ex vna enim eademque charitate Deum, proximumq; diligimus: sed Deum propter Deum, nos vero & proximum propter Deum. Si vero vna eademque charitas est Dei & proximi, quare dicitur gemina? propter duo dilecta, id est, Deum & proximum. Etsi enim vna sit charitas, duo tamen diuersa

In lib. 8. de Trin. c. 8. in fine.
1. Ioan. 4. d

uersa ea diliguntur, scil. Deus & homo vel angelus. Pro quo etiam duo sunt mandata: quia, cum eadē charitas vtroq; commendetur, diuersa tamen diligi præcipiuntur. Vnde Aug. Arbitror ideo Spir. S. bis datum, semel in terra, & iterum de cœlo, vt commendarentur nobis duo præcepta charitatis, scil. Dei & proximi, vna est charitas, & duo præcepta: vnus spiritus, & duo data: quia alia charitas non diligit proximum, nisi illa quæ diligit Deum. Qua ergo charitate proximum diligimus, eadem Deum diligimus. Sed quia aliud est Deus, aliud Proximus, etsi vna charitate diliguntur: ideò fortè duo præcepta dicuntur, & alterum magis, & alterum minus: vel propter duos motus qui in mente geruntur, dum Deus diligitur & proximus. Mouetur enim mens ad diligendum Deum, mouetur & ad diligendum proximum: & multo magis erga Deum, quam erga proximum.

In Serm. 6. tom. 10. de Ascensione, in fine.

De modo diligendi. D

Consequenter modum vtriusq; dilectionis aduertamus. Hæc regula, vt ait Aug. dilectionis diuinitus constituta est, vt Deū propter se ex toto corde, & proximum diligas sicut teipsum, i. ad quod & propter quod teipsum diligere debes. In bono enim & propter Deum teipsum diligere debes: In bono ergo diligēdus est proximus, non in malo & propter Deum. Proximum verò, omnē hominem oportet intelligi: quia nemo est cum quo sit operādum malè. Qui ergo amat homines, vel quia iusti sunt, vel vt iusti sint amare debet: h. e. in Deo, vel propter Deum. Sic enim & seipsum amare debet, scil. in Deo vel propter Deum, i. quia iustus est, vel vt iustus sit. Qui enim aliter se diligit, iniustè se diligit: quia ad hoc se diligit, vt sit iniustus: ad hoc ergo, vt sit malus: non ergo iam se diligit. Qui n. diligit iniquitatē, odit animam suam. Modus ergo diligendi præcipiendus est homini, i. quomodo se diligat,

In lib. de doctri. Christ. ca. 22. ad finem, int. 3.

Aug. lib. de Trin. 8. cap. 6. in fin.

Psal. 10. Aug lib. 1 de doct. Christ. in princip. cap. 26.

ligat, vt prosit sibi. Quin autem se diligat, & prodesse sibi velit, dubitare dementis est. Modus autem præcipitur, cum ait, sicut teipsum: vt proximum diligas ad quod teipsum. Si ergo te non propter te diligere debes, sed propter illum vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est: non succenseat alius aliquis homo, si & ipsum propter Deũ diligis. Huius dilectionis modum veritas insinuat dicẽs. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, id est, vt filii sitis vt vitã habeatis. *Aug. lib. de doct Christ. 1. cap. 22. post medium.* *Ioan. 13. d*

De modo diligendi Deum. E

Dilectionis autem Dei modus insinuatur cum dicitur. Ex toto corde, i. ex toto intellectu: ex tota anima, i. ex tota voluntate: ex tota mente, i. memoria, vt omnes cogitationes, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea, quæ conferas illi. Hæc dicens, nullam partem vitæ nostræ reliquit, quæ vacare debeat: sed quicquid venerit in animum illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter se, modus est diligendi Deum: & sunt isti duo modi diligendi Deum, vt quibusdam placet. *Aug. lib. de doct. Christ. cap. 22. ad finem.*

De impletione illius mandati. F

Illud autem præceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, sed ex parte, non ex toto: quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro autem implebitur ex toto. Vnde Aug. Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Caro autem non dicitur concupiscere, nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cum autem venerit, quod perfectum est, vt destruatur, q̃ ex parte est. i. vt iã nõ ex parte sit, sed ex toto: charitas nõ auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud p̃ceptũ charitatis implebitur. Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde, &c. Tũc erit iustus sine peccato: qa nulla erit lex expugnãs *1. Cor. 11. c* *Aug. in lib. de perfectione humanæ iustitiæ contra cœlestium ante medium in responsione 17.* *Ibid. paulò inferius.*

menti

menti. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente, diliges Deum: quod est summũ pręceptum.

Quæstio de præcepti ratione. G

Aug. in eodem lib. de perfectione iustitiæ continuò to. 6.

Sed cur præcipitur homini ista perfectio, cum in hac vita eam nemo habeat? Quia non rectè curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Ecce habes cur illud præceptum est quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scil. secundum perfectionem viæ. Alia est enim perfectio currentis, alia peruenientis. Facit hoc mandatum vt cursor, qui Deum ante omnia & pręomnibus diligit, nec tamen omninò perficit.

Quod alterum mandatum in altero est. H

Cum autem duo sint præcepta charitatis, pro vtroq; sæpe vnum ponitur, nec immerito: quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligi potest. Vnde Apost. Omne mandatum legis dicit instaurari, i. contineri & impleri in hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus dilectionem proximi specialiùs commemorat dicens. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: vbi illud maius mãdatum dilectionis Dei videtur prætermissum: sed benè intelligẽtibus, vtrumq; inuenitur in singulis: quia qui diligit Deum, nõ potest eum contemnere, quẽ Deus pręcipit diligi: & qui diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quam distinguens Dominus ait: Sicut dilexi vos, Quid enim nisi Deum dilexit in nobis, non quem habebamus, sed vt haberemus? sicut medicus ægrotos, & quid in eis diligit nisi salutem, quam cupit reuocare, nõ morbum quem venit expellere? Sic & nos inuicem diligamus, vt quantum possumus inuicem ad habẽdum in nobis Deum ex dilectione attrahamus.

Rom. ii. c & Galat. 5. c

Quæ charitate diligenda sint. I

Sed

Sed quæ hac dilectione diligenda sint, iam inquiramus. Non enim omnia, vt ait Augustinus, quibus vtendum diligenda sunt: sed ea sola, quæ vel nobiscum societate quadam referuntur in Deum, sicut est homo vel angelus: vel ad nos relata, beneficio Dei per nos indigent, vt corpus quod ita præcipiendum est diligi, vt ei ornatè prudenterque consulatur. *In lib. 1. de doct Christ. cap 23. in princ. Ibid. in prin. cap. 25.*

SI ILLO PRÆCEPTO IVBEMVR DILIGERE totum proximum & nos totos.

DISTINCT. XXVIII. A

De charitate quantum ad diligibilium numerum & distinctionem.

Hic potest quæri: vtrum in illo mandato dilectionis proximi, totum proximum, id est, animam & corpus, nosque ipsos totos diligere præcipiamur. Ad quod dicimus, omne genus diligendarum rerum in illis duobus mandatis contineri. Quatuor enim diligenda sunt, vt ait Aug. Vnum quod supra nos est, scil. Deus: alterum, quod nos sumus: tertium, quod iuxta nos est, scil. proximus: quartum, quod infra nos est, scilicet corpus. De secundo & quarto nulla præcepta danda erant, scil. vt diligeremus nos vel corpus nostrum: præcipitur autem ei diligi & proximus. Vt autē quisq; se diligat, præcepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat à veritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui quia nemo vnquam carnem suam odio habuit. Nam viri iusti, qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Hic videtur Aug. tradere, quod ex præcepto non teneamur diligere nosmetipsos, vel corpus nostrum: quod si est, non omne genus diligendarum rerum illis duobus præceptis continetur: quia cum & nosipsos & corpus nostrum diligere debeamus, ad quid necessarium est præceptum, cum scriptum sit. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam? Sed speciale de hoc præceptum non erat dandū, nec speciali præcepto *Ephes 5 f Ibid. cap. 24. in princ.* *Psal. 10.*

cepto opus erat id tradi, vt quisq; se vel corpus suum diligeret: quia hoc in illo præcepto cõtinetur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim & proximum totum & te totum intelligere debes. Vnde Aug. in eod. Si te totum diligas, i. animam & corpus, & proximum tuum, id est, animam, & corpus, homo enim ex anima constat & corpore, nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermissum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, eiusq; dilectionis modus præscriptus appareat & sequatur, dilectio proximi de tua dilectione nihil dictum videtur. Sed cum dictum est; Diliges proximum tuũ sicut teipsum, simul & tui absq; dilectio prætermissa non est. Ecce apertè hic dicit, in illo præcepto non tantummodo proximi, sed & tui dilectionem contineri, & totius proximi totiusq; tui. Ex quo apparet quod dictum est de secundo & quarto, i. de dilectione nostri, & corporis nostri, nulla præcepta danda, ita esse intelligẽdum, scil. specialia & diuisa: quia in illo vno tantum cõtinetur: & quia id, quod sumus, & quod infra nos est, ad nos tamen pertinens, naturæ lege diligim⁹; quæ in bestiis etiam est. Ideoq; & de illo, quod supra nos est, & de illo, quod iuxta nos est, diuisa præcepta sumpsimus. In quorum altero, eius quod sumus, & illius, quod infra nos est dilectio continetur. Sic condita est mens humana, vt nunquam sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquam se non diligat: sed quoniam qui odit aliquẽ, nocere illi studet, non immeritò & mens hominis quando sibi nocet, se odisse dicitur. Nesciens enim sibi vult malè, dũ non putat sibi obesse quod vult: sed tamen malè sibi vult, quando illud vult, quod obsit sibi: secundum illud. Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. Qui ergo diligere se nouit, Deum diligit. Qui vero non diligit Deum, etiã se non diligit, quod ei naturaliter inditũ est? tamẽ non congruè

Aug. c. 26 l. 1. de doctr. Christ. in medio.

Aug. lib. de Tri. 14. cap. ad princip.

Psal. 10.

gruè se odisse dicitur, cũ id agit, quod sibi aduersatur, & seipsum tanquã suus inimicus insequitur.

Si in illo præcepto contineatur dilectio angelorum. B

Oritur autem hic de angelis quæstio. Vtrum ad illud præceptum dilectionis proximi, etiam dilectio pertineat angelorum. Nam quod nullum hominem exceperit, qui præcepit proximum diligere, dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, eum dicens proximum, qui erga illum extitit misericors. Deinde subdit, Vade, & tu fac similiter. Vt eum proximum intelligamus, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget, vel exhibendum esset si indigeret. Nullum vero exceptum esse cui misericordiæ negandum sit officium, quis non videat, cum vsque ad inimicos etiam porrectum sit, Domino dicente, Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos? Manifestum est ergo omnem hominem proximum esse repurandum. Proximi vero nomen ad aliquid est: nec quisquam esse proximus, nisi proximo potest. Vnde cõsequens, & cui præbendum, & à quo præbendum est officium misericordiæ, rectè proximum dici. Manifestum est ergo præcepto dilectionis & proximi etiam sanctos angelos contineri: à quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia. Ex quo & Dominus proximum se nostrum dici voluit, vt in parabola saucii ostendit, & in Propheta. Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Sed quia excellentior ac supra nostram naturam est diuina substantia, præceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est. Ideoque licet nobis Deus omnia impendat beneficia, non tamen nomine proximi includitur in illo præcepto: quem non sicut nos diligere debemus, sed plusquam nos, toto corde & anima. Christum vero, in quantum homo est, sicut nos diligere debemus, eiusque secundum homi-

Aug. in l. 1. de doctr. Christ cap. 30. in princ.

Luc. 17. g

Luc. 6. e

hominem dilectio illo cõtinetur mandato: quem & secundum hominem, magis quam nos, sed non quantum Deum, debemus diligere: quia in quantum est homo, minor est Deo.

Quibus modis dicitur proximus. C

Hic notandum est proximum dici diuersis modis, scilicet, conditione primæ natiuitatis, spe conuersationis, propinquitate cognationis, & ratione beneficii exhibitionis.

DE ORDINE DILIGENDI, QVID PRIVS, quid posterius.

DISTINCT. XXIX. A

De charitate quantum ad diligendi ordinem. Can. 2. a in l. de doct. Christ. cap. 27. in princip.

POst prędicta de ordine charitatis agendum est, quia dicit sponsa, Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinem, quid prius, quid posterius esse debeat: peccat enim, qui præposterè agit. Nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non est perfectæ cognitionis. Ordinis namq; ignorantia conturbat meritorum formam. Ordinem autem diligendi Aug. insinuat dicens, ipse est, qui ordinatam habet dilectionem: ne aut diligat, quod non est diligendum aut non diligat, quod diligendũ est: aut æque diligat, quod minus vel amplius diligendum est, aut minus vel amplius, quod æque diligendum est. Omnis peccator, inquantum peccator est, non est diligendus: & omnis homo, inquantum est homo, diligendus est propter Deum, Deus vero propter seipsum: & Deus propter se omni homine amplius diligendus est, & amplius quisq; debet Deum diligere, quam seipsum. Item, amplius alius homo diligendus est: quam corpus nostrum: quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscũ Deo homo perfrui, quod non põt corpus nostrũ: quia corpus per animã viuit, qua fruimur Deo. Audisti aliqua de ordine charita-

ritatis, vbi expressum est nos amplius debere diligere Deum quam oēs homines, vel nos ipsos: & amplius animā alicuius hominis quā corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligēdorum superius posita: pri⁹ ponitur quod supra nos est: secundo quod nos sumus: tertio quod iuxtā nos est: quarto, quod infra nos est, vbi ordo diligēdi insinuari videtur ex ratione enumerationis. Non est a. apertum vtrū omnes homines pariter diligere debeamus, & tātum quantū nos vel min⁹.

An omnes homines pariter diligendi sint. B

Vnde etiam super hoc sæpe mouetur quæstio, quā perplexam faciunt Sanctorum verba varie prolata. Quidam n. tradere vidētur, quod pari affectu omnes diligendi sint: sed in effectu i. in exhibitione obsequii distinctio obseruanda sit. Vnde Aug. Omnes homines æque diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possit, his potissimum consulēdum est, qui pro locorum & tēporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus cōstrictius tibi, quasi quadā sorte iūguntur. Pro sorte n. habēdum est, quo quisq; cibi temporaliter colligatius adhæret: ex quo eligis potius illis dandum esse. Itē super Epist. ad Gal. Operemur bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei, i. ad Christianos: omnib. n. pari dilectione vita æterna optāda est, etsi nō omnib⁹ eadē possunt exhiberi dilectionis officia: quæ fratribus maxime sunt exhibēda, qa sunt sibi inuicē membra, q habēt eundē patrē, sc. Deum. His aliisq; testimoniis innitūtur, qui dicunt omnes homines pariter diligēdos esse charitatis affectu, sed in operis exhibitione differentiā.

Lib. de doc. Chri. 1. cap. 28.

August. ad Gal. 6. c

Quæ his repugnare videntur. C

Quibus obuiat illud præceptum legis de diligēdis parentibus. Honora patrem tuum & matrem vt sis longæuus super terrā. Vt quid n. specialiter illud preciperetur de parentibus, nisi maiori dile-

ctione forent diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorem exhibitionē, in qua præponendi sunt parentes. Vnde honora dixit, non dilige. Obuiat etiam illud, quod Hiero. super Ezech. ait, sc. vt ordinè charitatis, sicut scriptum est: Ordinauit in me charitatem post omnium patrem Deum, carnis quoq; pater diligatur, & mater & filia, frater & soror. Ambr. quoq; diligendi exprimens ordinem super illud Cantic. cap. 2. Ordinauit in me charitatem, ait. Multorum charitas inordinata est: quod in primo ponunt tertium vel quartum Primo Deus diligendus est. secundo, parentes, inde filii, post domestici: qui si boni sunt, malis filiis præponendi sunt. Secundū hoc in Euāgelio ad cuiusq; dilectionem propriū ponit. Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo: & ex omnib. viribus tuis: & proximum tuum sicut teipsum: & inimicos nō ex tota virtute, nec sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit n. quod eos diligim⁹, & non odio habemus. Ecce ex præmissis aperte insinuatur, quæ in affectu charitatis distinctio sit habenda, vt differenti affectu non pari homines diligamus, & ante omnia Deum: secundo nosipsos: tertio parētes, inde filios & fratres, post domesticos, demū inimicos diligamus. Sed inquiunt illi, quæ de ordine dilectionis supra dicūtur, esse referenda ad operum exhibitionē quæ differēter proximis exhibenda sunt. Primo parētibus, inde filiis, post domesticis, demū inimicis. Deū vero tā affectu q̄ obsequii exhibitione ante omnia diligendū.

Matt. 23. Deut. 5. d To 5 ad illud c. 44. Et sa. mea san. in Glo can. 2. & apud Origen.

Matth 22. d Ordo diligendi hic ostenditur.

Quod aliqui eorundem tantum proximos, quantum nos debere diligere tradunt. D

Quorum etiam nonnulli tradunt affectu charitatis tantum proximos esse diligendos, quantum nosipsos diligimus: quod confirmant auctoritate Augustini. qui ait. Nec illa iam quæstio moueat, quātum charitatis fratri debeamus impendere, quantum

In 8. li de tri c. 8 in fine

tum Deo incomparabiliter plus Deo quam nobis, fratri vero quantū nobis. Nos autem tanto magis diligimus, quanto magis diligimus Deum. Ex hoc & præmissis testimoniis Aug. asserunt omnes homines pariter esse diligēdos à nobis, & tantū quātum nos. Deum autē plusquam nos, corpus verò nostrum minus q̄ nos vel proximos. Nec in enumeratione p̄missa diligendorū ordinem diligēdi assignari dicunt, sed tantū, quæ sunt diligenda.

Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt. E

Verum quia præmissa verba Amb. ordinem diligendi secundum affectum magis, quam secundū effectum diligenter intuentibus explicari videntur, non indocte alii dicunt, non modo in exhibitione operis, sed etiam in affectu charitatis ordinem differentem esse statutum: vt ante omnia diligamus Deū, secundo nos, tertio parentes, quarto filios vel fratres & huiusmodi, postea domesticos, demum inimicos. Quod verò Aug. dicit pariter omnes esse diligēdos, & pari dilectione omnibus vitam optandam, ita accipi pōt, vt paritas nō ad affectum referatur, sed ad bonum, quod eis optatur: quia charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereantur, sicut Apostolus dicit, Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est n. minoribus perfectio minorum vt ipsi fiant perfecti, & sic parem mereātur beatitudinem, Vel pari dilectione, id est, eadem dilectione omnes diligēdi sunt. Item quod ait. Vt tantum diligamus fratres quam nos, ita intelligi potest, id est ad tantum bonum diligamus fratres ad quantum nos: vt tātum bonum ei optemus in æternitate, quantum nobis etsi non tanto affectu. Vel ibi, Quantum similitudinis est, non quantitatis. 2. Cor. 7.

Quæstio de parentibus bonis & malis, quomodo diligendi sunt. F

Solet etiā quæri, si parentes nostri sunt mali, vel

filii, vel fratres, an magis vel minus diligendi sint aliis bonis, hac ratione nobis non copulatis. Videtur, quod magis sint diligendi boni, qui nobis carne non sunt coniuncti, quam mali carne coniuncti: qui nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sanctior est n. copula cordium quam corporum. Vnde Beda de illis Verbis Dñi. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui Verbum Dei faciũt: ait. Nõ iniurioſe negligit matrẽ, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoſcitur: ſed religioſiores monſtrantur copulæ mentium quam corporum. Veruntamen latebroſa quæſtio eſt hæc, nec à nobis plene abſoluenda: properantibus ad alia. Monemur n. ex verbis illis, quibus inimicos non ex tota virtute, non ſicut teipſum iubet diligere, ſed ſimpliciter. Sufficit n. quod diligimus, & non odio habemus. Quod non ita accipiendum eſt, quaſi ſufficiat tibi diligere inimicum & non ſicut teipſum: quia omnes & amicos & inimicos, ſicut teipſum diligere debes. Sed ad oſtendendum gradus diligendi Deum & proximum & inimicum, qui tamẽ proximus eſt, propria Dñs ponit cum ait. Diliges Deum ex tota virtute tua, & proximum, ſicut teipſum, non ait. Ex tota virtutẽ, vt oſtendat proximum diligendũ minus quam Deum. Dicit etiam, diligite inimicos nec addit. Ex tota virtute, nec ſicut teipſum, ſed ſimpliciter. Sufficit n. quod diligamus, & non odio habeamus, i. ſufficit dicere, vt diligamus & odio non habeamus: non quin eos diligere debeamus ſicut nos, quia proximi ſunt, ſed ſufficit ſi eos minus diligimus, quam alios proximos, quod locutionis genus innuit.

Beda ad ca. 8. Lucæ ex Ambr. ad eundem locum.

Matth. 12. d
Lucæ. 8. d
Marci 1. d
Ioan. 19. e

Matt. 22 d

Luc 6. e

Quæſtio Auguſtini in libro Retractationum. G

Quæri etiam ſolet, cur dominus præceperit diligere inimicos, cum alibi præcipiat odio habere parentes & filios. Ad quod dicendum eſt, duo eſſe diligenda in homine, naturam & virtutẽ: vitium vero

Lucæ. 14. Aug. lib. Retract 1. cap 19. in medio to. 1.

vero & peccatum odiendum. Et parentes ergo in quantum mali sunt: odiendi sunt, & inimici diligendi, inquantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno Dei, & odiamus propinquos si impediunt nos à regno Dei: & in omnibus cõmuniter naturam diligamus, quam Deus fecit.

De gradibus charitatis. H

Sciendum quoq; est diuersos esse gradus charitatis. Est n. charitas incipiens, proficiens, perfecta, perfectior, perfectissima. Vnde Aug. Perfecta charitas hæc est, vt quis paratus sit pro fratribus etiã mori. Sed nunquid mox vt nascitur, iam prorsus perfecta est? immo vt perficiatur, nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit: dicit. Cupio dissolui, &c. Hic aperte progressus & perfectio charitatis insinuatur, quam perfectionem etiam Veritas commendat, dicens. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Quod vtiq; dictum est de opere dilectionis: quia maior dilectionis effectus non est, quam ponere animam pro aliis. Nec te moueat quod ait, Pro amicis: qui enim ponit animam pro amicis, ponit & pro inimicis, ad hoc vt ipsi fiant amici.

Aug. super Ioan. ep. ca. nonicam Tract. 5. tom. 9.

Philip. 1. c
Ioan. 15. b

SI MELIVS EST DILIGERE AMICOS *quam inimicos vel è conuerso.*

DISTINCT. XXX. A

HIc solet quæri, quid potius sit pluriſque meriti diligere amicos, an diligere inimicos. Sed hæc comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio amicorum tãtum dilectioni amicorum & etiam inimicorum, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine, qui diligit simul amicum & inimicum, quid horũ potius sit quæratur, obscura est responsio: qa de motu mentis agitur, de quo nõ est nobis facile iudiciũ, an vnus & idẽ motus sit erga amì-

De charitate quantum ad meriti perfectionẽ.

ga amicum & inimicum, sed erga amicum intensior: an duo vnus erga inimicum, qui dicitur difficilior, alter erga amicum, qui videtur feruentior, nec incongrue putatur melior, qui est feruentior. Vel si vnus idemq; est: idem potior, vbi est ardentior, non improbe existimatur. Aug. tamen sentire videtur, maius esse diligere inimicũ, quam amicum: quia perfectorum esse dicit diligere inimicos & benefacere eis, neq; hoc à tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione dominica, cũ dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illam n. sponsionem dicit à multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait n. sic. Magnum est erga eum, qui tibi nihil male fecerit, esse beneuolum & beneficum: illud multo grandius & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuum quoq; inimicum diligas, & ei, qui tibi malum vult, & si põt facit, tu semper bonum velis faciasq; quod possis, audiens dicentẽ Iesum. Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantib. vos. Sed quoniam perfectorum filiorum Dei est illud quoquidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc effectum orãdo Deum, secumq; agendo luctandoq; perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantam credimus exaudiri cum dicitur in oratione: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris: procul dubio verba sponsionis huius implentur, si homo, qui nondum ita profecit, vt etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine, qui peccauit in eum vt ei dimittat, dimittit ex corde: qui etiam sibi roganti vult dimitti, cum orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicunq; vero rogat hominem in quem peccauit, si peccato suo mouetur, vt roget, nõ est adhuc deputan-

Matth. 6.b

In Enchir. cap. 73.

Matth. 5.f Luc. 6.e

Matth. 6.

Ibi. cap. 7. in princip.

putandus inimicus: vt eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis vero roganti & pœnitenti non dimittit, non existimet à Domino suo peccata dimitti, quia mentiri veritas non potest: quæ cum docuisset orationẽ hanc in eo positam sententiam commendauit dicens. Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet & vobis pater vester. Si vero non dimiseritis, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ecce hic haberi videtur, quod & prætaxauimus, scilicet, maioris virtutis esse diligere inimicum & benefacere ei, quam illum, qui nihil mali fecit nobis, vel amicum. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens. Intensius diligitur amicus, quam inimicus, & ideo illud potius isto determinet ista secundum præmissam intelligentiam, dicens ibi comparationem factam inter dilectionẽ qua diligitur tantum amicus: & illam, qua amicus & inimicus diligitur. Illud vero quod sequitur, magis nos mouet, quod scil. dicit, non esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quãta exauditur, cum dicitur. Dimitte nobis debita nostra, &c. vbi dat intelligi, quod alicui à Deo dimittuntur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri rogãti, qui in se peccauit, dimittit. Sed cum peccata non dimittãtur alicui adulto, nisi charitatem habeat, sequitur vt charitatem habeat, qui non diligit inimicum. Quomodo ergo nomine proximi omnis homo intelligitur in illo mandato. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Si enim omnis homo proximus est, tunc & inimicus: præcipimur ergo & inimicos diligere. Et quia illud præceptum generale est, omnibus præcipitur omnes homines diligere, etiam inimicos. Quidam quod hic dicitur simpliciter tenere volentes, illud præceptum determinant dicentes, illic perfectis dari in præceptum diligere omnem hominem, etiam inimicum, mino-

Matth. 6. b

Matth. 6. b

Matth. 22. d
Deut 6. a

minoribus vero in consilium. In præceptum vero eos diligere, qui nihil mali fecerunt eis, & inimicos non odire. Sed melius est, vt intelligatur omnib. illo mandato præcipi cunctos diligere, etiam inimicos: cui sensui attestantur superius positæ auctoritates, & aliæ multæ. Illud vero Aug. nouissime positum, de perfecta charitate dictum intelligitur, quæ tantum est perfectorum, qui non solum amicos, sed etiam inimicos perfecte diligunt, eisq; benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis non est tãtæ multitudinis, quãta exauditur in oratione dominica: & hoc reuera grande est, & eximiæ bonitatis, sc. perfecte diligere inimicum. Ita & cum dicit, impleri verba illius sponsionis ab homine, qui non ita profecit, vt diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

SI CHARITAS SEMEL HABITA *Amittatur.*

DISTINCT. XXXI. A

De charitate quantum ad durationem
1 Cor 13 e
Aug. adver.
3 Psal. 103.
hunc qui tegis aquus superiora eius.
Matth. 7. d
Prou. 5. d
Ioan. 4 b
Aug tract.
8 post mediũ
in Epi. Ioan.
tom. 9.
Greg. in fine
ca. 12. li. 10.
ad ca. 11 Iob.

ILlud quoq; prætereundum, quod quidam asserunt charitatem semel habitam ab aliquo non posse excidere, nullumque damnandum hanc aliquando habere qui hanc traditionẽ subditis muniunt testimoniis. Apost. ait, Charitas nunquam excidet. Augustinus etiam inquit, Charitas quæ deseri põt, nunquam vera fuit. Item, Charitas est fons proprius & singularis bonorum, cui non cõmunicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt, Non noui vos. De hoc fonte scriptura ait, Fons aquæ viuæ sit tibi proprius. & nemo alienus cõmunicet tibi. Si autem alieni sunt, qui audituri sunt illam vocem, non ergo huic fonti communicant damnandi. Item Aug. super Epistolam Ioan. Radicata est charitas, securus esto: nihil mali procedere põt. Item Greg. in moralibus, valida est vt mors dilectio: virtuti enim mortis dilectio cõparatur: quia nimirum mentem quam semel cœperit, à dilectione

lectione mundi funditus occidit. Item Aug. super Epistolam Ioannis, Vnctio inuisibilis charitas est, quæ in quocunq; fuerit, radix illi erit: quæ ardente sole arescere non pōt: nutritur calore solis, non arescit. Item Beda super Ioannem. Quærendum est, quomōdo speciale filii Dei agnoscēdi signū fuerit, quod super eum descenderit & manserit spiritus. Quid magni est filio Dei, quod in ipso manere spiritus astruatur? Notandum quia semper in Dño manserit Spir. In sanctis vero quamdiu mortale corp⁹ gestauerint, partim semper manea', partim rediturus secedat. Manet a. apud eos, vt bonis insistāt actibus. Recedit vero tempus, ne semper infirmos curādi, mortuos suscitandi, dæmones eiiciendi, vel etiā prophetizandi habeant facultatē. Manet ergo semper, vt possint habere virtutes, vt mirabiliter ipsi viuant: Venit ad tēpus, vt etiā aliis per miraculorum signa quales sint intus effulgeāt. Item Greg. In sanctorū cordibus secundū quasdā virtutes semper manet spiritus, secundū quasdam recessurus venit & vēturus recedit. In his virtutibus, sine quibus ad vitā non peruenitur, in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus ostēditur, vt in exhibitione miraculorū, aliquando adest aliquādo se subtrahit. Itē Ambr. Ficta charitas est, quæ in aduersitate deserit. Hæc innuere videntur, quod charitas semel habita nō amittatur. Ideo quædam in præ taxatam prosilierunt audaciam, dicentes charitatem à damnandis non haberi, nec à quoquā habitā posse amitti: quos ratio vincit & auctoritas. Quidam n. ad tempus sunt boni, qui postea fiunt mali & è conuerso. Vnde quorundā nomina Christus dicit scripta in libro vitæ, qui tamen postea abierunt retro. Sed scripta dicit non secundū præscientiam, sed secundum præsentē iustitiam, cui deseruiebāt, quia digni erant tunc illo bono quod

Aug. tract. 3. in fin. ad illud Ioā. 2. Vos vnctionē habetis. Beda hom 12. de sanct. hiemali de Epiph. ad illud Ioan. 1 Sed quis misit me baptizare ad finem.

Gr. ho. 2. exponens illud Ezec. 1. Vbi erat impetus spiritus. idē in moralibus l. 2 c. 1. Iob li. & ca. 41. & 42. Amb. ad illud. 2. Cor. 6. in charitate non ficta.

Luc. 10. e 1. Reg. 11. b Luc. 10. c Amb. super 9 ad Rom. ad eum locum. Quia maior seru: et minori in tomo. 5.

habituri sunt præscripti secundum præscientiam. Vnde Ambr. Quibusdã gratia data est in Vsum, vt Sauli & Iudæ & illis discipulis quibus Dñs dixit, Ecce nomina vestra scripta sunt in cælis: & post abierũt retro. Sed hoc dixit propter iustitiã cui deseruiebant, quia boni erãt. Frequenter enim ante sunt mali, qui futuri sunt boni: & aliquotiẽs prius sunt boni, qui futuri sunt & permansuri mali, propter quod dicuntur scribi in libro vitæ & deleri.

Determinatio auctoritatum prædictarum. B

1. Cor. 13. c Quod vero Apostolus ait, Charitas nunquã excidit, nullatenus, pro illis facit. Dignitatem n. charitatis, ostendens, dicit eã non excidere, quia hic & in futuro erit: sed fides & spes euacuabũtur, & sciẽtia, Item quod dicitur, charitas nunquã fuisse vera, quæ deseri põt, non ad essentiam charitatis refertur, sed ad efficiẽtiam: quia non efficit charitas quæ deseritur, hominem vere beatum, nec perducit ad verũ bonum. Huic etiã fonti alieni, i. damnandi non communicant, sc. in fine, quia non perseuerant. Põt tamen hoc & cætera quæ de charitate dicta sunt de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent: quæ semel habita non amittitur. Exordia vero charitatis aliquando crescunt, aliquãdo deficiunt, Sunt n. virtutis exordia, & profectus, & prouectio: quos gradus ille discernit, qui parabolam illã intelligit. Sic est regnũ Dei, quemadmodũ si iactet homo semen in terrã & dormiat, & exurgat semen, & germinet, & crescat. &c. Si ergo perfecta charitas sic radicata est vt amitti nequeat, incipiens tamen & prouecta amitti põt & sæpe amittitur: sed dum habetur non sinit habentẽ criminaliter peccare. Quod Aug. ostendit inquiens, Quia radix omnium malorum est cupiditas & radix omnium bonorum est charitas, simul ambæ esse non possunt, nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non põt, Sine causa conatur aliquis

Marc. 4. e
Greg. ho. 15. sup. Ezech. lib. 50: Hom. 8. in princip.

1. Tim. 6. e

ramos

ramos incidere, si radicem non contēdit euellere.

Quare fides & spes & scientia dicuntur euacuari & non charitas, cum & ea ex parte sit. C

Aduertendum etiam est, quomodo fides, spes, & scientia dicantur euacuari, quia ex parte sunt, & nō charitas cum & ipsa ex parte sit. Ex parte enim, id est, imperfecte, diligimus: sicut ex parte scimus, vt ait Esichius super Leuiticum. Cum ergo omne quod ex parte est, euacuetur, cur charitas excipitur quæ dicitur nunquam excidere? Charitas quidem etiam ex parte est, vt sæpe sancti docent, quia ex parte diligimus nunc, & ideo ipsa euacuabitur inquantū ex parte est, quia tolletur imperfectio & addetur perfectio. Remanebit q̄ ipsa aucta, & auctus eius, & modus diligendi, vt diligas Deū propter se ex toto corde, proximum tuum sicut teipsum: sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides vero & spes penitus euacuabūtur. Scientia vero secundū actum & modum suum, qui nunc est, non secundum sui essentiā tolletur. Ipsa n. virtus sciētiæ remanebit, sed aliū tenebit vsum & modū. 1. Cor. 13. Li. 1. ca. 2.

Si Christus ordinem charitatis præscriptum habuerit. D

Nunc iam supereſt inuestigare. Si Christus secundum quod homo, ordinem diligēdi præscriptum seruauerit? Quod si est, omnem hominem sicut seipsum dilexit, omnibus ergo vitam optauit, omnesq̄ saluos fieri voluit, sed non omnes salui fiunt, & ita non est factum, quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modum patriæ, non viæ: eumque ordinem diligendi impleſſe, qui seruatur in patria, non in via. Qui n. in patria sunt, i. iam beatificati sunt, adeo iustitiæ Dei addicti sunt, vt nihil eis placeat, nisi quod Deo placet: ac per hoc illorum tantum salutem diligūt & volunt, quos Deus saluari vult, eosque solos sicut se diligunt: ita & Christus electos tantum sicut se dilexit, eorumque salutem optauit. 1. Tim. 2. b. 1. ad Ti. 2. b.

DE

DE CHARITATE.
DISTINCT. XXXI.

A

De charitate quantum ad diuinam dilectionem. Dist. 7. primi sententiarum.

PRæmissis adiiciēdum est de dilectione Dei, qua ipse diligit nos: quæ non est alia quam illa qua dil gimus eum. Dilectio autem Dei diuina vsia est: eademq; dilectione pater & filius, & Sp. S. se diligunt, & nos, vt supra differuimus. Cūq; eius dilectio sit immutabilis & æterna, alium tamē magis, alium minus diligit. Vnde Aug. Incomprehensibilis est dilectio Dei a q; immutabilis, qua Deus in vno quoq; nostrum amat, quod fecit, sicut & odit quod fecimus. Miro ergo & diuino modo etiam quando odit, diligit nos. Et hoc quidam in omnibus intelligi pōt. Quis ergo digne pōt eloqui, quātum diligat mēbra vnigeniti sui, & quanto amplius vnigenitum ipsum? De ipso etiā dictum est. Nihil odisti eorum quæ fecisti. Ex his percipitur, quod Deus omnes creaturas suas diligat: quia scriptum est, Nihil odisti eorum, quæ fecisti: Et item, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si omnia quæ fecit bona sunt, & omne bonum diligit, omnia ergo diligit, quæ fecit: & inter ea magis diligit rationales creaturas, & de illis eas amplius quæ sunt membra vnigeniti sui, & multo magis ipsum vnigenitum.

Aug. ad finē tract 119. ad illud 10. an 17. Et dilexit eos Tomo 6.

Sap. 11. d

Sap. 11. d

Gen. 1. d

Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere hæc vel illa. B

Cum autē dilectio Dei immutabilis sit, & ideo non intēditur vel remittitur, si quæritur, quæ sit ratio dicti cū dicitur magis vel minus diligere hoc quā illud, & cum dicitur, Deus omnia diligere: Dicimus dilectionē Dei sicut pacē exuperare omnē sensum humanū, vt ad tantæ altitudinis intelligētiam vix aliquatenus aspiret humanus sensus. Pōt tamen intelligi, ea ratione dici omnia diligi à Deo quæ fecit, quia omnia placent ei, & omnia approbat inquantū opera eius sunt: nec tunc vel prius, vel

Philip. 4. b

vel amplius placuerunt ei cum facta sunt, sc. ante quam fierent, immo ab æterno omnia placuerunt ei, non minus quam postquã esse cœperunt: Quod vero rationales creaturas, i. homines vel angelos, alios magis, alios minus diligere dicitur, non mutabilitatem charitatis eius significat: sed quod alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit: alios ad meliores vsus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proueniunt. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc: quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua præparauit bona aliisque maiora, & aliis minora bona confert ex tempore. Vnde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

Ex quo sensu omnia, quæ fecit Deus diligere dicatur.

Quod duobus modis inspicienda est dilectio Dei. C

Consideratur enim duobus modis dilectio Dei, secundum essentiam, & secundum efficientiam: Non recipit magis vel minus secundum essentiã, sed tantum secundũ efficientiam: vt magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius bonum præparauit & in tempore tribuit: & min⁹ dilecti quibus non tantum. Inde etiam est, quod aliqui quando cõuertuntur & iustificantur, dicũtur tunc incipere diligi à Deo: non quod Deus noua dilectione quemquã possit diligere, imo sempiterna dilectione dilexit ante mundi cõstitutionem quoscunq; diligit. Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo, cum æternæ Dei dilectionis sortiũtur effectum, sc. gratiam vel gloriam. Vnde Aug. Absit, vt Deus temporaliter aliquem diligat quasi noua dilectione, quæ in ipso non erat, apud quem nec præterita trãsierunt, & futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinauit. Sed cum conuertuntur & inueniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur: vt eo modo dicatur, quo potest humano

In lib. 5. de tri ca 16. & vltimo in fine libri.

mano affectu capi ꝙ dicitur. Sic etiã cũ irat⁹ mãlis dicitur, & placidus bonis, illi mutãtur & nõ ipse: vt lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorũ sc. mutatione, non sua: Ita cũ aliquis per iustificationẽ incipit esse amicus Dei, ipse mutatur non Deus.

Si quis magis vel minus diligatur à Deo vno tempore quam alio. D

Si vero quæritur de aliquo. Vtrum magis diligatur à Deo vno tempore quam alio: distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, concessibile est: si vero ad dilectionis essentiam, insuciabile est.

Si Deus ab æterno dilexit reprobos. E

De reprobis vero, qui præparati non sunt ad vitam sed ad mortẽ, si quæritur, vtrum debeat concedi, quod Deus ab æterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendũ, quod Deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiã & cõronam præparauit. De non electis vero, simpliciter est concedendum, quod odio habuit, id est reprobauit: sicut legitur, Iacob dilexi, Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendũ, quod dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione concedatur, dilexit eos in quantum opus eius futuri erant, id est, quos & quales facturus eos erat.

Malach. 1 a

DE QVATVOR VIRTVTIBVS *Principalibus.*

DISTINCT. XXXIII. A

De virtutibus cardinalibus.

POst prædicta, de quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, disserẽdum est: quæ sunt Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia. De quibus Aug ait. Iustitia est in subueniẽdo miseris. Prudentia in pręcauendis insidiis. Fortitudo in perferẽdis molestiis, Tẽperantia in coercẽdis delectationibus prauis. de his dicitur in libr. Sapientiæ, Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiã & veritatem, Sobrietatem vocat tẽperantiã, & vir-

In li. de tri. 14. c 9. post medium.

& virtutē vocat fortitudinem. Hæ virtutes cardinales dicuntur, vt ait Hieron. quibus in hac immortalitate bene viuitur, & post ad æternam vitā peruenitur: quæ in Christo pleniſsime fuerunt, & ſunt, de cuius plenitudine nos accipimus. In quo habuerunt vſus eoſdem, quos in patria habent, & quoſdā etiam viæ. Veruntamen an hæ virtutes cū & ipſæ in animo eſſe incipiant, qui cū ſine illis pri⁹ eſſet, tamē animus erat, deſinant eſſe cū ab æterna perduxerint, nonnulla quęſtio eſt. Quibuſdam viſum eſt, eas eſſe déſituras, & de tribus quidē, prudentia ſc. fortitudine & temperantia, cum hoc dicitur, nonnihil dici videtur. Iuſtitia enim immortalis eſt: & magis tunc perficitur in nobis, quā eſſe ceſſabit, cū beate viuimus contēplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes, cæteraſque inſtituit naturas: qua nihil melius & amabilius eſt: Cui regenti ſubditum eſſe, iuſtitiæ eſt. Et ideo immortalis eſt omnino iuſtitia nec in illa beatitudine eſſe deſinet: ſed talis ac tanta erit, vt perfectior & maior eſſe non poſsit. Fortaſsis & aliæ tres virtutes: prudentia ſine vllo iam periculo erroris: fortitudo ſine moleſtia tolerādorum malorum, temperantia ſine repugnatione libidinum erunt in illa fœlicitate: vt prudentiæ ibi ſit, nullum bonū Deo præponere vel æquare: fortitudinis ei firmiſsime cohærere: temperantiæ, nullo defectu noxio delectari. Quod vere nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidiis, quod fortitudo in perferendis moleſtiis, quod temperantia in coercendis dilectionibus prauis, non erit tibi omnino vbi nihil mali erit. Iſta ergo virtutum opera huic mortali vitæ neceſſaria, ſicut fides, ad quam referenda ſunt, in præteritis habebuntur. Ecce aperte hic dicit Auguſt. quod prædictæ virtutes in futuro erunt ſed ios vſus tunc habebunt quam modo. Cui Beda aſſen-

Sap 9. b

Quod hæ virtutes in Chriſto fuerunt Ioan b Aug. 14. de t. 9. in prine.

Ibidem paulo inferius

Beda gloſ. or. ad illud.

Exodi 26. Appendens ante quatuor columnas.

assentit super Exodū dicens. Columnæ ante quas appansum est velum potestates cæli sunt, quatuor eximiis virtutibus præclaræ, i. fortitudine, prudētia, tēperantia, iustitia: quæ aliter in cælis, seruantur ab angelis & animabus sanctis, quam hic à fidelibus. Et consequenter assignat Beda vsus illarum virtutum secundum præsentem statum & futurum, imitans Aug. in præmissis assignationib⁹.

DE SEPTEM DONIS SPIRITVS SANCTI DISTINCT. XXXIV.

Am. in 1. lib. de spiritu sancto c. 20. ad princip. tom. 20.

NVnc de septem donis Spiritus sancti agendum est: vbi prius considerandum est. An hæc dona virtutes sint: Secundo, An in futuro defitura sint, vel omnia, vel horum aliqua: Deinde, An in Christo fuerint cuncta hæc dona. Hęc dona virtutes esse, nec in futuro defitura Ambros. ostendit, ea septem fore virtutes dicens, & in angelis abundantissime esse: sic, Ciuitas Dei illa Hierusalem cælestis, non meatu alicuius fluuij terrestris abluitur: sed ex vitæ fonte procedens Spiritus sancti, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cœlestibus spiritibus redundantius videtur effluere, pleno septem virtutum spiritualium feruens meatu. Si enim fluuius riparum crepidinibus editus super fusus exundat, quanto magis Sp. S. supereminens creaturam, cum nostræ mentis arcana tanquam inferiora perstringat, cœlestem illam angelorum naturam effusione quadam sanctificationū vbertate lætificat? Deinde sanctificationē exponens subdit. His a. sanctificationibus significatur plēitudo septem spiritualium virtutum, quos enumerat Esaias dicens, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Vnum est ergo flumen spiritus sancti, sed multi spiritualiū donorum meat⁹. Quamuis ergo multi

Ibid. paulò inferius. Esa 11. a

dicun-

dicuntur spir. vt spir. sapientiæ & intellectus, &c. vnus tamen est Dei spiritus, suæ libertatis arbiter, omnia pro auctoritate voluntatis diuidẽs singulis. Hic expresse traditum est, septem dona & virtutes esse sanctificationesque fidelium mentium, & in futuro non desitura, cum sint & in angelis.

Quod in Christo fuerunt illa septem dona. B

In Christo etiam hæc eadem fuisse Esaias ostendit dicens, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. *1 ad Cor. 12. Esa. 11. a*

Quod videtur obuiare præmissis. C

His autẽ videtur obuiare, quod Beda de timore Dñi dicit super Parabolas, scil. quod omnis timor in futuro cessabit. Ait n. sic super illum locũ, Timor Dñi principium sapientiæ: Duo sunt timores Dñi, seruilis, qui principium sapientiæ est: & amicalis, qui perfectionẽ sapientiæ comitatur. Seruilis principium sapientiæ est, quia qui post errata sapere incipit, primo timore corripitur diuino, ne puniatur: sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor Dñi sanctus, permanens in sæculum sæculi: quẽ non excludit charitas sed auget, quo timet filius, ne vel in modico oculos amãtissimi patris offendat, vterq; in futuro cessabit, charitas vero nunquã excidet. Aug. vero super illũ locum Ps. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo: timorem Dei desiturum dicit sic: Timor Dñi est magnum præsidium proficiẽtibus ad salutẽ, sed peruenientibus foras mittitur. Non n. timent iam amicum, cum, scil. ad id quod repromissum est, perducti fuerint. Ex his auctoritatibus significatur, quod timor nõ erit in futuro. Si autẽ timor nõ erit in futuro, ergo nec septẽ dona erũt, nec modo sunt in angelis siue in animabus sanctis. *Beda ad illud. Prouer 1. a Timor domini, & glossa ord. ad eum locũ prou. 1. 1. Ioan. 4. d Psal. 18. Super Psal. 5 ad versum 8. hunc adorabo. In tom. 8.*

Ad Heb. 5. c. Ad quod dicimus, auctoritatum præmissarū quę videtur repugnantiam dirimentes, quod septem illa dona & in angelis modo sunt, & in animabus sanctis feliciter viuētibus, & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos vsus, siue hæc officia quæ nunc habent. verbi gratia. Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus, & ne separemur ab eo: facit etiam nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri, quādo non timebimus separari vel offendere. Nō ergo metus separationis vel offensionis nunc est in angelis, vel in animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia, quæ est mixta cum subiectione dilectionis: quæ etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in Epistola ad Hæbræos loquens de Christo. Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum effectum, timorem in Christo & in angelis tantū esse contēdunt.

Plena timorum distinctio. D

Et quia de timore tractandi nobis occurrit loc⁹, sciendum est, quatuor esse timores, sc. mundanum siue humanum, seruilem, initialem, castum vel filialem siue amicabilem. Humanus timor est, vt ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cum mundo deseritur: quem Dñs prohibet in Euangelio dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Timor autem seruilis est, vt ait Aug. cum per timorē gehennæ continet se homo à peccato, quo præsentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit, nō timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor & vtilis, licet insufficiens: per quem fit paulatim cōsuetudo

Cassiodo ad principium. Psalm. 127.

Matt. 10. c. Luc. 12. a Au. ad vers. primum Psal. 127. hunc. Beati &c. to. 8. Ibidem paulo inferius.

ndo iustitiæ, & succedit initialis timor, quando incipit, quod durum erat amari, & sicut incipit excludi seruilis timor à charitate, succedit deinde timor castus siue amicabilis: quo timemus ne spõsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est vtilis, sed non permanens in æternum, & iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collectio prædictorum. E

Et attende, quod quatuor hic distinguũtur timores cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit: & nomine seruilis duos, quos hic distinximus, complexus fuit, sc. seruilem & initialem. Amicabilem vero castum dixit. Aug. quoq; seruilem & castum timorem aperte discernit, dum Epistolæ ad Romanos illum locum exposuit. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum Dei: ita dicens. Duo timores insinuãtur hic: vnus qui est in perfecta charitate, sc. timor castus: alter qui non est in charitate, scil. seruilis in quo quamuis Deo credatur, non tamen in Deum: etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo n. inuitus benefacit, etiã si bonum est, quod facit. *De casto & seruili plenius agit, tangens interdũ de initiali.* F

Rom. 8. c. Aug. lib. cõfessionum 1. c in princ. ca. 11. int. 1.

De his eisdẽ timoribus latius disputat Aug. dicens, Cœpit aliquis credere diẽ iudicii, si cœpit credere cœpit & timere, sed quia adhuc timet, nondũ habet fiduciam in die iudicij: nondũ est enim in illo perfecta charitas, sed si perfecta in illo esset charitas nõ timeret: perfecta.n. charitas faceret perfectã iustitiã, & nõdũ haberet vnde timeret: imo haberet quare desideraret vt trãseat iniqtas, & veniat regnũ Dei: ergo timor nõ est in charitate. Sed in qua charitate? Nõ inchoata. In qua ergo? inpfecta, pfecta ergo charitas foras mittit timorẽ, ergo inci piat timor, quia initiũ sapiẽtiæ timor Dñi. Timor

Tract. 9. ad Illud in loã. 4. in hoc perfecta est dilectio. Tomo 9.

Ibi. ad illud. Timor non est in charitate.

1 Ioan. 4 d Psal. 18. Ibidem continuo.

enim quasi locum præparat charitati. Cum autem cæperit charitas habitare, pellitur timor q ei præparauit locum. Quantum n. illa crescit, ille decrescit: & quantū illa fit interior, timor pellitur foras; maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autē nullus est timor, non est qua intret charitas: sicut videmus per setā introduci linum quando aliquid suitur: seta prius intrat & nisi exeat non succedit linum. Sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem.

Quod prædictis videtur aduersari. G

Psal. 18. Aug. tract. 9. ad illud in Ioan. 4. Qui autem timet non est perfectus in dilectione Ibidem continuo.

Est autem alia sententia quæ videtur huic esse contraria, si non habet pium intellectorē. Dicitur enim in Ps. Timor Dñi castus permanet in sæculū sæculi. Æternum quendam timorem nobis ostēdit, sed castum. Quod si ostendit ille nobis æternū timorē, nunquid contradicit illi ista Epistola quæ dicit, Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hoc n. dictum est per Ioan. illud dictum est per Dauid. Sed nolite putare alium esse spiritum, si n. vnus flatus in flat duas tibias, non pōt vnus Spir. implere duo corda, & agitare duas linguas? si spiritu vno, i. flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ spiritu Dei dissonare possunt? immo est ibi quædam consonantia, est quædam concordia: sed auditorem desiderat studiosum, non otiosum. Ecce mouit duas linguas Sp. Dei, & audiuimus ex vna, & timor non est in charitate: audiuimus ex alia. Timor Dñi castus permanet in sæculum sæculi. Quid est hoc? Dissonant? Nō. Excute aures, intende melodiam: non sine causa hic addidit castus, illic nō addidit: quia est timor aliquis qui dicitur castus. Discernamus istos duos timores, & intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat charitas vestra. Sūt homines qui propterea timēt Deum,

Deum, ne mittantur in gehennam: ne forte ardeant cum diabolo in igne ęterno. Ipse est timor, qui introducit charitatem sed sic venit vt exeat. Si n. propter pœnas times Deum, nondum amas quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo, quia mala caues corrigis te & incipis bona desiderare: cunq; bona desiderare cœperis, erit in te timor castus? Quid est timor castus? Timere ne amplius amittas ipsa bona, timere Deum ne recedat à te. Cum autem times Deum, ne te deserat præsentia eius, amplecteris eũ, ipso frui desideras.

Quomodo distant duo timores, per similitudinem duarum mulierum ostendit. H

Non potes melius explanare, quid interfit inter duos istos timores, quam si ponas duas mulieres maritatas: quarum vnam constituas volentẽ facere adulterium, sed timet ne damnetur à marito. Timet maritum, quia adhuc amat nequitiã, huic nõ grata est, sed one ſa mariti præsentia: & si fortè viuit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt, qui timent diẽ iudicij Fac alteram amare virum, & debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare velle, ista optat præsentiam viri. Illa timet & ista timet. Iã ergo interrogentur quare timeant? Illa dicet, Timeo virum ne veniat? Ista dicit. Timeo virum ne discedat. Illa dicet. Timeo virum ne damnet: Ista dicet, Timeo virum ne deserat: Pone hæc in animo, & inuenies timorem quẽ foras mittit charitas, & alium timorẽ castum, permanentem in sæculum sæculi: Illum timorem perfecta charitas foras mittit, quia ille timor tormentum habet, torquetur conscientia peccatorum: nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mẽtem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat charitas, quæ sanat, quod vulnerat timor. Timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias, scilicet, Io-

Aug. eodem continuo tractatu, 9. super Ioan Epist.

Idem pene citatur ab Aug. in Epi. 120. ad Honorat. de gratia noui testa. c 21. in fine tom. 2.

Ibidem paulo inferius.

annem & Dauid cõsonantes. Illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne damnetur: illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quẽ charitas excludit, ille est timor, qui permanet in sæculũ sæculi. Ecce in his verbis prædictis aperte ostẽdit Aug. quis sit timor castus, & qs seruilis, & qualiter differãt. In quibus etiã initialẽ timorẽ significauit: qui nec ex toto est seruilis, nec ex toto castus, sed tanquã medius aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet, facit enim seruire partim timore pœnæ, partim amore iustitiæ, per quẽ timemus puniri, & timemus offẽdere. Iste timor est in inchoata charitate, non in perfecta: & quantũ crescit charitas, tantũ decrescit iste timor, quantũ ad metũ pœnæ, i. quantum ad id, quod facit timere pœnã, & quantũ ad tormentũ cõscientiæ. Nã quanto magis diligimus, tãto minus timemus. Iste timor notatur in illis verbis Aug. vbi nõ negat timorẽ esse in charitate inchoata, sed perfecta: quod non posset dici de seruili, quia vt ipse supra dixit, seruilis timor nõ remanet veniente charitate, nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat: nec in illo timore aliquis credit in Deũ, etsi credat Deo: nec benefacit, etiamsi bonum est, quod facit. Nõ est ergo timor ille in charitate etiam inchoata: quia omnis qui charitatẽ habet, licet nõ perfectam, & in Deum credit, & bona opera facit. Quare seruilis non est timor ille, quem in charitate inchoata fore concesit, & quem crescente charitate decrescere dixit: sed ille est timor initialis, quem non negat esse in charitate, nisi perfecta sit.

Quod timor seruilis, & initialis dicitur initium sapientiæ, sed differenter. I

Prou. 1. a & 9. c. Eccl. 1. b

Sciendum tamen est, quod vterq; timor, sc. seruilis & initialis, in scripturæ diuersis locis dicitur initium sapientiæ: & ita fore cõperies, si diligẽter annotaueris loca scripturæ, in quibus de timore Domi-

Domini fit mentio, ex alia tamen ratione & causſa diuersa, dicitur seruilis timor initium sapientiæ, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initiū sapientiæ, quia præparat locum sapiētiæ, & ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cum ea, immo foras exit. Initialis vero dicitur initium sapientiæ, quia est in inchoata sapientia: quem cum quis habere incipit. sapientiam & charitatem habere incipit, Inde etiam est, quod vterq; timor dicitur initialis: quod inuenire poteris per diuersa scripturæ loca. Vterq; etiam timor interdum dicitur seruilis: quia & ipse initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet, angorem pœnæ: sicut & aliquid habet de casto, scilicet, quod timet offendere ac separari.

De hoc quod Augusſt. dicit castum timorem esse æternum. K

Illud quoque diligenter est notandum, quod in superioribus Aug. dicit castum timorē esse æternū, per quod confirmatur præmissa sententia, sc. quod spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritus sancti, sed non habebit omnem illū vsum, quē modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri Deum, non timere separari vel carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta vsum illum, quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed Deum præ omnibus reueritus est. *Ad Heb. 1. e*

An timor pœnæ qui fuit in Christo fuerit seruilis, vel initialis, vel alius. L

Cum autē fuerit in Christo timor pœnę, quæritur an iste timor fuerit mundanus, vel seruilis, vel initialis. Ad q̄ dicimus, nullū eorū fuisse in Christo: quia timor mūdanus malus est, vt supradictū est, & in primo gradu cū mūdo deseritur. Seruilis vero vel initialis in perfecta charitate nō est. Nullus ergo timorū istorū fuit in Christo. Quis ergo fuit timor iste quo pœnā timuit? Potest timor ille di-

dici naturalis vel humanus, qui omnibus hominib⁹ ineſt, quo horretur mors ac formidatur pœna. Et dicitur timor iſte naturalis, non quia acceſſerit homini ex natura ſecundum quod prius fuit inſtituta: quia non fuit iſte timor concretus homini, nec de bonis naturalibus: ſed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit: cui corruptio inoleuit, tanquam eſſet naturalis: & eſt iſte timor, & effectus peccati, vt prædictum eſt.

QVOMODO DIFFERANT SAPIENTIA & ſcientia.

DISTINCT. XXXV.

Aug. in 14. l. de tri. c. 2. ad medium.

1. Cor. 12. b

POſt præmiſſa diligenter conſiderandum eſt, in quo differat ſapientia à ſcientia. De hoc Aug. ita ait, Philiſophi diſputantes de ſapientia definierũt eam, dicentes. Sapientia eſt rerum diuinarum humanarumq; ſcientia. Ego quoq; vtrarumq; rerum cognitionem, i. diuinarum & humanarum & ſapientiam & ſcientiam dici poſſe non nego. Verum iuxta diſtinctionem Apoſtoli, qua dixit. Alii datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, illa definitio diuidenda eſt: vt rerum diuinarum cognitio ſapientia proprie nuncupetur, humanarum verorerum cognitio proprie ſcientiæ nomen obtineat. Neq; vero quicquid ſciri ab homine poteſt in rebus humanis, vbi plurimum ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic ſcientiæ tribuo: ſed illud tãtum quo fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua ſcientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipſa fide plurimũ. Aliud eſt enim ſcire tãtummodo, quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatã: aliud eſt ſcire quomodo hoc ipſum & piis opituletur vel contra impios defendatur: quæ proprio vocabulo appellatur ſcientia: De his quoq; duabus virtutibus idẽ Aug. differentiã inter eas aſsignans

Au. ad ver. 6. Qui firmauit terram.

ſuper

super Psal. 135. Et ait, Distat sapientia quodãmodo à scientia, testante sancto Iob, qui quodammodo singula definiens ait. Sapientia est pietas, scientia vero abstinere à malis. Pietatem vero hoc loco posuit Dei cultum: quæ græce dicitur θεοσεβία: quæ est in cognitione & dilectatione eius quod semper est & incommutabiliter manet, quod Deus est. Abstinere vero à malis est in medio paruæ nationis prudenter conuersari. Idem quoque inter hæc duo aperte distinguens ait in lib. 12. de trin. Distat ab æternorum contemplatione actio, qua bene vtimur temporalibus rebus: & illa sapientiæ, & scientiæ deputatur, quamuis & illa, quæ sapientiæ est, possit nũcupari scientia; vt Apostolus asserit vbi dicit. Nũc scio ex parte, quam scientiam profecto contẽplationis Dei vult intelligi. In hoc ergo differẽtia est: quia ad contemplationem sapientia, ad actionem vero scientia pertinet. Ecce aperte demonstratum est, in quo differãt spiritus sapiẽtiæ, & spiritus scientiæ, sc. vt sapientia diuinis, scientia humanis attributa sit rebus. Et ideo docet Aug vtrunque agnoscimus in Christo, scil. & rem diuinam & rem humanam: & ideo de ipso habemus sapientiam & scientiam. Cum n. legitur, Verbum caro factum est, in verbo intelligitur verus Dei filius, in carne agnoscitur verus hominis filius. Itẽ cum dicitur, videmus plenum gratię & veritatis: gratiã referamus ad scientiam, & veritatẽ ad sapientiã: quia in Christo sapiẽtia & sciẽtia fuit plenaria, & nos sciẽtiã & sapientiã de eo habemus, q est Deus & homo.

Psal. 135. Et ca. in Ench. & ca 14. li. 12. de trin.
Iob. 28. d
Ca. 14. ad. principium.
1. Cor. 13. d
Ibid. paulo inferius.
In lib. 13. de tri. ca. 19. in medio.
Ioan. 1. b

In quo differat sapientia ab intellectu. B

Ostensa differentia inter scientiam & sapientiã, quid distet inter sapientiã & intellectũ videamus. In hoc differunt illa duo: quia sapientia proprie est de æternis, quę veritati æternę contẽplandæ intẽdit. Intelligẽtia vero non modo de æternis est: sed etiam de rebus inuisibilibus & spiritualibus tẽporali-

raliter exortis. Per eam n. & natura summa, quæ fecit omnes naturas, id est, diuina consideratur: & quæ post ipsam sunt spirituales & inuisibiles naturæ, vt angeli, & omnes animæ bonæ affectionis cõspiciuntur. In hoc ergo differentia est, quia sapientia creator tantũ conspicitur, intellectu vero & creator, & creatura quædam. Itẽ intellectu intelligibilia capimus tantum: sapiẽtia vero nõ modo capimus superiora, sed etiam incognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, sc. intellectum, scientiã & sapientiam Scientia valet ad rerum temporalium rectam administrationẽ, & ad bonam inter malos conuersationẽ, Intelligentia vero ad creatoris, & creaturarum inuisibilium speculationem. Sapientia vero ad solius æternæ veritatis contemplationem & delectationem.

Quomodo differunt scientia, intelligentia, & sapientia.

Quod intellectus & scientia de quibus hic agitur, non sunt illa, quæ naturaliter habet homo. C

Et notandum quod intellectus & scientia quæ dicuntur dona Sp.S. alia sunt ab intellectu & sciẽtia, quæ naturaliter sunt in anima hominis: hæ n. virtutes sunt, quæ per gratiam infunduntur animis fidelium, vt per eas recte viuant. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis: à Deo tamen. Per has autem virtutes quæ dicuntur dona Spir.S. illa naturalia reformantur atq; adiuuantur: vt v.g. Intellectus naturalis peccato obtenebratus, per virtutem quandam & gratiam, quæ dicitur spiritus intelligentiæ reformatur atq; adiuuatur ad intelligendum. Ita & per illam virtutem, quæ dicitur Spiritus sapientiæ iuuatur atque erigitur mentis ratio ad contemplationem, & delectationem æternæ veritatis.

Quod sapientia ista Dei est, nec est illa, quæ Deus est. D

Illud etiam sciendum est, quod sapiẽtia de qua nunc differimus, nõ est illa sapiẽtia Dei (vt ait August.) quæ Deus est: sed hominis sapiẽtia: veruntamen

men quæ ſecundū Deum eſt: ac verus & præcipuus cultus eius eſt. Si ergo colat mens hominis Deum cuius ab eo capax facta eſt, & cuius eſſe particeps pōt, ſapiens ipſa fit & non ſua luce, ſed ſummæ illi⁹ lucis participatione ſapiens fit. Iſta ergo hominis ſapientia ēt Dei eſt: verum nō ita Dei eſt, vt ea ſapiens ſit Deus. Non n. participatione ſui ſapiēs eſt, ſicut mens participatione Dei. Sic etiam dicitur iuſtitia Dei, non ſolum illa qua ipſe iuſtus eſt: ſed etiam illa quam dat homini cum iuſtificat impiū. *Aug. in lib. 14. de Trin. ca. 1. in prin.*

DE CONNEXIONE VIRTVTVM, QVÆ *non ſeparantur.*

DISTINCT. XXXVI.

A SOlet etiam quæri, vtrum virtutes ita ſint ſibi coniunctæ, vt ſeparatim non poſsint poſsideri ab aliquo: ſed qui vnam habet omnes habeat? De hoc etiam Hier. ait: Omnes virtutes ſibi hærēt: vt qui vna caruerit, omnibus careat. Qui ergo vnam habet, omnes habet. Quod quidē probabile eſt. Cū n. charitas mater ſit omnium virtutū: in quocunque mater ipſa eſt, ſcil. charitas, & cuncti filij eius, id eſt, virtutes recte fore credūtur. Vnde Aug. Vbi charitas eſt, quid eſt quod poſsit deeſſe? Vbi a. non eſt, quid eſt quod poſsit prodeſſe. Cur ergo non dicimus. Qui hāc virtutē habet, omnes habet, cum plenitudo legis ſit charitas? quæ quanto magis eſt in homine, tanto magis eſt virtute præditus: quāto vero minus, tanto minus ineſt virtus: & quanto minus ineſt virtus, tanto magis ineſt vitium. *Hie. commentario ad illud. 56. cap. 16. Eſa. Cuſtodite iudicium in tom. 5. Super. Ioan. tract. 83. ad illud ca. 15. Ioan. hoc eſt præceptum meum in tom. 9. Rom. 13. d*

Si cuncta virtutes pariter ſint in quocunque ſunt.

B Vtrū vero pariter quis omnes poſsideat virtutes, an aliæ magis, aliæ minus in aliquo ferueant, quæſtio eſt. Quibuſdā n. videtur, quod aliæ magis, aliæ minus habeātur ab aliquo: ſicut in Iob patiētia emicuit, in Dauid Humilitas, in Moyſe māſuetudo, qui etiā cōcedunt magis aliquē mereri, per aliquā vnam virtutem quam per aliam, ſicut eam pleniuſ *Iacobi 3. e 2. Reg. 6. c. Num. 12. d*

plenius habe quam aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt, quam per charitatem: nec aliquam plenius à quoquam haberi, quam charitatem: Alias ergo magis, & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullum plenius charitate, quæ cæteras gignit. Hasq; dicunt esse multas facies, quas memorat Apostolus, dicens. Ex personis multarũ facierum, &c. Alij verius dicunt omnes virtutes, & similes & pares esse in quocunq; sunt: vt qui in vna alteri per extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Aug. Virtutes, quæ sunt in animo humano, quamuis alio & alio modo singulæ intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicẽ: vt quicunq; fuerint æquales, verbi gratia. In fortitudine æquales sunt & prudentia, & iustitia & temperantia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur vt huius fortitudo minus prudens sit: ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, quia est illius fortitudo prudentior, atque ita de cæteris virtutibus inuenies, si omnes eadem cõsideratione percurras. Ex his clarescit omnes virtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua præeminere virtute, vt Abraham fide, Iob patientia: secundum vsus exteriores accipiendum est, vel in comparatione aliorum hominum: quia vel humilitatis habitum maxime præfert, vel opus fidei, vel alicuius cæterarum virtutum præcipue exequitur. Vnde & ea præ aliis pollere, vel inter alios homines singulariter excellere dicitur, secundum hunc modũ scilicet, secundũ rationem actuum exteriorum: vt Alibi Aug. dicit, in aliquo aliam magis esse virtutẽ aliam minus, & vnam inesse virtutẽ, & non alterã. Ait n. sic, Clarissima disputatione tua satis apparuit, nõ placuisse auctoribus nostris, immo veritati ipsi, omnia paria esse peccata, etiamsi hoc de virtuti-

2. Cor. 1. b

In 6. li. de tr. ca. 4 in principio.

ad Heb. 11. b
Iacobi. 5. c

In Epistola ad Hiero. 26. Non longe à principio in tomo 2.

cutibus verum sit: quia etsi verum est eum, qui habet vnam omnes virtutes habere, & eum, qui vnã non habet nullã habere: nec sic peccata sunt paria, quia vbi virtus nulla est, nihil rectum est: nec tamẽ ideo non est prauo prauius, distortoq; distortius. Si autem (quod puto esse verius sacrisq; literis cõgruentius) ita sunt animæ intẽtiones vt corporis membra, nõ quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus & alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine. Profecto vt quisq; illustratione piæ charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil: sic dici põt habere aliam, & aliam, non habere aliam magis & aliã minus. Nam & maior est in isto charitas quam in illo: & ideo recte possumus dicere & aliqua in isto, nulla in illo, quantũ pertinet & ad charitatẽ, quæ pietas est: & in vno homine quidẽ, quod maiorẽ habeat pudicitiã quam patientiam, & maiorẽ hodie quam heri, si proficit in ea: & adhuc non habeat continentiã, & habeat non paruã misericordiam. Et vt generaliter breuiterq; complectar, quã de virtute habeo notionẽ. Virtus est charitas, qua id, quod diligendũ est diligit. Hæc & in aliis maior est, in aliis minor, & in aliis nulla est: plenissima vero, quæ iam non possit augeri, quãdiu hic homo viuit in nemine est. Hic insinuari videtur, quod aliquis ea ratione possit dici habere vnã virtutẽ magis quam aliã, quia per charitatẽ magis efficitur in actu vnius virtutis, quã alterius: & propter differentiã actuum virtutes magis, vel minus habere dicitur. Põt & aliquam non habere, cum tamen simul omnes, & pariter habeat quantũ ad mentis habitum vel essentiã cuiusq;. In actu vero aliã magis, aliam minus habet, aliam etiã non habet: vt vir iustus vtens cõiugio, nõ habet continentiã in actu, q; tamen habet in habitu. Cur ergo nõ dicãtur paria peccata? Forte qa magis fãcit

Ibidem post medium.

Ibidem paulo inferius.

cit cõtra charitatẽ, qui grauius peccat, minus qui leuius. Nemo enim peccat, nisi aduersus illã faciendo, quæ est plenitudo legis. Ideo recte dicitur Qui offenderit in vno, factus est omnium reus, id est, contra charitatem facit, in qua pẽdent omnia.

Rom.13 e
Iacobi.2 b

Repetit de charitate, vt addat quomodo tota lex ex ea pendeat. C

Cum duo sint præcepta charitatis, in quibus vt prætaxatum est, tota lex pendet & prophetæ, aduertẽdum est quomodo hoc sit, cum in lege & prophetis multa fuerint ceremonialia mandata, quæ si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, viderentur nondum debuisse cessare. Quia vero nõ iustificationis gratia quam facit charitas, instituta sunt, sed in figura futuri & in onus imposita, ideo clarescẽte veritate cessauerunt, velut vmbra: Veruntamen & ipsa cerimonialia secundum spiritualem intellectum quẽ continent, & omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta, vbi omnium summa perstringitur, ex quibus cætera emanant: sicut in sermone Dñi octo virtutes præmittuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad decem mandata decalogi cætera referuntur, ita & ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinent. Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinẽt: quia per charitatem implentur, & ad charitatem tanquam ad finem referri debent. Vnde Aug. Totam magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, qua Deum proximumque diligimus: quæ radix est omnium bonorum. Vnde veritas ait, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, tene charitatem, vbi pendent omnia: quia perfectio est & finis omniũ. Tunc enim & præcepta & consilia recte fiunt, cum refe-

Matth. 22 d
Actor. 15. d
Matth. 5. a
Glos. ord. Ex 6. 55. & 36. l. 1. de doctr. Christian. ad illud. 1. ad Timo. 1.
Finis præcepti est charitas.
Matth. 21. d

referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum. Quod vero timore pœnæ vel aliqua intentione carnali fit, vt nō referatur ad charitatem, nondum fit ſicut oportet, quamuis fieri videatur. Inimicus enim iuſtitiæ, qui pœnæ timore non peccat. Amicus vero iuſtitiæ, qui eius amore non peccat. Omnium ergo hæc ſumma eſt, vt intelligatur legi, & omnium diuinarum ſcripturarum plenitudo eſſe dilectio Dei & proximi.

Au in enc. ca. vltimo.

Auguſt. de doct. cap. 1. c. 35. in pr.

DE DECEM PRÆCEPTIS, QVOMODO *contineantur in duobus mandatis Charitatis.*

DISTINCT. XXXVII. A

SEd iam diſtributio decalogi: quę in duobus mādatis completur, conſideranda eſt. Habet enim decalogus decē præcepta, quæ ſunt decachordum pſalteriū Quæ ſic ſunt diſtributa, vt tria quæ ſunt in prima tabula, pertineāt ad Deum, ſc. ad cognitionem, & dilectionem Trinitatis: ſeptem, quæ ſunt in ſecunda tabula, ad dilectionem proximi.

Au. ad pr. c. 5 li. de decē chor. to. 5.

De primo præcepto. B

Primum, in prima tabula eſt, Nō habebis Deos alienos. Non facies tibi ſculptile, neq; omnē ſimilitudinē, &c. Hæc Origenes dicit eſſe duo mandata, ſed Aug. vnum: hoc n. ipſum, quod dixerat, Nō habebis Deos alienos perfectius explicat cum prohibet cōli figmenta, ſcil. idolum vel ſimilitudinē alicuius rei: quæ duo Origenes dicit diſtare, vt idolū ſit quod nihil habet ſimile ſui: ſimilitudo vero, q̄ habet ſpeciē alicuius rei, vt Verbi gratia. Siquis in auro vel ligno vel alia re faciat ſpeciē ſerpentis vel auis vel alterius rei, & ſtatuat ad adorandum, nō idolum ſed ſimilitudinem fecit. Qui vero facit ſpeciē quam non vidit oculus, ſed animus ſibi finxit: vt ſi qs humanis mēbris caput canis vel arietis formet, vel in vno habitu hominis duas facies, nō ſimilitudinē ſed idolum facit: quia facit, quod nō habet aliquid ſimile ſui. Ideo dicit Apoſtolus, qā idolum

Au. q. 71. li. quæ ſuper Exo. in t. 4. Exod. 20. a Deu. 5. a Or. hō. 8. ad illud Exodi. 20. Non facies tibi tomo 1.

1. Cor. 8. b

dolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus cõstantibus assumitur species, sed quod mens ociosa & curiosa reperit. Similitudo vero est, cum aliquid ex his, quæ sunt, vel in cœlo, vel in terra vel in aquis formatur. Aug. vero ita exponit illud, idolum nihil est in mundo, id est, inter creaturas mundi nõ est forma idoli: materiam enim formauit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcunque facta sunt, naturaliter facta sunt per verbum: sed forma hominis in idolo non est facta per verbum, sicut peccatũ non est factum per verbum, sed est nihil, & nihil fiunt homines cum peccant. Sed quæritur, Quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per verbum, cum alibi legatur, Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per verbum. Hoc autem à diuersis varie soluitur. Quidam enim dicunt omnẽ formam & quicquid est, à Deo esse inquantum est: & forma idoli inquantum est vel inquantum forma est, à Deo esse, sed non inquantum idoli est, id est, posita ad orandum. In hoc n. non est creatura, sed peruersio creaturę. Sicut illud quod peccatum est, inquãtum peccatum est, nihil est: & homines cum peccant, nihil fiunt: quia ab illo qui vere est, separantur. Vnde Hiero. Quod ex Deo non est, qui solus vere est, non esse dicitur. Ideoque peccatum, quod nos à vero esse abducit, nihil esse vel non esse dicitur. Alij vero dicunt omnem formam, quæ sc. naturaliter est, & omne quod naturaliter est, esse à Deo, sed forma idoli, non est naturaliter, quia naturæ institiæ non seruit. Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ iustitiæ, quæ Deus est, militat, non resultat, & naturam creatam non vitiat. Secundum præceptum est, Non assumes nomen Dei tui in vanum, quod est dicere secundum literam, Non iurabis pro nihilo nomen Dei. Allegorice vero præcipitur, vt non putes crea-

Sup. Ioan. trac. 1. ad illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta. tomo. 9.

Hiero. ad Dam. Epi. post medium tomo. 2.

De 2. præcepto prima tabulæ.

Rom. 8. d

creaturam esse Christum Dei filium: quia omnis creatura vanitati subiecta: sed æqualē patri. Tertium vero præceptum. Memento vt diē sabbathi sanctifices: vbi secundum literam præcipitur sabbathi obseruātia. Allegoricè verò, vt requiē & hic à vitiis, & in futuro in Dei contemplatione exspectes ex Spir.S. id est, ex charitate & dono Dei: non quod Spir.S. sine patre & filio hoc operetur. Accepit vtiq; ecclesia hoc donum, vt in Spir. S. fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum Trinitas faciat propriè tamen ad Spir.S. dicitur pertinere: quia ipse est spiritus adoptionis filiorū. Ipse est patris & filii amor & connexio vel communitas. Ideoq; iustificatio nostra & requies ei attribuitur sæpius. Hæc sunt tria mandata primæ tabulæ, ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de vno Deo colēdo, pertinet ad patrem, in quo est vnitas vel auctoritas: Secundum ad filium, in quo est coæqualitas: Tertium ad Spir.S. in quo est vtriusque communitas.

De 3. præcepto. Ex. 20. b

Rom. 8. d

De mandatis secundæ tabulæ. C

In secunda verò tabula septem erant mandata, ad dilectionē proximi pertinētia: quorum primū ad patrē carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad cœlestē patrem. Quod est. Honora patrē tuum & matrē tuam, vt sis longæuus super terrā, scil. viuētium. Parentes verò sic sunt honorandi, vt eis debita reuerentia exhibeatur, & necessaria ministrētur. Secundum est. Nō occides: vbi secundum literam actus homicidii prohibetur, secundū spiritum verò etiā voluntas occidendi. Vnde huic mandato secundū literam, fit superadditio in Euangelio: quia litera Euangelii exprimitur, quod legis litera nō exprimebatur. Euangelii litera exprimit intelligentiam spiritualē, i. quam spirituales habēt, & secundum quam spiritualiter viuitur. Litera legis sensum carnalem, i. quam carnales habent,

Deut. 5. b

2. Præceptū. secundæ tabulæ. Matt. 5. f.

bent, & secundum quē carnaliter viuitur: cui facta est superadditio. Tertium est, Nō mœchaberis, i. nē cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonii: à parte n. totum intelligitur. Nomine ergo Mœchiæ omnis concupitus illicitus, illorum quoq; mēbrorum nō legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Quartum est, Nō furtum facies, vbi sacrilegium & rapina omnis prohibetur. Nō n. rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed furti nomine benè intelligi voluit omnē illicitam vsurpationē rei alienę. Sacrilegium trib. modis cōmittitur, quando sc. vel sacrum de sacro, vel nō sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro aufertur. Sacrum vero dicitur, quidquid mancipatum est cultui diuino, vt ecclesia vel res ecclesiæ. Hic etiā vsura prohibetur, quæ sub rapina cōtinetur. Vnde Hiero. Vsuras quęrere, vel fraudare, aut rapere nihil interest. commoda fratri tuo, & accipe quod dedisti, & nihil superfluū quęras: quia superabundantia vsura computatur. Est n. vsura (vt ait Aug.) cum plus quis exigit in iniuria vel qualibet re, quam acceperit. Item Hiero. Putant aliqui vsuram vocari superabundantiam scil. quidquid est, si ab eo, quod dederit plus est: vt si in hyeme demus 10. modios, & in messe xv. recipiam⁹. Si vero quæritur de filiis Israel, qui domino iubēte ab Ægyptiis mutauerunt vasa aurea & argētea & vestes pretiosas, & asportauerunt, vtrum furtum cōmiserint? Dicimus eos, qui vt parerent, Deo iubēte illud fecerunt, nō feciſſe furtum, nec omninò peccasse. Vnde Aug. Israelitæ nō furtū fecerunt, sed Deo iubēte ministeriū præbuerūt. Hoc n. Deus iussit, qui legē dedit, sicut minister iudicis sine peccato occidit, quē lex præcipit occidi: sed si id spōte facit homicida est, etiāsi eū occidat, quē scit à iudice occidēdum. Infirmi a. qui ex cupiditate Ægyptios deceperūt, magis permissi sunt hoc facere illis qui iure talia passi sunt, quam iussi. Hic opponitur,

De 3. præcep. Au. in l. quæ super Exo. q. 71. in fin. ad illud, non mœchaberis, in t. 4. Aug. ibid. paulò infer. ad 4. præcept. Hie. ad ca. 18. Ez. ad versum non commodauerit.

** Super Ps. ad vers. 27. Psal 36. tota die miscetur. Super Ez. 14 q. 3. c. putant c. 18. in commentarijs. Et amplius non acceperit t. 5. Super Ex. c. 11. q. 39 in princ. t. 4. Aug. l. 22. c. 17. in medio contra Faustum Manichæum to. 6*

ritur, quod etiam boni in isto opere peccauerunt: quia naturalem legem cui concordat Euangelium & lex moralis præceptionis, transgressi sunt, quæ est. Quod tibi non vis fieri alii ne feceris. Qua veritas scripsit in corde hominis & quia non legebatur in corde, iterauit in tabulis, vt voce forinsecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret, quod extra legeret. Hanc ergo illi præuaricari videntur in illo facto, aliis facientes, quod nolebant sibi fieri. Sed ibi subintelligendum est, iniustè: vt non alii, scil. iniustè facias quod tibi non vis fieri, alioquin huius pręuaricator est iudex, dum punit reum nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam & illud Domini verbum. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, &c. de bonis accipiendum est, quæ nobis inuicem exhibere debemus. Quintum præceptum est, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: vbi crimen mendacii & periurii prohibetur. Solet etiam quæri. Vtrum prohibitum sit omne mendacium? Quidam dicunt illud tantum prohiberi, quod obest & non prodest ei, cui dicitur. Tale enim non est aduersus proximum: vt ideo videatur hoc addidisse Scriptura. Sed de mendacio magna quæstio est, quæ nec cito explicari potest.

Matth. 7. b Luc. 6. c

De 5. præcepto.

Aug. super Exo. q. 7. ad illud 5. præceptum in fi. in to 4.

DE TRIPLICI GENERE MENDACII.

DISTINCT. XXXVIII. A

SCiendum tamen tria esse genera mendaciorum. Sunt enim mendacia quædam pro salute vel commodo alicuius, non malitia, sed benignitate dicta qualiter obstetrices mentitæ sunt, & Raab. Est & aliud mendacii genus, quod fit ioco, quod non fallit. Scit enim cui dicitur, causa ioci dici: & hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non tam magna. Perfectis vero non conuenit mentiri, nunc etiam pro temporali vita aliquius, ne pro corpore alterius animam suam occi-

De distinctione præceptorum respecta obligatione eisdem oppositarum: & agit primo de mendacio.

Exod. 1. c Iosue 2. a

occidat. Licet a eis verum tacere, sed nō falsum dicere: vt si quis non vult hominē ad mortē prodere, verum taceat, sed nō falsum dicat. Tertium vero genꝰ mēdacii est, quod ex malignitate & duplicitate procedit, cunctis valde cauēdum. His videtur innui mēdacia illa quæ fiūt ioco vel pro salute alicuiꝰ, imperfectis esse venialia peccata, perfectis vero illud, quod pro cōmodo alterius dicitur esse damnabile, quod etiam de mēdacio iocoso putari potest, prēcipué si iteretur. De mendacio obstetricum, & Raab, quod fuerit veniale Augustꝰ. tradit, dicēs: Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mētitę sunt, sed quia infantes liberauerunt, & propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, nō tamen nullum: sic Raab liberata est propter liberationē exploratorū, pro qua fuit veniale peccatum. Sed ne putet quisq; in cæteris peccatis si propter liberationē hominū fiant, ita posse cōcedi veniam, multa n. mala detestanda talem sequuntur errorē. Possumus enim & furando, alicui prodesse: si pauper cui datur, sentit cōmodum, & diues cui tollitur, non sentit incōmodum. Ita & adulterando possumus prodesse, si aliqua nisi adhuc ei cōsentiatur, appareat amando moritura, & si vixerit pœnitēdo purganda: nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium. Sciēdum est etiā octo esse genera mendacii, vt Aug. in libr. de mendac. tradit, quæ diligenter noranda sunt: vt appareat, quod mēdacium sit veniale, & quod damnabile. Primum capitale est mendacium longeq; fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa quisquam debet adduci. Secundum, quod tale est vt nulli prosit, sed obsit alicui. Tertiū, quod ita prodest alteri vt alteri obsit. Quartū, sola mētiendi fallendiq; libidine maximum mendaciū est. Quintū, quod fit placēdi cupiditate de suauiloquio. His omnib. euitatis sequitur sextū genus, quod

Aug. q. 68. super Leu. ad fin. t. 4.

Aug. in Enchir. c. 12. ad medium.

Lib ad Consentium c. 14. in princ. 4. tom.

quod & nulli obest, & prodest alicui: vt si quis pecuniam alicuius iniustè esse tollendam sciens, vbi sit nescire se mentiatur. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: vt si quis nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia corporis aliquem tueatur. In his autem tanto minus peccat quisque dum mentitur, quanto magis à primo recedit. Quisquis vero aliquod genus esse mendacii, quod peccatum non sit putauerit, decipit seipsum turpiter: cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacii summoperè fuge: quia omne mendacium non est à Deo.

Quid sit mendacium. B

Hic videndum est, quid sit Mendacium, & quid sit Mentiri. Deinde vtrum omne mendacium sit peccatum, & quare? Mendacium est (vt ait Aug.) falsa significatio vocis cum intentione fallendi: vt ergo mendacium sit necesse est vt falsum proferatur & cum intentione fallendi. Hoc enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in corde, aliud promptum in lingua. *Lib. contra mẽdaciis ad Consentiũ, c. 13. in fi. t. 4*

Quid sit mentiri. C

Mentiri vero est loqui contra hoc quod animo sentit quis, siue illud verum sit, siue nõ. Omnis ergo qui loquitur mendaciũ, mẽtitur, quia loquitur cõtra quod animo sentit, i. voluntate fallẽdi: sed nõ omnis, qui mẽtitur mendaciũ dicit: quia quod verum est, loquitur aliquando mentiendo, sicut è cõuerso falsum dicẽdo aliquando verax est. Vnde ait Aug. Nemo sanè mentiens iudicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum: quia quantum in ipso est, nõ fallit ipse, sed fallitur. Non ergo mẽdacii arguendus est, qui falsa incautus credit, ac pro veris habet. Potiusq; è contrario ille mentitur qui dicit verum, quod putat falsum. Quãtum enim ad

animum eius attinet, non verũ dicit: quia nõ quod sentit dicit: quamuis verum inueniatur esse quod dicit. Nec ille liber est à mẽdacio, qui ore nesciens loquitur verum, sciens a voluntate mentitur. Hic quęri solet, si Iudæus dicat Christum esse Deũ, cum nõ ita sentiat animo, vtrum loquatur mẽdacium. Non est mẽdacium, quod dicit: quia licet alter teneat animo, verũ tamẽ est, quod dicit, & ideo non est mẽdacium: mẽtitur tamen, illud quod verum est dicens. Quod vero omne mẽdacium sit peccatũ, Aug. insinuat. Mihi, inquit, videtur omne mendacium esse peccatum: sed multum interest quo animo & de quibus reb. quisq; mentiatur. Non n. sic peccat, qui consulendi, vt qui nocendi voluntate mẽtitur: nec tantum nocet, qui viatorẽ mentiẽdo in diuerso itinere mittit, quantum qui viam vitæ mẽtiendo deprauat. Porrò omne mẽdacium ideo dicendum est esse peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, siue illud verum sit, siue putetur & nõ sit. Verba n. ideo sunt instituta, nõ vt per ea homines inuicẽ fallant, sed per ea in alteri⁹ notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo vti ad fallaciam, nõ ad quod sunt instituta, peccatum est. Nec ideo etiã vllum mẽdacium putandum est nõ esse peccatum, quia possumus alicui aliquando prodesse mẽtiendo: possumus n. vt prædictum est, & furando & adulterando prodesse. Mendacium quoq; nõ tunc tantum esse possumus dicere, quando aliquis lædit̃. Cum n. à sciẽte dicitur falsum, mendacium est: siue quis, siue nemo lædatur. Ecce ex his cõstat omne mẽdacium esse peccatum: non tamẽ de omni mẽdacio accipiendum est illud Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nec illud, Os quod mẽtitur occidit animam. Nec omne mendacium isto præcepto prohiberi videtur, nec præmissa descriptione mendacium ioci includi.

Aug. in En. c. 18. paulò superius in initio.

Ibid. c. 22. eiusdem libr. in initio cap.

Aug. in En. c. eod. Gratianus c. 22. q. 2. in ipsarum Psal. 5. Sap. 1. c

Vbi cum periculo erratur vel non.

Illud

Illud etiam sciẽdum est, quod in quibusdam rebus magno malo, in quibusdam paruo, in quibusdam nullo fallimur. In quibus rebus nihil interest ad capescẽdum Dei regnum, vtrum credantur an non, vel vtrum vera putẽtur an falsa, siue sint siue nõ, in his errare, i. aliud pro alio putare, non arbitrãdum est esse peccatum: vel si est, minimum atq; leuissimum. Et sunt vera quędam, quamuis nõ videantur: quę nisi credantur, ad vitam æternam nõ potest peruenirí. Et licet error maxima cura cauẽdus sit non modo in maiorib. sed etiam in minoribus reb. nec nisi rerum ignorantia possit errare, nõ tamẽ est cõsequens, vt continuò erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire, quod nescit. Pro vero n. approbat falsum, quod erroris est proprium. Veruntamẽ in qua re quisquis erret interest plurimum. Sunt n. quæ nescire sit melius quam scire. Itẽ nõnullis errare profuit aliquando: sed in via pedum, non in via morum. Solet etiam quæri de Iacob, qui se dixit esse Esau, aliter animo sentiẽs, vtrum mentitus sit? De hoc Aug. ait, Iacob, quod matre fecit auctore vt falleret patrem, si diligenter attendatur, videtur non esse mendacium sed mysterium. Intendebat enim matri obedire, quæ per spiritum nouerat mysterium: & ideo propter familiare consilium Spir. S. quod mater acceperat, à mendacio excusatur Iacob.

Aug. in pr. c. 19. in Enchirid.
Ibid. in pr. cap. 21
Ibid. ad fin. cap. 10.
Ibid. c. 17. in princ.
Ibid. continuò Aug. Gen. 27. c

DE PERIVRIO.

DISTINCT. XXXIX.

A Nunc de periurio videamus. Periurium est mẽdacium iuramento firmatum. Hic quæritur, Vtrum sit periurium, vbi nõ est mẽdacium? Quod quibusdam videtur ex auctoritate Hiero. dicẽtes. Aduertendum est, quod iusiurandũ tres habet comites, veritatem, iudicium & iustitiam, si ista defuerint non erit iuramentum, sed periurium. Vbi autem falsum iuratur, veritas deest. Si ergo falsum

De periurio. Hiero. super Hieremiam in commentariis, ad illud. Hieremiæ iurabis in veritate, cap. 4. to. 5.

iuretur, etsi non sit tibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest veritas. Quibusdam placet non esse periurium, vbi non est mendacium, & sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum fortè dixit Apost. cum se venturum ad Corinth. promisit: nec tamen sicut ei imponebatur, culpã mendacii contraxit, quia sic animo sentiebat, etiamsi iuramẽto illud firmasset, non periuriũ incurrisset: quia quãtum in ipso fuit, verum dixit, & si iurationem addidisset, quantum in se foret, verum iurasset, etsi aliter euenerit quam dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sentiat animo quam dicit, siue ita sit siue non sit: ita videtur quibusdam neminem periurum constitui, nisi aliter sentiat animo quam loquitur, siue ita sit siue non.

2. Cor. vlt. a

De triplici modo periurii. B

De verbis his, Nolite iurare, Iac. Apost ser. 28. Non longè à prin int 10.

Sed melius creditur & ille peierare, qui falsum voluntate fallẽdi iurat, & qui falsum putans quod verũ est iurat, & qui verũ putans, quod falsum est, iurat. Vnde Aug. Homines falsum iurãt vel cũ fallunt vel cum falluntur. Aut putat homo verũ esse quod falsum est, & temerè iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamẽ pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant a. illa duo periuria quæ cõmemorauit. Fac illum iurare, qui verum esse putat pro quo iurat, verum putat esse, & tamẽ falsum est: non ex animo ipse peierat, sed fallitur. Hoc pro vero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens iurationẽ interponit. Da aliud qui scit falsum esse, & iurat tanquã verum sit quod falsum scit esse. Videtis quã ista detestanda sit bellua. Fac alium qui putat falsum esse, & iurat tanquã verũ sit, & fortè verum est. V.g. vt intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hominẽ & dicit pluisse: & tunc pluit ibi, sed putat non pluisse, periurus est. Interest quẽadmodum verbum procedat ex animo: reã linguam non

non facit, nisi rea mens sit. Hic euidenter traditur, quod tripliciter peierat homo, vt supra diximus: dū vel sciens falsum iurat, vel putans falsum quod verū est iurat, vel æstimans verū quod falsum est iurat. Sed hoc extremum non videtur esse periurium, etiamsi periuriū nominetur, eo quod falsum iuratur, non videtur reus esse periurij qui sic iurat: quia nō est mens eius rea, & ideo nec lingua. Imo eius mens rea est, dum iurare præsumit, quod perspicue verum nō deprehendit, Non ergo omne periuriū mendacium est, nec omnis qui peierat mentitur: sed omnis mentiēdo iurans peierat, & omnis qui falsū iurat siue mentiens, siue nō, peierat. Cum vero quis iurat quod verū est existimans esse falsum, quæritur quid sit tibi periuriū? Ipsa enim significatio vocis vera est quia verum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio vel falsum vel mendacium est, quia vera est: & ꝙ verū est, periurium nō videtur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic sc. contra mentem, sub attestatione iuramenti esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratione periurium est. Periurium ergo est vel iurando loqui falsum, cū intentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine intētione fallendi, vel iurando loqui verum cum intentione fallendi. Hic opponitur. Si omnis qui falsum iurat, peierat: tunc ꝙ alicui promittit dare sub certo termino aliquid ꝙ tamen nō facit, ex quo iurauit, peierauit, quia falsum iurauit. Non n. ita futurū erat vt iurauit. Ad hoc dici potest, quia non omnis qui iurat quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste de quo agim⁹: sed ex quo propositū mutat vel terminum trāsgreditur, iuratio talis fit periuriū reatu.

Quæstio.

Oppositio.

Determinatio.

An iuratio sit malum. C

Si a. quæritur. Vtrum iurare sit malum? Dicimus aliquando malum esse, aliquādo non. Sponte enim & sine necessitate iurare, vel falsum iurare,

De sermone Domin in monte lib. 1. ad illud Matth. 5. Non iurare omnino. to. 4. Ad illud. Ecce ego coram Deo quia non mentior.

peccatum grande est. Ex necessitate a. iurare, scil, vel ad asserendam innocētiam, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad persuadendū auditorib. quod est eis vtile, malum nō est: quia necessarium eis est. Vnde Aug. Iuramentū faciendum est in necessarijs, cū pigri sint homine credere quod eis est vtile. Iuratio non est bona, nō tamē mala cum necessaria, i. non est appetenda sicut bona, nec tamē fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Non est n. contra præceptum Dei iuratio. Sed ita intelligitur Dominus prohibuisse à iuramēto, vt quantum in ipso est quisque non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanq̄ magnum atq̄ suaue aliquid. Apost. n. nouit præceptum Domini, & tamen iurauit. Prohibemur n. iurare vel cupiditate, vel delectatione iurandi. Quod ergo Christus ait in Euangelio, Ego dico vobis non iurare omnino: ita intelligitur præcepisse, ne quisquam bonum appetat iuramentum, assiduitate iurādi labatur in periurium. Quod vero addidit, Sit sermo vester, Est est: Non, nō: bonum est & appetendum. Quod a. amplius est, à malo est, i. si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorū quibus aliqd suades: quæ infirmitas vtiq̄ malum est: Vnde nos quotidie liberari precamur dicentes. Libera nos à malo. Ideoq̄ nō dixit, Quod amplius est, malum est. Tu n. non facis malum, qui bene vteris iuratione, sed à malo est illius qui aliter non credit, i. ab infirmitate quæ aliquādo pœna est, aliquando pœna & culpa. Ibi ergo Dns prohibuit malū, suasit bonum, indulsit necessarium.

Rom. 1. c. Aug. lib. 1. de ser. Domini in monte, ad illud. Sit autem sermo vester Matth. 5.

Deut. 6. c Matth. 5. f Hier. ad illud Matth. 5. Non iurare omnino in cōmentariis in Tom. 9. Gen. 42. c

De iuramento quod per creaturas fit. D

Quæritur etiam, Vtrum liceat iurare per creaturā? Quod non videtur, cum in lege scriptum sit, Reddes a. Domino iuramenta tua: Et Christus in Euāgelio pręcipiat nō iurare omnino: nec per cœlum, nec per terrā, nec per Hierosolymam, nec per caput

saput tuũ. Iudęis: quasi paruulis, est cõcessũ iurare per creatorẽ, & præceptum vt si iurare cõtingeret non nisi per creatorẽ iurarent, nõ per creaturam, ga iurantes per angelos & elementa, creaturas venerabãtur honore, & meli⁹ erat hoc exhibere Deo, ḡ creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit: sanctis vero, qui in creaturis creatorẽ venerabantur tantum nõ prohibuit. Vnde Ioseph per salutẽ Pharaonis iurauit, Dei iudiciũ in eo venerat⁹, quo positus erat in infimis. Christ⁹ vero ita p creaturas iurare phibuit, nę vel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberetur: vel ne p ea iurãtes falsũ, homines se iuramẽto teneri nõ putarẽt.

Quæ iuratio magis teneatur, an quæ fit per Deum, an quæ fit per Euangelium, vel per creaturas. E

Si a. quæritur, Quis magis teneatur, an quî per Deum, an qui per Euangelium vel per creaturas iurat? Dicimus, qui per Deum: quia per Deum hæc sancta facta sunt. Vnde Chrys. Si qua causa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum: Qui vero per Euangelium, maius aliquid feciſſe videtur. Quibus dicendum est. Stulti, scripturæ sanctæ propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas ita & creaturæ factæ sunt propter Deum.

Chrys. hom. 44. ad illud Matth. 23. Quicunque iurauerit per templũ tom. 2.

Quid est dicere per Deum iuro. F

Hic quæritur: Quid sit dicere per Deũ iuro? Hoc est testem adhibere Deum. Iurauit n. Apost. dicẽs, Testis est mihi Deus: ac si dixisset, Per Deum ita est. Vnde Aug. Ridiculum est putare hoc, si dicas per Deum, iuras: si dicas, Testis est mihi Deus, non iuras. Quid est n. per Deum, nisi testis est mihi Deus: aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum Quid a. est iurare nisi ius Deo reddere, quando per Deum iuras? Ius, sc. veritatis, & non falsitatis. Item, Ecce dico charitati vestrę, Et qui per lapidem iurat falsum, periurus est: quia non lapidem qui nõ audit, sed eius creatorem adhibet testem. Hoc est ergo iurare

Rom. 1. b De verbis Iacobi.

Aug. de verbis Iaco. apostoli ser. 28. non longe à principio, in tom. 10.

iurare per quamlibet creaturam, sc. creatorē eius testem adhibere. Est etiam quoddam genus iuramenti grauissimum, quod fit per execrationē: vt cum homo dicit. Si illud feci, illud patiar, vel illud contingat filijs meis. secundum quē modum accipitur etiam interdum cum aliquis iurando dicit, Per salutem meam, vel per filios meos & huiusmodi: obligat enim hoc Deo. Vnde Aug. Cum quis ait, per salutem meam, salutem suam Deo obligat. Cum dicit, Per filios meos, oppignerat eos Deo, vt hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius: si verum, verū, si falsum, falsum. Et sicut per hoc iurans, aliquando hoc Deo obligat: ita per Deum iurans, ipsum adhibet testem. In omni ergo iuratione aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur, & oppigneratur: vt hoc sit iurare, sc. Deum testem adhibere vel Deo aliquid oppignerare. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scil. creatorem eius testem adhibere.

Ibid serm. 28. ad fin.

In sermone eod. 28. de verbis Iacobi Apost.

De illis qui iurant per falsos Deos. G

Post hæc quæritur, vtrum fide eius vtēdum sit, qui per dæmonia vel idola iurauerit? De hoc Aug. scribens ad Publicolam ait, Te prius considerare volo, vtrum si quisquam per Deos falsos iurauerit & fidem non seruauerit, non tibi videtur bis peccasse? Bis vtiq; peccauit: quia iurauit per quos nō debuit, & contra pollicitam fecit fidem quod non debuit. Ideoq; qui vtitur fide illius quem constat iurasse per Deos falsos, & vtitur fide illius non ad malum sed ad bonum, non peccato illius se sociat, qui per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius quo fidem seruauit. Et sine dubitatione minus malum est per Deos falsos iurare veraciter quā per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctū est, tanto magis est pœnale periuriū.

Aug. epist. 154. tom. 2.

Ibid. paulo superius.

Quod iuramentum quo incaute iuratur non est obseruandum, nec votum nec promissio iniuste facta. H

Nunc

Nunc ſupeſt videre, Vtrum omne iuramentum implendum ſit? Si n. quis alicui iurauerit contra fidem & charitatẽ, quod obſeruatum, peiorẽ vergat in exitum, potius eſt mutandum quam implẽdum. Vnde Amb. Eſt cõtra officium Dei, nonnunquam ꝓmiſſum ſoluere ſacramentum, vt Herodes fecit. Itẽ Iſidorus, In malis ꝓmiſsis reſcinde fidem, in turpi voto mutâ decretũ. Quod incaute vouiſti, ne facias: impia eſt ꝓmiſsio, quæ ſceleri adimpletur. Idẽ, Non eſt obſeruandum ſacramentum, quo malum incaute ꝓmittitur: vt ſi quis adulterę perpetuâ fidem cum ea permanendi polliceatur. Tolerabilius n. eſt non implere ſacramentum, quã permanere in ſtupro. Itẽ Beda, Si quid nos incautius iurare contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitũ, libere illud ſalubriori cõſilio mutandum nouerimus: ac magis inſtante neceſsitate peierandum eſſe nobis, quã pro vitando periurio in aliud crimen grauius diuertendũ. Denięꝫ iurauit Dauid ꝑ Deum occidere Nabal virum ſtultum: ſed ad primam interceſsionẽ Abigail fœminę prudentis remiſit minas, reuocauit enſem in vaginã: nec al qd culpæ ſe tali periurio contraxiſſe doluit. Item Aug. Quod Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem nõ impleuit, maior pietas fuit: Iurauit Dauid temere, ſed non impleuit iurationem maiori pietate. Ex his alijſque pluribus oſtenditur, quædam iuramenta non eſſe ſeruanda, & qui ſic iurat, vehementer peccat: cum a. mutat, bene facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat: & quia iniuſte iurauit, & quia facit, quod non debet.

In concilio Tolet. 8. c. 2. hæc omnia referuntur.

Et cauſ. 22. q. 4 Ambr. ad fin ca. 50. li. 1. offic. t. 1. Marc. 4. d Mat h. 14. a Iſid ca. 8. l. 3. ſoliloquiorum.

Idem Iſid. li. 2. ca 31. in fine de ſummo bono.

In ho. 13. in natali decoll. diui Ioan. Bap. de ſanctis æſtiualibus

1. Reg. 25 b

In ſer. 11. de ſanctis qui eſt 2. de feſto decoll. B. Ioan Bap. to. in fin.

Actione 4. ſyn. Nicenæ ſecundæ.

Si eſt periurus, qui non facit, quod incaute iurauit. I

Qui vero mutat, Vtrum periur⁹ debeat dici, ſolet q̃ri. Beda ſupra tale iuramentũ vocauit periurium. Ioannes etiã Apocriſarius oriental. ſedium dixit. Sermo patris noſtri Sophronij ſignificat, q̃ melius eſt iurantem peierare, q̃ ſeruare ſacramentum

tum in fractione sanctarum imaginum. Sed periurium dicitur tale iuramentum nō obseruatum & peierare dicitur qui non implet, q̄ falsum iurat, non quiā inde reus sit, quod non obseruat, sed qa iurauit iniustū, ex quo reus est sicut ille q̄ peierat.

De eo qui verborum calliditate iurat. K

Isid. l. 2. c. 33. de summo bono ad fin.

Hoc etiam sciendum est, quod quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo capit.

De illo qui cogit aliquem iurare. L

August. De verbis Iacobi Apost. serm. 28. in tom. 10.

Quæritur etiam, Si peccat, qui hominem iurare cogit? De hoc Aug. ait, Qui exijt iurationem, multum interest, si nescit illum iuramentum falsum, an scit. Si n. nescit & ideo dicit. Iura mihi, vt fides ei sit: nō est peccatum, tamē humana tentatio est. Si vero scit eum feciſſe, & cogit eū iurare, homicidia est. Idē. Qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iurare, vincit homicidā: quia homicida corp⁹ occisurus est, ille animam, imo duas animas, & eius quem iurare prouocauit & suam.

Aug. serm. 11. de sanctis qui est secundus de festo decolla. S. Ioan. Bapt. tom. 10. in fine.

Ex concilio Aurelianensi. M

Sancta synodus decreuit, nisi pro pace faciendā, vt omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant.

Borchard. cap. 13. lib. 11. & Ioā. Carnontē. ca. 70 patris 12. decretorum.

DE SEXTO ET SEPTIMO PRAECEPTO secundæ Tabulæ.

DISTINCT. XL. A

SExtum præceptum est. Non desiderabis vxorem proximi tui. Septimum est, Non concupisces domum proximi tui, non seruum non ancillam &c, Sed videtur præceptum de non concupiscendis rebus proximi vnum esse cum eo, quod dicitur, Non furaberis: & præceptum de non concupiscenda vxore, vnum esse cum eo, quod dicitur, Non mœchaberis. Poterat enim præceptum non furandi in illa generalitate intelligi, vbi de non

concupiscenda re proximi præcipitur: & in eo quod dictum est. Non mœchaberis, poterat illud intelligi. Non concupisces vxorem proximi tui. Sed in illis duobus præceptis non mœchandi & non furandi, ipsa opera notata sunt & prohibita: in his vero extremis, ipsa concupiscentia: multum ergo differunt illa ab istis. Vnde illi præcepto non mœchandi, fit superaditio in Euangelio: vbi omnis concupiscentia mœchandi prohibetur. Sed cum hic prohibeatur concupiscentia alienæ vxoris, & alienæ rei: quare dicitur lex cõprimere manum & non animum? Illud de lege dicitur secundum cerimonialia, non secundum moralia: Vel quia in lege non est generalis prohibitio omnis mortiferæ concupiscentiæ, vt in Euangelio.

Aug super Exod q. 71. in tom. 4. Matth. 5. d Quare lex comprimere dicitur non animum.

Quid sit litera occidens. B

Si vero quæritur. Quam dicat Apostolus literam occidentem? Ea certe est decalogus: qui non dicitur litera occidens eo, quod mala sit lex, sed quia prohibens peccatum auget concupiscentiam, & addit præuaricationem, nisi liberet gratia, quæ gratia non sic abundat in lege vt in Euangelio. Vel secundum eorum carnalem intelligentiam. Lex ergo bona est, & tamen occidit sine gratia, cum sit virtus peccati, quæ iubet quod sine gratia impleri non potest. Gratia autem deerat, & ideo litera occidens erat. Distat autem Euangelij litera à legis litera, quia diuersa sunt promissa: ibi terrena, hic cœlestia promittuntur. Diuersa etiam sacramenta: quia illa tantum significabant, hæc conferunt gratiam. Præcepta etiam diuersa, quantum ad cerimonialia. Nam quantum ad moralia, sunt eadem, sed plenius in Euangelio continentur. Audistis decem chordas Psalterij vtrique sexui impositas: quæ charitate tangendæ sunt, vt vitiorum feræ occidantur.

2. Cor. 3. e

TITV-

TITVLI IN LIB. IV.

DISTINCT. I.

De Sacramentis. A
Quid sit Sacramentum. B
Quid sit signum. B
Quo differant signum & Sacramentum. B
Quare instituta sunt sacramenta. C. D
De differentia sacramentorum veterum & nouorum. E
De circunciſione. F
Quod remedium illi habuerunt qui fuerunt ante circunciſionem. G
De institutione circunciſionis & de causa. H. I. K
De paruulis defunctis ante diem octauum, quo fiebat circunciſio. L

DISTINCT. II.

De Sacramentis nouæ legis. A. B. C
De Baptiſmo. D
De differentia baptiſmi Ioannis & Christi. D
Quid vtilitatis baptiſmus Ioannis habuit. E
Si fuit Sacramentum baptiſmus ille. E
De forma baptiſmi Ioannis. F

DISTINCT. III.

Quid sit baptiſmus. A
De forma baptiſmi. B
Quod Apoſtoli in nomine Christi baptizauerunt. B
Si in nomine patris tantum vel ſpiritus ſancti poſſit tradi baptiſmus. C. D. E
De inſtitutione baptiſmi. F. G
Quare in aqua tantum fiat. H
De immerſione quotiens fieri debeat. I
Quando circunciſio amiſit vim ſuam. K
De cauſa inſtitutionis baptiſmi. L.

DISTINCT. IV.

De illis qui ſuſcipiunt ſacramentum & rem: & rem non ſacramentum: & ſacramentum & non rem. A
De ficte accedentibus. B
Quomodo intelligatur illud, quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. C
Quod paſſio ſupplet vicem baptiſmi, & fides & contritio. D. E
Quid proſit baptiſmus cum fide accedentibus. F
Quid dimittitur in baptiſmo iuſtis. F
Cuius rei ſit Sacramentum baptiſmus quem recipit iuſtus. G. H

DISTINCT. V.

Quod baptiſmus æque bonus eſt à bono vel à malo: datus bono vel malo. A

De

De potestate baptismi & ministerio. B
Quæ fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare seruis, & non dedit. C

DISTINCT. VI.

Quibus liceat baptizari. A
Si baptizandi sunt ab hæreticis baptizati. A
Quod nullus in materno vtero baptizatur. B
Vtrum baptismus sit cum verba corrupte proferuntur. C.D
De illo qui pro ludo immergitur. E.F
De responsione patrinorum. G
De catechismo & exorcismo. H

DISTINCT. VII.

De sacramento confirmationis, quod non nisi à summis Sacerdotibus tradi potest. A
Quæ sit virtus huius Sacramenti. A
Vtrum hoc sacramentum dignius sit baptismo. B
Vtrum possit iterari. B

DISTINCT. VIII.

De sacramento altaris. A
Quod huius sacramenti in veteri testamento figura præcesserit & baptismi. A
De institutione huius sacramenti. B
De forma. C
Quare Christus post alium cibum dedit hoc sacramentum discipulis. C
De sacramento & re. D
Quod res sacramenti duplex est. D

DISTINCT. IX.

De duobus manducandi modis. A
De errore illorum, qui dicũt Christum tantum à bonis sumi. B.
De intelligentia quorundam verborum ambiguorum. C

DISTINCT. X.

De hæresi illorum, qui dicunt corpus CHRISTI non esse in altari nisi in figura vel in signo. A.B.C.
De sanctorum testimoniis quibus probatur verum corpus Christi in altari. D

DISTINCT. XI.

De modo conuersionis. A
Quomodo dicitur corpus Christi confici, de substantia panis. B.C.D
Quare sub alia specie sumatur. E
Quare sub duplici specie. F
Quare aqua misceatur vino. G
Quale corpus dedit Christus discipulis in cœna. H

DISTINCT. XII.

Vbi illa accidentia fundentur. A
De fractione & partibus. B.C
De confessione Berengarij. D.E
Quid illæ partes significent. F
Si Christus immolatur in altari quotidie, & an sit sacrificium, quod à Sacerdote geritur. G
De causa institutionis. H

DISTINCT XIII.

Si hoc sacramentum conficiatur ab hæreticis vel excommunicatis. A

Quid facit hæreticum, quid sit hæreticus. B

DISTINCT. XIV.

De pœnitentia. A B

Vnde dicitur pœnitentia. ibid.

Quid sit pœnitentia. ibid.

Quid sit pœnitere ibid.

De solenni & vnica pœnitentia C

Quod peccata sæpe dimittuntur per pœnitentiam. D

DISTINCT. XV.

Quod plurib. irretitus peccatis non potest vere de vno pœnitere, nisi de omnibus pœniteat. A

Quibus de causis contingunt flagella. A

De Ægyptiis & Sodomitis qui dicuntur temporaliter puniti ne in æternum perierent. A B

De generibus eleemosynæ. C

Quid sit eleemosyna. C

Vtrum in mortali peccato permanentes & largas eleemosynas facientes debeant dici satisfacere. C

Vtrum bona quæ fiunt ab aliquibus malis valeant ad meritum vitæ cum fuerint conuersi ad bonum. D E F G

DISTINCT. XVI.

De tribus in pœnitentia considerandis, scilicet, compunctione, confessione, & satisfactione A

Quæ sit veræ satisfactio. A

Quæ sit satisfactio falsa. B

De tribus actionibus pœnitentiæ. C

De multitudine venialium, quæ grauant vt vnum grande peccatum. C

De satisfactione venialium. D

DISTINCT XVII.

Vtrum sine confessione dimittantur peccata. A B

Si sufficit soli Deo confiteri. C

Quod non sufficit soli Deo confiteri, si possit Sacerdoti confiteri. D

An sufficiat confiteri laico. B

Ad quid valeat confessio. F

DISTINCT. XVIII.

De remissione quam præstat sacerdos. A

De clauibus. B

De vsu clauium. C

Si Sacerdos potest dimittere peccata vel retinere. D

Quomodo Sacerdotes dimittunt peccata vel retinent. E

Quomodo Sacerdotes ligant vel soluunt à peccatis. F

Quomodo intelligendum sit illud: quodcunque solueris super terram, &c. G H

Quæ sunt interiores tenebræ, & interior macula. I

DISTINCT. XIX.

Quando hæ claues dantur & quibus. A

Vtrum per indignos transfundatur

dàtur gratia dignis. B.C
Quomodo intelligendum sit maledicam benedictionibus vestris D
Quales esse debeat iudex ecclesiæ. E

DISTINCT. XX.

De his qui in fine pœnitent. A
De his qui pœnitentiam non complent. B
De illo cui Sacerdos indiscretus iniungit pœnitentiam paruam. C.
Quod morientibus non est imponenda satisfactio sed innotescenda. D
Quod non est pœnitentia neganda vel reconciliatio in necessitate. E
Quod presbyter non reconciliet aliquem in consilio Episcopo nisi in necessitate. F
An oblatio eius sit recipienda qui currens ad pœnitentiam præuenitur morte. G

DISTINCT. XXI.

De peccatis quæ post hanc vitam dimittuntur. A
De his qui ædificant aurum, argentum, lapidem, lignum, fœnum, stipulam. A
De igne purgatorio quo alij citius, alij tardius purgantur. B
Quid sit ædificare lignum fœnum aut stipulam. B.C
Quid sit ædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum. B.C
Quod aliquis vere pœnitet etsi non de omni veniali. D
Quid prosit generalis confessio. E
Quod nemo debet confiteri peccata, quæ non fecit. F
De pœna Sacerdotis, qui peccata confitentis publicat. G

DISTINCT. XXII.

Si peccata dimissa redeant. A B
Quid sit sacramentum & res. C

DISTINCT. XXIII.

De Sacramento vnctionis extremæ. A
De tribus generibus vnctionis. A
A quibus fuerit hoc Sacramentum institutum. B
De iteratione huius Sacramenti. C

DISTINCT. XXIV.

De ordin. Eccles. & quot sint. A
Quare sunt septem. A
Quales assumendi sunt ad clerum. B
De corona & tonsura. B
De ostiariis. C
De lectoribus. D
De exorcistis. E
De acolytis. F
De subdiaconis, diaconis. G.H
De presbyteris. I
Qui dicuntur ordines sacri. I
Quid appelletur ordo. K
De nominibus dignitatis & officij. K
De Episcopo. L
De Pontifice. L
De quadripartito Episcoporum ordine. M
De vate. M

De cantore. M

DISTINCT. XXV.

De ordinatis ab hæretic. A.B.C
De symonia vnde dicitur, & quid sit. D
De his qui à symoniacis ordinantur scienter vel non. E
De his qui dicunt se emere corporalia & non spiritualia. F
De distinctione symoniacorum, G
De his qui violenter ab hæreticis vel aliis symoniacis ordinantur. H.I

DISTINCT. XXVI.

De sacramento coniugij. A
De institutione & eius causa. B
Quando secundum præceptum & secundum indulgentiam contractum sit coniugium. C
Quibus modis accipitur indulgentia. D
Quod nuptiæ bonæ sint. E
Cuius rei sacramentum sit coniugium. F.G

DISTINCT. XXVII.

Quæ sunt considerandæ coniugio. A
Quid sit coniugium. B
De consensu qui efficit coniugium. C.D
Quando incipit esse coniugium. E
De opinione quorundam, qui dicunt coniugium non esse ante carnalem copulam. F.G
Quod sponsa potest eligere monasterium sine consensu sponsi. G
Quod coniugatus sine coniugis cõ-sensu nequit profiteri continentiam. H
De adulterinis coniugijs. I
Quod multipliciter sponsus & sponsa accipitur. K L. M
Quæ sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non. N.O

DISTINCT. XXVIII.

Si consensus de futuro etiam iuramento firmatus faciat coniugium. A
De his quæ pertinent ad substantiam & ad decorem sacramenti. B
Vtrum consensus ille, qui facit matrimonium sit de carnali copula: an de cohabitatione, an de alio. C
Quare de latere viri formata est mulier. C

DISTINCT. XXIX.

Quod non est consensus legitimus vbi est coactio. A B

DISTINCT. XXX.

De errore, qui euacuat consensum. A
De coniugio Mariæ & Ioseph. B.C
De finali causa coniugij. D
Quod malus finis non contaminat sacramentum. E

DISTINCT. XXXI.

De tribus bonis coniugij. A
De duplici seperatione. B C
De his qui procurant venena sterilitatis. D
Quando sint homicidæ, qui procurant

curant abortum. E
De excusatione coitus: qui fit per bona coniugij. F
De indulgentia quam fecit Apostolus. G
De malo incontinentiæ. G
De carnis delectatione, quæ peccatum sit vel non. H

DISTINCT. XXXII.

De solutione carnalis debiti. A
De continentia ex communi consensu seruanda. B
Quando cessandum sit à coitu. C. D
Quibus temporibus non sint celebrandæ nuptiæ. E

DISTINCT. XXXIII.

De diuersis legibus coniugij. A
Vtrum Ioannis virginitas sit præferenda castitati Abrahæ. B
Quæ erat consuetudo coniugij sub lege. C
Cui licebat tunc plures habere vel non. D
De virginitate mentis & carnis. E

DISTINCT. XXXIV.

De personis legitimis. A
De frigidis separandis vel non. B
De his qui maleficiis impediti coire nequeunt. C
De furiosis. D
De his qui dormiunt cum duabus sororibus. E
Quod non est dimittenda vxor pro aliqua macula corporis. F

DISTINCT. XXXV.

De iure viri & mulieris. A
Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse expers fuerit fornicationis & è conuerso. B
De reconciliatione eorum, qui propter fornicationem separantur. C. D. E
De illis qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium. F. G

DISTINCT. XXXVI.

Vtrum propter extremam conditionem possit fieri separatio. A
De copulatione viri & ancillæ diuersorum dominorum. B
De viro qui se facit seruum vt diuidatur ab vxore. D
De ætate contrahentium. D

DISTINCT. XXXVII.

In quibus ordinibus nequeat contrahi matrimonium. A
De interfectoribus suarum coniugum. B

DISTINCT. XXXVIII.

De vxoris & votorum differentia. A. B
De illis qui post longam captiuitatem redeunt. C

DISTINCT. XXXIX.

De dispari cultu. A
De coniugio fidelis & infidelis & duorum infidelium. B
De fornicatione spirituali propter quam dimitti coniunx potest. C

Pro quibus peccatis possit fieri separatio, vel non. D
Quando licet fideli aliam ducere vel non. E.F.G
Vtrum coniugium inter infideles sit. H
Quod coniugium sit legitimum. I

DISTINCT. XL.

De cognatione carnali. A
De computatione graduum consanguinitatis. B
Quare sex gradus computantur. C
De dispensatione Gregorij habita ad Anglos. C

DISTINCT. XLI.

De gradibus affinitatis. A
De varijs traditionibus affinitatis. B
Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate diuiduntur. C
Quibus personis testificantibus sint dirimenda coniugia. C
Quid sit fornicatio, & quid stuprum. D
Quid adulterium, & quid incestus. D
Quid raptus, quid stuprum. D

DISTINCT. XLII.

De spirituali cognatione. A
Qui sint filij spirituales. B.C
De copula spiritualium vel adoptiuorum & naturalium filiorum. D
De copula filiorum qui ante compaternitatem vel post nati sint E.F
Si cui liceat duas commatres ducere vnam post aliam. G
Si vir & vxor simul tenere valeant puerum. H
De secundis & tertijs & deinde nuptijs. I

DISTINCT. XLIII.

De resurrectione & iudicij conditione. A
De voce tubæ. B
De nocte media. C
De libris qui tunc aperientur. D
De memoria electorum si tunc præterita mala teneat. D
De his qui viui reperiuntur. E
Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum & mortuorum. F

DISTINCT. XLIV.

De ætate & statura resurgentium. A.
Quod resurget quicquid fuit de substantia & natura corporis, & si non in eadem parte corporis. B
Quod sine omni deformitate resurgent. C
Vtrum reproborum corpora cum deformitatibus resurgant quas hic habuerunt. D
Quod non consummentur malorum corpora quæ tunc ardebunt. E
Si dæmones corporali igne cremantur. F
Si animæ sine corporibus sentiunt ignem materialem. G

De

De abortiuis fœtibus & monstris. H

DISTINCT. XLV.

De diuersis animarum receptaculis post mortem. A
De suffragiis defunctorum. B
De officiis sepulturæ. C
De duobus æque bonis quorum alter post mortem plura habet auxilia. D
Quibus suffragiis iuuabuntur mediocriter boni in fine reperti. E
Quomodo sancti & glorificati vel angeli audiunt preces supplicantium: & quomodo intercedunt pro nobis. F

DISTINCT. XLVI.

Si valde malis præstatur mitigatio pœnæ. A.B
De occulto iudicio Dei. B.C
De iustitia & misericordia Dei. C
Quare quædam opera dicuntur iustitiæ, quædam misericordiæ vel bonitatis Dei. C.D
Quomodo vniuersæ viæ Domini dicuntur misericordia & veritas. E

DISTINCT. XLVII.

De sententia iudicij. A
Quod sancti iudicabunt & quo modo. B
De ordinibus eorum qui erunt in iudicio. C
De ordine iudicij & ministerio angelorum. D
Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum. E

DISTINCT. XLVIII.

De forma iudicis. A
Quod apperebit in forma serui. B.
Quare secundum formam serui dicitur Christus suscitaturus corpora. B
De loco iudicij. D
De qualitate luminarium & temporis post iudicium. E

DISTINCT. XLIX.

De differentia mansionum in cœlo & in inferno. A.B
Si quid cognoscitur ab aliquo quod non intelligant omnes. C
De parilitate gaudij. D
Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. E

DISTINCT. L.

Si mali in inferno peccabunt. A
Quare dicuntur tenebræ exteriores. B
Si damnatorum animæ notitiam habeant eorum quæ hic fiunt. C
De Lazaro & diuite D
Si boni & mali inuicem se videant. E
De chaos inter bonos & malos. F
Vtrum visa impiorum pœna minuat vel augeat gloriam bonorum. G

FINIS.

PETRI LOMBARDI, EPISCOPI PARISIENSIS SENTENTIARVM LIBER IV.

DE SACRAMENTIS ET SIGNIS Sacramentalibus.

DISTINCT. I. A

De sacramentis in generali Luc. 10 f De sacramentis vbi quatuor consideranda sunt. Aug. in 10. li. de ciui. c. 5. ad princ. tom. 5. Au. de doct. Christ. lib. 2. ad princip. tom. 3. c. 1. Ibid. paulo inferius.

SAMARITANVS enim vulnerato appropians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit: quia contra originalis peccati & actualis vulnera sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus quatuor primo consideranda occurrunt. Quid sit Sacramentum, Quare institutum, In quibus consistat & conficiatur, Et quæ sit distantia inter Sacramenta veteris & nouæ legis.

Quid sit Sacramentum. B

Sacramentum est sacræ rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum diuinitatis: vt sacramentum sit sacrum signans, & sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Item sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Signum vero est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cogitationem venire. Signorum vero alia sunt naturalia, vt fumus significans ignem, alia data, Et eorum quę data sunt, quędam sunt sacramenta, quædam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non è conuerso. Sacramentum eius rei similitudinẽ gerit, cuius signum est. Si n. sacramenta

Ibid. c 2. in princip.

menta non haberent similitudinē rerum quarum sacramenta sunt, propriè sacramēta nō dicerētur. Sacramentum n. propriè dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginē gerat & causa existat. Nō ergo significandi tantum gratia sacramēta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ n. sanctificandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt & non sacramēta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruātiæ ceremoniales veteris legis, quæ nunquam poterant iustos facere offerētes: quia vt ait Apost. Sānguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationē carnis, non animæ. Nam inquinatio illa erat cōtactus mortui. Vnde Aug. Nihil aliud intelligo inquinationē quam lex mundat, nisi contactū mortui hominis: quem quis tetigerat, immundus erat septē diebus, sed purificabatur secundum legem de tertio & septimo, & ita mundus erat, vt iam intraret in tēplum. Mundabant etiam interdum à corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operib. legis aliquis iustificatus est: vt ait Apost. etiamsi in fide & charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura futuri essent: volens sibi ipsi potius offerri ea, quam idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen & sacramenta: licet minus propriè in Scripturis sæpè vocantur, quia signa erant rei sacræ, quam vtique non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.

Aug. ad fin. ep. 28. ad Bonifacium t. 2

Ad Ro. 3. & Act. 10.

De causa institutionis sacramentorum. C

Triplici autē de causa sacramēta instituta sunt: propter humiliationē, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationē quidē, vt dum homo inuisibilis reb. quę natura infra ipsum sunt, ex prę-cepto creatoris se reuerendo subiicit, ex hac humili-

militate & obedientia Deo magis placeat, & apud eum mereatur: cuius imperio salutē quærit in inferiorib. se, etsi non ab illis sed per illa à Deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt, vt per id, quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilē virtutē quę intus est, cognoscendam mens eruditur. Homo n. qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum adeo hebuit, vt nequaquā diuina queat capere, nisi humanis exercitat⁹. Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia cum homo ocioſus esse non possit, proponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam & noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hiero. monet: Semper aliquid operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.

Hic non tenetur.

Hieron. to. 1. in medio ep. ad rusticum monacham.

De triplici genere exercitationis. D

Sunt autem exercitationum tres species. Vna ad ædificationem animæ pertinet: Alia ad corporis fomentum: Alia ad vtriusque subuersionem. Cum igitur absq; sacramentis (quibus non alligauit potentiam suam Deus) homini gratiam donare posset, prædictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet, verba & res: Verba, vt inuocatio Trinitatis: Res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

In quibus consistit scil.

De differentia sacramentorum veterum & nouorum. E

Iam videre restat differentiam sacramentorum veterum & nouorum: vt sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabant, vt sacrificia & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiam breuiter Augustin. assignat dicens: quia illa promittebant tantum & significabant, hæc autem dant salutem.

Ad medium expositionis tituli Psal. 73. tom. 8.

De circumcisione. F

Fuit tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, scil. circumcisionis, idem conferens remedi-

medium contra peccatum, quod nunc baptismus præstat. Vnde Aug. Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem volebat magnis & paruulis originalis veterisq; peccati: sicut baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo institutus est. Item Bed. Idem salutiferę curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ gratiæ tẽpore cõsueuit, excepto, quod regni cœlestis ianuam nondum intrare poterant: tamen in sinu Abrahæ post mortem requie beata consolati, supernæ pacis ingressum spe felici expectabant. His apertè traditur, per circumcisionem ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis & actualis paruulis & maioribus à Deo præstitam, sicut nunc per baptismum datur.

Aug. lib 3. c. 11. de nuptijs & con.

Beda hom. 11. hiemali de sanctis, quæ est in die circumcisionis de Euangelio, Luc. 5. Cum consummatę sunt dies octo.

De viris qui fuerunt ante circumcisionem, & de fœminis quæ fuerunt ante & post. H

Quæritur autem de viris, qui fuerunt ante circumcisionem, & de fœminis, quæ fuerunt ante & post, quod remedium contra peccatũ habuerunt? Quidam dicunt sacrificia & oblationes eis valuisse ad remissionẽ peccati. Sed melius est dicere, illos qui de Abraham prodierunt, per circumcisionem iustificatos: mulieres vero per fidẽ & operationẽ bonam, vel suam si adultæ erant, vel parentum si paruulæ. Eos verò qui fuerunt ante circũcisionẽ, paruulos in fide parentum, parentes verè per virtutem sacrificiorum, scil. quam intelligebãt spiritaliter in illis sacrificiis, iustificatos. Vnde Greg. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel p paruulis sola fides, vel pro maiorib. virtus sacrificii, vel pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

Greg. lib. 4. moral. 15. expositionis c. 2. ad illud Iob. 3. Dies ille vertatur in tenebras.

De institutione & causa circumcisionis. H

Hic dicẽdum est, in quo instituta fuerit circumcisio, &

Gen.17.c sio, & quare, & cur mutata per baptismum. Abrahã primus mandatum circumcisionis habuit ad probationẽ obediẽtiæ: nec ei soli præcepta fuit circũcisio, sed semini eius, i. omnibus Hebræis: quæ fiebat secundum legem octauo die lapideo cultro in carne præputii. Data a fuit circumcisio plurib. de causis, scil. vt per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per prẽuaricationẽ Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se habiturum filium, in quo fieret benedictio omnium. Deinde vt hoc signo à cæteris nationib. discerneretur populus ille, in carne vero præputii ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod à parentib. trahimus per concupiscentiam carnis, quæ in parte illa magis dominatur: & quia in parte illa culpam inobedientiæ primus homo sensit, decuit vt ibi signum obedientiæ acciperet.

Ioan.5.d

Quare data fuit circumcisio.

Gen.2.d

Quare die octauo & petrino cultro. I

Gen.17.c & d 10.e & habetur 15. q.1. paragraphis ita.

Fiebat autem octaua die petrino cultro, quia & in resurrectione communi & octaua ætate futura per petram Christum omnis ab electis abscinderetur corruptio: & per Christi resurrectionem octaua die factam, circumciditur à peccatis anima cuiusque in eum credentis: duæ ergo res sunt illius sacramenti.

Quare in baptismum sit mutata circumcisio. K

Ideo autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramẽtum baptismi cõmunius est & perfectius: quia pleniori gratia accumulatum. Ibi n. peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad benè operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmẽtum ibi prẽstabatur, vt in baptismo, vbi nõ tantummodo abolẽtur peccata, sed etiã gratia adiutrix cõfertur, & virtutes augẽtur. Vnde aqua refectionis dicitur, quia aridos fœcundat, etiã fructificãtes ampliori vbertate donat. Quia quantum-

Psal.21.

tumcunque per fidem & charitatem ante habitam, aliquis iustus ad baptismum accedit, vberiorem ibi recipit gratiam, sed non ita in circumcisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil ei intus contulit. *Rom. 4. b.*

De paruulis defunctis ante diem octauum. I

Si verò quæritur de paruulis, qui ante diē octauum moriebantur, antequam fiebat circumcisio ex lege, vtrum saluarentur vel non? Idem potest responderi quod sentitur de paruulis ante baptismum defunctis: quos perire constat. Vnde Beda, qui nunc per Euangelium suum terribiliter & salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spir. S. non intrabit in regnum Dei: ipse dudum clamabat per suam legem. Masculis cuius præputii caro circumcisa non fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Fortè tamen sub lege ingruente necessitate mortis ante octauum diem circumcidebat sine peccato filios, sicut modo fit in Ecclesia de baptismo.

Hic non tenetur.

Bed. hom. 11. de sanctis hiemalib. in die circumcisionis Domini ad pr.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

DISTINCT. II. A

IAm ad sacramenta nouæ legis accedamus: quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, id est, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem conferunt vt baptismus: alia remedium tantum sunt, vt coniugium, alia gratia & virtute nos fulciunt, vt Eucharistia & Ordo.

De sacramentis in speciali.

Hic non tenetur.

Quare mox post hominis casum non fuerint instituta. B

Si vero quæritur. Quare non fuerint hæc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia & salus? Dicimus non ante aduentum Christi qui gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse danda: quæ ex ipsius morte & passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit,

fuit, antequàm homo de lege naturali, & scripta conuinceretur, quod neutra iuuari posset.

Quod sacramentum coniugii fuit ante peccatum. C

Genes. 3. d Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum: non vtique propter remedium, sed ad sacramentum, & ad officium: post peccatum verò fuit ad remedium contra carnalis concupiscētiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus.

De Baptismo. D

De baptismo Ioannis, Matth. 3. c Nunc vero de baptismi sacramento videamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptismum igitur Christi Ioannes sub baptismo prænuntiauit: qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu sicut ipse ait. Ego baptizo vos in aqua, in pœnitentiam. Sola enim corpora abluebat, à peccatis vero non mundabat. Baptismus Ioan. erat in pœnitentiam, non remissionē. Baptismus verò Christi, in remissionē. Quia Ioan. baptizans homines, ad pœnitentiam vocabat: & quos baptizabat, pœnitere docebat: secundum illud. Veniebant ad Ioan. in Iordanem confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioā. nō dabatur peccatorū remissio, quæ data est in Christi baptismo.

De differentia baptismi Ioannis & Christi. Act. 19. a Ioan. 1. d Matth. 3. b Marc. 1. a Luc. 3. b Matth. 12. c

Quid vtilitatis habebat baptismus Ioannis. E

Ad quid ergo vtilis erat baptismus Ioannis? Quia homines vsu baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quæritur, Quare dictus est baptismus Ioan. sicut veritas dicit, Baptismus Ioan. vnde est? Quia ibi Ioan. operatio tantum visibilis erat exterius lauantis nō inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen & illa Ioā. operatio à Deo erat, & baptismus ille à Deo erat, non ab homine tantum, sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Si verò quæritur, An sacramentum fuerit, satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptismus Ioā. rem sacram,

scil.

scil. sed & baptismum Christi: qui non tantum est pœnitentiæ, remissionis peccatorum.

De forma baptismi Ioannis, & de baptizatis ab eo. F Hic considerandum est, si baptizati à Ioanne iterum baptizati sunt baptismo Christi, & qua forma verborum vsus sit Ioannes; illi qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes spir. S. esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Vnde Hieron. super Ioelem, Qui dicit se in Christum credere, & non credit in spir. S. nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, id est, Domini Iesu, quia dixerunt, sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus, iterum baptizabantur, imò verum baptisma accipiebant. Illi vero qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & patrem & filium & Spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerunt: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum sanctum receperunt. Alii vero qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi vt prædictum est. Vnde Hieron. qui Spiritum sanctum nesciebant cum baptismum à Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi, vt prædictum est: ne quis ex Iudæis vel gentibus putaret aquam sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambros. in 1. lib. de Spiritu sancto. Quidam negauerunt se scire Spiritum sanctum, cum baptizatos se dicerent baptismo Ioannis, qui in aduenientis Iesu non in suo baptizauit nomine. Isti ergo quia nec in Christi nomine, neque cum fide Spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi sacramentum, baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

Act. 19. a Com. ad illud Ioel. 2. Effundam spiritum meum in tom. 6. Hic non tenetur magister.

Act. 8. c Hieron. ad Oceanum to 2. in epist. de vnius vxoris viro. Ambr. ad princ. cap. 3. lib. 1 de Spiritu sancto tom 2. Act. 19. a Ibid. paulò inferius.

QVID

QVID SIT BAPTISMVS.
DISTINCT. III.

De speciali Baptismo.

POst hæc videndum est, quid sit baptismus, & quæ sit forma, & quando institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, i. ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum præscripta. Si n. ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum: sed accedente verbo ad elementũ, fit sacramentum: non vtiq; ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Aug. Verbo baptismia consecratur, detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde est hæc tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus intus manens. In duob. ergo consistit sacramentum baptismi, scil. in verbo & elemento. Ergo etsi alia desint, quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum & sanctum, si verbum sit & ibi elementum. Nam & in hoc sacramento & in aliis quędam solent fieri ad decorem & honestatem sacramenti, quædam ad substantiam & causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum & elementum, cætera ad solennitatem eius pertinent.

Aug. illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis. Tract. 80 in tom. 8. Ibidem ferè continuo.

De forma Baptismi.

Sed quod est illud verbum, quo accedẽte ad elemẽtum, fit sacramẽtum? Veritas te docet, quæ huius sacramẽti formam tradẽs ait discipulis. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & Spirit. S. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptisma cõsecratur: & hæc forma verborũ sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio Episc. Zacharias Papa ait, Firmissimè præceptum est in synodo Anglorum, vt quicunq; sine

Mat vlt. c. d

Zach. Bonifac. Episc. Mogunt.

sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet: quod omnino verum est, quod si mersus in fonte baptismi quis fuerit sine inuocatione Trinitatis perfectꝰ Christianus non est, nisi in nomine patris & filii & Spir. S. fuerit baptizatus. Legitur tamen in Act. Apost. Apostolos baptizasse in nomine Christi, sed in hoc nomine, vt exponit Ambr. tota trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum Christum dicis, & pater à quo vnctus est, & ipse qui vnctꝰ est, & Spir. S. per quem vnctus est. Vnde Nicolaus Pap ad consulta Bulgarorum, A quodam Iudæo multos baptizatos asseritis, & quid inde agendum sit consulitis. Hi profecto si in nomine sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizentur: baptizati sunt, vnum enim idemque est, vt exponit Ambros.

Lib. de Spir. S. ante medium, ca. 3. Nic. 1.

Si in nomine Patris tantum vel Spiritus sancti possit tradi baptismus. C

Hic quæritur, An baptismus esset verus, si diceretur in nomine patris tantum, vel spir. S. tantum: vt cum dicitur in nomine Christi? Ambr. videtur dicere, quod si fide mysterium trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur, plenum esse sacramẽtum: & è cõuerso si tres nominentur & non rectè de aliquo illorum sentiatur, vacuũ fieri mysterium Trinitatis. Ait enim sic. Vbi nõ est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autẽ est, si patrem & filium & spir. S. fatearis. Si vnum neges, totum subrues: & sicut si vnum in sermone comprehẽdas, vel patrem, vel filium, vel spiritum, fide autem nec patrem, nec filium, nec spir. S. abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam licet patrem & filium, nec spir. S. dicat, & patris & filii & spir. S. minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Cum enim dicitur in nomine Christi, per

In li. de Spiritu S. ad pr. c. 3. in to. 1.

Ibid. paulò inferius. Ioan. 1. a Act. 1. c

vnitatem nominis impletum est, mysterium: ne à Christi baptismate spiritus separatur, quia Christus baptizauit in spiritu.

Quæstio Ambrosii. D

Ambr. lib. 1. de Spir. S. c. 3. ad princ. Nunc consideremus, Vtrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramētum, ita etiam Spir. S. tantum nuncupato nihil desit de mysterii plenitudinē? Rationem sequamur: qui vnum dixerit, Trinitatē signauit. Si Christum dicat & patrem, à quo vnctus est filius, & ipsum qui vnctus est, scil. filium: & Spir. S. quo vnctus est, designasti. Scriptum est enim hunc esse Iesum à Nazareth, quem vnxit Deus Spir. S. Et si patrem dicas, filium eius & spiritum oris eius pariter indicas, si tamen id et am corde comprehendas. Et si Spir. S. dicas Deum patrem à quo procedit, & filium eius cuius est spiritus nuncupasti. Vnde vt rationi copuletur authoritas, Dominus dicit. Vos autem baptizabimini in Spir. S. ex quo iudicat nos rectè posse baptizari in Spir. S.

Act. 1. a Ioan. 1. a & Matth. 3. c

Perstringit præmissorum intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti. E

Ex his apertè intellexisti, in nomine Christi verū baptisma tradi: vnde nihilomin⁹ insinuari videtur verū baptisma dari posse in nomine patris tātum, vel Spir. S. tantum, si tamē ille qui baptizat, fidē trinitatis teneat? quæ trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si a. aliquis peruerte credēs, & errorē inducere intendēs, vnum de trib. tantum nuncupet, non cōplet mysterium. Quod verò ait nominatis trib. vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem patris vel filii vel Spir. S. i. si malè sentiat de potentia alicuius horū, non credēs vnam potentiam trium: intelligēdum est hoc super eum qui nō intēdit nec credit baptizare: qui nō tantum caret fide, sed etiā intentionē baptizādi nō habet. Qui ergo baptizat in nomine Chri-

Quid oporteat determinari

Christi, baptizat in nomine trinitatis, quæ ibi intelligitur. Tutius est tamē tres personas ibi nominare, vt dicatur, in nomine patris, & filii & Spir. S. non in nominib. sed in nomine, i. in inuocatione, vel confessione patris & filii & Spir. S. Inuocatur enim ibi tota trinitas, vt inuisibiliter ibi operetur per se, sicut extra visibiliter per ministerium. Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentum, quia non seruatur forma baptismi.

De institutione baptismi. F

De institutione baptismi quando cœpit, variæ sunt æstimationes. Alii dicunt tunc esse institutū, cum Nicodemo Christus ait: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & Spir. S. &c. Alii dicunt institutionē baptismi factā, cum Apost. dixit. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & Spir. S. Sed hoc dixit eis post resurrectionem præcipiens eis de vocatione gentium, quos ante passionem binos miserat ad prædicandum in Iudęa, & ad baptizandum, dicens. In viam gentium ne abieritis. Iam ergo institutus erat baptismus: quia baptizabant simul & prædicabant.

Ioan 3.

Luca 10. a & b

Matth 10. a & b

De forma in qua baptizauerunt Apostoli ante passionem Christi. G

Si verò quæritur, in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli? Sane dici potest, in nomine trinitatis sc. in ea forma in qua baptizauerunt postea gētes: quæ ante passionē potest intelligi fuisse tradita, licet nō sit scriptū. Non ergo tunc illā formam Christus prius tradidit, cum ad euangelizandum gentib. misit: sed quā ante tradiderat mittens eos in Iudæā, post iterauit cum ad gētes misit. Cōmodius ergo dicitur institutio facta, quādo Christus à Ioan. baptizatus est in Iordane: quod dispēsauit, non quia mundari voluit cum sine peccato fuerit, sed quia cōtactu mundę carnis suæ vim regenerationē contulit aquis, vt qui postea emergeretur in-

Matth. 3. a

uocato nomine trinitatis, à peccatis purgaretur. Tunc ergo inuocato nomine trinitatis institutu est baptismus Christi: in quo trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat. H

Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua, non in alio liquore, vt ait Christus, Nisi quis renatꝰ, &c. Ideoq; vniformiter id fieri in aqua præcipitur, vt intelligatur, quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit: ita baptismus maculas animæ, sordesq; vitiorum emundando abstergit. Vel ideo vt nullũ inopia excusaret: quod posset fieri, si in vino vel oleo fieret: & vt cõmunis materia baptizandi inueniretur apud omnes: quod aqua significauit, quę de latere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacrãmẽti signũ fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

Ioan. 19. f

De immersione qnotiens fieri debeat. I

De immersione vero si quæritur, quomodo fieri debeat præcise respõdemus, vel semel vel ter, pro vario more ecclesiæ. Vnde Gregorius: De trina immersione baptismi nil verius responderi potest, quam quod vosipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit ecclesiæ sanctæ cõsuetudo diuersa. Quia n. in trib. subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenꝰ potest infantẽ in baptismo ter vel semel immergere: quia & in tribus mersionib. personarũ trinitas, & in vna põt diuinitatis singularitas designari. Nos vero qui tertio immergimus, etiã triduanæ sepulturę sacramẽtum signamꝰ. Secundum hoc licet non modo ter, sed etiã semel tantum immergere. Ibi tamẽ duntaxat immergere nõ semel licet vbi cõsuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis vero id facere incipiat, vbi cõsuetudo talis nõ est, vel semel tantum mergendũ asserat, reprehensibilẽ se cõstituit. Vnde Haymo, In suo sensu abũdabat Cyprian. cum semel mergebat in baptismo paruulos:

Leandro Episc. ep. 41. l. ad medium.

Ibid. paulò superius.

Ibid paulò superius.

Super epist. ad Roman. super illud c. 14. Vnusquisque in sensu suo.

quia

quia quod intelligebat, studiosè implebat bonis operib. abundãdo, licet in hoc nescius deresinqueret: sed quia bonis operib. abundabat, postea corrept⁹ à Deo abundauit altiori sensu, ter illos mergẽdo. Ecce habemus, quia deliquit, qui semel mersit. Sed hoc ideo quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesiæ, vel quia vnã tantum faciendã mersionem asserebat De trina mersione. Aug. ait, postquã nos credere promisimus, tertio capita nostra in sacro fonte dimersimus: qui ordo baptizãdi duplici mysterii significatione celebratur. Rectè n. tertio immersi estis, qui accepistis baptismũ in nomine Tri. Rectè tertio immersi: quia accepistis baptismũ in nomine Christi, qui die tertio resurrexit à mortuis. Illa n. tertio repetita immersio, typũ dominicæ exprimit sepulturæ. Cõstat ergo baptizandos tertio debere immergi: & tamẽ si semel tantũ immergãtur, verũ baptisma accipiũt. Et qui semel immergit tantũ, nõ peccat, nisi cõsuetudo ecclesiæ obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat. *De condict. 4. postquam.*

Quando circumcisio amisit vim suam. K

Solet etiam quæri, Si circumcisio amisit statim vim suam ab institutione baptismi? Ad quod dicim⁹ in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circumcisio perdidit vim suam, ita quod postea non profecerit, sed potius obfuerit obseruatoribus suis. Sed vsque ad oblationem veræ hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset. *Ioan. 19. f vbi dicit consummatum est Matth. 26. b Luca 22. a Marc. 14. b Ioan. 13. b*

De causa institutionis. L

Causa vero institutionis baptismi, est innouatio mẽtis: vt homo qui per peccatum vetus fuerat per gratiam baptismi renouetur, quod fit depositione vitiorum & collatione virtutum. Sic n. fit quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutib. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: Appo-

sitio virtutum affert decorem, & hæc est res huius sacramenti, scil. interior munditia.

Quæritur an baptismus aperuit cœlum, quod non aperuit circumcisio. M

Si quæritur. Vtrum baptismus aperuit cœlum, quod nō aperuit circūcisio? Dicimus quia nec baptismus nec circūcisio regni nobis aditū aperuit, sed hostia saluatoris: quæ si tēpore circumcisionis oblata fuisset illius tēporis homines regnum intrassent. Res ergo huius sacramēti iustificatio est,

QVOD ALII SVSCIPIVNT SACRAMENtum & rem, alii sacramentum, & non rem, alii rem & non sacramentum.

DISTINCT. IV. A

HIc dicendum est, aliquos suscipere sacramentum & rem sacramenti, aliquos sacramētum & non rem, aliquos rem & non sacramentum. Sacramētum & rem simul suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali mundātur peccato: quamuis quidam diffiteantur illis qui perituri sunt paruulis in baptismo dimitti peccata, innitētes illi verbo Aug. Sacramēta in solis electis efficiunt, quod figurant: nō intelligentes illud ita esse accipiēdum, quia cum in aliis efficiant sacramēta remissionē, non hoc eis faciunt ad salutē, sed solis electis. Nam quod omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatū per baptismum, Aug. euidenter dicit. A paruulo, inquit recenter nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur à baptismo, ita nullius est, qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tantum originali, maiores vero etiam omnibus quæ male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt, nisi enormitas vitæ impediat. Adulti quoq;, qui cum fide baptizantur, sacramentum & rem suscipiunt.

De quorundam errore. In lib. de baptism. contra Donatist. primo in fine ca. 8. t. 7. In Ench. ca in princ. 43. in to. 3.

De fictè accedentibus. B

Qui vero sine fide vel fictè accedunt, sacramentum,

tum, nõ rem, ſuſcipiunt. Vnde Hiero. Sunt lauacra gentilium, hęreticorum: ſed non lauant ad ſalutẽ. In eccleſia, etiam, qui non plena fide accipiunt baptiſma, non ſpiritum, ſed aquam ſuſcipiunt. Aug. etiam ait, Iudæis omnibus cõmunia erant ſacramenta, ſed non communis omnib. erat gratia, quę eſt virtus ſacramentorum: ita & nunc communis eſt baptiſmus omnibus baptizatis, ſed non virtus baptiſmi, i. ipſa gratia. Itẽ, Omnis qui iam ſuæ voluntatis arbiter cõſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramẽtum fidelium niſi pœniteat eum veteris vitæ, nouã non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, ſoli paruuli immunes ſunt. His aliiſq; teſtimoniis apertè oſtẽditur, adultis ſine fide & pœnitẽtia vera in baptiſmo non cõferri gratiã remiſsionis: quia nec paruulis ſine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptiſmo remiſsio. Si quis ergo fictè accedit, non habẽs veram cordis contritionem ſacramentum fine re accipit. Videtur tamen Aug. dicere quod etiam fictè accedenti, qui etiam habet odium fraternum, in ipſo momento quo baptizatur, omnia condonẽtur peccata, & poſt baptiſmũ mox redeant. Sed non hoc aſſerendo dicit, imò hanc opinionem & præmiſſam ſententiam conferendo, ait enim ſic. His qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur: quia Spir. S. diſciplinæ effugiet fictum: aut in ipſo temporis puncto per vim ſacramenti dimiſſa, iterum per fictionẽ replicantur: vt etiam illud verum ſit. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, &c. & illud. Spir. S. diſciplinæ effugiet fictum: vt induat eum Chriſto ſanctitas baptiſmi, & exuat eum Chriſto, pernicies fictionis. Nam redire dimiſſa peccata vbi fraterna charitas non eſt, apertè Dominus docet et am in illo ſeruo, à quo Dominus dimiſſum debitum petiit, quia ille conſeruo dimittere noluit. Sic

Hier. in cõmentariis alid cap. 16.
In aqua non es lota in ſalutem, t. 5.
Aug. ad priuerſ. Pſ. 77. tom. 8.
Auguſt. ad princ. cap. 2. lib de pœnitentiæ medicina
To. 9. & ho. 50. de vtilitate pœnitent. to. 10.
Aug. ad medium, ca. 11. lib. 1. contra Donatiſtas
Tom. 7. Galat. 3. d
Sap. 1. c
Matth. 18. d
Ibid. paulò inferius.

non impeditur baptismi gratia, quo minus omnia peccata dimittantur, etiamsi fraternum odium in eius cui dimittuntur, animo perseuerat. Soluitur n. hesternus dies, & quicquid supereſt: & soluitur etiam ipsa hora momentumq; ante baptismum, & in baptismo. Deinceps a. cōtinuò reus incipit esse non solum consequētium, sed etiā præteritorum dierum, horarū, momentorum, redeuntib. omnibus quæ dimissa sunt. Hoc a. vt prædiximus, non sub assertione dixit: quod ostenditur ex eo, quod ait in eod. libr. sic. Si ad baptismum fictus accesit, dimissa sunt ei peccata, aut nō sunt dimissa, eligant quod voluerint. Ecce apertè cernis, si tamen attēdis, id dixisse Aug. nō asserendo, sed quærēdo, & aliorum opinionē referendo. Idē n. ait. Tunc valere incipit ad salutē baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit: quæ corde in malitia perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat heri. Non ergo fictè accedenti peccata dimittuntur.

Aug. eodem lib. 1. cap 12. in princ

Ante mediū eiusd. ca 12

Ibid. paulò superius.

Quomodo intelligatur illud, quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis. C

Quæritur ergo quomodo illud accipiatur, Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis? Potest dici, quod qui in Christo, i. in Christi conformitate baptizantur, vt moriantur vetustati peccati: sicut Christus vetustati pœnæ: induunt Christum, quē per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter solui. Duobus n. modis Christum induere dicimur: vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde Aug. Induūt homines Christum aliquando vsq; ad vitę sanctificationem, aliquando vsq; ad sacramenti perceptionem: atq; illud primum bonis & malis potest esse commune, hoc autem est proprium bonorum & piorum. Omnes ergo, qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt vel secundum sacramenti perceptionem, vel secundum vitæ sanctificationem.

Galat. 3. d

Rom 6. a Ephes. 4. c

In lib. de baptismo contra Donatistas 3. ad pr. cap. 24. in tom. 7.

De

De illis qui suscipiunt rem: & non sacramentum. D

Sunt & alij, vt supra posuimus, qui suscipiunt rē & non sacramentum: Qui n. effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi nō sacramentum rem tamē accipiunt. Vnde Aug. Quicunq; non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriuntur, tantū eis valet ad dimittenda peccata, quātum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis quod passio pro Christi nomine suscepta, supplet vicē baptismi. Nec tantum passio vicem baptismi implet, sed etiā fides & cōtritio, vbi necessitas excludit sacramentum: sicut aperte docet Aug dicēs baptismi vicem aliquādo implere passionem. De latrone illo, cui nō baptizato dictū est. Hodie mecum eris in paradiso, B. Cyprianus non leue documentum assumit. Quod etiā atq; etiam ego considerans, inuenio, non tantum passionē p nomine Christi id, q̄ baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidē conuersionemq; cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs tēporum succurri non pōt. Neq; n. ille latro pro nomine Christi crucifix⁹ est, sed pro meritis facinorum suorum: nec qui a credidit, passus est: sed dum patitur credit. Quātum ergo fides valeat, etiam sine visibilis baptismi sacramēto: quod Apostolus ait, Corde creditur ad iustitiam, ore a. confessio fit ad salutē: in illo latrone declaratum est, sed tunc impletur inuisibiliter, cū mysteriū baptismi nō contēptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et baptismus quidē pōt esse vbi cōuersio cordis defuerit. conuersio a. cordis pōt quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non pōt, nec vllo modo dicenda est cōuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum cōtemnitur. Ecce hic habes, non solum passionē, sed etiam fidē & contritionē conferre remissionem, vbi nō contēnitur sacramentū: vt in latrone illo ostenditur.

In 12. lib. de ciuit. Dei in princip. cap. 7. tom. 5.

Au in princip. cap. 22. lib 4 de baptismo contra Don. t. 7.

Luc. 23. f

Rom. 10. b

Aug. ibid. lib 4. ca. 25. ad princip.

In lib. 2. ret ca. 18. in medio, tom. 1. In oratione funebri de obitu Valentin ani impe. paululum ante mediũ in tom. 3. Hier. 4. f.

qui nõ per passionẽ, sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc retractasse Aug. Retractauit quidẽ exemplum, sed nõ sententiam. Ait enim in 4. lib. Cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem, non satis idoneum posui illius latronis exempium: quia vtrum non fuerit baptizatus, incertũ est. Cõstat ergo, sine baptismo aliquos iustificari & saluari, vnde Amb. de Valentiniano, Ventrẽ meum doleo, vt prophetico vtar eloquio: quia quẽ regeneraturus eram, amisi: verumtamen gratiam quam ille popposcit, nõ amisit.

Quæ videntur obuiare prædictis. E

Ioan. 1. a

His autẽ videtur obuiare, quod Dominus dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non põt intrare in regnum cœlorum, quod si generaliter verũ est, non vidẽtur esse vera superius posita. Sed illud intelligendum est de illis qui possunt, & contemnunt baptizari. Vel ita intelligendum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. i. ex ea regeneratione, quæ fit per aquam, & Spiritum S. non saluabitur. Illa a. regeneratio fit non tantum per baptismum, sed etiã per pœnitentiam & sanguinem. Vnde auctoritas dicit, ideo Apostolũ pluraliter dixisse fundamentum baptismatũ, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in pœnitẽtia. Hoc a. non ideo dicit, quod sacramẽtum baptismi fiat non nisi in aqua: sed quia ipsius virtus, i. sanctificatio, datur non modo per aquam, sed per sanguinem vel pœnitẽtiam interius. Ratio etiam id suadet. Si n. non valentibus credere paruulis sufficit baptismus, multo magis sufficit fides adultis volentib. sed nõ valentib. baptizari. Vnde Au. Quæris qd sit maius, fides an aqua? nõ dubito quin respõdeam, fides. Si ergo quod minꝰ est sanctificare põt, nonne quod maius est, i. fides? de qua Christus ait, Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Sed dicunt aliqui, nullum adultũ in Christum cred-

Glos. ord. ad illud. 6. Hebr. ab operibus mortuis.

De vnico baptismo. Ioan. 11. c.

credere vel charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinē fundat pro Dño: subdita introducentes testimonia Aug. ait. Ex illo tempore quo Saluator dixit, Nisi quis renatus fuerit, &c. absq; sacramēto baptismi, præter eos qui in Ecclesia sanguinē fundunt, aliquis vitā æternam accipere non pōt. Item, Nullum catechuminū quamuis in bonis operibus defunctū, vitā æternam habere credimus, excepto martyrio, vbi tota sacramēta baptismi cōplentur. Itē: Baptizatis iter tantū salutis esse credimus. Sed q̄ in his minus dixit, in alijs capitulis suprapositis suppleuit. Et ideo hæc sic intelligenda sunt, vt illi soli habentes tēpus baptizandi excipiantur. Si n. aliquis habēs fidē & charitatē voluerit baptizari, &nō valet necessitate præuētus, supplet omnipotentis benignitas, quod sacramēto defuerat. Dum n. soluere potest, nisi soluat, tenetur: sed cum iam non potest & tamen vult, nō imputat ei Deus, qui suā potentiā sacramentis non alligauit. Quod vero inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdā insit, aperte Aug. tradit super Leuit. dicēs inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & prohibuisse sine visibilibus sacramentis. Visibilem vero sanctificationē, quæ fit sacramento visibili siue inuisibili, posse adesse, nō posse, pdesse: nec tamē visibile sacramentū ideo contemnendū est, quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari nō pōt. Hinc Cornelius & qui cum eo erant, iā spiritu sanctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicāda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis præcessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse pōt & prodesse: visibilis a. quæ fit sacramento tenus, sine inuisibili prodesse nō potest, cum ista sit omnis illius vtilitas. Simoni Mago visibilis baptismus nō profuit, quia inuisibilis nō affuit: sed quibus inuisibilis affuit, profuit: nec tantum valet fides aliena paruulo, quantum propria adulto. Paruulis n. non

In lib. de fide ad Petrum post mediū. Cap. 3.
Ioan. 3. a Aug. in Ecclesiasticis dogmatibus in princip. Cap. 74. Tom. 3.
Ibid. paulo superius.
Super Leuit. in fine c. 8. in tom. 8.
Eug. eodem cap. paulo superius.
Actuum. 8. 6

sufficit fides ecclesiæ sine sacramẽto: quia si absq; baptismo fuerint defuncti, etiã cum deferũtur ad baptismũ dãnabuntur, sicut multis sanctorũ auctoritatibus comprobatur. Ad q̃ hoc vnum sufficiat. Aug. ait. Firmissime tene, paruulos qui vel in vteris matrum viuere incipiunt & ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc seculo transeunt, ęterno supplicio puniendos: qa etsi ꝓpriæ actionis peccata nõ habuerunt, originale tamẽ peccatum traxerunt carnali concupiscẽtiæ cõceptione. Et sicut paruuli, qui sine baptismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero: ita qui baptizantur, fideles dicuntur: qui à fideliũ cõsortio nõ separantur, cũ orat ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt nõ ꝓpter virtutẽ, sed fidei sacramentũ. Vnde Aug. Paruulũ etsi nondum fides illa, quæ etiã in credentium voluntate consistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, i. baptismus, fidelem facit: sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, nõ rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentũ.

Aug. in cap. 27. l de fide ad Petrum.

Epist. ad Bonifacium Epis. in fine tom. 2.

Quid prosit baptismus his qui cum fide accedunt. F

Solet etiã quæri de illis, qui iã sanctificati spiritu, cum fide & charitate ad baptismũ accedunt, quid eis cõferat baptismus? Nihil n. eis videtur præstare, cum per fidẽ & contritionẽ iam remissis peccatis iustificati sunt. Ad quod sane dici põt, eos quidem per fidẽ & contritionem iustificatos, i. à macula peccati purgatos, & à debito ętern ę pœnę absolutos, tamen adhuc teneri satisfactione temporali, qua pœnitẽtes ligantur in ecclesia. Cum a. baptismum percipiunt, & à peccatis si quæ interim post conuersionem contraxerunt, mundantur, & ab exteriori satisfactione absoluuntur: & adiutrix gratia omnisq; virtus in eo augetur, vt vere nou⁹ homo tunc dici possit, Fomes quoq; peccati in eo amplius debilitatur. Ideo Hier. dicit, q̃ fides quæ

Matth. 25. e

fide-

fideles facit in aquis baptismi datur vel nutritur: quia nō habenti aliquando ibi dātur, & iā habenti vt plenius habeat dātur: sic & de alijs intelligendum est. Qui ergo mūdus accedit, ibi fit mundior, & omni habenti ibi amplius dātur. Quod vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Amb. ostēdit super illum locum. sine pœnitentiā sunt dona Dei & vocatio dicens. Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel plāctum vel aliquod opus: sed & omnia gratis condonat. Quod quidē de exteriori gemitu vel planctu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones & afflictiones, sc. sordes pœnitentium, ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus à columba portatur in arcam: qui ante intus erat iudicio Dei, sed nunc etiā iudicio Ecclesiæ intus est. Cum vero in baptismo peccātum deleatur, & satisfactio exterior nō imputetur: quēritur cur pænalitas cui pro peccato addicti sumus, nō tollātur: Hoc ideo trādūt fieri sancti, qa si à pœna homines per baptismū liberarētur, ipsā putarent baptismi premium pretium, non æternum regnū. Ideo soluto reatu peccati, temporalis pœna tamen manet: vt illa vita studiosius quæratur, quæ erit à pœnis omnib. aliena. Ideo etiā manet, vt sit fideli & certādi materia, & vincēdi occāsio: qui nō vinceret si nō pugnaret, nec pugnaret si in baptismo fieret immortalis.

Ad Ro. 11. d

Ambr. ad ludcap. 11. ad Rom. in commentar. tom 5.

Gen. 8. b

Ca. 24. Isid. li. 1. de summo bono.

Cuius rei baptismus, qui datur iā iusto, sit sacramentum. G

Si quæritur, Cuius rei baptism⁹ ille sit sacramētum, qui datur iā iusto? Dicimus sacramētum esse & rei q̄ præcessit, i. remissionis ante per fidē datæ, & remissionis temporalis pœnis siue peccati si habetur, si quod interim cōmittitur, & nouitatis ac omnis gratiæ ibi p̄stitæ. Omnis etenim rei signum est, cui⁹ causa est. Nec mireris rē aliquando præcedere

dere sacramentū, cum aliquando etiā longe post sequatur: vt in illis qui ficte accedunt: quib. cū postea pœnituerint, incipiet baptismꝰ ꝓesse: in quibus fuit baptismus sacramentū huiꝰ sanctificationis, q̄ pœnitendo habent. Sed si nunquam pœniterent, nec à figmento recederent, cuius rei sacramētum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si nō eorū enormitas impediret.

Si paruulis datur in baptismo gratia, qua possunt in maiori ætate proficere. H

2. Ad Cor. 6. a

Solet etiam quæri, *Si* paruulis in baptismo datur gratia, quam cum tempore habuerint vtendi libero arbitrio, possunt bene velle, & currere. De adultis n. qui digne recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem & cooperantem perceperint: quæ in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium post mortaliter dei querint: qui merito peccati gratiam appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliam *Spiritui Sancto* facere, & ipsum à se fugare. De paruulis vero, qui nondum ratione vtuntur, quæstio est. An in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem venientes ætatem possint velle & operari bonum? Videtur quod non receperint: quia gratia illa charitas est, & fides quæ voluntatem præparat & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem & charitatem? *Si* vero gratiam non receperint, qua bene operari possunt, cum fuerint adulti: non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illum possunt modo boni esse, nisi alia addatur: quæ si non additur, non est ex eorum cura, quia iustificati sunt à peccato, Quidam putāt gratiam operantem & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere, non in vsu: vt cum ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum, nisi per liberum arbitrium vsum muneris extinguant peccando: & ita ex culpa eorum est, non ex defectu

gratiæ,

gratiæ, quod mali fiunt: qui ex Dei munere valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt.

QVOD BAPTISMVS ÆQVE SANCTVS EST à bono & à malo datus bono vel malo.

DISTINCT. V. A

POst hæc sciendum est, sacramentum baptismi à bonis & à malis ministris dari, sicut à bonis & à malis sumitur, nec melior est baptismus; qui per meliorem datur, nec minus bonus, qui per minus bonum datur, nec malus, qui per malum datur, nec maius munus datur in baptismo dato à bono, nec minus in baptismo dato à malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei: quod totũ subditis declaratur testimonijs. Aug. ait, Baptismus talis est, qualis ille in cuius potestate datur, nõ qualis est ille per cuius ministerium datur. Item, prorsus fieri põt, vt aliqui verũ habeant baptismum, & non habeant veram fidem. Item, *Si* inter bonos ministros cũ sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorẽ datur: nullo modo malus est, qui etiam per malum datur, quia idem baptism⁹ datur: & ideo per ministros dispares Dei munus est æquale, quia non illorum, sed eius est. Idẽ, Cum baptizat malus, illud quod datũ est, vnũ est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, ppter hoc, Hic est, qui baptizat. Item, Ego dico, & nos dicimus oẽs, quia iustos oportet esse per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros. *Sint* ministri iusti si volũt. *Si* autẽ noluerint esse iusti, qui sedent in cathedra Moysi, securum me facit magister meus, sc. Christus: de quo *Spiritus S.* dicit, Hic est, qui baptizat. Item, Quod baptizauit Iudas, Christus baptizauit. *Si* quos ergo baptizauit ebriosus, homicida: adulter: si Christi erat baptism⁹, Christus baptizauit: Nõ timeo adulterũ, nec ebriosum, nec homicidam

De baptismo per comparationem addentes.

Aug. ad c. 1. Ioan. Sed ego nesciebam cum tract. 5. tom. 9.

Au. in princip. cap. 11. de bapti. cõtra Petilianum. tom. 7.

Aug. super Ioan tract. 6 ante med. tom. 9.

Ioan. 1. 4

cidam, quia columbā attendo per q̄ mihi dicitur; Hic est qui baptizat. Itē Homicida dedit baptismū Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur. Itē Si in hæresi quacumq; vel scismate quisquam in nomine patris & filij & Spiritus S. baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit: sed salutem, quæ virtus est sacramenti, non habebit, si extra Ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad ecclesiā redire: non vt sacramētum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere: sed in societate catholicā vitam accipiat, Baptismus n. extra Ecclesiā nequit prodesse. Ibi n. cuiq; prodesse pōt baptismus, vbi pōt prodesse eleemosyna, sc. in Ecclesia. Item Isidorus Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam credit baptismi, licet paganus sit qui baptizat. In his perspicue cernis baptismum verum bonis & malis dari, & à bonis & à malis: & ipsum tamen æque sanctum esse, & munus eius æquale in bonis, siue à bonis siue à malis baptizentur.

Ibid. tr. 6. inferius M. 23 Aug. li de fide, cap. 3. post medium.

infer. Isi c. 24. l. 3. de offic. Eccles.

De potestate baptismi & ministerio. B

Quia ministerium tantum habent, non potestatē baptismi. Potestatem n. sibi reservauit. Quod nouit Ioannes cum vidit columbam descendentem super Christum. Vnde Aug. Quid nouerat Ioannes Baptista? dominum. Quid non nouerat? potestatem dominici baptismi in nullum hominē à Domino transituram, sed ministerium plane transiturum: potestatē à Domino in neminē, sed ministeriū in bonos & malos. Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat potestatē Domini: Quid facit ibi minister malꝰ, vbi bonus est Dñs? Neq; qui plantat neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contamina-

Ioan 1. c

Aug. ad illud Ioā. 1. Et ego sciebam, tr. 5 ante mediū.

1. Cor. 3. b

natur

hatur donum Christi, q̃ per illum fluit purum est. Per lapideum canalē trāsit aqua ad areolas: in canali lapideo nil generatur, sed hort⁹ fructus plurimos affert. Habēt ergo non modo boni, sed etiam mali ministerium baptizādi, sed neuter potestatē baptismi, Ministerium n. dedit Christus seruis, sed potestatē sibi retinuit, q̃ si vellet poterat seruis dare, vt seru⁹ daret baptismum suum tanq̃ vice sua. Et potestatem suam cōstituere poterat in aliquo vel in aliquib. seruis, vt tanta vis esset in baptismo serui quāta est in baptismo Dñi, sed noluit, ne seruus in seruo spē poneret. Baptizat seruus vt minister, baptizat Dominus tanq̃ potestatem habens: quam si daret seruis, vt sc. ipsorum esset quod Domini erat, tot essent baptismi quot serui: vt sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri, vel Pauli. Quod ne fieret retinuit sibi Dominus potestatem baptismi, seruis a. ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, recte dicit, sed tanq̃ minister baptizat, & ideo non differt siue bonus siue mal⁹ baptizet. Inde etiam nemo dicit, baptismus meus, cum tamē dicat Euangelium meum, prudentia mea, licet sint hæc à Deo in quibus differentia est. Alius n. alio melius operatur in euangelizando: & alius alio prudentior est. Alius a. alio magis minusve baptizatus siue ab inferiori siue à maiori baptizetur dici non potest.

Ibid. paulo inferius.

Aug. eodem tract. 5. super Ioan. superius.

Quæ fuit potestas baptismi quā potuit Christus dare seruis. C

Hic quæritur, quæ sit illa potestas baptismi quā Christus sibi retinuit, & potuit dare seruis? Hæc est vt plurimi volunt, potestas dimittendi peccata in baptismo, sed potestas dimittendi peccata quæ in Deo est, Deus est. Ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruorum: quia nulli potuit dare vt esset, quod ipse est, vel vt haberet essentiam quā ipse habet, cui hoc est esse, & posse. Dicunt n. Si hanc potentiam alicui dare potuit,

tuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentiæ quã illud. Ad quod dici põt, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandẽ qua ipse potens est, sed potentiã creatam, qua seruꝰ posset dimittere peccata: non tamen vt author remissionis, sed vt minister, nec tamẽ sine Deo authore: vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare ita in ministerio haberet interius mundare: & sicut illud facit Deo authore, qui cũ eo & in eo operatur illud exterius, ita interius mũdaret Deo authore qui eius verbo velut quodã ministerio vteretur. Itẽ posset Deus per aliquẽ creare aliqua, nõ per eum tanquã authorẽ, sed ministrum cũ quo & in quo operaretur sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos: nec ipse tantũ nec nos tantum, sed ipse nobiscũ & in nobis: & tamen in illis agendis ministri eius sumus, nõ authores. Ita ergo potuit dare seruo potestatẽ dimittendi peccata in baptismo, i. vt in mundatione interiori seruus cum domino operaretur: non seruus, sine Dño, nec Dñs sine seruo, sed Dominus cum seruo & in seruo; sicut in exteriori ministerio Dñs operatur, cum seruo & in seruo. Vnde & Dominus dicitur sanctificare, & seruꝰ: sed Dominus inuisibili gratia, seruus visibili sacramẽto. Vnde Aug. super Leuit. Dñs ait. Ego Dominus, qui sanctifico. Et de Moyse etiam dictum est, Et sanctificabis eum. Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis, per ministerium: Dominus autem inuisibili gratia, per spiritum, vbi est totus fructus visibilium sacramẽtorum sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nil prosunt. Si quis hoc melius aperire poterit, non inuideo.

Hic magister non tenetur.

Cap. 84. in principio. tom. 4. Leuit. 21. d Exod. 19. e

QVIBVS LICEAT BAPTIZARE.

DISTINCT. VI. A

NVnc quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isidor. ait. Cõstat baptismũ solis sacerdotibus esse

esse tacitum: eiusq; ministeriū, nec ipsis diaconibus implere est licitum absq; episcopo vel presbytero, nisi his procul absentibus, vltima languoris cogat necessitas: quod etiam laicis fidelibus permittitur. Ex concil. Carth. 5. Item, Mulier, quanuis sancta, baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente. De illis vero, qui ab hæreticis baptizātur, vtrum baptizandi sint, quæri solet. Ad quod breuiter dicimus, quia quicunque sit qui baptizet, si seruatur forma à Christo tradita, verū baptismū dat: & ideo qui illum sumit nō debet rebaptizari. Vnde Beda. Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisq; in confessione sanctę Trinitatis baptizet, non valet ille, qui baptizatus est à nobis catholicis rebaptizari, ne confessio & Trinitatis inuocatio videatur annullari. Itē Aug. Quamuis vnum sit baptisma & hæreticorum, sc eorum, qui in nomine Patris, & Filij, & Sp. S. baptizant, & Ecclesiæ catholicæ: qui tamē foris Ecclesiā baptizantur, nō sumunt ad salutē baptismum, sed ad perniciē: habentes formā sacramenti, virtutem a. eius abnegātes: & ideo Ecclesia nō eos rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt: & ipsa est forma sacramenti. Item, Rebaptizare hæreticum, qui hæc sanctificationis signa perceperit: Omnino peccatum est: catholicum vero, immanissimū scelus est. Ex his aperte colligitur quod qui etiam ab hęreticis baptizati sunt seruato charactere Christi, rebaptizandi nō sunt: sed tantū impositione manus reconciliandi, vt Spir. S. accipiant, & insignum detestationis hæreticorum. Sunt tamen nonnulli doctorum, vt Cyprianus & alij quidam, qui dicere videntur ab hæreticis non posse tradi baptismum: & eos esse rebaptizandos cum veniunt ad Ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis verum est, qui extra formam Ecclesiæ baptizare præsumūt. Cyprianus tamē ibi à

sid. in fine, c. 24. l. 1. de eccl. offic. Ca. 100. concil. 4. Carth.

Beda hom. 1. infest inuentionis S. Crucis de Euangelio. Ioan. c. 3. Aug q. 59. l. 60. tantum que mundi.

Aug. ad Maximinum donatistam, ad princip. Ad quæst. Orosi, & habe de cōs. dist ca.

veritate deuiasse videtur: q ait de hæretico. Quomodo sanctificare aquam põt cum ipse immũdus est, & apud quem Spiritus S. non est? cum Dominus dicat in lege. Quæcumq; tetigerit immundus, immunda erunt: quid potest dare, quod ipse non habet? Hoc vero ex ignorantia eum dixisse Aug. innuit dicens, Martyrem Cyprianum glorioſum, qui apud hęreticos vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt & charitatis qua excellébat luce, obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem & hæreticorum iniquitatem agnoscimus, ideo Cypriano meliores sumus, sicut nec Petro: qa gentes iudaizare non cogimus.

Num. 19. d

Contra Petelian. de vnico baptismo, ad finem. c. 13. tom. 7.

Hieronymus super epistolam ad Romanos. B

Hoc etiam sciẽdum est, q̃ licet ter immergatur propter mysterium trinitatis, tamẽ vnum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum nõ est, q̃ in materno vtero nullus baptizari põt, etiãsi mater baptizetur. Vnde Isidor. Qui in maternis vteris sunt, ideo baptizari nõ possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum non põt renasci: neq̃ regeneratio in eum dici potest, quem generatio nõ præcessit. Item, Aug. Non põt quisquam renasci anteq̃ natus sit. Si vero opponitur de Hieremia, & de Ioan. Bapt. qui ab vtero sanctificati leguntur: quod etiã de Iacob quidam putant. Dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, in miraculis diuinæ potentię esse habendum, vt Aug. ait, ambigue super hoc loquens: Si vsq; adeo, inqt, in illo puero acceleratus est vsus rationis & volũtatis, vt intra materna viscera iã posset agnoscere & credere, q̃ in aliis paruulis expectatur ætas vt possint, in miraculis habendum esse diuinæ potentię, nõ ad humanæ tra-

Hier. ad illud, c. 4. epi. ad Eph. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, in comment. tom. 9.

De consec. dist. 4. q. in ma erno.

Aug. ep. 57. ad Dardanũ in med.

hen-

hendum exemplum naturæ. Nam quando voluit Deus, etiã iumentum locutum est. Idem de Hieremia legitur. Priusquam exires de ventre sanctificaui te. Illa tamen sanctificatio qua efficimur tẽplum Dei, nõ nisi renatorum est. Nisi n. quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. nõ potest intrare in regnum Dei. Nemo a. renascitur, nisi prius nascatur. Vnde illa sanctificatio põt secundum prædestinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui, qui etiam in eodem dicit. Non dictũ est, quia credidit infans in vtero, sed exaltauit: nec Elyzabeth dicit, Exultauit in fide, sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse hæc sanctificatio, tantæ rei à maiori cognoscẽdę indicium, nõ à paruulo cognitæ, Absq; assertione de hac sanctificatione loquitur, nõ dehniens qualiter intelligẽda sit illa sanctificatio: an sit signũ futuræ rei, an veritas iustificationis per spiritũ factæ. Sed melius est, vt dicamus illos præter communem legem in vteris iustificatos, & gratia prẽuentos dimissis omnib. peccatis: ꝙ etiam multis sanctorum testimoniis edocetur.

Ibid. paulo inferius.
Hierem. 1. b & Luc. 1. b
Malach. 1. a
Ibid. inferius.
Ibid. superius ad medium.
Ibid. superius.
Num. 22.
Hierem. 1. b
1. Cor. 3. d
Ioan. 3. a
Luc. 1. c.

Si baptismus sit verbis corrupte prolatis. C

Quæri etiam solet. Si corrupte proferantur verba illa, an baptismus sit? De hoc Zacharias Bonifacio scribit, Retulerunt mihi nuncij tui, quod fuerit Sacerdos in eadem pronincia, qui Latinam linguam penitus ignorabat: & dum baptizaret, nescius latini eloquij, infringens linguam diceret, Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: & propter hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille baptizauit, non errorem inducens vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset: non possumus consentire vt denuo baptizetur.

Zach. pa. Bonifacio Episcopo epist. 2. to. 2. concil. ad principium.

Leo Papa. D

Præterea sciendum est, quod illi de quibus nulla extant indicia inter propinquos vel domesti-

Leo pa pri. ep. 90. ad Rust. epis.

Narbo. cap. 15. to. 1. cõc. de cõs. dist. 4. e. si nulla Ibid. paulo inferius.

cos, vel vicinos à quibus bapꝛizati fuiſſe doceantur agendũ eſt, vt renaſcantur ne pereant: in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit vt videatur iteratum. Conferendũ eis videtur, quod collatum eſſe neſcitur, quia non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.

De illo, qui pro ludo immergitur. F

Solet etiam quæri, de illo qui iocans, ſicut minus, cõmemoratione tamen Trinitatis immergitur, vtrum baptizatus ſit? Hoc autẽ Aug. non definit, ita inquiens, Si totum ludicre & mimice & ioculariter ageretur, vtrum approbandus eſſet baptiſmus qui ſic daretur, diuinũ iudicium per alicuius reuelationis miraculum oratione implorandũ eſſe cenſerem. Videtur tamen ſapientibus non fuiſſe baptiſma: vt cum aliqui in balneum vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis, non eſt tamen baptiſmus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc & in aliis ſacramentis ſicut forma eſt ſeruanda, ita & intentio illud celebrandi eſt habenda. Illud etiam non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptiſmum ferunt, vt per ſpiritum ad vitam regenerẽtur æternam: ſed eos putant hoc remedio temporalem accipere ſanitatẽ, non n. propterea illi non regenerãtur, quia nec ab illis hac intẽtione offeruntur.

Aug. in principio. ca. 53. lib. 7. de baptiſmo contra Donat. tom 7. Ibid. ad finem.

Aug. ad Bonifac. Epi. 23. ad mediũ tom. 2.

Quod duo tẽpora erant, in quibus baptizabantur homines. F

Agnoſcendum eſt etiam, in baptizandis electis duo tempora eſſe ſeruanda, i. Paſcha & Pentecoſten, vt in ſabbatho paſchę vel pentecoſtes baptiſmi ſacramentum celebretur. Qui vero neceſsitate mortis vel periculi vrgentur, omni tempore debent baptizari.

Leo Pap. i. Epi. 4. ca. 5. epiſ Siciliæ Ca. 6 eiuſdẽ Epiſtolæ.

De reſponſione patrinorum. G

Porro cuncti ad baptiſmum venientes, fidem ſuã profiteri debent, & exponere ad quid petendũ venerint ad Eccleſiã. Vnde etiam baptizando quę

ritur,

ritur. Quid venisti ad Ecclesiã petere? Qui si adultus est, pro se respondet. Fidem, i. sacramentum fidei, & doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus, respondet se credere in Patẽr & Filium & Sp. S. Si autẽ paruulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet. Vnde Isidorus, Paruuli alio profitente baptizãtur, qui adhuc loqui vel credere nesciũt: sicut etiam pro ægris, mutis, vel surdis alius profitetur dum baptizantur, sic & de pœnitentibus agendum est, Si vero pro eo, qui respõdere potest alius respondeat, non itidem valet: sicut dictum est. Ætatem habet, pro se loquatur. Si vero quæritur, ex quo sensu pro paruulo dicatur Credo, vel fidem peto? Dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere cum defertur ad Ecclesiam, & habere fidem cũ baptizatur: vt sit sensus cum dicitur, Fidem peto, id est, sacramentum fidei prẽsto sum recipere: Credo, id est sacramentum fidei susci pio: quod est, hic paruulus prẽsto est sacramentum fidei accipere. Vnde Augustinus: Nihil est aliud credere quam fidem habere: & ideo cum respondetur credere paruulus, qui fidei nondum effectum habet, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum. Sed adhuc quæritur ex quo sensu pro paruulo respondeatur. Credo in Deum Patrem, & in Iesum Christum, & in Spiritũm sanctum, Nunquid de sacramento fidei an de fide mentis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominatim distinguũtur personæ? Si vero de fidei affectu, quomodo verum est, cum ea paruulus careat? An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut & omnibus pompis diaboli spõdetur abrenunciare, quod si non seruauerit factus adultus tenebitur ipse, vel sponsor? Sane etiam dici potest ibi sponderi pro paruulo, quod ad maiorẽ ætatem si venerit, & põ-

Isid. lib. 2. de offic. Eccles. iast. post medium. c. 24.

Aug. in fine, c. 24. lib. 4. de bapt. cõt. Donat.

Ioan. 9. c.

Aug. in fine, epist. ad Bonifacium.

Alias fidei.

pis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramẽtum recipit. Hac autem sponsione paruulus pro quo fit, tenebitur non sponsor. si tamen vt cautio impleatur, quantum in se est, operam dederit, quia exigitur à patrino, vt diligens circa eum pro quo spopondit, sollicitudo. De hoc Augustin. Certissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli sponpondistis.

De consec. dist. 4.

De catechismo & exorcismo. H

Ex Isidor. ad finem cap. 19. lib. 6. etimologi.

Illa a. interrogatio & responsio fidei fit in catechismo, cui additur exorcismus. Ante baptismum n. fit catechismus & exorcismus, post catechismũ sequitur exorcismus: vt ab eo, qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de Græco dicitur in Latinũ adiuratio: Catechismus, Instructio, Catechizare est instruere: vt de Symbolo ac rudimentis fidei, Exorcizare est adiurare: vt, Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum vel collatio. Signum qu a eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio, qa ibi totius fidei sufficientia & integritas est collata. Catechismus & exorcismus neophytorum sunt: magisq; sacramentalia q̃ sacramẽta dici debent. Neophyt⁹ Nouitius interpretatur vel rudis: & dicitur Neophytus nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina religiosæ conuersationis rudis. Hęc ergo præcedunt baptismum: non quod sine istis non possit esse baptismus verus, sed vt baptizandus de fide instruatur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & diaboli potestas in eo minuatur, Vnde Rabanus. Ante Baptismum, catechizandi debet in homine præuenire officium: vt fidei catechumenus accipiat rudimẽtum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug. Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam cõtendant eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei efflatur vel exorcizatur, sed diabolus, vt recedat ab homine.

Ex Isidor. cap. 14 in fine lib. 7. etimologiarũ.

Raban. in fine cap. 25. lib 1. de institutione actorum.

Ibid. inferius.

Aug. t. 1. l. 1. ad catechumenos de symbolo, tom. 9.

DE

DE CONFIRMATIONE.

DISTINCT. VII.

A NVnc de sacramento confirmationis addēdum est: de cuius virtute quæri solet. Forma enim aperta est, scil. verba quę dicit Episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramētum ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis legitur peractum, nec ab aliis, quam ab illis qui locum eorum tenent, perfici potest aut debet. Nam si aliter præsumptū fuerit, irritum habetur & vacuum, nec inter Ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed nō chrismate signare in fronte. Virtus autem huius sacramenti est, donatio Spir. S. ad robur: qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Rabanus, A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato: vt roboretur per Spir. S. ad prædicandum aliis illud, quod ipse in baptismo consecutus est. Item, Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, post baptismum accipere debent Spir. S. vt pleni Christiani inueniantur.

Euseb. 1. epi. 3. Episc. Tuscia & Campaniæ in fin. Greg. 1. epist. ad Ioan. l. 3.

Raban. in pr. c. 30. libr. 1. de instit. clariorum. Vrb. Pap. 1: omnib. epi. scribens in fin. Melch. 1. epi. ad Epis. Hispaniæ in medio, to. 2. conciliorum.

Melchiades.

B Scitote vtrunque esse magnum sacramentum, sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut à maiorib. datur. Ecce maius dicit sacramētum cōfirmationis: sed fortè non ob maiorē virtutem & vtilitatem quam conferat, sed quia à dignioribus datur, & in digniore parte corporis fit, sc. in fronte: vel fortè quia maius augmentū virtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem valeat. Quod videtur innuere Raban. dicens. In vnctione baptismi spir. S. descendere ad habitationem Deo consecrandam, in hac vero, eiusdē septiformem gratiam, cum omni plenitudine sanctitatis & virtutis

Raban. in princ. c 30. l 1 de instit. clariorum.

De conſ. diſt. 5. cap. Nouiſſime.

tutis venire in hominem. Hoc ſacramentum tantum à ieiunis accipi, & ieiunis tradi debet, ſicut & baptiſmus, niſi aliter cogat neceſsitas. Nec debet iterari, ſicut nec baptiſmus, vel ordo. Nulli enim ſacramento facienda eſt iniuria: quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur. Sed vtrum

Aug. cap. 13. non longe à princip. contra epiſt. 3. Parmenian. Tom. 7,

aliqua vel nulla iterari poſsint, quæſtio eſt. Nã de baptiſmo & ordine, quod non debeant iterari, aperte Aug. dicit. Vtrumq; ſacramentum eſt, & quadam conſecratione datur, illud quidem cum baptizatur, illud vero cum ordinatur. Ideoque in eccleſia catholica vtrumq; nõ licet iterari, quia neutri facienda eſt iniuria: quod indubitanter etiam de confirmatione tenendũ eſt. De alijs vero vtrũ iterari valeant vel debeant, poſtea diſſeremus.

DE SACRAMENTO ALTARIS ET euchariſtiæ.

DISTINCT. VIII.

POſt ſacramentum baptiſmi & confirmationis ſequitur Euchariſtiæ ſacramentum. Per baptiſmum mundamur, per euchariſtiam in bono conſummamur. Baptiſmus æſtus vitiorum extinguit,

Amb. c. 8. in fine lib. de his qui initiantur myſteriis.

euchariſtia ſpiritualiter reficit. Vnde excellenter euchariſtia dicitur, id eſt, bona gratia: quia in hoc ſacramento non modo eſt augmentum virtutis & gratiæ, ſed ille totus ſumitur, qui eſt fons & origo totius gratiæ. Cuius figura præceſsit, quando manna pluit Deus patribus in deſerto, qui quotidiano cœli paſcebantur alimento. Vnde, Panem

Exod. 16. Pſal. 77. Ioan. 6. d Ibid. c. 9. in principio.

Angelorum manducauit homo. Sed tunc qui panem illum manducauerunt mortui ſunt, Iſte vero panis viuus, qui de cœlo deſcẽdit, vitam mundo tribuit. Manna illud de cœlo: hoc ſuper cœlum. Illud vermibus ſcatebat in diem alterum reſeruatũ: hoc ab omni corruptione alienum. Quicumq; religioſe guſtauerit corruptionem non videbit: Illud datũ fuit antiquis poſt tranſitũ maris

Exod 16. d

rubri:

rubri: vbi submersis Ægyptiis liberati sunt Hebræi. Ita hoc cæleste manna: nonnisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terrã promissionis per desertũ eduxit. Hęc esca cœlestis fideles huius seculi per desertum transeuntes in cœlũ subuehit. Vnde rectè viaticũ appellatur: quia in via nos reficiens, vsq; in patriã deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi pręcessit, ita in manna significatio Dominici corporis. Hæc duo sacramenta demonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis, & aqua profluxerunt: quia Christus per sanguinem redemptionis, & aquam ablutionis nos redimere venit à diabolo, & à peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquam maris rubri ab Ægyptiis liberauit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, vbi panem & vinum Abrahæ obtulit. Vnde vt ait Ambr. intelligi datur anteriora esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum.

Ioan. 19. f

Exod. 12. b
Genes. 14. d
De sacramentis lib. 4 cap. 3. in princ in to. 4

De institutione sacramenti. B

Hic etiam alia considerãda occurrunt quatuor, scil. sacramentum, institutio, forma, & res. Sacramentum dominus instituit, quando post typicum agnum corpus & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Emisenus. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat vt die cœnæ, sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret: vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium.

Matth. 26. e

Euseb. hom. 5. de Paschæ ad princ.

De forma. C

Forma verò est, quam ipse ibidem edidit dicens, Hoc est corpus meum: & post, Hic est sanguis meus. Cum n. hæc verba proferuntur, cõuersio fit panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambr.

Matth. 26. e

Ser-

Ambros. in princ. cap. 5. eiusdem. Sermone Christi hoc conficitur sacrament, quia sermo Christi creaturam mutat: & sic ex pane fit
Matth 26. c corpus Christi, & vinum cum aqua in calicē mis-
Amb cap. 4. eiusdem l. 4. sum fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Consecratio quib. fit verbis? attende quæ sunt verba. Accipite & comedite ex eo omnes: h. e. corp⁹ meū, & iterum, Accipite & bibite ex hoc omnes: hic est sanguis mē⁹. Per reliqua omnia quę dicuntur, laus Deo refertur, oratio promitur pro populo, pro regib. Item Aug. Credendum est, quod in illis verbis Christi sacramēta cōficiātur: reliqua omnia nihil aliud sunt quā laudes, vel obsecrationes fidelium & petitiones. Ecce quæ sit institutio & forma huius sacramēti. Vbi cōsideratione dignū est, quare illud sacramentum post cœnam dedit discipulis. Dñs igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migratur⁹, celebrato cū discipulis typico pascha, quoddam memoriale eis commēdare volens, sub specie panis & vini corp⁹ & sanguinē suum ita eis tradidit, vt ostēderet legis veteris sacramenta, inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificiū, in morte sua terminari, ac legis nouæ sacramenta substituin quib. excellit mysterium Eucharistiæ. Ideo etiā post alia dedit, vt hoc vnum arctius memoriæ discipulorū infigeretur, & ab ecclesiā deinceps frequētaretur. Sed nō exinde disciplinā sanxit in posterū, vt post alios cibos sumatur: sed potius à ieiuniis sumi oportet: sicut Apost. docet, vt singulari reuerentia diiudicetur, i. discernatur ab aliis cibis, quod Dñs Apostolis disponendum reliquit. Vnde Aug. Apparet, cum primo acceperunt discipuli eucharistiā, non eos accepisse ieiunos: nō ideo tamen calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod à ieiunis sumitur semper. Placuit n. spir. S. vt in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani Domini corpus intraret, quam alii cibi: ideo vbiq; mos iste seruatur. Non enim quia post cibos dedit Domi-

Paschasius cap. 14. libr. de corpore Christi.

De cons. dist. 2. c. Vtrum sub finem.

1 Cor. 11. c Ad Ianuarium.

Epist. 118 c. 6. in tom. 2. de cons dist. 2. c. Liquido apparet.

Dominus, ideo pransi vel cœnati illud accipere debent, vt illi faciebant, quos Apostol. redarguit. Nam saluator, quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordib. & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, reseruauit docendum. *1. Cor. 11. d*

De sacramento & re. D

Nunc quid ibi sacramentum sit, & quid res, videamus. Sacramētum est inuisibilis gratię visibilis forma. Forma ergo panis & vini, quæ ibi videtur est sacramētum, i. signum sacræ rei: quia præter speciē quam ingerit sensib. aliquid aliud facit in cognitionē venire. Tenēt ergo species vocabulo rerum, quæ ante fuerunt, scil. panis & vini. Huius a. sacramēti gemina est res: vna sc. contenta & significata, altera significata & non contenta. Res conteuta & significata est caro Christi, quam de virgine traxit, & sanguis quē pro nobis fudit. Res à. significata & non contēta est vnitas ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi, & sanguis. Vnde Hier. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis eius: vel illa, quæ crucifixa est sepulta, & sanguis, qui militis lancea effusus est: vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, &c. Nisi manducaueritis carnē meam & biberitis meū sanguinē, non habebitis vitā in vobis. Sunt ergo hic tria distinguenda. Vnum, quod tantum est sacramentum: alterum, quod est sacramētum & res: & tertiū, quod est res & nō sacramētum. Sacramētum & non res, est species visibilis panis & vini. Sacramētum & res, caro Christi propria & sanguis. Res & nō sacramētum, mystica ei⁹ caro. Porro illa species visibilis sacramētum est geminæ rei: quia v-

Aug. de Ciu. Dei 10. ca. 5. in tom. 5.
Lanfranc. ad 14. obiectionem Berengarij respondens.
Gloss. ordin. ad illud 1. Cor. 11. Accipite & manducate.
Hiero. ad illud 1. ad Ephes. in quo habemus. Tom. 9.
Ioan. 6. f
Ioan. 6. c

tranq;

trāq; rem significat, & vtriusq; rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & sustētat, & vinū hominē lætificat atq; inebriat: sic caro Christi interiorem hominē plus cæteris, grātiis spiritualiter reficit & saginat. Vnde Calix meus inebrians, quam præclarus est. Habet etiam similitudinem cum re mystica, quæ est vnitas fidelium: quiā sicut ex multis granis cōficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinum in vnum confluit: sic ex multis fidelium personis vnitas Ecclesiastica constat. Vnde Apostolus, Vnus panis & vnum corpus multi sumus, &c. Vnde Aug. Vnus panis & vnum corpus Ecclesia dicitur, pro eo, quod sicut vnus panis ex multis granis, & vnū corpus ex multis membris componitur: sic Ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Hoc mysteriū pacis & vnitatis nostræ Christus in sua mensa consecrauit: qui accipit hoc mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, nō accipit hoc mysterium pro se, sed contra se. Cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium de virgine sumptū: quia vt corpus Christi ex multis membris purissimis, & immaculatis constat, ita socieras Ecclesiastica ex multis personis à criminali macula liberis constitit. In cuius rei typo facta est arca Domini de lignis sethim: quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia.

Psalm. 22.

*1. Cor. 10. d * De sacramentis fidelium.*

De consec. distinct. 2. c. quia passus paragra. dominus noster. Ephes. 4. a Gloss. ord. 1. Cor. 11. ad illud, Accipite & manducate.

DE DVOBVS MODIS MANDVCANDI. DISTINCT. IX.

ET sicut duę sunt res illius sacramēti, ita etiā duo modi manducandi. Vnus sacramentalis, sc. quo boni & mali edunt: alter spiritualis quo soli boni manducant. Vnde Aug. Quid est Christum manducare? non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere: multi enim indigne accipiunt: sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentē. Spiritualiter n. manducat, qui in vnitate Christi & Ecclesiæ

Aug. tract. 27. ad finem ca 6. Ioan. Tomo 9. habetur de cō sec. dist. 2. c. Quid est Christum.

cleſiæ quam ſacramentum ſignificat manet. Nam qui diſcordat à Chriſto, nec carnem Chriſti manducat, nec ſanguinem bibit: etſi tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſui quotidie accipiat. Spiritualem manducationem Aug. diſtinguens à ſacramentali ait, Vt quid paras ventrē & dentem? crede, & manducaſti. Credere enim in eum, hoc eſt, comedere panem & vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Item, Quomodo manducandus eſt Chriſtus? Quomodo ipſe dicit, Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo? Si in me manet & ego in eo, tunc bibit: qui vero non in me manet, nec ego in illo: & ſi accipit ſacramentum, acquirit magnum tormentum Itē, Nulli ambigendum eſt tunc quē quam corporis & ſanguinis Dñi participem fieri, quando Chriſti membrum efficitur: nec alienari ab illius panis caliciſq; conſortio, etiamſi antequā illum panem edat & calicem bibat, de hoc ſeculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat: quia illius ſacramēti beneficio non priuatur, quādo ille habere hoc, quod illud ſacramentum ſignificat inuenitur. In illo enim ſacramento corpus & ſanguinem ſuum nobis commendauit, quod & fecit nos ipſos. Nam & nos corpus ipſius facti ſumus. Item, Qui diſcordat à Chriſto non manducat carnem eius, nec ſanguinem bibit: etſi tantę rei ſacramentum ad iudicium ſibi quotidie accipit.

Ad illud. Ioan. Qui manducat. Tract. 25. ad ca. 6. Ioan. hoc eſt opus Dei. Paſcha ſius ca 6 de corpore do. Aug. in lib. de medio pœnitentia de conſ. diſt. 2. cap. quō. Ioan. 6.

Proſp. lib. ſententiarū Ex Auguſt. cap. 339.

De errore quorundam qui dicunt à bonis tantum corpus Chriſti ſumi: B

Hæc verba & alia huiuſmodi, vbi de ſpirituali manducatione agitur, quidam obtuſo corde legē tes, erroris caligine inuoluti ſūt adeo, vt præſumpſerint dicere corpus & ſanguinem Chriſti à bonis tantū ſumi & nō à malis. Sed indubitāter tenendū eſt, à bonis ſumi, non modo ſacramentaliter, ſed & ſpiritualiter. A malis vero tantū ſacramentaliter, id eſt,

i. sub sacramẽto, sc. sub specie visibili carnẽ Christi de virgine sumptam, & sanguinem pro nobis fusum sumi sed non mysticam, quæ tantum bonorũ est. Quod subditis probatur testimoniis: Greg. Est quidẽ in peccatoribus & indignè sumentibus vera Christi caro, & verus sanguis: sed essentia, nõ salubri efficientia: Item Aug. Multi indignè accipiunt corpus Domini: de quibus Apost. ait. Qui manducat & bibit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Per quod docemur, quam sit cauendum malè accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum malè accipitur bonum: sicut cõtra Apostolo factum est bonum, cum benè accipitur malum, sc. dum stimulus Sathanæ patienter portatur. Ergo & mala prosunt bonis, sicut angelus Sathanę Paulo: & sancta obsunt malis, bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit, quod bonum est. Idem, Indignè quis sumens corpus Christi non efficit, vt quia malus est malum sit quod accipit, vel quia non ad salutem accipit, nil accipiat. Corpus enim & sanguis Domini nihilominus erat in illis, quibus ait Apostolus, Qui manducat indignè, &c. His aliisque pluribus apertè ostenditur, quod etiam à malis verum corpus Christi & sanguis sumitur: sed sacramentaliter, non spiritualiter.

Lanfrancus ad obiectionem Berengarij. 14. respondens, 1. Cor. 11. f

Ibid. Lanfr. 2. Cor. 12. c

Aug. lib. de baptismo cont. Don. 5. ca 8. in to. 7. 1. Cor. 11. f

De intelligentia quorundam verborum ambiguorum. C Secundum hos duos modos sumẽdi, intelligentia quorundam verborum ambiguè dictorum distinguenda est. Ait enim Aug. Bonus accipit sacramẽtum & rem sacramenti, malus verò sacramentum & nõ rem. Sacramẽtum hic dicit corp⁹ Christi proprium, de virgine natum: Rẽ verò spiritualem Christi carnẽ. Bonus ergo vtranq; Christi carnem accipit: Malus vero tantum sacramẽtum, id est, cor-

Glossa ordi. ad illud. 1. Cor. 11. Accipite & manducate.

est, corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritualem. Item, Non manducans manducat, & manducans non manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & è conuerso. Et qui manducant spiritualiter, veritatem carnis & sanguinis dicuntur sumere: quia ipsam efficientiam habent, id est, remissionē peccatorum, pro qua videtur orari cum dicitur. Perficiant in nobis Domine quæsumus tua sacramenta, quod continent: vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Rerum veritatem dicit ipsam efficiētiam: quasi dicat, Per hæc sacramenta pręsta, vt sicut sacramentaliter carnē Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, vt Christus, qui nunc veré sub specie panis, & vini sumitur manifesta visione, sicut in essentia diuinitatis est, quandoq; accipiatur. Constat ergo à bonis & à malis sumi corpus Christi: sed à bonis ad salutem, à malis ad perniciem.

Lanfrancus in responsione ad obiectionem 14 Berengarij.

DE HÆRESI ALIORVM QVI DICVNT corpus Christi non esse in altari nisi in signo.

DISTINCT. X.

SVnt & alii, præcedentium insaniam transcendentes: qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metiētes, audacius ac periculosius veritati eōtradicunt: asserentes in altari nō esse corpus Christi vel sanguinē, nec substātiam panis vel vini in substantiâ carnis & sanguinis cōuerti, sed ità Christum dixisse. Hoc est corpus meum, sicut Apost. dixit, Petra autem erat Christus. Dicunt n. ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, i. in signo, in tantum & signo manducari à nobis, Qui errādi occasionē sumunt à verbis veritatis, vnde prima hęresis facta est in discipulis Christi. Cum n. diceret. Nisi quis manducauerit carnē meam, & biberit sanguinē meum, non habebit vitam ętернam: illi non intelligentes dixerunt. Durus est hic

De sacramento Eucharistiæ quantum ad cibum qui manducatur.

Aug. super Psal. 54. ad versum 24. hunc mollitiē sunt sermones.

Tomo 8. Aug. tr. 27. ad illud Ioã. 9. verba quæ ego locutus.

sermo: quis potest eum audire? & abierunt retro. illis descendentib. instruxit duodecim, qui remãserant. Spiritus est, inquit, qui viuificat caro nihil prodest, verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Intellexisti spiritaliter? spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? etiam sic spiritꝰ & vita sunt, sed tibi nõ sunt. Spiritaliter intelligẽque locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinẽ quem effusuri sunt, qui me crucifigẽt. Sacramẽtum aliquod vobis cõmendaui, spiritaliter intellectum viuificabit vos: caro a. non prodest quicquam. Sunt etiam & alia, illorum insaniæ fomitẽ ministrantia. Ait n. Aug. Donec seculum finiatur, sursum est Dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Dominus: Corpus n. in quo resurrexit, in vno loco esse oportet: veritas autẽ eius vbiq; diffusa est. Item vna persona est Deus & homo: vbiq; per id, quod est Deꝰ: in cœlo, per id quod homo est Christus. Dicit etiam, Pauperes semper habetis vobiscum me autẽ non semper habebitis. His aliisq; vtuntur præfati hęretici, in assertionem sui erroris.

August. ad versum 1. Ps. 98. hunc adorate scabellum.

Aug. tr. 30. in pr. ad illud Ioan. 7. Nonne Moyses.

Matth. 26. a

Determinatio præmissorum. B

Quæ ex eadem ratione omnia accipienda sunt, non n. verbis his negatur verum corpus Christi à fidelib. sumi vel in altari esse, sed his veritas Apostolos, & in eis nos instruxit, quod ipsꝰ corpus nõ per partes discerptum, vt putauerunt illi discipuli, qui retroierunt, sed integrum: nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis & vini corpus & sanguinẽ nobis traderet. Quem sensum Aug. cõfirmat dicens, Ipsum quidẽ, & non ipsum corpꝰ, quod videbatur, manducaturi ipsum quidẽ inuisibiliter: non ipsum visibiliter. Item, Et si necesse est illud celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiã intelligendum est corpus Christi esse in vno loco sc. visibiliter in forma humana,

Lanfranc. in responsione ad obiectionem duodecimam Berengarij. Au. ad ver. 5. Psal. 98. Adorate scabellum. Matth 26. a

mana, veritas tamen eius, i. diuinitas, vbiq; est, veritas etiam eius, i. verum corp⁹ in omni altari est, vbiq; celebratur. Sic etiã illud intelligendum est, Pauperes semper habetis vobiscum, me autem nõ semper habebitis secundum corporalem præsentiam, sc. qua cum eis conuersabatur. Similiter per id, quod homo est in cœlo est, scil. visibiliter: inuisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis & vini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ verè est in altari. Sed quia in specie sua nõ apparet, inuisibilis dicitur. Ait n. Aug. Hoc est, quod dicimus, q̃ modis omnib. approbare cõtendimus: Sacrificiũ ecclesiæ duobus confici, duobus constare: visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento, & re sacramenti, i. corpore Christi: sicut & Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, cum Christus sit verus Deus & homo, quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur a. sacrificium ecclesiæ duob. sacramento & re sacramenti, i corpore Christi. Est sacramentum, & res sacramenti, idem corpus Christi. Ecce inuisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur & tractatur. Idemq; corpus Christi dixit esse sacramentum & rem: ex quo confirmatur, quod supra diximus. Deinde addit, quod magis mouet lectorem. Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis opertam, in sacramento accipimus: & sanguis ei⁹, quem sub vini specie ac sapore potamus, caro videl. carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis, carne & sanguine vtroq; inuisibili intelligibili, & spirituali significatur corpus Christi visibile & palpabile, plenum gratia & diuina maiestate.

Lanfraucus in responsione sexta contra obiectionem Berengarij.

Lanfrancus in responsione ad obiectionem decimam Berengarij.

Quæ sit intelligentia præmissorum. C

Attende his diligenter quia tropo quodam

Lanfranc. vbi supra in responsione ad 10. obiectionem Berenq. De cõsec. di. 2. hoc est quod dicim. parag. sicut ergò.

tur hic Aug. quo solẽt res significantes rerum sortiri vocabula quas significant. Hic n. visibilis species panis vocatur nomine carnis, & visibilis species vini nomine sanguinis: inuisibilis vero & intelligibilis dicitur caro Christi: quia secundum illam speciẽ non videtur caro, sed intelligitur: ita & sanguis. Caro ergo inuisibilis dicitur esse sacramẽtum carnis visibilis: quia species panis, secundum quã illa nõ videtur caro, est sacramẽtũ carnis visibilis quia in carne visibili, i. specie, secundum quã caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi, q̃ est visibile & palpabile, vbi in sua forma apparet. Ita & de sanguine accipi debet. Quẽ sensum confirmat Aug. aperiens qualiter prędicta intelligenda sint, quia obscurè dixerat: cõsequenter dicens, ita panẽ vocari corp⁹ Christi, cum verè sit sacramẽtum corporis Christi, quod in cruce positum est: sicut ipsa immolatio, quę fit manib. sacerdotis, vocatur Christi passio, nõ rei veritate, sed significandi mysterio: & sicut sacramẽtum fidei dicitur fides. Satis respõsum est hęreticis, & obiectionibus eorum qui negant verum corpus Christi in altari esse, & panẽ in corpus vel vinum in sanguinẽ, mystica cõsecratione conuerti dicentes. Quis audeat manducare Dominum suum? Quis etiam audeat dicere quotidie formari corpus Christi de materia vel substantia, quæ nõ fuit caro virginis?

Auctoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari, & in id panem conuerti. D

Matth. 26. c

Amb. lib. de his, qui mysterijs initiantur ca. 9 in medio.

Hæc & his similia obiiciunt illi, in diuino mysterio legẽ naturæ sectantes: quorum perfidiã subdita conuincunt testimonia. Ait n. veritas, Accipite hoc est corp⁹ meum. Itẽ Ambr. Si tantũ valuit sermo Heliæ, vt ignẽ de cœlo deponeret: non valebit tantum sermo Christi, vt substantias mutet? De totius mundi operib. legitur, quia ipse dixit, & facta sunt, &c. Sermo igitur Christi, i. fili⁹ qui potuit ex ni-

ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quę sunt in id mutare, quod non erant? Nō n. min⁹ est creare, quam mutare nouas naturas rerum. Itē, Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare cōsueuerat, liquet ergo, ꝙ præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc quod cōficimus corpus ex virgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinē in Christi corpore, cum præter naturā sit ipse partus ex virgine? Itē, Ante benedictionē alia species nominatur, post cōsecrationē corp⁹ significatur. Ante consecrationē aliud dicitur, post consecrationē sanguis nuncupatur. Tu dicis Amen, i. verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat. Itē Aug. in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, i. carnē & sanguinē, honoramus: nec similiter pēdimus has duas species, sicut ante consecrationē pē debam⁹, cū fideliter fateamur ante cōsecrationē panē esse & vinum, ꝙ natura formauit: post consecrationē vero carnem Christi sanguinē, ꝙ benedictio cōsecrauit. Item Amb. Panis est in altari vsitatus, ante verba sacra: vbi accessit cōsecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo a. potest, quod panis est, esse corpus Christi? Consecratione: quæ fit sermone Christi: Itē si tanta vis est in sermone Domini, vt incipiant esse, quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erāt, & in aliud cōmutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationē, iam corp⁹ Christi est post consecrationē: quia sermo Christi creaturā mutat, & sic ex pane fit corp⁹ Christi, & vinum cum aqua in calicē missū fit sanguis, consecratione verbi cœlestis. Item Aug. Sicut per Spir. S. vera Christi caro sine coitu creatur: ita per eundē ex substantia panis & vini idem corpus Christi & sanguis consecratur. Corpus Christi & veritas est, & figura. Veritas dum corpus Christi, & sanguis virtute Spir. S. ex panis viniq; substantia efficitur: Figura vero est id, quod exterius sentitur.

Ibid. paulò inferius.

Ibid. fere continuò.

Lanfr. in responsione 9. contr. Beren.

Amb. in lib. de sacramētis 4. to. 4.

titur. Item Eusebius Emisenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguis sui, verbo suo, secreta potestate commutat. Ex his aliisq; pluribus constat, verum corpus Christi & sanguinem in altari esse, imò integrum Christum ibi sub vtraque specie: & substantiam panis in corpus vinique substantiam in sanguinem conuerti.

DE MODIS CONVERSIONIS.

DISTINCT. XI.

De Eucharistia sacramento per comparationem ad dispensantes vel conficientes, & de cõfectione Glo ord.

A SI autem quæritur. Qualis sit illa conuersio: an formalis, an substantialis, vel alterius generis? definire non sufficio. Formalem tamen non esse cognosco: quia species rerum quę ante fuerant, remanent & sapor & pondus. Quibusdam esse videtur substantialis dicentib. sic substantiam conuerti in substantiam, vt hæc essentialiter fiat illa. Cui sensui præmissæ auctoritates consentire videntur.

Oppositio. B

1. Cor. 11. b

Sed huic sententiæ sic opponitur ab aliis. Si substantia panis inquiunt, vel vini cõuertitur substãtialiter in corp⁹ vel sanguinẽ Christi: quotidie fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quæ ante nõ erat corpus: & hodie est corpus Christi, q heri non erat; & quotidie augetur corpus Christi atq; formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factũ. Quib. hoc modo responderi potest, quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo cœlesti, quod ipsum corpus in cõceptu virginis formatum deinceps formetur: sed quia substantia panis vel vini, quæ ante non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo cœlesti fit corpus & sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corp⁹ Christi, & sanguinẽ, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis.

Augu-

Augustinus in libro sententiarum prosperi. C

Si vero quæris modum quo id fieri possit, breuiter respõdeo. Mysterium fidei credi salubriter potest inuestigari salubriter non potest. Quod ergo corpus Christi, panis mutatione in id nõ augmentatur, nec sanguis ex vini consecratione: eius voluntati & potentiæ adscribatur, qui idẽ corpus de virgine eduxit: sit ergo substantia illa ista sine eius augmẽto: Nec tamen concedunt quidã, quod substantia panis aliquãdo fit caro Christi, etsi fiat caro Christi: sicut farina facta est panis, & aqua facta est vinum, nec tamen dicitur farina est panis, & aqua est vinum. Alii verò concedunt, illud quod erat panis vel vinum post consecrationẽ esse corp⁹ & sanguinem: non tamen sequitur, panis est caro Christi, vel vinum est sanguis: quia substantia panis vel vini postquã facta est caro Christi vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro & sanguis. Ideo distinguẽdum videtur, cum dicitur substantia panis, vel id, quod erat panis modo est corpus Christi. Manens n. panis nõ est corp⁹ Christi: sed mutata in id, q̃ facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substãtiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis Domini: quia non de ea vt de materia, formatur corpus: sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Aug Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructib. terræ acceptum, & prece mystica cõsecratum sumimus in memoriam dominicæ passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur vt sit tam dignum sacramentum, nisi operante inuisibili eius spiritu Dei.

Lanfrancus in responsione 6. contra obiectionem Berengarij.

Asseruat quidã dictum panem transire in corpus Christi. D

Quidam verò sic dicunt conuersionẽ illam esse intelligendam, vt sub illis accidentib. sub quibus erat prius substantia panis & vini, post consecrationẽ sit substãtia corporis & sanguinis: sic tamẽ

In libr. de Trinitate, 3. c. 4 in fine eiusdem, t. 3.

vt nō ei afficiatur: & sic asserunt dictum panē trā-
sire in corpus Christi: quia vbi erat panis, nunc est
corpꝰ Christi. Quod si est, quid ergo fit de substātia
panis & vini? Illi dicunt vel in pręiacentē materiā
resolui, vel in nihilū redigi. Alii vero putauerunt
ibi substantiā panis & vini remanere, & ibidē cor-
pus Christi esse & sanguinē: & hac ratione dici illā
substantiam fieri istam: quia vbi est hæc, est & illa:
quod mirum est: & ipsam substantiā panis vel vini
dicunt esse sacramētum. Sed quod non sit ibi sub-
stantia, nisi corpꝰ Christi & sanguis, ex prędictis &
subditis apertè ostēditur. Ait n. Ambr. Panē istum
quem sumimus in mysterio, illum intelligo vtiq;
qui manu S. Spir. formatus est vtero virginis, & i-
gne passionis decoctus in ara crucis. Panis n. ange-
lorum factus est cibꝰ hominum. Vnde veritas ait,
Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: & ite-
rum. Panis quē ego dabo, caro mea est, pro mundi
vita. Ex his namq; duabus sententiis apertè datur
intelligi, quia panis ille & iste, non duo, sed vnus
panis, vna caro proculdubio vnum efficitur cor-
pus. Illud verè, illud sanè, q; sumptum est de virgi-
ne, quod resurrexit, & in cœlū ascendit. Itē Greg.
Quis fidelium habere dubiū possit, in ipsa immo-
lationis hora ad sacerdotis vocē cœlos aperiri, in
illo Christi mysterio angelorū choros adesse, sum-
ma & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus atq;
visibilib. fieri? Idem, Eodē momento & in cœlum
rapitur ministerio angelorum cōsociandum cor-
pori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari vi-
detur. Sicut diuinitas verbi totū implet mundū,
ita multis locis illud corpus consecratur. Nec sunt
tamen multa corpora Christi, sed vnum corpus &
vnus sanguis. Ideoq; siue plꝰ siue minus, quis inde
percipiat, omnes æqualiter corpꝰ Christi integer-
rimè sumunt: Post consecrationē ergo non est ibi
substantia panis vel vini, licet species remaneant.

† *De sacramentis, & allegatur de com. dist. ca. omnia quæ Ioan. 6. e & habetur de con. dist. 2. Greg. libr. 4. dialogorum c. 58 in fine. c. Quid sit sanguis.*

Est

Est enim ibi species panis & vini, sicut & sapor Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

Quare sub alia specie. E

Sub alia a. specie tribus de causis carnem & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit: vt fides sc. haberet meritum, quæ est de his, quæ non videntur: quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et ideo etiam ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non habemus in vsu carnem crudam commedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinē nobis cōmendauit. Et etiam ideo; ne ab incredulis religioni Christianæ insultaretur. Vnde Aug. Nihil rationabilius, quam vt sanguinis similitudinē sumamus: vt & ita veritas nō desit; ridiculum nullum fiat à paganis, q̄ cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidā horror etiā cruoris, in similitudinem accipiam⁹ sacramentū. Ex præmissis iā liquet, quare sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentū Dñs celebrauerit, & celebrari à nobis instituerit.

Greg. in principio hom. 26. Ioan. 20. in Euangelio.

Paschasius in princip. c. 12. lib. de corpore Christi.

Paschasius in princip. cap. 12. lib. de corpore Christi.

Quare sub duplici specie. F

Sed quare sub duplici specie sumitur, cū sub alterutra totus sit Christus? Vt ostēderetur totā humanam naturā assumpsisse, vt totā redimeret. Panis n. ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus specieb⁹ celebratur, vt animę & carnis susceptio in Christo, vt vtriusq; liberatio in nobis significetur. Valet n. vt Amb. ait, ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses. Caro, inqt, pro corpore nostro offertur, sanguis p anima: sed tamē sub vtraq; specie sumitur totus: quod ad vtrumq; valet, quia sub

Glossa ord. 1. Cor 11. Accipite & manducate. in comment. ad 11. c. epi. prioris ad Cor. 11. Mortem Domini annunciabitis, t. 5.

Paschasius in princip. c.16. de corpore Christi lib. de cõ. di. 2. cap. vbi pars est. Glos. ord. 1. Cor. 11.

vtraq; sumitur Christs. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est, animæ vel corporis, non vtriusq; pariter, tuitionẽ valere significaretur. Sub vtraque specie tamen totus sumitur Christus, nec plus sub vtraq;, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem n. ratio est, vt ait Hil. in corpore Christi. quæ in mãna præcessit. De q̃ dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus parauerat, habuit minus. Et licet sub vtraq; specie sumatur totus Christus, tamẽ non fit conuersio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramentã, sed vnum: quia sub vtraq; specie idem sumitur. Neque debet iterari sacramentum, quia benedictio non repetitur super speciem eandem. Neq; aliæ substãtiæ in sacrificium veritatis offerri debent; quia de aliis non põt cõsecrari corpus Christi vel sanguis.

Quare aqua admisceatur. G

Decon. di. 2. c. cũ omne Apoc. 17 d Ca. 1, concilij Bracharẽ tertij.

Aqua vero admiscenda est vino, quia aqua populum signat, qui per Christi passionẽ redemptus est. Calix ergo dominicus iuxta canonum præceptum, aqua & vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentiũ plebs ei in quem credit copulatur: quæ copulatio aquæ & vini sic miscetur in calice Christi, vt mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tãtum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

Iulius Papa. H

Decon. di. 2. c. non debes id habetur, eodem c. 1. concilij Bracharen. 3. paulo inferius. Cyp. epist. 3.

Si vero quæritur. An irritum sit, quod geritur, si aqua prætermittatur? Audi quod sequitur in eodẽ canone. Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunq; misceatur. Itẽ Cypr. Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque misceatur: sicut nec corpus Domini põt esse farina sola, nec aqua sola, nisi vtrun-

vtrumq; fuerit adunatũ, & panis vnius compage solidatũ. Si quis tamẽ non intendẽs introducere hæresim, obliuione vel ignorantia aq̃ prætermiserit, nõ videtur esse irritum sacramentum: sed ille grauiter est corripiẽdus. Nam & Græcorum Ecclesia apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi, ait n. Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc seruauerit, quod nos Dñs facere & exemplo & magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia Domini venia cõcedi. Nobis vero nõ põt gnosci, qui nunc à Domino instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeram⁹. Ex hoc videtur, q; si quis simpliciter vel ignorantur vinum offerat sine aqua, sacramentum conficiat. Aqua vero nullatenus sine vino põt offerri in sacrificio, nec panis nisi de frumento, nec granum frumenti, nisi redactum fuerit in panẽ: quia Christus & panem se dicit, & grano frumenti se cõparat Quod ergo supra dictum est, non posse vinũ solum offerri, determinari oportet: recipit n. exceptionem. Non põt, nisi simpliciter vel ignoranter fiat: vel, non potest, id est, non debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter verum. Colligitur etiam ex prædictis, quod Christus vinum aqua mixtũ dedit discipulis. Corpus vero tale dedit, quale tunc habuit, i. mortale & passibile. Nunc vero sumitur à nobis immortale & impassibile: nec tamen maiorem habet efficientiam. Eucharistia quoque intincta non debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur Christus alicui discipulorum præbuisse panem intinctum nisi Iudæ. Tunc vero non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panem: corpus vero & sanguinem Christi ante cum alijs discipulis perceperat.

Cecilio. li. 2. post mediũ.

Gloss. ord. 1. Cor. 11. Accipite & manducate.

Cyp. eadem epist. 3. lib. 2. ad finem.

Ioan. 6. d Ioan. 12. d

Gloss. ord. 1. Cor. 11. habetur de cõsecr. d. 2. c. cum omne, in com. Brachari: 3. cap. 1. ante medium.

VBI

DISTINCT. XII. A

De consequentibus ad confectionem corporis Christi quantum ad fractionem.

SIa. quæritur de accidentibus, quæ remanent, id est, de speciebus & sapore & pondere, in quo subiecto fundentur: potius mihi videtur fatendū existere sine subiecto, quam esse in subiecto: quia ibi non est substantia, nisi corporis & sanguinis Dominici, quæ nō afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus fideique suffragium: quibus Corpus Christi habens formam & naturam suam tegitur.

De fractione & partitione. B

Glos. ord. 1. Cor. 11. Accipite & manducate.

Sed etiam quæri de fractione & partitione, quæ ibi videtur fieri, vtrum vera sit: & si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cumq; non sit ibi alia substantia quam Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed è contra cum ipsum corpus incorruptibile sit (quia immortale & impassibile) in ipso non posse esse videtur. Nam & Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, qui putabant carnem Christi sicut aliam in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam: Ideo quibusdam placet, quod non sit ibi fractio sicut videtur: sed dicitur frangi, quia videtur frangi. Quibus obijcitur quod ait Ambrosius, Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis: vel sicut fit in magorum præstigijs, vbi delusione quadam falluntur oculi, vt videant esse, quod non est. Ad hoc illi dicunt, Non fallit nos visus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi, vt videtur. Nec illusio est: quia ad vtilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit: sicut & Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini: nec in eo talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Ioan. 6. g Hæc referuntur in eadem Gloss. continuo.

Act. vlt. 8

Alio-

Aliorum opinio. C

Alij vero dicunt, quod sicut ibi species panis est, & non est ibi res cuius vel in qua sit illa species: ita ibi fractio, quæ non fit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur: quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, vt ibi sit fractio, vbi nihil frangitur. *Ibid in glossa ord.*

Aliorum opinio. D

Alij tradunt corpus Christi essentialiter frangi & diuidi, & tamen integrum & corruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex cõfessione Berengarij: qui confessus est coram Nicolao Papa & pluribus episcopis, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse: & sensualiter non solum sub sacramento in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri. *Lanfrancus in princ. li. de sacram. Eucharistiæ contra Berengarium. Confess. Berengarij & habetur de con. di. 2. cã. ego Berengarius Gloss. ordi*

Sententia probabilior. E

Sed quia corpus Christi incorruptibile est, sane dicit potest fractio illa & partitio non in substantia corporis, sed in forma panis sacramentaliter fieri, vt vera fractio & partitio sit ibi quæ fit non in substantia corporis, sed in sacramento, i. specie. Ne autem mireris vel insultes si accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto: licet quidam asserant ea fundari in aere. Est ibi vera fractio & partitio, quæ fit in pane, id est, in forma panis: Vnde Apostolus ait, Panis quem frangimus, quia forma panis ibi frangitur, & in partes diuiditur. Christus vero integer manet, & totus est in singulis. Vnde Aug. Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare Dominum suum? & tamen veritas inuitans nos ad manducandum ait. Qui manducat me, viuit propter me. Nec occiditur Christus vt manducetur, sed mortuos viuificat quãdo mãducatur, reficit, nõ deficit: viuit mãducatus, quia surrexit occisus: *I. Cor. 11. 1. Cor. 10. & Ioan 6. f Glos. ordin. Ibidem. 1. Cor. 11. * Aug. de consec. dist. 2.*

sus: nec quando manducamus, partes de illo facimus, & quidē in sacramento sic fit. Itē, Norunt fideles quomodo manducent carnē Christi: vnusquisq; accipit partē suam: vnde & ipsa gratia partes vocātur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur, in sacramento, & manet totus integer, totꝰ in cœlo, manet totus in corde tuo. Ideo illa dicuntur sacramēta, qa in eis aliud videtur, & aliud intelligitur: videtur panis & calix, quod & oculi renunciant: quod a. fides instruenda postulat, panis corpus Christi, calix & sanguis. Ex his datur intelligi, quod fractio & partes, quæ ibi videntur fieri, in sacramento fiunt, i. in specie visibili. Ideoq; illa Berengarij verba ita distinguenda sunt vt sensualiter non modo in sacramēto, sed in veritate dicatur corpꝰ Christi tractari manib. sacerdotū: frangi vero & atteri dentibus, vere quidē, sed in sacramēto tantū. Vera ergo est ibi attritio & partitio: Sed in singulis partib. totus est Christus. Vnde Hier. Singuli accipiunt Christū Dñm, & in singulis portionib. totus est: nec per singulas minuitur, sed integrū se præbet in singulis. Itē Hilar. Vbi pars est corporis ibi est & totum.

Quid illæ partes significent.

Gloss. ord. 1. Cor. 11. Accipite & manducate.

Quid a. partes illæ significent, Sergius Papa tradit inquiens. Triforme est corpus Christi. Pars oblata, in calicē missa, corpus Christi, quod iam surrexit, monstrat: pars comesta, ambulantem adhuc super terram: pars in altari vsque ad finem missæ remanens, corpus iacens in sepulchro significat: quia vsq; in finem seculi corpora Sanctorum in sepulchris erunt. Et sicut partes illæ mysticā tenent significationem, ita etiā & fractio, passionis Christi & mortis est repræsentatio. Vnde ipse ait, Hoc facite in meam commemorationem, i. in memoriam passionis & mortis meæ. Nam vt ait. Ambr. Quia in morte Christi liberati sumus, huius in edendo

Ambr. ad illud 1. Cor. 11.

dendo & bibendo carnem & sanguinem, memores esse debemus. Sed caueat quisque ne indigne percipiat, quia iudicium sibi mãducat. Non enim est iste panis, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substãtiam fulcit. Sic ergo viue, vt quotidie merearis accipere, nec accedas indignus. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium q̃ Christus tradidit, vel qui habens mortale peccatũ accedit. Ergo etsi sint peccata quotidiana, vt nõ sint mortifera, anteq̃ accedas dimitte debitoribus tuis, Si dimittis, dimittetur tibi: & sic securus accede. Panis n. salutaris est, nõ venenum. Si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritualiter n. manducat, qui innocentiã ad altare portat.

Mortem Domini in cõmentariis. Am c. 4. l. 7. de sacr. ad medium.

Si illud sit sacrificium, & si sæpius immoletur Christus. G

Post hæc quæritur. Si quod gerit sacerdos, proprie dicatur sacrificium vel immolatio: & si Christus quotidie immoletur, vel semel tantum immolatꝰ sit? Ad hoc breuiter dici potest, Illud quod offertur & consecrãtur à sacerdote vocari sacrificium & oblationem? quia memoria est & repræsentatio veri sacrificij, & sanctæ immolationis factæ in ara crucis. Et semel Christus mortuꝰ in cruce est, ibiq; immolatus est in semetipso: quotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramẽto recordatio fit illius, quod factum est semel. Vnde Aug. Certum habemus quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. tamen ne obliuiscamur, quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, sc. quotiens pascha celebratur. Nunquid totiens Christus occiditur? sed tantum anniuersaria recordatio repræsentat, quod olim factũ est: & sic nos facit moueri, tanq̃ videamus Dominũ in cruce. Itẽ semel immolatus Christus in seipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum, quia in manifestatione corporis, & distinctione membrorũ semel

Ad Heb. 7.

Aug. præf. in 2. expos. Psal. 21. de cons. dist. 2. cap. semel Christus. Au. ep. 23 ad Bonifacium. Lanfranc. in responsione 11. ad obiectionem Berengarii.

mel tantum in cruce pependit, offerens se Deo patri hostiam redemptionis efficacē, eorum sc. quos prædestinauit. Item Amb. In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens, quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Etsi quotidie offeramus ad recordationē eius mortis fit: & vna est hostia, non multæ. Quomodo vna & non multæ? quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: idipsum, & semper idipsum offertur proinde hoc idem est sacrificiū, alioquin dicetur, quoniam in multis locis offertur multi sunt Christi: nō sed vnus vbiq; est Christus: & hic plenus existēs, & illic plenus: sicut quod vbique offertur, vnum est corpus, ita & vnum sacrificium. Christus hostiam obtulit: ipsam offerimus & nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificij. Nec causa infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostrę quia quotidie peccamus. Ex his colligitur esse sacrificium & dici. Quod agitur in altari: & Christū semel oblatum & quotidie offerri: sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quæ sit virtus huius sacramenti ostenditur: remissio sc. peccatorum venialiū, & perfectio virtutis.

Amb. ad illud ca. 10. ad Heb. Per singulos annos.

De virtute sacramenti.

De causa institutionis. H

Institutum est n. hoc sacramentum duabus de causis. In augmentum virtutis, sc. charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Amb. Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorū effunditur debeo semper accipere, qui semper pecco: debeo semper habere medicinā. Itē Aug. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus, quia quotidie peccam⁹ peccatis, sine quib⁹ mortalis infirmitas viuere non pōt Et ea quotidie labimur, quotidie Christ⁹ mystice immolatur pro nobis. Dedit n. nobis hoc sacramētum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori nō potest, per hoc sacramentum remissio-

Am. l. de sacramentis 4. c. 6. t. 4. Paschasius c. 8. lib. de corpore Christi.

missionem consequamur. Quotidie commeditur ipse & bibitur in veritate, sed integer & viuus manet. Item Mysterium fidei dicitur, quia credere debes, quod ibi salus nostra consistat, Si a. quæratur, Vtrum quotidie communicandum sit? Audi quid inde tradit Aug. Quotidie, inquit, eucharistiam accipere nec laudo nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicãdum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, si peccandi tamẽ de cætero non habeat voluntatem, & satisfaciat lachrymis & oratio hib. accedat securus: sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata nõ grauant. Sed non frequentius, saltẽ ter in anno homines cõmunicẽt, nisi forte quis criminalib. impediatur: in Pascha, sc. & Pentecoste, & natali. Omnes ergo cõmunicent, qui noluerint carere ecclesiasticis liminib.

Lib. de eccle. d. g. ca. 3. in tom. 3. De cõ. d. 2. quotidie. Fab a. pap. de con. dist. 2. cap. Et si non.

SI HÆRETICI ET EXCOMMVNICATI HOC Sacramentum conficiant.

DISTINCT. XIII.

SOlet etiam quæri, Vtrum praui Sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest, aliqui, licet sint praui consecrant vere, scil. qui intus sunt nomine & sacramento, etsi non vita: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris: vnde Aug. intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris & virtute Spiritus S. Credẽdum est enim, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum S. suam efficit carnem & sanguinem. Item Greg. Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur

Pasc. in pr. c. 11. li. de corpore Christi 1. q. 1. intra catho. Ioan. 1. 6

1. Cor. 12. b

tur ignobilis. Heu in quam magnum laqueum incidunt: vt diuina & occulta mysteria plus ab aliis

Isi. lib 29. etymol. ca. 6.

sanctificata posse fieri credant, cum vnus idemq; Spiritus S. in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat. Mysterium ideo dicitur, quod secretam & recõditam habeat dispensationem. Sacrificium vero, quasi sacrum factum: quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione cũ res ita fit, vt aliquid significare rei accipiamus. Sa-

Ibid. Isi. c. 19. li. ety. cap. 6. paulo infer.

cramenta sunt, Baptisma, Chrisma, Corpus Christi: quæ ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumẽto visibilium rerum diuina virtus secretius salutẽ eorundem sacramentorum operatur. Vnde à secretis virtutib. vel sacris, sacramenta dicuntur. Panis & calicis sacramentum Græcè, eucharistia dicitur: Latinè, bona gratia interpretatur: & quid

Ioan. 6. g

melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per bonos siue per malos ministros intra Ecclesiã dispensetur, sacramentum tamẽ est, quia Spiritus S. viuificat: nec bonorũ dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore

Hic non tenetur.

Dñi, hoc de baptismate & chrismate dicendum est & tenendum: quia virtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solummodo est hæc virtus siue potestas non humanæ efficaciæ. Illi vero qui excõmunicati sunt, vel de hæresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione Offero, sed offerrimus, quasi ex persona Ecclesiæ. Et ideo cum alia sacramẽta extra ecclesiam possint celebrari, de hoc non videtur. Quod enim Aug. tradere videtur dicens, Recolite nomẽ, & ad-

Aug. in ser. de corpore Christi.

uertite veritatẽ. Missa n. dicitur, eo quod cœlestis nuntius ad cõsecrandum viuificum corpus adueniat: iuxta dictum sacerdotis dicẽtis. Omnipotẽs

Deus

Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. Idcirco nisi angelus venerit, Missa nequaq; iure vocari potest. Nunquid n. si hoc mysterium hæreticus ausus fuerit vsurpare, angelum de cœlo mittit Deus oblationẽ eius consecrare? maxime cum eisdem per prophetam comminatus sit dicens, Maledicam benedictionibus vestris. Quod si benedictionib. eorum se asserit maledicturã, veritas quid erit de hostia? Ergo dicemus, illam posse benedici ab illo, quẽ scimus à Deo fore maledictum cum sua benedictione? Si n. Deus maledixerit benedictionib. hæreticorum, & symoniacus benedixerit: qs eorum prævalebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilũ poterit redigere verba verissima cõminantis Dei? Ex his colligitur, q̃ hæreticus à catholica ecclesia præcisus, nequeat hoc sacramentum cõficere: quia sancti angeli, qui huius mysterij celebrationi assistunt, tunc nõ assunt, quando hęreticus vel symoniacus hoc mysterium temerarie celebrari præsumit. Non n. dubitare licet, vbi corpus Dñi & sanguinis mysteria geruntur, supernorum ciuium adesse conuentus. In huius a. mysterij explẽtione licut formam seruari, ita ordinem haberi, sc. vt sit sacerdos, & intẽtionem adhiberi oportet, vt illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio, sicut veritas habet, nunquid põt intendere illud cõficere & si nõ intendit, nunqd cõficit? Aliqui dicunt etiam nõ recte de illo mysterio sentiẽtes posse intendere: nõ quidẽ illud conficere, q̃ iam esset recte credere, sed id agere, q̃ geritur ab aliis dum conficitur: & sic adhibetur intentio, & si intentio dicatur de esse conficiendi illud mysterium, tamẽ ex quo intendit ea dicere, & agere, quæ ab aliis geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sane dici põt, quod à brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumimus vel qd

1. q. 1. c. multi seculariũ ad finem.

1. q. 1. c. maledicam. Gloss. ordi. 1. Cor. 11.

manducat? Deus nouit hoc. De hoc cœlesti mysterio aliqua perstrinximus à catholicis fideliter tenenda, Qui n. his contradicit hæreticus iudicatur.

Quid faciat hæreticum, & quid sit hæreticus. B

Hil. lib. 2. de tri. ad pr. Idē Hil. ante me diū li. 8. Hieron. ca. 5. ad Gala. & Os. ca. 9. Aug l. de vtilitate credend. & ad honoratū cap. 1. tom. 6.

Ne a. ignores quid faciat hæreticum, vel quid sit hæreticus, audi breuiter quid inde sancti doctores tradant. Hilar. ait. extiterūt plures, qui cœlestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutionem susceperunt? aliter interpretantes, quā dictorum virtus postularet. De intelligentia n. hæresis, non de scriptura est: & sensus nō sermo, fit crimen. Idem in 8. intelligentiæ sensus in crimine est. Hiero. dicit, quod ex verbis inordinatē prolatis incurritur hæresis Aug. definiens quid sit hæreticus, ait. Hæreticus est qui alicuius tēporalis cōmodi & maxime gloriæ principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur.

DE POENITENTIA.

DISTINCT. XIV. A

Hiero. in cōmentariis ad illud Esa 3. Agnitio vultus eorū t. 9. & t. 1. epi. ad Demetriadē de Virginitate seruanda ante medium.

POst hæc de pœnitentia agendum est. Pœnitentia longe positis à Deo necessaria est, appropinquent. Est n. vt ait Hieron. secunda tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam peccando corruperit, pœnitentiæ remedio reparare pōt. Prima tabula est baptismus, vbi deponitur vetus homo & induitur nouus. Secunda pœnitentia, quia post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismum. Licet homini sæpius pœnitere sed non baptizari, baptismus tantum est sacramentum: sed pœnitētia dicitur & sacramentū & virtus mentis. Est n. pœnitentia interior, & est exterior. Exterior sacramentū est: interior virtus mētis est: & vtraq; causa salutis est & iustificationis. Vtrū vero omnis exterior pœnitentia sit sacramentū, vel si non oit,

quæ

quæ hoc nomine censenda sit, consequenter inue- *Matth. 6. a*
stigabimus. A pœnitentia cœpit Ioan. prædicatio *Isi. 6a. 10. l. 6.*
dicentis, Pœnitentiã agite: appropinquabit n. re- *etymologia-*
gnũ cœlorum. Quod a preco docuit, illud post ve- *rũ. Esa. 26. c*
ritas prædicauit, exordium sumẽs sermonis à pœ-
nitentia: Pœnitentia dicitur à puniendo qua quis
punit illicita, quæ commisit. Pœnitentię virtus ti-
more cõcipitur, Vnde Esa. A timore tuo Dñe con-
cepimus & peperimus spiritũ salutis. Est a. pœni-
tentia, vt ait Ambros. mala præterita plangere, &
plangenda iterum non committere. Itẽ Greg. Pœ- *Greg. ho. 24.*
nitere est anteacta peccata deflere, & flenda non *de Euangelio*
cõmittere. Nam qui sic alia deplorat, vt alia tamẽ *Luc 15. Dõ.*
cõmittat, adhuc pęnitentiã agere aut ignorat, aut 1 *post tri. ad*
dissimulat. Quid n. prodest, si peccata luxurię quis *finem.*
defleat, & adhuc auaritię æstib. anhelat? His verbis
quidẽ vehementius inhærentes, contendunt verę
pœnitentię vltra non posse peccare dãnabiliter: &
si grauiter peccauerit. Verã non præcessisse pœni- *Isi. in lib. 2.*
tentiã. Quod alijs etiam muniunt testimonijs. Ait *de summo*
n. Isidorus, Irrisor est & non pœnitens, qui adhuc *bono cap. 16.*
agit quod pœnitet. Nec videtur Deũ poscere sub- *2. Pet. 2. d*
ditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad
vomitũ, & pœnitens ad peccatum. Multi lachry-
mas indesinenter fundunt, & peccare nõ desinunt.
Quosdã accipere lachrymas ad pœnitentiam cer-
no, & affectum pœnitentiæ non habere: quia incõ-
stantia mentis nunc recordatione peccati lachry-
mas fundunt, nunc reuiuiscente vsu, ea quę fleue- *Esa. 1. e*
runt iterãdo cõmittunt. Esaias de peccatorib. di-
cit, Lauamini mũdi estote. Lauatur & mũdus est, *Isi. li. pri. so-*
qui & præterita plangit, & flenda iterũ non com *liloquiorum*
mittit lauatur & non est mundus, qui plangit, quæ *in fin. Aug.*
gessit, nec deserit, & post lachrymas ea, q̃ defleue- *serm. 6. De*
rat repetit. Item Aug. Inanis est pœnitentia quam *tempore.*
sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta, *Gr. pa. 3.*
si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis *pastor. ad-*
monition 31.

Greg. pap. 3. pastor. admonitione 31. poscere, & mala denuo iterare. Itē Greg. Qui commissa plangit, nec tñ deserit, pœna grauiori se subijcit. Itē Amb. Reprehenduntur, qui sæpius agendam pœnitētiam putant: qui luxuriantur in Christo. Nam si vere pœnitentiam in Christo agerent, iterandā postea nō putarent, quia sicut vnum baptisma, ita vna est pœnitentia. His alijsq; plurib. vtuntur in assertionē suæ opinionis. Sed Amb. dicit. Hęc vero pœnitētia est, cessare à peccato. Et iterum, Magni profect⁹ est renuntiasse errori. Imbutos n. vitijs animos exurere atq; emundare virtutis est perfectæ & cœlestis gratiæ, & ideo sane ita definiri pōt. Pœnitētia est virt⁹, vel gratia qua cōmissa mala cum emēdationis proposito plangimus & odimus, & plangenda vlterius cōmittere nolumus: quia pœnitentia vera, est in animo dolere, & odire vitia. Vnde illa verba præmissa, pœnitere est anteacta deflere, & flenda non cōmittere: recte sic accipi possunt, vt non ad diuersa tempora, sed ad idē referantur: vt sc. tempore quo deflet cōmissa mala, non cōmittat voluntate vel opere flenda, q innuitur ex verbis consequentib. Nam qui sic alia deplorat, &c. Hinc Aug ait, Cauendum est, ne quis existimet nefanda illa crimina (qualia qui agunt, regnum Dei nō possidebunt) quotidie perpetranda, & eleemosynis redimenda. In melius est n. vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis propitiandus est Deus, non ad hoc emēdamus quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini n. dedit laxamētum peccandi, & si miserando deleat cōmissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Itē Pius Papa. Nihil prodest homini ieiunare & orare, & alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo à malis sic mentē reuocat, vt cōmissa plāgat, & plangenda cōmittere non velit, nec satisfacere negligit, vere pœnitet. Nec ideo nō est vera pœnitentia,

Aug. in enc. t. 60. in tom.

Pius Pap. 1. epist. 1. ad omnes fideles in fin.

De pœn. di. 3. cap. Nihil prodest.

tētia, quia forte post, nō de proposito, sed casu, vel infirmitate peccabit. Ille a. irrisor est & non pœnitens, qui sic cōmissa plangit, vt plangenda voluntate vel opere committere non desinat. Ille etiam qui post lachrymas repetit quæ fleuit, lauatur ad tēpus, sed mundus non est. i. illa munditia non est ei sufficiens ad salutē: quia est momentanea, non perseuerans. Itē illud, Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat, sic intelligendum est. Inanis est: sc. carens fructu illius pœnitentiæ quam sequens culpa inquinat. Illius n. fructus est vitatio gehennæ & adeptio gloriæ. Mortificatur n. illa pœnitentia, & alia anteacta bona persequens peccatum, vt nō sortiantur mercedē, q̄ meruerunt cum fierent, & q̄ haberent si peccatum non succederet. Sed & si de peccato succedenti pœnitentia agatur, & pœnitentia quæ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscunt: sed illa tātum, quę ex charitate ꝓ dierunt. Illa n. sola viua sunt, quæ ex charitate fiunt. Ideoq; si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentē pœnitentiā reuiuiscere possunt. Quæ vero sine charitate fiunt, mortua & inania generantur: & ideo per pœnitentiam reuiuiscere non valent. Similiter intelligendum est illud. Nihil ꝓsunt lamenta, &c. Et illud. Nihil valet, &c. Si n. replicētur peccata, nihil valet ad salutē vel ad veniā in fine præcedens lamentum, quia nihil relinquitur de vitæ munditia: quia aut peccata dimissa redeunt, vt quibusdam placet cum replicātur: vel si non redeunt, eis tamen deletis propter ingratitudinē ita reus & immundus cōstituitur, cum adhuc in expiandis implicatur, ac si iam deleta redirent. De hoc tamen sc. an peccata redeant, post plenius agemus. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam, vel ad munditiam vitæ habendam, veniā de malefactis poscere, & malefacta denuo iterare Ita etiam intelligendum est illud q̄ idem August. alibi

Aug. in l. de vera & falsa pœnitentia. cap. 8. in medio eiusdem. in tom. 4. Eodem li. c. 8. post med. Aug cap. 13. eiusd. lib. de pœnit. vera. Ican. 5. c. & 8. b.

ait. Pœnitentia est quædã dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse: & infra. Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere n. est pœnam tenere: vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando. Ille a. pœnam tenet, qui semper vindicat, quod commisisse se dolet. Pœnitentia ergo est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse. Quid restat nobis, nisi dolere in vita? vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si vero pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat & speret de gratia, quamdiu sustentatur à pœnitentia. Dicit enim Dominus, Vade, & amplius noli peccare: non dixit, Ne pecces sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor in pœnitentia continue custodiatur? Sed semper doleat, & de dolore gaudeat: & non sit satis, quod doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

Determinatio intelligentiæ dictorum. B

De pœnitentia perfectorum, vel ad salutẽ sufficienti intelligendum est, quod supra dixit, sc. Pœnitentia est vindicta semper puniens, quod cõmisit: & alia huiusmodi. Illud vero, Si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur: dupliciter accipi põt. Si n. iuxta quorundam intelligentiam, peccata dimissa redeũt, facile est intelligere nihil de venia relinqui: quia peccata dimissa iterum replicãtur. Sicut n. ille, qui ex seruitute in libertatem manu mittitur, interim vere liber est, & tamen ꝓpter offensam in seruitutẽ postea reuocatur: sic & pœnitẽtia peccata vere dimittuntur, & tamen ꝓpter offensam, quæ replicatur, iterum redeunt. Si vero nõ redire dicantur, sane potest dici etiam sic nihil de venia relinqui: non quod dimissa peccata iterũ imputentur, sed quia propter ingratitudinem ita reus & immundus constituitur, ac si illa redirent.

De

Illud autē quod Amb. ait, Repræhenduntur, &c. Sicut vnum baptisma, ita & vna pœnitentia: non secundum generalē, sed secundum specialem morē ecclesię de solenni pœnitentia dictum intelligitur: quæ apud quosdā semel celebrata nō iteratur. Item illud aliud Amb. Pœnitentia semel vsurpata nec verè celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequētis amittit: de solenni intelligitur. Solēnis ergo pœnitentia, vt Ambr. in eodē ait: est quæ fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere & cilicio: quę pro grauiorib. horrendisq; ac manifestis delictis tantum imponitur. Et illa nō est iteranda pro reuerentia sacramenti, vt ne vilescat & contēptibilis fiat hominibus. Vnde Aug. Quamuis cautè & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitētiæ semel in ecclesia cōcedatur, ne medicina vilis vel minus vtilis esset ægrotis: quæ tāto magis salubris est, quāto minus cōtemptibilis fuerit: Quis tamē audeat Deo dicere, Quare huic homini, qui post pœnitentiā primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Orig. quoq; de hac solēni pœnitētia, quæ pro grauiorib. criminib. iniungitur ait, Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, vel in blasphemia fidei, sed in sermonis vel in morū vitio cōsistat: hæc culpa semper reparari potest, nec interdicitur aliquando de huiusmodi pœnitentiā agere: sed nō ita de grauiorib. criminib. In grauioribus n. criminib. semel tantum pœnitētiæ conceditur locus. Cōmunia, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiā recipiunt, & semper redimuntur. Cōmunia dicit venialia peccata & fortè mortalia quædā aliis minus grauia: quæ sicut sæpè cōmittuntur, ita frequenter per pœnitentiā redimūtur. Sed de grauiorib. criminib. semel tantum agitur pœnitentia, scil. solennis. Nam & de illis, si ite-

Ambr. c. 11. lib. 2. de pœnit ad fin. to. 1.

Ad Macedonium epi. 54 non longè à princ. in tom. 2.

Orig. super Leu. de venditi. domorum, c. 25. Hom. 15. in medio eiusdem, in t. 1.

rentur, iteratur pœnitentia, sed non solennis: quod tamen in quibusdam ecclesiis non seruatur.

Auctoritatibus probat, quod non semel tantum, sed frequenter peccata dimittantur per pœnitentiam. D

Quod verò pœnitentia non semel tantum agatur, sed frequenter iteretur, & per eam frequenter iterũ venia præstetur, plurib. sanctorum testimoniis probatur. Ait n. Aug. scribens contra quosdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilẽ esse pœnitentiam, ita. Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plusquam oportet: non sobrii, sed excedentes mensuram dicunt. Etsi semel peccantib. post baptismum valeat pœnitẽtia, non tamen sæpè peccantibus proderit iterata: alioquin remissio, ad peccandum esset incitatio. Dicunt enim. Quis nõ semper peccaret, si semper per pœnitentiam redire posset? Dicunt n. Dñm incitatorem mali, si semper peccantib⁹ subuenit: & ei peccata placere, quib. semper præsto est gratia. Errant autẽ. Constat n. multum ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Sed si ea amaret, non semper ea destrueret. Idẽ ad Maced. In tantum hominũ iniquitas aliquando proreditur, vt etiam post peractam pœnitẽtiam, & post altaris reconciliationem, vel similia, vel grauiora cõmittant. Et tñ Deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam ante tribuerat, largissima munera vitæ & salutis. Et quamuis eis in ecclesia locus ille pœnitentiæ non concedatur, Deus tñ super eos suæ patientię non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis vobis dicat. Dicite mihi, vtrũ aliquid prosit ad vitã futuram, si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis blandimenta contẽpsero, si me pœnitendo vehementius quam prius excruciauero, si vberius fleuero, si meli⁹ vixero, si pauperes largius sustentauero, si charitate ardentius flagrauero? quis vestrum ita desipit, vt huic

Aug. in lib. de vera & falsa pœnitentia cap. 5. in initio. in to. 4. ad Rom. 12.

August. ad Macedoniũ epist. 54. in t. 2. Mat. 5. g

huic homini dicat, Nihil tibi ista in posterum proderunt? Vade, saltē huius vitæ suauitate fruere. Auertat Deus tam immanem sacrilegamq; dementiam. Item Ioan. Chryso. de reparatione lapsi. Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: Nunquam spernit pœnitentiā, si ei sincerè & simpliciter offeratur, etiamsi ad summū quis perueniat malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam: suscipit libenter & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Quodq; est adhuc præstantius & eminentius, etiāsi non potuerit quis explere omnem satisfaciēdi ordinē, quantulācunq; tamen & quantumlibet breui tēpore gestam non respuit pœnitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedem. Exemplis etiam hoc idē astrui potest. Dauid n. per pœnitentiam adulterii simul & homicidii veniā impetrauit: & graiter tamē postea deliquit in populi enumeratione, quod populi multitudo prostrata ostendit. Illud a mirabile est, quod angelo ferienti plebem se obtulit, dicens. Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domū patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolutione æstimabatur indignus. Nec mirū si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniā: cum Moyses offerēdo se pro plebis errore, peccata diluerit. His aliisq; testimoniis pluribus euidenter ostenditur, per pœnitentiā non semel tantum, sed sæpius nos à peccatis surgere, & veram pœnitentiam sæpius agi. Voluntaria enim peccantibus nobis, vt ait Apost. pro peccatis non relinquitur hostia secunda scil. quia semel tantum Christum oportuit pati: nec relinquitur secundus baptismus: Relinquitur verò secunda pœnitentia, & tertia, & deinceps, vt Ioan. Chrysostom. super hunc locum ait. Sciendum, inquit, quod hic quidam exurgunt, horum ver-

Chryſoſt. lib. ad Theodorum lapſum ſiue epiſt. to. 5. nō longè à princ.

2. Reg 11. a

Ibidem cap. Ambr. in apologia Dauid cap. 7. in fine eiuſdem in to. 4.

1. Para. 22. a

Exod. 32. g

Heb. 10. 6

Chryſ. hom. 20. ad ca. 10. Ad heb. t. 4.

verborum occasione pœnitentiam auferentes; quasi per pœnitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundò, & tertiò, & deinceps. Verumetiam in hoc pœnitentiam non excludit, nec propitiationem, quæ sepè fit per pœnitentiam: sed secundum baptismum & hostiam.

QVOD PLVRIBVS IRRETITVS PECCATIS non potest pœnitere de vno vere, nisi de omnibus pœniteat.

DISTINCT. XV. A

Ex Grat. de pœnit. dist. 3. cap. Scelerationis.

ET sicut prædictis auctoritatibus illorum error conuincitur, qui pœnitentiam sępius agendam non putant, & per eam à lapsu peccantes frequenter surgere difñtentur: ita eisdē illorum oppositio eliditur, qui plurib. irretitum peccatis asserunt de vno verè pœnitere, eiusdemq; veniam à Domino consequi posse sine alterius pœnitentia. Quodetiam auctoritatibus astruere conantur. Ait n. Propheta. Non iudicabit Deus bis in idipsum: vel vt alii transtulerunt, Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit cōfessus vnum de duob. vel plurib⁹ peccatis & de illo iniunctam sibi pœnitentiā à sacerdote satisfactione expleuerit cæteris tacitis: non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicē Christi in Ecclesia gerit. Ideoq; si de eo iterū iudicetur, bis in idipsum iudicat Deus, & consurget duplex tribulatio. Sed de his oportet illud tantū intelligi, qui præsentib. suppliciis commutantur in bonum, & sic perseuerant; super quos non cōsurget duplex tribulatio. Qui vero inter flagella duriores & deteriores fiūt, vt Pharao, præsentib. æterna connectunt: vt temporale supplicīū sit eis æternæ pœnæ initum. Vnde Aug. Ignis succensus est, &c. i. vindicta Dei hic incipiet, & ardebit vsq; ad extremam damnationem. Hoc cōtra illos notandum est, qui dicunt illud,

Super can. Deu. 32. sunt plures.

De pœnit. dist. 3. cap. Ignis.

lud, scil. Non iudicabit Deus bis in idipsum: ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendantur, alii hic & in æternum puniuntur. Quinq; n. modis flagella contingunt: vel vt iustis per patientiã merita augeantur, vt Iob: vel ad custodiam virtutũ, ne superbia tentẽt, vt Paulo: vel ad corrigenda peccata vt Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato: vel ad iudicium pœnæ, vt Herodi, quatenus hic videatur, quid in inferno sequatur: secundum illud, Duplici cõtritione cõtere eos Domine. Illa ergo auctoritas Nahum non cogit nos sentire, omnia quæ tẽporaliter puniuntur non vlterius à Deo puiendà: nam etsi super eundem locum Hiero. dicat, Ægyptios & Israelitas à Deo tẽporaliter punitos, ne in æternum punirentur: non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim sic, Quod genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Ægyptios mari, & Israelitas in heremo perdidit, scitote ideo temporaliter pro peccatis puniſſe, ne in æternum puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur: alioquin mentitur scriptura quod nefas est dicere.

Iob 2. d
2. Cor. 12. e
Num. 12. b
Ioan. 9. d
Act. 12. d
Hier. 17. c
Beda ad illud cap. 2. Mar. Quid est facilius. Et gio. ord. Matth. 9.
Hier. tom. 6. comment. ad eum locum 1. ca. Nahum propheta.
Gen. 19. c
Exod. 14. g
Num 11. a
Hæc ex Gratiano dist. 3. ne pœni. cap. Sunt plures & cap. Ignis.

Quæsit intelligentia præmissorum. B

Attende lector his verbis, & caue ne de omnibus generaliter intelligas: sed de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiã egerunt, crẽdentes in Deum Hebreorum: quam, etsi breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus. Quod a qui per tẽporale flagellum non corriguntur, post æternaliter puniantur, ibidẽ ostendit, agẽs de fideli deprehenso in adulterio qui decollatur. Vbi ostendit leuia peccata breui & temporali supplicio purgari, magna verò diuturnis æterniſq; supplicijs reseruari: ita inquiens: Quærat hic aliquis, si fidelis deprehẽsus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat? Aut n. punietur, & falsum est, quod dicitur. Non

Hier. ad cap. 1. Nahum.

Non iudicabit Deus bis in idipsum: aut nõ punietur, & optandum est aduleris, vt hic breui pœna puniantur, vt frustrẽtur in cruciat⁹ æternos. Ad q̃ respõdemus. Deus vt omniũ rerum ita supplicio-rũ quoq; scire mensuras: & non præueniri sententia iudicis, nec illi in peccatorẽ exercendæ de hinc pœnæ auferri potestatẽ: & magnum peccatũ magnis diuturnisq; lui cruciatib⁹. Si quis vero punit⁹ sit tẽporaliter, vt ille, qui Israelitæ maledixerat, & qui in sabbatho ligna collegerat, tales postea non puniri: quia culpa leuis præsenti supplicio cõpensata sit. Leuis n. culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hiero. grauia peccata & hic puniri graui supplicio, & in futuro puniẽda æternaliter, de quib. pœnitentia nõ agitur inter flagella. Leuia verò, quæ hic puniuntur, leui pœna cõpensationẽ recipere: q̃ in bonis fieri nõ ambigimus, & in malis fortè etiã fit ita. Satis iam apparet, q̃ illi de prophetia induxerunt, non facere pro eis, qui dicunt: ei qui crimẽ sibi reseruat, de alio veniam præstari per pœnitẽtiã. Alias quoq; auctoritates inducunt. Ait n. Greg. Pluit Dñs super vnam ciuitatem, & super alteram non pluit: & eandẽ ciuitatem ex parte cõpluit, & ex parte aridam relinquit. Cum ille, qui proximum odit, ab aliis vitiis se corrigit, vna eademq; ciuitas ex parte cõpluitur, & ex parte aridà remanet: quia sunt quidam, qui cum quædã vitia resecent, in aliis grauiter perdurant. Itẽ Amb. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri De⁹: Secunda per punitionem: vbi etsi fides desit, pœna satisfacit & reuelat. Ratione quoq; dicũtur dicentes. Si is qui vnum peccatũ confitetur altero tacito, satisfactionẽ à sacerdote iniunctam expleuerit: nunquid etsi peccatum tacitũ cõuersus fuerit cõfessus, pro vtroq; ei pœnitentia imponetur? Lõgè hoc videtur à ratione, & ecclesiæ cõsuetudine; quæ pro eodẽ peccato, nisi reiteretur, nulli bis

Leuit. 24. b
Num. 11. 5. d

Greg. ad illud cap. 1. Ezech. Si fortè audiunt. hom.

Ambr. super Psal. 118 in princ. serm. 11. in to. 4.

pœnia

pœnitẽtiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, vnde & peccatũ deletum videtur.

Quomodo accipienda sunt præmissa. C

His respõderi potest sic: illud Greg. Pluit Dominus, &c. nõ ad criminis veniam: sed ad operis praui desertionẽ referendum est: vt ideò pars ciuitatis dicatur complui: quia ab actu & delectatione peccati, cui ante seruiebat, modo cessat: non quod eius veniã habeat. Vocatur ꝙ pluuia illa talis continentia quæ ab opere peccati reuocatur: quia ex fonte gratię Dei id cordi instillatur: vt vel sic paulatim ad pœnitentiam veniat: vel eo minus à Deo puniatur, qui diuturniori dilectione & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si verò ad indulgentiam reatus pluuia referatur, euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si n. propter misericordiam, qua quis proximo suo non miseretur, etiam quæ dimissa sunt replicantur ad pœnam: multo magis, quæ nõdum sunt dimissa propter odium fraternũ ad pœnã reseruari ꝓbantur. Etsi ille qui arbiter suæ voluntatis constitutus est, nõ potest inchoare nouam vitam, vt ait Aug. nisi pœniteat eum veteris vitæ: quomodo ad nouitatẽ indulgentiæ perueniet, qui odii vetustatem nõ deposuit? Illud etiã quod ait Amb. Etsi fides desit, pœna satisfacit, &c. non de fide intelligitur, qua creditur in Deum: sed de conscientia delicti. Deest n. fides, cum conscientia peccati non subest. Nam cum delicta omnia nemo intelligat: est aliquando in homine peccatum, cuius nõ habet conscientiã. Vnde Apost. Nihil mihi cõscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum. Cũ ergo quis flagellatur pro peccato, cuius nõ est conscius, si patiẽter fert pœnam & humiliter amplectitur, cogitans se fortè peccatum habere, quod non intelligit, & pro eo puniri à Deo, pœna illa satisfacit & releuat grauatum. Ad hoc autem, quod obiicitur de satisfactione illa:

Aug. ho. 50. ad princ. Et libr. de pœnitentia medicina.

illa: si satisfactio non fuit, iterũ imponenda est. Si vero iterũ imponenda non est, satisfactio fuit: & si satisfactio fuit, veniã impetrauit. Responderi pot satisfactionem non fuisse, quia ille dignos fructus pœnitentiæ nõ fecit. Est enim satisfactio pœnitẽtiæ, vt ait Aug. peccatorũ causas excidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Item, Sane qui scelerate viuunt nec curant talem vitam mores q; corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare nõ cessant: frustra Ideo sibi blãdiuntur, quia Dñs ait. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc n. quam late pateat non intelligunt. Multa enim sunt genera eleemosynarum: quæ cũ facimus adiuuamur. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & huiusmodi. sed etiam qui dat veniã petẽti, eleemosynam dat: & qui emẽdat verbere, in quẽ potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vel orat vt ei peccatum dimittatur, eleemosynã dat: quia misericordiam præstat. Multa n. bona prę stantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati & non voluntati: sed ea maior est, qua ex corde dimittimus, quod in nobis quis q; peccauit. Minus enim magnũ est erga eũ esse beneuolum, qui tibi nihil mali fecit. Illud multo grandius, vt tuum etiam inimicũ diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, semper bonũ velis faciasq; quod possis. Quod ergo Dñs ait, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis: ita ne intellecturi sumus, vt non credentibus in Christũ munda sint omnia, si eleemosynas istas dederint? Qui n. vult ordinate eleemosynam dare, à se debet incipere, & eam primũ sibi dare. Est n. eleemosyna opus misericordiæ: verissime q; dictũ est, Miserere animæ tuæ placens Deo. Nõ ergo se fallũt, qui per eleemosynas largissimas fructu ũ suorum vel pecuniæ impunitatẽ se emere æstimant, in peccatis permanentes, quæ ità diligunt,

Áu. in li. de dog. Eccl. c. 54. Et in enc. c. 75. in prin.

Luc. 11. f Au. in enc. in fine c. 72 Ibid. c. 73. cõtinuo Au. in enc. c. 73. In prin. Ca. 71. eiusdem lib. in principio Eccl. 30. d Ca. 77. eiusdem libro in principio. Au. cap. 76. in ench. in medio.

gunt, vt in eis optēt versari. qui vero diligit iniquitatem, odit animā suam: & qui odit animam suā, nō est misericors ei, sed crudelis. Diligēdo quippe eam secūdum seculum, odit eā secundum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam, per quā fit mūdus, odiat eam secundum seculum, & diligat eā secundum Deum. Hac eleemosyna, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait, Mūdate quæ intus sunt. Immundis enim nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens, & conscientia, vt ait Apost. Immundi vero sunt omnes quos non mundat fides, qua creditur in Christum: de qua scriptum est, Mundans fide corda eorum. Sed ne istas eleemosynas, quæ fiunt de fructibus terræ, respuere Christus videretur. Hæc, inquit, oportuit facere, scil. iudicium & charitatem Dei, & illa non omittere, i. eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi, quod in peccato mortali permanētes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamē per eas satisfaciūt: quia inordinate agunt, dum à se non incipiūt. Nec proprie dicitur eleemosyna tale opus, dū sibiipsis crudeles existunt non placēres Deo. Nō ergo dicēda illa peccata satisfactio, quā qui agit ꝑ vno peccato, dū perdurat in altero. Quia nihil prodest ieiunare & orare, & alia bona agere, nisi mēs reuocetur à peccato, & si aliquādo cōuersus tacitū peccatū sacerdoti fuerit confessus, de vtroq; imponēda est ei satisfactio: qa de primo cōdigne nō satisfecit.

Matt. 2. e
Ad Tit. 2 d
Ibid. in medio. ca. 75.
Act. 15. c
Matth 23. e
Ibid in fine cap. 76.

Pius pap. 1. epi. 1. ad oēs christianos in fine.
Grat. de pœ. dist. 3. quiras in fine.

Secundum quosdam fuit satisfactio. D

Quibusdam tamē videtur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato altero persistit: percipietur tamē fructus eius, incipietq; proficere, cum peccati alterius pœnituerit. Tūc n. vtrunq; dimittitur peccatū, & satisfactio præcedēs viuificatur, quæ fuerat mortua: sicut baptismus illi, q ficte accedit, tūc primit⁹ valet, cū fictio à mēte recedit per

Aug. lib. de vera & falsa pœnit. c.14. in fine, tom.4.

pœnitentiam. Et in huius opinionis munimẽtum auctoritates inducunt. Ait n. Aug. Pium est credere, & nostra fides expostulat, vt cũ gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiã remuneret bona: & cum destruxerit, q̃ suum nõ inuenit, diligit bonũ, quod in peccante plantauit. Itẽ Hier. Si quãdo videris inter multa peccata quenquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed faciet ea metere, & in horrea congregare, quæ bona in terra seminauit. Sed hæc dicta intelligimus de illo, qui in charitate quodam tẽpore bona facit & bonus est, alio vero tẽpore malus est, & mala peccata facit. Non ergo intelligendum est eũ inter multa peccata, iusta opera fecisse, quasi simul eodemq; tẽpore peccata fecerit, & iusta opera: sed diuersis temporibus vtraq; fecisse. Nisi n. bonus foret, quando bona fecit, non seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona cõmissis, priora bona, in charitate sc. facta, quæ sequẽtia mala mortificauerãt, pœnitentia de illis malis habita viuificantur & remunerãtur. Vnde Apostolus, Iacientes fundamẽtum pœnitentię ab operibus mortuis: opera mortua nominans priora bona significat, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccando fiunt irrita, ita per pœnitentiam reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis prodesse incipiunt. Similiter & illud bonum amat Deus quod plantauit in peccante, in illo, sc. qui post illud bonum peccauit, nõ simul peccans & bonum operans extitit: quia talis hominis opus nõ diligeret Deus ad remunerationem. Potest etiam accipi de operibus bonis, quæ ab aliquo fiunt dum malus est, & in peccato mortali persistit vel ad tempus, vel vsq; in finem: quæ dicuntur à Deo remunerari, & non dari obliuioni, non

Hier in comment. ad illud Aggæi 1. Seminastis, tom.6.

In epist. ad Hebr. c.6.a

Gratian. de pœnit. di.3.

non quia proficiunt ad vitam æternam, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiēdum: sicut de fide & cæteris, quæ sine charitate habentur, Aug. ait, Si quis non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus & vinculum pacis, quo Ecclesia cōnectitur, in aliquo sch smate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammas vel bestias, vel ipsam crucem, timore gehennæ: nullo modo ista culpanda sunt, immo & hæc laudanda est patientia. Non n. dicere poterimus, melius ei fuisse, vt Christum negando nihil horum pateretur, quæ passus est confitendo: sed æstimādum est fortasse tolerabilius ei esse futurum iudicium, quam si Christum negando nihil horum pateretur: vt illud quod ait Apost. Si tradidero corpus meum ita vt ardeat, charitatem a. non habuero, nihil mihi prodesse intelligatur ad regnum obtinendum, nisi ad extremi iudicij tolerabili⁹ subeundum supplicium: & infra. Hæc propter charitatē dicta sunt: sine qua in nobis non pōt esse vera pœnitētia: quoniam in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

Aug. lib. de patientia vnico c. 26. in tom. 4.

1. Cor. 13. b

Aug. ca. 23. eiusdem lib. de patientia in princip.

Perstringit dictorum summam, vt alia addat. E

Ex his ostēditur, bona, quæ sine charitate fiunt, prodesse quidem ad tolerabiliorē pœnam sentiēdam, sed non ad vitam obtinendam. Illa n. quæ in charitate quis facit, si pœna prolapsus fuerit, nec exurrexerit, nō esse in memoria Dei. Ezec. dicit, Si auerterit se iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, nūquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recordabūtur: in peccato suo morietur: & nō erūt in memoria iustitiæ, quas fecit. In cui⁹ loci expositione Greg. ait. Hoc nobis maximè cōsiderandum est, quia cum mala cōmittimus, sine causa ad memoriam trāsacta bona reuocamus, quoniā in perpetratione malorū nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Intelligēdum est hoc, ad vitā per-

Gratia. dist. 4 de pœnitentia.

Ezec 31 f

Greg. ho. 11. ad illud ca. 3 Ezech. in peccato suo in li. 1.

percipiendā bona præterita non dare fiduciā, etsi ad mitiorē pœnam alioquin præmissæ auctoritati Aug. obuiaret. Et bona ergo sine charitate facta & bona in charitate facta, q̄ concomitatur mortalis culpa, quā non delet sequens pœnitentia: ad sensum mitioris pœnæ proficiunt, nō ad vitæ fructū.

Auctoritates alias inducit contra eos, qui dicunt de vno peccato pœnitentiam agi, altero tacito. F

Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine pœnitentiam agi, & veniā præstari alio in delectatione retento, vel per confessionem nō exposito: qui non modo prę̄missis auctoritatibus cōfutantur, sed etiam subditis: ait enim Aug.

Aug c.9.li. de vera & falsa pœnit. tom.4. Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed tamē omnino reseruantes sibi quædam in quibus delectentur: non animaduertētes Dñm sibi mutum & surdum à dæmonio liberasse: per hoc docet nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si n. vellet peccata ex parte reseruari habenti septē dæmonia, ei proficere potuit sex expulsis. Expulit autē septem, vt omnia crimina simul eiicienda doceret. Legionē vero dæmonum ab alio eiiciens, nullum reliquit de omnibus qui liberatum possideret: ostendens quod etsi peccata sint mille, oportet de omnibus pœnitere. Nunquā aliquē sanauit Dñs, quem non omnino liberauit. Totum n. hominem sanauit in sabbatho: quia & corpus ab omni infirmitate, & animā ab omni contagione: indicans pœnitentē oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dñm inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis n. Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam n. impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam n. sine vera pœnitentia inueniret gratiam. Pœnitētia n. vera ad baptismi

Marci.7.c.

Luc.8.f

Marci.5.b

Ioan.7.d

purita-

puritatem conatur adducere. Recte n. pœnitens, quicquid sordis post purificationē baptismi contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mētis: sed satis durus est cuius mētis dolorē oculi nō declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna tēporis, vel mortē amici, & dolorē peccati nō ostēdit in lachrymis. Quē ergo pœnitet omnino pœniteat. Idē, pœnitentes, si vere estis pœnitentes, & nō estis irridentes, mutate viā, reconciliamini Deo. Pœnitentiā agis, genua figis, & rides: subsannas Dei patientiā. Si pœnitentiā agis, pœnitet te: si nō pœnitet te, nō es pœnitens. Si ergo pœnitet, cur facis, quæ male feciſti? Si feciſſe pœnitet, noli facere: Si adhuc facis, certe nō es pœnitens. Itē Innocētius secūdus. Admonemus fratres nostros, ne falsis pœnitētiis laicorū animas decipi, & in infernū pertrahi patiātur. Falsam a. pœnitentiā esse cōstat, cū spretis plurib⁹, de vno solo pœnitētia agitur: vel cū sic agitur de vno, vt nō discatur ab alio.

Aug. li. de vera & falsa pœnit. c. 10.

Repetit de vera pœnitentia, vt addat. O

Ex præmissis perspicua fit notitia verę pœnitētiæ, vel satisfactionis. Illa n. vera est pœnitētia quę peccatū abolet: quod illa sola facit quæ scelus corrigit, quæ odium cōmissi criminis & cōmittendi, cum desiderio satisfaciendi affert. Iudas n. pœnituisse legitur, sine assecutione veniæ, quia tali pœnitentia nō correxit crimē. Vnde Hiero. Nihil Iudæ profuit sera pœnitētia, per quā scelus corrigere non potuit. Sic quādo frater peccat in fratrē, vt emendare valeat, quod peccauit, potest ei dimitti: sin a. permanēt opera, frustra voce assumitur pœnitētia: hoc est quod de eo infœlicissimo dicitur. Et ratio eius fiat in peccatum, vt nō solum emēdare nequiuerint, additionis nefas, sed & prij homicidij scelus addiderit. Caue qualiter intelligas illud, Vt emēdare valeat, quod peccauit, &c. Non enim emēdatio hic intelligenda est, rei demptæ recom-

Matt. 27. a

In com. ad c. 27 Matt. tom. 9.

pensatio: sed delicti exprobratio & abominatio, cũ satisfactionis desiderio. Demit n. iniuste quis alicui, quod restituere non valet, vt oculum, vel vitam & huiusmodi: & tñ si pœnituerit peccati, cum amore cõdignæ satisfactionis, veniam habet, Nec ideo quisquã putet, qui rẽ alienam iniuste abstulerit, quã reddere põt, de illo peccato pœnitere ac veniam cõsequi, nisi restituat ablatum. Quandiu n. res propter quam peccatum est, non redditur si reddi potest, non agitur pœnitentia, sed fingitur.

Aug. in epi. 54. ad Macedonium.

DE TRIBVS QTÆ IN POENITENTIA *considerandã sunt.*

DISTINCT. XVI. A

IN perfectione a. pœnitentiæ, tria obseruanda sunt, sc compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis. Vnde Ioan. Os aureum: Perfecta pœnitentia cogit peccatorẽ omnia libenter ferre: in corde eius cõtritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hæc est fructifera pœnitentia, vt sicut tribus modis Deum offendimus, sc. corde, ore, & opere, ita tribus modis satisfaciamus. Sunt n. tres peccati differẽtię, vt ait Aug. & in corde, & in facto, & in consuetudine, tanquã tres mortes. Vna quasi in domo, sc. cum in corde consentitur libidini: Altera quasi prolata iam extra portam, cũ in factum procedit assensio: Tertia cũ vi malæ cõsuetudinis tanquã mole premitur animus, vel noxię defẽsionis clypeo armatur, quasi in sepulchro iam fœtẽs. Hæc sunt tria genera mortuorum, quę Dñs legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti, triplici remedio occurritur: cõtritione, cõfessione, satisfactione. Compunctio nobis cõmendatur ibi, Scindite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra. Cõfessio, ibi, iustus in principio sermonis accusator est sui. Verè n. confitetur, qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat. Et ibi, Effundite coram illo corda vestra. Et iterũ. Confitemini alterutrũ peccata vestra,

Chry. de pœnitent. di. 1. perfecta.

Aug. ser. domini, in monte. lib. 1. tomo 4.

vestra. Satisfactio à Ioã. præcipitur, & vbi ait, Facite dignos fructus pœnitẽtiæ, sc. vt secundum qualitatẽ & quantitatẽ culpæ sit qualitas & quantitas pœnæ. Non n. par debet esse fructus boni operis eius, qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauiꝰ cecidit. Ideo discretio Pœnitenti valde necessaria est, vt illa gerat quæ tradit Aug. dicens. Cõsideret qualitatẽ criminis, in loco, in tẽpore, in perseuerantia, in varietate personæ: & quali hoc fecerit tẽtatione & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet n. pœnitere fornicantẽ secundum excellentiam sui status vel officij, vel secundum modum meretricis, & in modum operis sui: & qualiter turpitudinẽ egerit, si in loco sacrato, si in tẽpore orationi cõstituto, vt sunt festiuitates & tẽpora ieiunij. Cõsideret quantum perseuerauerit, & defleat, quod perseueranter peccauerit: & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt n. qui non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt: nec expectant tentationẽ, sed præueniunt voluptatem. Et pertractet secũ, quam multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis ista varietas cõtenda est & deflẽda, vt cum cognouerit quod peccatũ est, cito inueniet Deum sibi propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat cuius ætatis fuerit, cuius sapiẽtiæ & ordinis. Immoretur in singulis istis, & sentiat modum criminis, purgans lachrymis omnẽ qualitatẽ vitij: defleat virtutem, qua interim caruit. Dolẽdum est enim non solum quod peccauit, sed quia virtute se priuauit. Defleat etiam, quoniam offendens in vno, factus est omnium reus: Ingratus n. extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc n. quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia non omni bono abundauit. Alio ẽt modo, offendens in vno factus est omniũ reus: quia omnis virtus patitur detri-

Iohelis 2. g
Prou. 18. c
Psal. 61.
Iacobi 5. d
Matth. 3. b
Luc. 3. b

Aug. ca. 14. li. de vera & falsa pœnit. tomo 4.

Iacobi 2. b

Ibid c. 15. ad principium.

trimẽtum ab vno vitio. Ponat se omnino in iudicio & potestate sacerdotis, nihil sui reseruãs sibi: vt omnia eo iubẽte paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro vitãda corporis morte: & hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitã. Cum gaudio n. facere debet immortalis futurus, qui faceret pro differẽda morte moriturus: semper deprecetur Deum: offerat Deo mentem & cordis contritionem: deinde & quoad põt, det de possessione: & tunc si quid offerat, securus offerat.

Gen. 4. b Respexit Dñs. ad Abel, & munera eius. Prius dicit Abel, quã ad munera eius. In iudicio ergo cordis cõferenda est eleemosyna tribuẽtis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat, quid potest. Qui ergo sua peccata redimere vult tẽporalium oblatione, prius offerat mentem. Caueat etiã ne ductus verecundia, diuidat apud se confessionẽ, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus

Aug. ibid. cap. 15. manifestare. Quidã n. vni celant, quod alteri manifestandum conseruãt: quod est se laudare, & ad hypocrisim tẽdere & semper venia carere: ad quã per frusta putãt peruenire. Caueat etiã ne prius ad dominicum corpus accedat, quam cõfortetur bona cõscientia, & doleat, quod nondum audeat sumere, quẽ multum desiderat cibum salutarẽ. Cohibeat etiã se à lud s, à spectaculis seculi, qui perfectã vult consequi remissionis gratiã. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ, animã captiuam elaqueantes & in libertate seruãtes. Et infra, Quærat anima dignos fructus, & si non dignos pœnitentiæ. Sunt n. digni fructus virtutum, qui non sufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia n. grauiores postulat, vt dolore & gemitibus mortuus impetret vitam. Ex his ostenditur, qui sint digni fructus pœnitentiæ, quibus vera satisfactio expletur: & quod nõ omnes digni fructus sunt digni fructus pœnitentiæ: quod de illa pœnitentia intelligitur, quæ maiorum est cri mi-

criminum. Non n. sufficiunt grauiter delinquẽtibus, quæ sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Quæsit falsa satisfactio. B

Et sicut sunt digni fructus pœnitentiæ, ac vera satisfactio: ita & digni fructus, & falsa satisfactio, i. falsa pœnitentia. Vnde Gregorius. Falsas pœnitẽtias dicimus, quæ nõ secundũ auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri nõ possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiã venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odiũ in corde gerit: recognoscat se verã pœnitentiã non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officiũ deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ iniuste abstulit, restituat. Nec tamen desperet, interim quicquid boni facere põt, hortamur vt faciat, vt Deus cor eius illustret ad pœnitentiã. Cum sit pœnitentia interior & exterior, de vtraque per præmissa satis apparet, quæ sit vera, & quę sit falsa.

Greg. 7. de pœnit. dist. 1. c. Falsas.

De tribus actionibus pœnitentiæ. C

Prædictis vero ad adiiciendum est, quod tribus modis agitur pœnitentia: ante baptismum scil. de prioribus peccatis: post baptismum de grauioribꝰ quæ post cõmittuntur. Est etiam pœnitentia venialiũ quotidiana: quæ etiã humilium est, & perfectorum. Vnde Aug. Tres sunt actiones pœnitentiæ quas mecum eruditio vestra recognoscit. Vna est quæ nouum hominẽ parturit, donec per baptismum omnium prędictorum ablutio fiat peccatorum: quia nullus suæ voluntatis arbiter, nisi pœniteat eum veteris vitæ nouã inchoare põt, à qua paruuli sunt immunes cum baptizãtur, quia nondum possunt vti libero arbitrio: quibus tamẽ ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur. Altera est actio pœnitẽtiæ post baptismum, quæ fit pro illis peccatis, quæ

Aug. ho de vtilitate & necessitate pœnitentiæ quæ est. 50. in to. 10. & li. de medicina pœnitentiæ, ca. 7. tomo 9. Exod. 20. b Act. 2. f

legis decalogus cõtinet. Agunt ergo homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen vt ẽt baptizentur: sicut Petrus ait, Agite pœnitẽtiam, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomini Dñi, &c. Agunt ẽt pœnitẽtiam, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari & recõciliari postea mereantur. Est etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium pene quotidiana: *Matth. 6. b* in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra, &c. Neq; ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa nobis in baptismo nõ dubitamus: sed illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua tamẽ crebra surrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatũ. Quid n. interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinã per negligentiũ culpã impleat nauẽ, & submergatur? Ideo ieiunium, & eleemosynæ, & orationes *Matth. 6. b* inuigilẽt: in quibus cũ dicimus. Dimitte nobis debita nostra, &c manifestam⁹ nos habere, quod nobis dimittatur: & in verbis humiliantes animas nostras, quotidianã agere pœnitentiã nõ cessam⁹.

De satisfactione venialium. D

Quæ a. pro venialibus sit satisfactio sufficiens, *Aug. ca 71. In tom. 3.* Aug. insinuat ita inquiens in Enchiridio. De quotidianis & breuibus leuibusq; peccatis, sine quib⁹ hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit: Eorum n. est dicere, Pater noster qui es in cælis, &c. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quib⁹ vita fidelium ẽt scelerate gesta, sed pœnitẽdo in melius cõmutata discedit. Sicut veraciter dicitur, Dimitte *Matth. 6. b* nobis debita nostra: ita & veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, i. sic fiat, q̃ dicitur: qa & ipsa eleemosyna est, veniã petentib⁹ omnino ignoscere. Ex his aliisq; præmissis iã facile est in-

est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibēda satisfactio. Sufficit n. dominica oratio cum ieiunio & eleemosynis: sic tamē, vt præcedat cōtritio aliquantula, & ad datur cōfessio si adsit facultas: de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus vero peccatis hęcēt in satisfactione adhibēda sūt, sed multo vehemētius atq; districtius: quia vt ait Aug. ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius cōmutare, & à malis factis recedere nisi de his, quæ facta sunt satisfaciat Dño per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per cōtriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

TRIA PROPONVNTVR QVÆRENDA:

Primum an sine confessione dimittatur peccatum.

DISTINCT. XVII. A

HIc oritur quæstio multiplex. Primo enim quęritur, Vtrum absque satisfactione, & oris confessione, per solam cordis contritionem peccatū alicui dimittatur? Secundo. An alicui sufficiat cōfiteri Deo sine sacerdote? Tertio, an laico fideli facta valeat confessio? In his enim etiam docti diuersa sentire inueniuntur: quia super his varia, ac pene aduersa tradidisse videntur doctores. Dicūt enim quidam, sine confessione oris, & satisfactione operis neminem à peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alii vero dicunt, ante oris confessionem & satisfactionem in cordis contritione peccatū dimitti à Deo, si tamen votum confitendi habeat. Vnde propheta, Dixi, confitebor aduersum me iniu. m. do. & tu re. im. & c. Quod exponens Cassiod. ait. Dixi, id est, de liberaui apud me, quod confitebor, & tu remisisti. Magna pietas Dei, qui ad solam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur. Item Augustinus. Nondum pronunciat, promittit se pronunciaturum, & Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddā pronunciare est corde. Nōdum

Psalm. 31.

In Cassiod. & gloss. ord. in eundem.

princ. enarrationis, in tom. 8. dum est vox in ore, vt homo audiat cõfessionẽ, & Deus audit. Itẽ. Sacrificium Deo spiritus cõtri. &c. alibi etiam legitur, Quacunq; hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, vita viuet, & nõ morietur. Non dicitur ore cõfessus fuerit, sed conuersus ingemuerit. Vnde datur intelligi, quod etiam ore tacente veniã interdum consequitur. Hinc etiam leprosi illi, quibus Dñs præcepit vt ostenderẽt se sacerdotibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuatur, q; antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, i. peccata cõfiteamur, à lepra peccati mũdamur. Lazarus etiam non prius de monumẽto est eductus, & post à Dño suscitatus: sed intus suscitatus, prodiit foras viuus, vt ostenderetur suscitatio animæ præcedere confessionẽ. Nemo enim põt confiteri, nisi suscitatus: quia à mortuo, velut qui nõ est, perit cõfessio. Nullus ergo confitetur, nisi resuscitatus. Nemo a. suscitatur, nisi qui à peccato soluitur, quia peccatũ mors animæ est, quæ vt est vita corporis, ita eius vita Deus est. His aliisq; pluribus auctoritatibus probatur, ante confessionẽ vel satisfactionem sola compunctione peccatum dimitti, quod qui negant, eas determinare laborant, nec non in huius sententiæ depressionẽ, & ad suæ opinionis assertionẽ auctorum testimonia inducunt. Ait enim Dñs per Esaiam, Dic tu iniquitates tuas & iustificeris. Item Ambr. Non põt quisquam iustificari à peccato, nisi peccatum ipsum anteà fuerit confessus. Idẽ dicit, Confessio à morte animam liberat, confessio aperit paradisum, confessio spẽ salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Illa cõfessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitentia vera est dolor cordis, & amaritudo animæ, p malis, quæ quisq; commisit. Itẽ Ioan. Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab om-

Luc. 17. d
Ioan. 11. f
Eccle. 17. d
Aug. de verbis Domini sermone. 8.

Esaiæ. 43. d
Amb. lib de paradiso c. 14. idem in sermone Quadragesimæ.

ab omni peccato per pœnitentiæ confessionem & per baptismum. Itē Aug. Agite pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia. Nemo dicat sibi occulte ago, quia apud Deum ago, nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine caussa dictum est, Quæ solueritis super terram, soluta erunt in cælis? Ergo sine caussa claues datæ sunt? Frustramus ergo verbum Christi. Iob dicit, Si erubui in conspectu populi peccata mea cōfiteri. Itē Ambr. Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. Itē Aug. super illum locum Ps. Non absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suū. Puteus est profunditas iniquitatis: in quā si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuū. Confitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te dom. &c. & euades. Claudit super illū, qui in profundum cōtemnit: à quo mortuo, velut qui non sit, perit confessio. Item, Nullus debite grauioris pœnæ accipit veniā, nisi qualemcunque, etsi longe minorē quam debeat, soluerit pœnam. Ita enim impartitur à Deo largitas misericordiæ, vt non relinquatur iustitia disciplinæ. Item Hier. Qui peccator est, plangat delicta propria vel populi, & ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus: & dormiat in sacco, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenses. His aliisq; auctoritatibus nituntur asserere, sine confessione vocis, & aliqua solutione pœnæ neminem à peccato mundari.

Aug. hom. 49. in to 10.

Matth. 16. Iob. 31 d

Aug cap. 6. li. de continentia to. 4. Psal. 129. Prou. 18. c

Amb. c. 14. de paradyso.

Hie. ad ca. 1. Ioel accingite vos.

Cui sententiæ potius consentiendum sit. B

Quid ergo super his sentiendū sit, quid tenendū? Sane dici potest, quod sine confessione oris, & solutione pænę exteriori peccata delentur per cōtritionē, & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente cōpuncta se cōfessurum, Deus dimittit: quia ibi est cōfessio cordis, etsi nō oris: per quā anima interius mūdatur à macula, & cōtagio peccati

cati cõmissi, & debitũ æternę mortis relaxatur. Illa ergo, quæ superius dicta sunt de confessione

De pœnit. dist. 1. cap. Nullus. Agite.

pœnitentia, vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud Aug. Quod nullus dicitur veniam consequi, nisi prius quantulamcunq; peccati soluerit pœnã: vel de exteriori pœna accipienda sunt, & ad cõtemnentes vel negligentes referenda, sicut illud Nemo dicat occulte age, &c. Nonnulli n. in vita peccata confiteri negligunt, vel erubescunt: & ideo non merentur iustificari. Sicut n. præcepta est nobis interior pœnitentia, ita & oris cõfessio, & exterior satisfactio, si adsit facultas. Vnde nec vere pœnitens est, qui confessionis votum nõ habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est, ita pœnitentia & cõfessio, per quam peccatũ deletur, non põt esse nisi à Deo, vt Aug. ait. Iam, inquit, donũ Sp. S. habet qui confitetur & pœnitet: quia non põt esse confessio peccati & compunctio in homine ex seipso. Cum n. irascitur sibi quisq; & displicet, sine dono spiritus sancti non est. Oportet ergo pęnitentẽ confiteri, si tempus habeat: & tamen antequam fit confessio in ore, si votum sit in corde, præstatur ei remissio.

Super Psal. 50. vers. 12. Ne proiicias & glossa interlineal, in to. 8.

Si sufficit soli Deo confiteri.

Iam secundum quæstionis articulũ inspiciam, sc. Vtrum sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat cõfessio sine iudicio sacerdotali, & confessione Ecclesiæ: quia Dauid dixit, Dixi confitebor do. & tu re. &c. non ait sacerdoti & tamen remissum sibi peccatum dicit. Itẽ Ambr. Ideo fleuit Petrus, quia culpa obrepsit ei, nõ inuenio qd dixerit, inuenio quod fleuerit. Lachrymas eius lego, satisfactionẽ non lego. Sed quod defecit non põt, ablui potest. Lauant lachrymæ delictum quod voce pudor est cõfiteri. Veniæ fletus cõsulit & verecundiæ. Hoc idẽ etiam Maximus dicit epi-

Psal. 31. f

Amb. Luc. 22. in comment. to. 5.

Chrys. to. 4. ad illud: pœnitentiã locum non inuenit c. 12.

scop
prod
obed
tam
apud
nunc
& tu
sequi
nũqu
tuo t
leas
quo
cõse
rate
ea, p
quid
& cõ
requ
In cc
toru
quo
ipsis
emẽ
&h
& v
rian
ten
lach
stin
De
bus
se v
&
fic
gu
tia
sec

scopus. Item Ioan. Chrysost. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neq; apud alios te accuses: sed obedire te volo prophetæ dicenti, Reuela Deo vitam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata, apud verum iudicẽ cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continue, nũquam in malum aduersus proximum in corde tuo tenebis. Idẽ Peccata tua quotidie dicito, vt deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in animo tuo, non dico, vt confitearis ea cõseruo tuo, vt tibi exprobret. Dicito Deo, qui curat ea. Nec n. si nõ dixeris, ignorat ea, cum faciebas ea, præsto erat: cũ admitteres ea, cognouerat. Nũquid ea vult à te cognoscere? Peccare nõ erubuisti, & cõfiteri erubescis? Dicito in hac vita, vt in alia requiẽ habeas: dicito ingemiscens & lachrymans. In codice scripta sunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ sint. Itẽ Prosper: Illi quorum peccata humanã notitiam latent, non ab ipsis cõfessa, nec ab aliis publicata, si ea cõfiteri vel emẽdare noluerint, Deum quẽ habẽt testẽ, ipsum & habituri sunt vltorẽ. Quod si ipsi sui iudices fiãt, & veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se voluntariam pœnã seueriſsimę animaduersionis exerceãt: temporalibus pœnis mutabũt æterna supplicia, & lachrymis ex vera cordis cõtritione fluẽtibus restinguẽt ęterni ignis incẽdia. Et infra, Facilius sibi Deum placabunt illi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis ipsis in se voluntariæ excõmunicationis ferunt sententiã: & ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separari, vitam suam quasi mortuam plangunt: certi quod reconciliati sibi efficacis pœnitẽtiæ fructibus, à Deo non solum amissa recipiant, sed etiam supernæ ciuitatis gaudia recipiant. His autho-

ad Heb. hom. 31. & ho 41. ad populum Antiochi. tom. 5. Maximus hom. 3. Taurinensis.

Idem Chrys. tom 1. ho. 2. In Psal. 50.

Prosper li. 2. de vita contemplatiua, ca. 7. in medio.

Ibid paulo inferius.

Ibid Prosper inferius c. 7.

authoritatib. innitũtur, qui ſufficere contendunt Deo confiteri peccata ſine ſacerdote. Dicunt enim quod ſi quis timens detegit culpã ſuam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij ſuo exemplo ad peccandum accingantur: & ideo tacet homini, & reuelat Dño Deo, conſequitur veniam.

Quod non ſufficit ſoli Deo confiteri, ſi tempus adſit, ſi tamen homini poſsit. D.

Iacobi 5. d

Sed q; ſacerdotib. confiteri oporteat, non ſolum illa auctoritate Iacobi. Confitemini alterutrum peccata veſtra, &c. ſed etiam aliorum plurib. teſtimonijs comprobatur. Ait n. Aug. Iudicet ſeipſum homo voluntarie dum põt: & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit, præter voluntatẽ à Dño iudicetur: & cum in ſe protulerit ſeueriſsimæ medicinæ, ſed tamen vtiliſsimę, ſententiã, veniat ad antiſtites, per quos illi claues miniſtrantur eccleſiæ. Tanq; bonus iam incipiens eſſe filius, maternorum membrorũ ordine cuſtodito, à ꝓpoſitis ſacramẽtorũ accipiat ſatisfactionis ſuæ modũ in offerẽdo ſacrificio cõtritì cordis deuotus & ſupplex Id tamen agat, quod nõ ſolũ ſibi proſit adſalutẽ, ſed ẽt ad exẽplum cæteris: vt ſi peccatum ei⁹ non modo in graui eius malo, ſed etiam in tanto ſcãdalo aliorum eſt, atq; hoc expedire vtilitati eccleſię videtur antiſtiti, in notitiam multorum vel totius plebis agere pœnitentiã non recuſet: ne lætali plagæ per pudorẽ addat tumorẽ, cum tãta eſt plaga peccati & impetus morbi, vt medicamenta corporis & ſanguinis Dñi differẽda ſint, auctoritate antiſtitis, debet ſe quiſq; remouere ab altari ad agendã pœnitentiam, & eadem reconciliari. Item Leo Papa, Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt nõ modo per baptiſmũ, ſed etiã per pęnitẽtiam ſpes vitæ reparetur: ſic diuinæ volũtatis præſidijs ordinatis, vt indulgentiã Dei niſi ſupplicationib. ſacerdotũ nequeant obtinere.

In hom. 50. de vtilitate ac neceſſitate pœnitentiæ, in to. 10.

Leo pri. epiſt. ad Theodorum Foroliuienſem epiſ. 89.

Chri-

Christus n. hanc propositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt confidentib. pœnitentię satisfactionem darent, & eosdē salubri satisfactione purgatos, ad cōmunionem sacramētorum per ianuam recōciliationis admitterent. Item Aug. Quem pœnitet, omninò pœniteat, & dolorē lachrymis ostendat: repræsentet vitam suā Deo per sacerdotē, præueniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit n. Dominus mundandis, vt ostēderent ora sacerdotib. docēs corporali præsentia cōfitenda peccata, non per scripta manifestanda. Dixit n. ora monstrate & omnes: non vnus pro omnib. non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus à Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia n. ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia n. hoc præcepit Dominus, vt nemo pœniteret in occulto. In hoc n. quod per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiā vincit, timore Dei offensi sit venia criminis. Fit n. veniale per confessionē, quod criminale erat in operatiōne, & si non statim purgatur, fit tamen veniale, ꝙ cōmiserat mortale. Multum n. satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ cōmisit, nūcio Dei negauit. Deus n. qui misericors & iustus est, sicut seruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus n. misericordiæ est, Peccanti peccata dimittere: sed oportet vt iustus misereatur iustè. Considerat n. si dignus est, nō dico iustitia, sed & misericordia. Iustitia n. solà damnat, sed dignus est misericordia, qui spirituali labore quærit gratiam. Laborat n. mens patiendo erubescentiam. Et quoniā verecundia magna est pœna, qui erubescit ꝑ Christo, fit dign⁹ misericordia. Vnde patet, quia quanto plurib. cōfitebitur in spe veniæ turpitudinē criminis, tanto facilius cōsequetur gratiā remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus possunt proficere, plus confitentibus parcere.

Aug. lib. de vera & falsa pœnit. ca. 10. in tom. 4. Lucæ 17. d

Leopri. epist. 78. ad Episcopos Campania.

Item Leo Pap. Quamuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter timorē Dei apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium sunt huiusmodi peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicari: remoueatur improbabilis cōsuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arcētur, dum aut erubescunt aut timent inimicis sua facta referare, quibus possunt legum percelli constitutione. Sufficit n. confessio, quę primum Deo offertur, & tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium peccator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Ex his aliisq; pluribus indubitanter ostenditur, oportere Deo primum, & deinde sacerdoti offerri confessionem: nec aliter posse peruenirī ad ingressum paradysi, si adsit facultas.

De tertio articulo scil an sufficiat confiteri laico. E

Quæstio.

Nunc priusquam præmissis auctoritatib. quę his cōtradicere videntur, respondeamus, tertiā quæstionem intueamur. Quod n. secunda quæstio cōtinebat, sc. an sine confessione & iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficeret, expeditum est: & certificatum præmissis testimoniis, q̄ non sufficit confiteri Deo sine sacerdote, nec est verè humilis nec pœnitēs, si nō desiderat & requirit sacerdotis iudicium, sed nunquid æquè valet alicui confiteri socio vel proximo suo, saltē cum deest sacerdos?

Solutio.

Sanè ad hoc potest dici, q̄ sacerdotis examen requirēdum est studiosè: quia sacerdotib. concessit Deus potestatē ligandi atq; soluēdi. Et ideo quib⁹

Matth. 16. ipsi dimittunt, & Deus dimittit. Si tñ defuerit sacerdos, proximo vel socio est faciēda cōfessio. Sed curet quisq; sacerdotē quærere, qui sciat ligare & soluere. Talem n. esse oportet, qui aliorum crimina diiudicat. Vnde Aug. Qui vult cōfiteri peccata vt inueniat gratiam, quęrat sacerdotem, qui sciat liga-

ligare & soluere: ne cũ negligens circa se extiterit, negligatur ab eo, qui cum miseri corditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaq; vis cõfessionis est, vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Sæpè n. contingit, quod pœnitẽs non potest verecundari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus, nec locus offert. Etsi ille cui confitebitur, potestatem non habeat soluendi, fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confitetur socio. Mundati n. sunt leprosi, dum ibant orare vel se ostendere sacerdotib. antequam ad eos peruenirẽt. *Luc. 7. a*

Vnde patet Deum ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire Vnde Aug. Sæpè quidẽ quærunt eos sani & læti: sed dum quærunt, antequam perueniant, moriuntur. Sed misericordia Dei vbiq; est: qui & iustis parcere noluit, etsi non tam cito, sicut si solueretur à sacerdote. Qui ergo cõfitetur sacerdoti, omnino meliori, quam potest, cõfiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiã sacerdotis. Nam in resurrectione filiæ Archisynagogi puellę, pauci interfuerũt qui viderunt: nõdum n. erat sepulta, nõdum extrà portã delata, nõdum extra domum in notitiã portata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit: relictis solis Petro & Iacobo & Ioãne, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter cõtinentur sacerdotes ecclesiæ. Quos a. extrà inuenit, adtiertendum est quomodo suscitauit. Flebat n. turba post filiũ viduæ: fleuit Martha & Maria supplitãtes pro fratre, flebat & turba Mariam secuta. In quo docemur, publicè peccantib. non propriũ, sed ecclesiæ sufficere meritũ. Laboret ergo pœnitens, in ecclesia esse, & ad vnitatẽ ecclesiæ tendere. Nisi n. vnitas ecclesiæ succurrat, nisi q̃ deest peccatori, sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est n. quod

Aug. ibid. Ibid. cap. 14. continuò. Matth. 9. & Marc. 5.

Luc. 7. b Ioan. 11. a

Aug. ibidem cap. 12. inpr.

omnes orationes & eleemosynæ, ecclesię, & operà iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortẽ suam ad cõuersionem. Ideoq; nemo dignè pœnitere potest, quẽ non sustineat vnitas ecclesię. Ideoq; nemo petat sacerdotes per aliquã culpam ab vnitate ecclesię diuisos. Ex his satis aperitur, & absoluitur præmissæ quæstionis articulus. Quærẽdum est n. sacerdos sapiens & discretus, qui cùm potestate simul habeat iudicium, qui si forte defuerit, confiteri debet socio. Beda vero inter confessionẽ venialium, & mortaliũ distinguit super illum locum, Cõfitemini alterutrum peccata vestra. Ait n Coæqualibus quotidiana & leuia grauiora verò sacerdoti pandamus, & quãto iusserit tempore purgare, curemus: quia sine confessionẽ emendationis peccata nequeunt dimitti. Sed & grauiora coæqualib. pandenda sunt, cum deest sacerdos, & vrget periculũ. Venialia vero etiam sacerdotum ablata copia, licet confiteri coęquali, & sufficit, vt quibusdam placet, si tamẽ ex contẽptu non prætermittatur sacerdos. Tutius est tamen & perfectius vtriusque generis peccata sacerdotibus pandere, & consilium medicinæ ab eis quærere, quibus concessa est potestas ligandi & soluendi.

Beda in expositione super epist. Iac. 5. d

Hic aperit, qualiter supradictæ auctoritates intelligẽdæ sũt. F

Cum ergo ex his aliisq; plurib. testimoniis perspicuum fiat, & indubitabiliter constat, peccata primũ Deo, deinde sacerdoti esse cõfitenda, & si ipse defuerit, etiã socio: illud Ioan. Chrys. superius positum non est ita intelligendum, vt liceat alicui, si tẽpus habeat, sacerdoti non cõfiteri: sed quia sufficit, vbi crimẽ occultum est, soli Deo per sacerdotẽ dicere, & semel. Nec oportet publicari coram multis q; occultum est. Quod notauit dicens. Non tibi dico, vt te prodas in publicum. Sicut n. publica noxa publico eget remedio, ità & occulta secreta cõfessione & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est,

De pœ. di. 1. c. Quis aliquando. ad finem.

se est, vt, q; semel sacerdoti confessi sumus, iterum confiteamur: sed lingua cordis, non carnis, apud verum iudicẽ id iugiter confiteri debemus. Vnde idem Ioan. ait. Nunc a. si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in cõspectu Dei pronuncies, & pro eis deprecaris, citiꝰ illa delebis. Si verò obliuiscaris, tunc eorũ recordaberis nolens, quãdo publicabuntur, & in conspectu omniũ amicorum & inimicorum, sanctorumq; angelorum proferentur. Ita etiã illud Ambr. Lachrymæ lauant delictum quod voce pudor est cõfiteri: ad publicam pœnitentiam referendum est. Ibi n. virtutem lachrymarum, & confessionis ostendens, significare voluit, q; lachrymæ occultæ, & confessio secreta, sicut quæ fit soli sacerdoti, lauant delictum, quod pudet aliquem publicè confiteri. Quod verò dicit se lachrymas Petri legisse non satisfactionem vel confessionem: per hoc non excludit illa. Multa n. facta sunt, quæ scripta non sunt: & fortè nondum facta erat institutio cõfessionis, quæ modo est. Similiter & illud Prosperi, Si sui iudices fiant, mutabunt æterna supplicia, & illud, Facilius Deum placabunt sibi, qui aut propriis confessionib. crimen produnt, aut nescientib. aliis in se sententiam excõmunicationis ferunt: ad publicam confessionẽ & satisfactionem referri oportet. Non n. solis sacerdotib. ius ligandi atq; soluendi datũ est, si cuiq; suo arbitrio se pœna vel excommunicationis sententia ligare, & absq; sacerdotali iudicio seipsum Deo vel altari reconciliare licet, quod ecclesiastic; institutioni, & cõsuetudini penitus repugnat. Potius ergo si publicè peccasti, publicè confitere te reum, & emenda. Si vero occultè deliquisti, etiãsi non taceas: nec tamen dico, vt publices. Taciturnitas n. peccati, ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatũ suum quis celat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit: quod

Ioan. Chrys. ho. 31 ad id, Pæ. locũ non inuenit, c. 12 ad heb. to. 4. & hom. 41. ad populum Antioch. tom. 5. Amb. ad c. 22. Lucæ, & sermo. 46. in medio.

Depœ. dis. 2. ad finem.

ex fonte superbiæ nascitur. Species n. superbiæ est, se velle iustum videri, qui peccator est: atq; hypocrita conuincitur, qui instar primorum parentum vel tergiuersatione verborũ peccata sua leuigare

Genes. 4. f

contẽdit, vel sicut Cain peccata sua reticẽdo supprimere quęrit. Vbi ergo superbia regnat & hypocrisis, humilitas locum nõ habet. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. Iam certissimè liquet, quam sit detestabile peccati silentium, & è conuerso quam sit necessaria confessio. Est n. confessio testimoniũ conscientiæ Deũ timentis. Qui n. timet iudicium Dei,

Ioan. Chrys. hom 3. ad illud Matth. 3. & baptizabantur.

peccatum non erubescit cõfiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem: confessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoq; iubemur confiteri peccata, vt erubescentiã patiamur pro pœna, nam hoc ipsum pars est diuini iudicii. Si ergo quęritur, An confessio sit necessaria, cum in cõtritione iam deletum sit peccatũ? Dicimus, quia quædã punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior & cautior.

DE REMISSIONE SACERDOTIS.

DISTINCT. XVIII. A

HIc quęri solet. Si peccatum omnino dimissum est à Deo per cordis contritionem, ex quo pœnitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei à sacerdote? Video enim, quo vinculo eum ligat, scil. temporalis pœnæ, sed non à quo eum absoluat & ideo quæro. Ante pœnitudinem quippe cordis, anima rei maculam habet & fœtorem peccati, atq; æternæ vltionis vinculo ligata existit. Si vero ante confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum sine mysterio sacerdotis & debitum omnino relaxat, & animam interius

terius purgat à cõtagione & fœtore peccati: quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt claues illæ, quas Dominus tradidit Petro & successoribus eius, dicens, Tibi dabo claues regni cœlorum? &, Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta, &c. Vt autem præmissa quæstio plenius explicari valeat, quasi altius ducto reti, de his clauibus, & vsu earum differamus. *Matth. 16. & Luc. 5.*

De clauibus. B

Claues istæ non sunt corporales, sed spirituales, scil. discernendi scientia, & potentia iudicandi, id est, ligandi & soluendi: qua dignos recipere, & indignos debet excludere à regno ecclesiasticus iudex: qui sicut habet ius ligandi, ita soluendi. Vnde Ambr. Dominus par ius soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infrà, Certum est, quod ecclesiæ vtrunque licet, hæresis vtrunque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè ergo ecclesia hoc sibi vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ veros sacerdotes non habet. *Ambr. ca. 2. lib. 1 de pœnitent. to. 1.* *Ibid. paulò inferius.*

De vsu clauium. C

Vsus vero harum clauium multiplex est: discernere, scil. ligandos & soluendos: ac deinde ligare vel soluere. Qui enim vt ait Greg. indignos ligat vel soluit, propria potestate se priuauit, id est, dignum priuatione se facit.

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata. D

Sed quęritur, Vtrum à peccato soluere valeat sacerdos, i. à culpa: vt culpæ maculam abstergat, vel debitũ æternæ mortis soluere valeat? Quidã arbitrati sunt, cũ peccator dupliciter ligat⁹ teneatur, vt prædictũ est, sc. mentis contagione ac cæcitate, & debito futurę pœnæ: alterum curari per Deum, *Opinio quorundam.*

Matth. 22. b alterum ſolui per ſacerdotē. Patitur n. per peccatum quaſdā tenebras interiores & maculas: à quib⁹ niſi liberetur, ejicietur in tenebras exteriores. Cum a. liberatur ab his, ſuſcitatur à morte peccati. Vnde Apoſt. Surge qui dormis, & illuminabit te

Epheſ. 5. e Chriſtus. Solus n. Chriſtus, non ſacerdos, animam reſuſcitat, ac pulſis tenebris interioribus. & maculis eam illuminat & mundat, qui animæ faciē lauat: debitum verò æternæ pœnæ ſoluere conceſsit ſacerdotib. Quod in reſurrectione Lazari ſignatum

Ioan. 11. f aſſerunt: quē Chriſtus prius per ſe interius viuificauit, deinde foras exire iuſsit, eumq; adhuc ligatū ſoluere Apoſt. præcepit: quia vt aiunt, ipſe interius animā à caligine maculaq; peccati emundat, ſacerdotib. vero dedit vinculū æternę mortis ſoluere. Alii vero dicunt, ſolum Deū, non ſacerdotē, debitū æternæ mortis dimittere, ſicut & animam interi⁹ per ſe viuificat: nec tamen diffidēter ſacerdotib⁹ traditam poteſtatē peccata dimittendi &

Ioan. 20. f retinendi, quib. dictum eſt. Quorū remiſeritis peccata, &c. Sicut n. Chriſtus retinuit ſibi poteſtatem baptiſmi, ita & pœnitentiæ. Et ideo ſicut interius gratia ſua animā illuminat, ita & ſimul debitum æternæ mortis relaxat. Ipſe n. per ſeipſum peccata pœnitentiū tegit: & tunc tegit, quando ad pœnam non reſeruat. Tunc ergo tegit, quando debitū pœnæ ſoluit. Quod a. ipſe tegat, apertè dicit Aug. exponens illum locū Pſal. Quorum tecta ſunt peccata, i. cooperta & abolita. Si n. texit Deus peccata, noluit aduertere: ſi noluit aduertere, noluit animaduertere, i. punire, ſed ignoſcere. Ita ergo dicit à Deo tecta, vt De⁹ non videat, i. ęternaliter puniat. Videre n. Dei peccata, eſt ad pœnam imputare. Auertere autem faciem à peccatis, hoc eſt, ea ad pœnam non reſeruare. Item Hiero. Quibus Deus dimittit peccata, tegit, ne in iudicio reuelētur. Item Caſsiodor. Qui grauia habent peccata, aliis Deus im-

Auguſt. ad verſ. 1. Pſal. 31. in enarratione ſecundæ.

Ibid. paulò inferius.

Hieron. ad eund. verſ. prim. Pſal. 31. Caſſiod. ad ſecundū verſ. in to. 8.

imputat, alijs per misericordiam non imputat. Ex his aperte ostenditur, quod Deus ipse pœnitentē soluit à debito pœnæ: & tunc soluit, quando intus illuminat, inspirando veram cordis contritionē. Cui sententiæ ratio suffragatur, & auctoritates attestantur. Nemo n. vere compungitur de peccato, habens cor contritum & humiliatum, nisi in charitate. Qui a. charitatem habet, dignus est vitæ terna. Nemo a. simul vita & morte dignus est. Nō est ergo tunc ligatus debito æternæ mortis. Filius n. iræ esse desijt, ex quo diligere & pœnitere cœpit. Extunc ergo solutus est ab ira: quæ non manet super illum, qui credit in Christum, sed super illum qui non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem, cui confitentur, ab ira æterna liberatur: à qua iam liberatus est per Dominum, ex quo dixit Confitebor. Solus ergo Deus hominem interius mundat à peccati macula, & à debito æternæ pœnæ soluit: qui per Prophetam ait. Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Item Amb. Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est index. Sacerdos quidem officium suum exhibet, nullius potestatis iura exercet. Idem, Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Idem Aug. Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autē & dimittendo, quæ facta sunt, & adiuuando ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi omnino fieri non possunt. His alijsq; pluribus testimoniis docetur, Dominum solum per se peccata dimittere: & sicut dimittit quibusdam, ita & aliorum quorundā peccata retinet.

Ephes. 2. a
Ioan. 3. b
Amb. cap. 4. lib. 2. de Cain & Abel. tom. 4.
Esa. 43. d
Aug. ad fin. hom. 23. lib. homiliarum, 50. tom. 10.
Ioan. 1. d

Quod Sacerdotes etiam dimittunt peccata, & tenent peccata, suo modo.

Nec ideo tamē negamus sacerdotib. concessam potestatē dimittendi, & retinēdi peccata, cum hoc veritas in Euangelio aperte doceat. Hinc August. ait, Ecclesiæ charitas, quæ per Spiritum S. diffunditur

Matth. 16. e & Ioan. 20. f
Tract. 12. t. 9. lib. de pœn. cap. 10. To. 4.

ditur in cordib. eorũ, qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorum qui non sunt, tenet. Item, sacerdotes possunt confitentibus parcere, quibus n. remittunt, remittit Deus. Lazarũ n. de monumẽto suscitatum obtulit discipulis soluendũ: per hoc ostendens, potestatem soluendi concessam sacerdotib. Dixit n. Quodcunq; solue. super ter. erit sol. & in cœlo, &c. hoc est, Ego Deus, & omnes cœlestis curiæ ordines, & oẽs sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmat, quos ligatis & soluitis: Non dixit, quos putatis ligare & soluere: sed, in quos exercetis opus iustitiæ vel misericordiæ. Aliter a. vel alia opera vestra in peccatores nõ cognosco. Idem, Cum veraciter ad Deum conuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci conuersione coniungitur, Spiritus S. ea dimittit: qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus, siue se nouerint corporaliter, siue non. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenẽtur, à quib. ille cordis prauitate disiungitur, siue notis corporaliter siue ignotis. Omnes n. mali, spiritualiter à bonis seiuncti sunt. Ecce, hic dicit peccata dimitti, vel teneri à sanctis viris: & tamen Spiritum S. ea dimittere dicit. Et quod maiori consideratione dignum est, idem etiam dicit, quod Deus per se, vel per sanctos tantum dimittit peccata. Ait n. sic, Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos: ipsam vero gratiam, non nisi per seipsum, vel per sanctos suos. Et ideo remissionẽ peccatorũ vel per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra: quibus ait. Si cui dimiseritis, dimittetur. Ecce quam varia à doctoribus traduntur super his, & in hac tanta varietate quid tenendũ? Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus Deus dimittit peccata & retinet: & tamẽ ecclesiæ cõtulit potestatẽ ligandi & soluendi, sed aliter ipse soluit vel ligat, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum

Aug. in lib. de pœn. vera & falsa. cap. 10. Ioan. 2. f Matth. 16. c

Aug. cap. 4. lib. 6. contra Donat. to. 3. de baptismo.

Cap. 5. continuo.

Idem Aug. cap. 21. lib. 5. de baptis. contra Donat.

tantũ dimittit peccatũ: qui & animam mundat ab interiori macula, & à debito ęternę mortis soluit.

Quomodo sacerdotes ligant, vel soluunt à peccatis. F

Non a. hoc sacerdotib. concessit, quibus tamen tribuit potestatẽ soluendi & ligandi, i. ostendendi homines ligatos vel solutos. Vnde Dñs leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostẽderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, nõ tamen in facie ecclesiæ solutus habetur, nisi per iudiciũ sacerdotis. In soluẽdis ergo culpis vel retinendis, ita operatur sacerdos euangelicus & iudicat, sicut olim legalis in illis, qui contaminati erant lepra, quæ peccatum signat. Vnde Hieron. super Matth. vbi Dominus ait Petro, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hunc, inquit, locum quidam nõ intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisæorũ: vt damnare innoxios, vel soluere se putẽt noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæratur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi nõ faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt, qui mundi vel immundi sunt. Ita & hic aperte ostenditur, quod non semper sequitur Deus ecclesiæ iudicium: quæ per surreptionem & ignorantiam interdũ iudicat, Deus a. semper iudicat secundum veritatẽ. Et in remittendis vel in retinẽdis culpis id iuris, & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales, in curãdis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa à Deo vel retenta indicant, & ostendunt. Ponunt n. sacerdotes nomẽ Domini super filios Israel, sed ipse benedicit, vt legitur in Numeris. Hunc modum ligandi, & soluendi Hieron. supra notauit.

Matth. 8. a
Luc. 5. c
Ioan. 11. f
Leuit. 13. a 12. d
Hieron. ad illud Matth. 16. Dabo tibi claues. tom. 9.
Leuit. 14. a
Num. 6. d

Alius

Alius modus ligandi & soluendi.

Ligant quoq; sacerdotes, dum satisfactionē pœnitentiæ confitentib. imponunt: Soluunt, cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramētorum cōmunionem admittunt, quemadmodum supius Leo Papa notauit. Secūdum hunc modum dicūtur etiā sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Vnde superi⁹ Aug dixit. Quibus remittunt, & remittit Deus, &c. Opus n. iustitiæ exercēt in peccatores, cum eos iusta pœna ligāt: opus misericordiæ, dum de ea aliquid relaxāt, vel sacramētorum cōmunioni cōciliant, alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notādum est, quia quos satisfactione pœnitētiæ ligant, eo ipso à peccatis solutos ostēdunt: qa nō imponitur alicui satisfactio pœnitētialis, nisi quē sacerdos vere pœnitentē arbitratur. Alij vero non imponunt: & eo ipso peccatum retineri à Deo iudicāt. Quod a hoc ad claues ptineat, Aug. ostēdit dicens Frustrat claues ecclesiæ, q sine arbitrio sacerdotis pœnitentiā agit, si sine oris cōfessione criminis indulgentiam imprecatur. Est & alius modus ligandi & soluendi, qui per excōmunicationē geritur: dum aliquis secundum canonicam disciplinā tertio vocatus ad emendationē manifesti delicti, & satisfacere vilipendens sentētia ecclesiæ à loco orationis, & sacramentorū cōmunione, & fidelium cōsortio præscinditur: vt erubescat, & pudore sceleris conuersus pœniteat, vt sic spiritus eius saluus sit. Quod si pœnitentiā profitens respuerit, negatæ cōmunioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur. Hæc est ecclesiæ anathematizatio: hanc pœnam illis qui digne percelluntur, infligit: quia gratia Dei & protectio illis amplius subtrahitur, ac sibiipsis relinquuntur, vt sit eis liberum ruere in interitū peccati, in quos etiā maior diabolo sæuiēdi datur potestas. Orationes quoq; ecclesiæ & benedictionū, ac meri-

De pœn. dist. 17. lib. de vera & falsa pœn. c. 10. in t. 4.

Hom. 40. 30. 10. lib. de pœnitent.

1. Cor. 5. b.

meritorū ſuffragia, eis nequaq̄ ſuffragari putātur.

Quomodo ſecundum hos modos intelligendum ſit illud, Quodcunque ſoluer. &c. H

Secundum hos ligandi, & ſoluendi modos qūo verum eſt, q̄ dicitur. Quodcunq̄ ſolueris ſup terram, erit ſolutum & in cœlis: & quodcunq̄ ligaueris ſuper terrā, erit ligatū & in cœlis, &c. Aliquādo n. oſtendunt ſolutos vel ligatos, qui ita nō ſunt apud Deum: & pœna ſatisfactionis vel excōmunicationis interdum indignos ligant vel ſoluunt, & indignos ſacramētis admittunt, & dignos amittī arcent. Sed intelligendum eſt hoc in illis, quorum merita ſolui vel ligari poſtulant. Tunc n. ſententia ſacerdotis iudicio Dei, & totius cœleſtis curiæ approbatur & cōfirmatur, cum ita ex diſcretione p̄cedit, vt eorū merita nō contradicant. Quoſcunq̄ ergo ſoluunt vel ligāt, adhibentes clauē diſcretionis reorū meritis, ſoluuntur vel ligantur in cœlis, i. apud Deum, q̄a diuino iudicio ſacerdotis ſententia ſic p̄greſſa approbatur & cōfirmatur. Quos ergo ſecundum merita ſentētia eccleſię p̄cellit, lędit: & illi foris ſunt apud Deum. Qui a. nō meruit ſentētia eccleſię, nō lęditur, niſi contēnat. Vnde Orig. Exijt q̄s à veritate, à fide, à charitate? p̄ hoc exit de caſtris eccleſiæ, etiā ſi epiſc. voce nō abijciatur: ſicut cōtra aliq̄s nō recto iudicio foras mittitur: ſed ſi nō egit, vt mereretur exire, nihil lædit. Interdum n. qui foras mittitur, int⁹ eſt, & qui foras eſt, intus videtur retineri. Ecce qualis & quātus eſt vſus Apoſtol. clauium. Iā oſtenſum eſt ex parte, qualiter ſacerdotes dimittunt peccata vel teneant: & tamē retinuit ſibi Deus quandā ſingularē poteſtā tē dimittēdi vel retinendi: q̄a ipſe ſol⁹ per ſe debitū æternæ mortis ſoluit, & animā interius purgat. *Matth. 16. c*

Hom. 14. ad cap. 24. Leuitici.

Quæ interiores tenebræ & interior macula. I

Hic q̄ritur. Quæ ſit illa macula, & quæ ſint illæ tenebræ interiores, à quib. Deus interius animam pur-

purgat, cum verā pœnitētiam immittit? De tenebris & interiori caligine satis facile est & intelligere, & respōdere. Cum n. quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuatur, si qua præcisit, & naturalium bonorum elisionē patitur. Vnde & intellectus obtunditur, & totus homo interior obtenebratur: & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur, q̄ caligo peccati pœna est. Hanc vero Deus pellit, cum pœnitentiam immittit, per quam perdita bona restituit, & vitiata reparat. Vnde Propheta. Nebulam sicut cinerem spargit. Sed quæ est macula peccati, à qua animam lauat: Ecce n. quis voluit facere homicidium, & patrauit, quo patrato desinit tam velle, quam facere: nondum tamen vere & humiliter pœnitet, nec confiteri proponit. Quæ ergo remansit in anima illius macula? Mala voluntas quidē fuit macula illius animæ: sed illa transijt. Macula etiam est, si pœnitere contemnit: sed hoc est peccatum aliud à pręcedenti. Quæ ergo macula remansit, à qua ipse in pœnitentia purgatur? Polluta q̄dē est anima, quousq; pœniteat, sicut erat, dum in ea praua erat voluntas. Sicut n. qui tāgit morticinium vel aliud immundum, ita pollutus est post tactū quousq; lauatur, sicut fuit dum tangeret: ita post actū peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati: qa ita est lōge à Deo per dissimilitudinē, qui est vita & munditia mētis, sicut fuit dum peccatū ageret. Ipsa ergo dissimilitudo, q̄ ineſt animæ ex peccato, & est à Deo elōgatio: animæ macula intelligitur, à qua purgatur in pœnitentia. Hoc a. solus Deus facit, qui solus suscitat animam & illuminat: quod sacerdotes nequeunt, qui tamen medici sunt animarum. Vnde de Propheta. Nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? quod exponens Aug ait. Boni doctores recte medici dicuntur: qui viuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim Dei gratia reuiuiscunt.

Psal. 147.

Leuit. 11. f Num. 19. d

Psal. 87. non longe à fine enarrationis ad illum. Psal. in to. 8.

QVAN-

QVANDO HÆ CLAVES DANTVR, & quibus.

DISTINCT. XIX. A

POstquam ostensum est, quæ sint claues Apostolicæ, & quis earum vsus, supereſt inuestigare, quando istæ claues dentur, & quibus. Dantur hæ claues per ministerium Episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cum n. recipit ordinem sacerdotalem, simul & has claues recipit. Sed non videtur, quod omnes vel soli sacerdotes has claues habeãt: quia plerique ante sacram ordinationem, scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. Sane dici potest, quod alterum clauium istarum, i. scientiam discernendi, non habent omnes sacerdotes: vnde dolendum est atque lugendum. Multi enim licet indiscreti, atque scientiæ, qua eminere debent, exortes, sacerdotij gradum recipere præsumunt, vita & scientia eo indigni: qui nec ante sacerdotium, nec post scientiam habent discernendi, qui ligandi sint vel soluendi. Ideoq; illam clauem in consecratione non recipiunt, quia semper scientia carent. Qui vero ante sacerdotium scientia discernendi prædi ti sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis clauis est: quia non valent ea claudere vel aperire. Ideoque cum promouetur in sacerdotem, clauem discretionis recte dicitur accipere: quia & ante habita discretio augetur, & fit in eo clauis, vt ea iam valeat vti ad claudendum vel aperiendum.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet, potentiam ligandi & soluendi. B

Cumq; iam cõstet non oẽs sacerdotes illas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent: de altera, i. potentia ligandi & soluendi quæritur, vtrum omnes sacerdotes eam habeant. Quidam enim hanc potestatem putant illis solis esse cõcessam, qui doctrinam simul ac vitam Apo- *Matth. 16.*

stolo-

stolorum seruant. Illas n. claues promisit Dñs Petro, & imitatoribus eius tantum, vt aiunt: q etiam auctoritatib. vtuntur in munimẽtum suę opinionis. Hoc n. dicunt Aug. sensisse, vbi superius ait, Remissionẽ peccatorum vel per seipsum facit Deus, vel per columbæ mẽbra. Dicit etiam idẽ peccata dimitti vel teneri à sanctis. Idẽ super Exodum, vbi de lamina aurea legitur. Erat a lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hæc, inquit, significat fiduciam bonę vitæ: q̃ qui vere perfecteq; non significatione sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Greg. Illi soli habent in hac carne positi potestatem ligandi & soluendi, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Orig. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri. Nam quicunque vestigia Petri imitantur, habent recte ligandi & soluendi potestatem. His aliisque testimoniis innituntur, qui asserunt potestatem ligandi ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui vita & doctrina pollent, sicut Apostoli.

Lib. 5. ca. 21. de Baptis.

Exod 28. f Aug. super Exod. c. 120. in tom. 4.

Greg. ho 26. ad cap. 20. Ioannis.

Orig. hom. 1. ad cap. 16. Matth to. 3.

Aliorum sententia verior. C

Aliis à. videtur, q; & mihi placere fateor, cunctis sacerdotib. hanc clauẽ dari, sc. ligandi & soluendi: sed non eam recte ac digne habent, nisi qui vitam & doctrinam Apostolicam seruant. Nec præmissæ auctoritates malos sacerdotes hãc potestatẽ negant habere: sed illos solos digne ac recte hac postate vti significant, qui præditi sunt vita & doctrina Apostolica: quia soli ipsorum Apost. imitatores digne rectęq; possunt ligare & soluere. Et per Dominum tantum vel per sanctos, in quibus habitat Spiritus S. digne & recte sit remissio vel retentio peccatorum. Fit tamen & per illos, qui sancti non sunt, sed non digne vel recte. Dat n. Deus benedictionem digne poscenti, etiam per indignum ministrum. Quod vero hanc potestatẽ habeant

beant omnes sacerdotes, Hieron. testatur super illum locum Euangelij, vbi Dominus dixit Petro. Tibi dabo claues regni cælorum. Habent n. inquit, eandem iudiciariam potestatem alii Apostoli: habet & omnis Ecclesia in episcopis & presbyteris. Sed ideo Petrus eam specialiter accepit, vt omnes intelligant, quod quicunq; ab vnitate fidei & societate Ecclesiæ se separauerit, nec à peccatis solui, nec cœlum potest ingredi. Itẽ quod sacerdos, etiã si malus sit, gratiam tñ transfundit pro suæ dignitatis officio, Aug. ostẽdit dicens. Dictum est à Dño in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes. Vos ponite nomen meum super filios Israel, & ego Dñs benedicã eos: vt gratiam tradito per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec volũtas sacerdotum obesse vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta a. sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis, hinc aduertamus. Dictũ est de nequissimo Caypha inter cætera. Hoc a. à semetipso nõ dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: per quod ostenditur, spiritum gratiarum non personam sequi digni, vel indigni, sed ordinem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere nisi fuerit ordinatus, vt officij ministerium exhibeat. Dei a. est, effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur, ordinem non priuari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem. Huic tñ Aug. sententiæ videtur obuiare, quod ait Esychius, Sacerdotes, inquit, non propria virtute benedicunt: sed quia figuram Christi gerunt, & propter eum qui in ipsis est, plenitudinẽ benedictionis tribuunt: nec solum is qui sacerdotium sortitus est, sed quicunq; Christum in seipso habet, & eius figuram gerit, per conuersationem bonam, sicut Moyses, idoneus est, vt benedictionẽ præstet. Ecce hic habes, quod non solum sacerdos, sed o-

Glo. ord. ex Hieron. profert ad c. 16. Matth & Rabanus.

Ibidem.

Matth. 16. c. in li. quæ ex veteri testamento.

Num. 6. d.

Quæst. 11. in tom. 4.

Ioan. 11. g

Esych. super Leu. c. 6. li. a

mnis in quo Christus habitat, benedictionē præstat. Sed alia est benedictio, quę solis sacerdotibus congruit: alia, quæ ab omnibus bonis cōmuniter exhibetur. Deniq; illi sacerdotes, in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinē tribuere dicuntur: non quia soli illi transfundant gratiam, sed quia illi soli licite & digne id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis lædit, si bona facitū, quæ ille dicit. Vnde Greg. Multi dum plus vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur: minus cōsiderantes, quod non eos vita sacerdotum lęderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

1. *quæst. 1. multi.*

De hoc quod scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus vestris. D

Præmissæ vero sententiæ, qua dicitur, etiā per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, videtur obuiare, quod Dñs per Malachiam prophetam malis sacerdotibus cōminatur. Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi; Veh his, qui viuificāt animas, quæ non viuunt: & mortificant animas suas, quæ non moriuntur. Si enim maledicit Dñs benedictionibus eorum, & si animæ quas viuificant, non viuunt: quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud cap. Maledicam, &c. quidam referūt ad hæreticos, qui ab Ecclesia præciſi sunt, & ad excōmunicatos: quorū benedictiones fiunt maledictiones, his qui eorum sequuntur errores. Illud vero alterum, sc. viuificant, &c. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absq; claue scientiæ, & forma bonæ vitæ præsumunt ligare vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis sit ab illis, quæ in aliis iudicat: alioquin seipsum condemnat.

Malac. 2. a
Ezec. 13. d

Rom. 2. a

E

Qualis debet esse iudex Ecclesiasticus.

Qualem autem oporteat esse, qui aliorū iudex cōstituitur. Aug. describit ita dicens, Sacerdos cui

omnis

omnis offertur peccator, ante quem ſtatuitur omnis languor, in nullo eorum ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt promptus. Iudicans n. alium, qui eſt iudicandus, cõdemnat ſeipſum. Cognoſcat ergo ſe, & purget in ſe, quod alios videt ſibi offerre: caueat vt à ſe proiecerit, quicquã in alio damnoſum reperit. Animaduertat, quod qui ſit e peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Ideo n. liberauit peccatricem, quia non erat, qui iuſte proiiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui ſe lapidandum cognoſceret? Nullus n. erat ſine peccato, in quo intelligitur omnes fuiſſe reos. Nam venialia remittebantur per ceremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc n. patentiſsimum eſt, crimẽ ſacerdotum eſſe deteſtabile, qui non prius ſe iudicant, antequam alios alligant. Caueat ſpiritualis iudex, ſicut non cõmiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Oportet vt ſciat cognoſcere, quicquid debeat iudicare: Iudiciaria n. poteſtas hoc poſtulat, vt quod debet iudicare diſcernat. Diligens ergo inueſtigator ſapiẽter interroget à peccatore, q̃ forſitan ignorat, vel iracũdia velit occultare. Cognito vero crimine, varietates eius nõ dubitet inueſtigare, & locũ, & tẽpus, & c. quæ ſupra diximus: quibus cognitis, adſit beneuolus, paratus erigere, & ſecũ onus portare: habeat dulcedinẽ in affectione, diſcretionẽ in varietate, doceat perſeuerantiam, caueat ne corruat, ne iuſte perdat iudiciariam poteſtatẽ. Et ſi n. per pœnitentiam poſsit ei acquirere gratiã, non tñ mox reſtituit in poteſtatẽ primã. Et ſi Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit, & ſæpe lapſis ſacerdotibus reddita ſit dignitatis poteſtas: non tñ eſt neceſſe, vt omnibus cõcedatur quaſi ex auctoritate. Inuenitur auctoritas, quę cõcedit & quaſi imperat: Inuenitur auctoritas alia, quæ non cocedit, ſed vetat, quæ ſcripturæ nõ repugnãt, ſed concor-

Lib. de pœn. vera & falſa c. 20. in t. 4.

Rom. 2. a

Ioan. 8. a

Ibidem paulo inferius.

Ibid paulo inferius.

dant. Cum n. tot sunt, qui labuntur, vt pristinam dignitatē ex auctoritate defendant, & quasi vsum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si vero locus est, vbi ista non cōcurrant, restitui possunt, qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos, qui alios ligat & soluit: discretus, sc. & iustus: alioquin mortificat sæpe animas, quæ non moriuntur: & viuificat, quæ non viuunt: & ita incidit in maledictionis iudicium. Il-

Malach. 2. a lud autem Malachiæ, sc. Maledicam benedictionibus vestris: siue super hæreticos tantum & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes, qui vita & scientia carentes benedicere præsumunt; dictum accipiatur, sic intelligi potest: Maledicam benedictionibus vestris, i. his quæ in eis benedictionibus possidetis: quia faciam ea cedere vobis in maledictionem, non benedictionem. Quia etsi benedicunt sanctis, non hoc faciūt ex vero corde: ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictio-

Hiero. ad 2. c. Malach. in tom. 6. nem. Vel maledicam benedictionibus vestris, id est, quod à vobis benedicetur, à me erit maledictum: quia benedicunt iniquè agentibus, adulanturque peccantibus, dummodo diuites sint.

DE HIS QVI IN FINE POENITENT. DISTINCT. XX.

SCiendum est etiam, quod tempus pœnitentiæ est vsq; ad extremum articulum vitæ. Vnde Leo

Leo Papa, epist. 90. ad Rusticum Narbonen. episcopum. Papa, Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam, quod diffidē-

Aug. ho. 41. de vere pœnitentib li. 50. ho. t. 10. tia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. Augu. tamen de pœnitentiā differentibus ita scribit. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere pœnitentiā, & si accipit, mox reconciliatur, & hic vadit, fateor vobis non illi negamus, q petit: sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Si secutus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiā dare possumus, securitatē non. Nūquid dico damnabi-

tur?

tur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari, age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quia securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt, non tu illa. Item, duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur: quid horũ tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certũ, & dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Aug. cum pœnitẽtia, quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod erat acceptabilius in lege: & cum in quacunq; die inuocetur Deus, adsit: & quacunq; hora ingemuerit, & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur? sed illa dixit Aug. propter illos, qui pœnitentiam vsq; in finem vitæ protrahunt: & tunc nõ ex Dei amore vidẽtur pœnitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idẽ quasi aperiens, quare superiora dixerit, ait, Nullus expectet, quando peccare non põt. Arbitrij n. libertatem quærit Deus, vt deleri possint cõmissa: non necessitatem, sed charitatem: non tñ timorem, quia nõ in solo timore viuit homo. Quẽ ergo sero pœnitet, oportet non solum timere iudicẽ, sed diligere: qa sine charitate nemo saluus esse põt. Nõ ergo tãtũ timeat pœnã q pœnitet, sed anxietur pro gloria. Quæ conuersio si cõtigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente sero: maxime, cum filij quos illicite dilexit, sint præsentes, vxor & mũdus ad se vocet. Multos solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniã Deus semper potens est, semper ẽt in morte iuuare valet, quibus placet. Cum ergo opus sit non hominis sed Dei, fructifera pœnitentia: inspirare eam põt quandocunq; vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare põt ex iustitia. Sed quoniam multa

Psal 140.
Exod 12. c.
Ezech. 18. e

1. *Cor* 13. b

sunt, quæ impediunt, & languentē retrahunt, periculosum est, & interitui vicinū, ad mortem protrahere pœnitētiæ remediū. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat (si quis est) verā pœnitentiam. Sed si etiam sic cōuersus vita viuat, & non moriatur, non promittimus, quod euadat omnem pœnam Nā prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculū distulit fructum conuersionis. Hic ignis etsi æternus non sit, miro modo grauis est: excellit n. omnem pœnam, quam vnquam passus sit aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia martyres passi sint tormēta, & multi nequiter quanta sæpe sustinuerunt supplicia. Ex his satis ostenditur, quam periculosum sit differre pœnitentiam vsq; in finem vitæ. Si tamen etiam tunc vera habeatur pœnitētia, hominē liberat, & vitam mortuo impetrat, non sic tamen, vt nullā sentiat pœnam, nisi forte tanta sit vehementia gemitus & contritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile, vt tunc sit vera pœnitentia, quæ sera venit, quādo cruciatus membra ligat & dolor sensum opprimit vt vix homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera, quam nulla. Pœnitentia n. etsi in extremo vitæ hiatu aduenit, sanat & liberat. Multum sera fuit latronis pœnitentia: sed non fuit sera indulgentia. Sed licet Latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi & perseuerandi auctoritatem.

Ibidē Aug. ca. 18. fere continuo.

Aug. ca. 17. lib. de vera & falsa pœn.

De his qui hic pœnitentiam non complent. B

Si vero quæritur de illis, qui in hac vita pœnitentiam non complent, vtrum transituri sint per ignē purgatorij, vt ibi compleant, quod hic minus fecerunt? Idem dicimus de istis esse sentiendū, & de his, qui in extremis pœnitent. Si n. tanta fuerit cordis contritio & delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab aliis pœnis trā-

seunt

seunt ad vitam, etsi inexpleta fuerit pœnitentia: quia perfecte pœnituerunt & ingemuerunt corde. Qui vero non adeo conteruntur corde & ingemiscunt pro peccato, si ante expletionē pœnitentiæ discesserint, ignem purgatorium sentient, & grauius puniētur, quam si hic implessent pœnitentiā. Horrendum est n. incidere in manus Dei viuētis. *Heb. 10.f* Deus n. cum sit misericors & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non reseruans peccatū ad pœnam æternam. Ex iustitia vero impunitum nō dimittit delictum. Aut n. punit homo, aut Deus. Homo a. punit pœnitendo, Deus autem pœnam exigendo. Et est pœnitentia interior, & exterior. Si ergo interior pœnitudo fuerit tanta, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus qui hoc nouit, ab illo qui taliter pœnitet, vlterius pœnā non exigit. Si vero interior pœnitudo non sufficit in vindictā peccati, nec exterior pœnitētia impletur: Deus qui modos & mensuras peccatorū & pœnarum nouit, addit pœnam sufficientē. Studeat ergo quisq; sic delicta corrigere, vt post mortē non oporteat pœnam tolerare. Quædam n. peccata mortalia, in pœnitētia fiunt venialia: non tamen mox sanantur. Sæpe n. infirmus moreretur, si non medicaretur: non tamen statim medicatus sanatur. Languet post victurus, qui prius erat moriturus. Qui autē impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Si n. semper viueret, semper peccaret. *Aug. de vera & falsa pœniten. ca. 18. in tom. 4.*

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruā pœnitentiā. C

Si vero illo quęritur, qui satisfactionē iniunctā impleuerit, quæ ignorātia vel negligētia sacerdotis, peccato cōdigna non fuit: vtrū de vita migrās, ab omni pœna liber sit? Idē respondeo, quod supra de illo qui pœnitentiā non compleuit, dixi. Quod si tantū est lamentū interioris doloris, vt sufficiat in vindictā peccati, omnino liberatus est: vero nō sufficit dolor interior simul cū pœna iniuncta, ad- *Luc. 23.f*

det Deus pœnam. Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictã peccati, certũ documẽtum habemus in illo latrone: qui sola mẽtis cõtritione & cõfessione statim vt cõuersus fuit, paradisum ingredi meruit. Sed quia dispensatores Ecclesiæ, cõtritionis quantitatẽ non perpẽdunt, quibus non est datũ intelligere occulta cordiũ: omnibus leges pœnitẽtiæ constituunt, tam magis quã minus de peccato dolẽtibus. Quorum studiũ ad hoc præcipue tendere debet, vt cordis dolorẽ, quantũ fas est cognoscant, & secundũ ipsius modum satisfactionẽ iniungant. Vnde Aug. In actione pœnitẽtiæ, vbi tale cõmissum est, vt is qui cõmisit à Christi etiam corpore separetur: non tam cõsideranda est mensura tẽporis, quam doloris. Cor n. contritum & humiliatum Deus non despicit. Verũ quia plerumq; dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiã nisi per verba vel alia quæcunq; signa procedit: cum sit corã illo, cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus: recte constituuntur ab his, qui Ecclesijs præsunt tempora pœnitentiæ: vt satisfaciat ẽt Ecclesiæ in qua peccata ipsa remittuntur: extra eã quippe non remittuntur. Ipsa enim Sp. S. pignus accepit: sine quo nõ remittuntur vlla peccata. Item Hier. Mensuram tẽporis in agenda pœnitentia, ideo non satis aperte præfigunt canones pro vnoquoq; crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodq; emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligẽtis relinquendũ statuerunt, quia apud Deum non tantum valet mensura tẽporis, quantum doloris, nec abstinentia tantum ciborum quantum doloris, nec abstinentia tantum ciborũ quantum mortificatio vitiorum, Ideoque tempora pœnitentiæ pro fide & conuersatione fidelium pœnitentium abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda, pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentiæ sunt impositi.

In Ench ca. 65. into. 3.

Psal. 50.

Psal. 37.

De pœn. di. 1. c. mensuram.

Quod

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio sed innotescenda. D

Solet etiam queri, Vtrum satisfactionis lex morituris sit imponenda? De quo Theodoretus Cantuarien. episcopus in pœnitẽtionali suo sic ait. Ab infirmis in periculo mortis positis, puta inquirenda est confessio peccatorum: non tñ est illis imponenda quantitas pœnitẽtiæ, sed innotescenda, & cum amicorũ orationibus, & eleemosynarũ largitionibus, pondus pœnitentiæ subleuandum, si forte migrauerint. Si vero cõualuerint, pœnitẽtiæ modũ à sacerdote impositum diligẽter obseruẽt. Aliis vero, pro qualitate peccati, pœnitentia decernenda est præsidẽtium arbitrio Vnde Leo Papa, Tẽpora pœnitudinis habita moderatione cõstituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiã habere debes ætatis seuilis intuitum, & respicere periculum quoruncuuq; vel ægritudinũ necessitates.

29. q. 7. cap. ab infirmis.

Leo. 1. epi. 77 ad Nicetam Aquileien. episc.

In necessitate non est neganda pœnitentia vel reconciliatio. E

Sciendum etiam, quod tẽpore necessitatis non est neganda pœnitentia vel reconciliatio pœnitẽtibus. Vnde Leo Papa. His qui tempore necessitatis & periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ & mox reconciliationis implorãt, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio denegãda: quia misericordiæ Dei, nec mẽsuras possumus ponere, nec tẽpora definire. Quod si ita aliqua ægritudine aggrauati sunt, vt quod paulo ante poscebant, sub præsenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circũstantium prodesse debebunt: simulq; pœnitentiæ & reconciliationis consequantur beneficium. Itẽ Iulius papa, Si presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum: quia Dñs ait. Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera n. confessio vltimo tempore põt esse, quia non modo tẽporis, sed ẽt cordis Deus inspector est, sicut latro probat. Eee 5 *Quod*

Leo 1. epist. 89 ad Theodorum Foro. iulien. epis.

26. qu. 6. Si presbyter. Ezech. 19. c

Quod presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi necessitate. F

Ca. 32 con. Carthag. 3. Non debet tamē presbyter pœnitentiam recōciliare inconsulto episcopo, nisi vltima necessitas cogat. Vnde in Cartha. cōcilio, Presbyter incōsulto episcopo non reconciliet pœnitentē, nisi absente episcopo, vel vltima necessitas cogat. Cuiuscūque pœnitentis publicum crimē est, quod vniuersam cōmouerit vrbē, ante absidam, sc. introitum Ecclesiæ, manus ei imponatur. Itē Aurelius dixit, *Cap. 4. con. 2. Carthag.* Si quis in periculo cōstitutus fuerit, & se reconciliari diuinis altaribus petierit: si episcopus absens fuerit, debet presbyter cōsulere episcopum, & sic periclitantē eius præcepto reconciliare. Incōsulto vero episcopo non pōt excommunicatos, vel publice pœnitentes presbyter reconciliare. Vnde in *Ca. 3. eiusd. concil. 2. Carthag.* Carthaginensi concilio secundo statutum est, vt chrisma vel reconciliatio pœnitentiū, & puellarū consecratio à presbyteris non fiat. Itē, Reconciliare quenquā in publica missa presbytero nō liceat: puellarū tamen consecratio cōsulto episcopo, per presbyterum fieri valeat. Vnde in Carthaginensi *Ca. 36. eiusdem con. Cartha. secundi.* cōcilio secūdo, Presbyter incōsulto episcopo virgines non cōsecret: chrisma vero nunquam conficiat. Sicut præcepto episcopi potest presbyter consecrare virgines, sic & reconciliare pœnitentes.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœnitentiam præuentur morte. G

Si a. quæritur de illo, qui ad pœnitentiam festinans sacerdotem inuenire non potuit, & ita decessit: vtrū oblatio eius sit recipienda? Dicimus, quia *26. q. 6. ca. si aliquis.* est. Vnde in Apanensi cōcilio, Si aliquis fuerit mortuus, qui non confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo vel in via: faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

D E

DE PECCATIS, QVÆ POST HANC *vitam dimittuntur.*

DISTINCT. XXI. A

SOlet etiam quæri. Vtrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur? Quod aliqua post hãc vitam remittantur, Christus ostendit in Euangelio, vbi ait. Qui peccauerit in Sp. S. non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti doctores tradunt, quod quædam peccata in futuro dimittentur. Quædẽ enim culpæ in hoc seculo relaxantur: quædam vero paruæ ẽt in futuro, quæ quidem post mortẽ grauant: sed dimittũtur si digni sunt, si bonis actibus in hac vita meruerunt, vt dimittantur eis. De illis ẽt, qui ædificant lignum, fœnũ, stipulam, dicit Aug. quod ignem tribulationis transitoriẹ inueniẽt, cremabilia ædificia, quæ secum portauerunt homines cremantem. Ait enim sic, Post istius sane corporis mortẽ, donec de igne purgatorio veniatur ad diẽ damnationis & remunerationis: si hoc tẽporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificauerunt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alii non sentiunt, qui huiusmodi ædificia non portauerunt, vt inueniat ignẽ transitoriæ tribulationis venialia cõcremantem: non redarguo: quia forsitan verum est. Sed quia dicitur, Saluus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quam quicquid potest homo pati in hac vita. Hic aperte insinuatur, quod illi, qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, quædam cremcbilia ædificia, id est, venialia peccata secum portant: quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat quædam venialia peccata post hanc vitam deleri.

Matth. 12. a.
Lucæ 12. b
Greg. c. 39. lib. 4. dialo.
1 Cor. 3 c.
Aug. ad 1. vers. Ps. 31.
1. Cor. 3. c.

Quod alij citius, alij tardius purgantur in igne. B

In illo autẽ igne purgatorio alij tardius alij citius purgantur, secundũ quod ista pereuntia magis

In Enchi. c. 99. into. 3.

Augustad verſ 14. Pſ. 80. to. 8. & enarratione ad Pſ. 103. non longe à principio concionis. 3.

gis vel minus amauerunt. Vnde Aug. Poſt hanc vitam incredibile non eſt, nonnullos fideles per ignē quendam purgatorium, quāto magis minuſue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiuſq; ſaluari. Vnde nō fruſtra illa tria diſtinxit Apoſtolus, lignum, fœnum, ſtipulam, quæ illi ædificant qui etſi aliena non rapiant, rebus tamen infirmitati cōceſsis aliqua dilectione inhærent. Qui ſecūdum ſuos amandi modos, vel diutius vt lignum, vel minus, vt fœnum: vel minimum, vt ſtipula ignem ſuſtinebunt. Qui vero ſuperædificāt aurum, argentum, & lapidem precioſum, vtroq; igne ſecuri ſunt: non ſolum de illo æterno, qui cruciaturus eſt impios in æternum: ſed etiam de illo emendatorio, quo purgabuntur quidam ſaluandi.

Oppoſitio. C

Hic obiici poteſt. Si per lignum, fœnum, ſtipulam, venialia intelliguntur peccata: & nullus adeo perfectus eſt, qui venialiter non peccet: ergo qui ædificant aurum, argentum & lapidē pretioſum,

Solutio.

ædificant etiam lignum, fœnum, ſtipulam: ergo per ignem tranſibunt. Ad quod dicimus, quia non omnis qui venialiter peccat, lignum, fœnum, ſtipulam ædificat: ſicut econuerſo: non omnis qui contemplatur Deum, & diligit proximum, & opera bona facit, ædificat aurum, argentū, lapidem pretioſum. Et tamen in auro, intelligitur contemplatio Dei: in argento dilectio proximi: in lapide pretioſo bona opera. Sed illi qui ædificāt lignum, fœnum, ſtipulam: Deum contemplantur, & proximum diligunt, & opera bona faciunt: nec tamē ædificant aurum, argentum, & lapidē pretioſum. Hæc n. ædificat, qui ſic illa tria facit, vt cogitet, quæ ſunt Dei, & quomodo placet Deo, non mundo. Lignum vero & fœnū, & ſtipula accipi poſſunt ſecularium rerū, quamuis licite cōceſſarum, tales cupiditates, vt amitti ſine animi dolore non poſ-

Aug. in enchiridio. c. 68. Idem de fide & operibus ca. 16. in tom. 4.

ſint.

sint. Hæc ergo ædificatis, qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur: & tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis, aliquid fraudis vel rapinæ molitur. Ex eis ergo patet, quod nõ idem homo simul hæc & illa ædificat. Illa enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitãt placere mundo, sed tantum Deo: qui etsi venialiter aliquando peccãt, feruore charitatis ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta aquę in camino ignis: & ideo nũquam secum portant cremabilia. Hæc a. inferior ædificatio minorum est, qui non tantum Deo sed etiam mundo placere cogitant. Deum tamẽ proponunt. Si vero mundum proponerent, non sæpe ædificarent, sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales quibus dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita vt nihil præponant Christo, illis tribus significantur: quæ in mentes perfectorum non cadunt, etsi alia venialia admittunt. In cordibus vero minorũ interdum durant vsque in finem: qui cum talibus ædificiis transeunt: sed dissoluuntur in igne. Ipsi vero merito fundamenti salui erunt, grauissimã tamen pœnam sentient. Ex quo apparet quantam hic misericordiam exhibet Deus, & quantam ibi exerceat seueritatem: cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat, quam hic. 1. *ad Cor. 7. f*

Opinio quorundam cum adiectione. D

Sed forte dices illud esse accipiendum de pœnâ peccati, nõ de ipso peccato, quod Greg. dicit quædam leuia in futuro dimittenda. Si n. veram pœnitentiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei: sed pœna forte remansit. Ideoq; si vere pœnitens obiit, sine peccato transiit. Si a. vere pœnitens non est in obitu, maculam portat quæ nunquam delebitur. Qui vero ædificat lignum, fœnũ, stipulam, vere pœnitet: quia bonus est & charitatem *Greg. li. 4. dialogorum cap. 19.*

tem habet, & in charitate de hac vita transit, ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verũ quidẽ est, quia bonus est, & charitatem habet, & vere pœnitet: & tamen cum veniali peccato transit, quod nõ deleuit pœnitentia. Pœnitentia n. non delet nisi peccatum illud, quod deserit homo. Tale autem peccatum sæpe in hac vita non relinquitur ab homine: & tamẽ vere pœnitens est, etsi non de omnibus venialibus pœniteat. Põt enim quis de omni mortali & de omni veniali pœnitere, excepto vno vel pluribus venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, & vnũ vel plura venialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est n. aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hæc secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est, & tamen saluabitur, à quo non se hic absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo quædam peccata, sc. leuia, post hanc vitam dimitti. Si vero de pœna peccati illud intelligi voluissent auctores, cur magis commemorassent leuia quam grauia, cum etiam grauium pœna hic in expleta post hanc vitam resteť?

De generali confessione, quid prosit. E

Post hæc considerandum est, Quid prosit confessio illa, vbi singula peccata, quæ quisq; fecit, nõ exprimuntur. Sane dici potest, quod omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea cõfitere, quorum memoriam habes: & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia vero, quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata. Perfectius est tamen etiam illa exprimere si vales. Ideoq; quotidie generaliter fit cõfessio in Ecclesia, pro venialibus scilicet, peccatis, quæ quotidie admittimus, & pro illis mor-

tiferis

tiferis quorum notitiam non habemus. Vnde Aug. Veritatem dicit Deo pœnitens, quando nihil illi de cõmissis sceleribus celat: non quod & si voluntatem celauerit, Deus ignoret: sed veritatẽ sibi dici vult ab eo, vt veniam consequatur. Si vero mente aliqua exciderunt, confitetur veritatem Deo, cum generaliter dixerit, Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea & delicta à te non sunt abscondita, quibus veniam largiaris precor: & hęc est veritas confitentis, quam diligit Deus. Vnde Aug. Ecce enim veritatem dilexisti: hic insinuatur, quod generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur.

Aug. li. 5. in princip. contra Pelagianos, hypognosticon. tom. 7. Psal. 68.

Psal. 50.

Nemo confiteatur peccata, quæ non fecit. F

Sicut autem pœnitens celare non debet peccatum suum, quia superbia est: ita nec humilitatis causa fateri se reum illius, quod se non cõmisisse nosci: quia incauta est talis humilitas, & peccatorem constituit. Vnde Aug. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficereris, quod vitaras: quia veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es dicas. Nam quomodo est veritas, vbi regnat falsitas?

Aug. de verbis apost 1. Ioan. 1. sermone. 29. in medio in tom. 10.

De pœnis sacerdotis, qui peccatum publicat confitentis. G

Caueat a. sacerdos ne peccata confitentium aliis prodat: alioquin deponatur. Vnde Grego. Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei cõfitẽtur, peccata alicui recitet, non propinquis, nõ extraneis: nec (quod absit) pro aliquo scandalo. Nã si hoc fecerit deponatur, & omnib⁹ diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinãdo pergat. Quod vero dictũ est, vt pœnitens eligat sacerdotẽ scientẽ ligare & soluere, videtur cõtrarium ei, quod in canonibus reperitur, vt nemo, sc. alterius parrochianam iudicare præsumat. Sed aliud est fauore vel odio pro-

De pœn. di. 6. ca. Sacerdos.

proprium sacerdotem cõtemnere, quod canones prohibent: aliud cæcum vitare, quod Vrbanus facere monet: ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Ait n. Vrbanus secundus. Placuit vt nulli sacerdotum deinceps liceat quẽlibet cõmissum alteri sacerdoti ad pœnitentiã suscipere, sine eius cõsensu cui se prius cõmisit, nisi pro ignorantiã illius, cui prius cõfessus est. Qui vero cõtra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

SI PECCATA DIMISSA REDEANT. DISTINCT. XXII.

CVm q̃ multis auctoritatibus supra sit assertum, in vno cordis cõtritione peccãta dimitti ante oris confessionem vel operis satisfactionem, ei etiam qui aliquando in crimen relapsus est: quæritur si post mortis contritionem confiteri contempserit, vel in peccatum idem vel simile ceciderit, an peccata dimissa redeant? Cuius quæstionis solutio obscura est & perplexa, aliis asserentibus, aliis contra negantibus, peccata semel dimissa vlterius replicari ad pœnam. Qui vero dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimoniis. Ambros. ait, Donate inuicem, si alter in alterum peccat: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat: sicut in euangelio de seruo nequam legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est. Item Rabanus, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum: quia non solũ peccata, quæ post baptismũ homo egit, reputabuntur ei ad pœnam: sed & originalia quæ in baptismo sunt ei dimissa. Itẽ Gregor. Ex dictis euangelicis cõstat, quia si toto corde non dimittimus, q̃ in nos delinquitur, & hoc rursum exigitur, quod iã nobis per pœnitẽtiam dimissum fuisse gaudebamus. Itẽ Aug. Dicit Deus, Dimitte, & di-

Amb. ad illud cap. 5. ad Ephes. donãtes vobis.

Raban. in commen ad illud, serue nequam. Matth. 18. d

Greg. ca. 60. lib. 4. dial.

Aug. in fine sermonis. 5. De verbis Domini.

& dimittatur tibi: sed ego prius dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Itē, Qui diuini beneficii oblitus, suas vult vindicare iniurias, nō solum de futuris peccatis veniā non merebitur: sed etiam præterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Itē Beda, Reuertar in domū meā, &c. Timendus est ille versiculus, non exponēdus: ne culpa quā in nobis extinctā credebamus, per incuriā nos vocantes opprimat. Item, Quęcunq; n. post baptisma siue prauitas hęretica, seu cupiditas mundana arripuerit, mox omnium ꝓsternet in ima vitiorum. Itē Aug. Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in euāgelio docet in illo seruo à quo dimissum Dñs debitum petiit: eo ꝙ ille cōseruo suo debitū nollet dimittere. His auctoritatib. innitūtur, qui dicunt peccata dimissa, si replicātur, redire simpliciter. Quib. opponitur, Si quis pro peccato de quo pœnituit, & indulgentiā accepit, iterū punitur: non videtur iustum. Si punitur pro eo, ꝙ peccauit, & non emendauit, iustitia est aperta. Si verò requiritur, ꝙ fuerat cōdonatum, vel iustitia est, vel iustitia occulta. Videtur etiam Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulatio cōsurgere: ꝙ scriptura negat. Sed ad Hoc potest dici, quod neque duplex tribulatio cōsurgit, neq; iudicat Deus bis in idipsum Hoc n. fieret, si post condignam satisfactionē & sufficientē pœnam iterum puniret: sed non satisfecit dignè & sufficienter, qui nō perseuerauit. Debuit n. iugem peccati habere memoriam, non ad faciēdum: sed ad cauendum. Debuit non obliuisci omnes retributiones Dei: quæ tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua: ac pro illis vsque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitū, sicut canis, rediit, anteacta bona mor-

Luc. 6. f
Ibidem.
Beda in cōmen. super Lucam li. 4. cap. 47.
Ibid. paulò inferius.
Aug. cap 12. libr. 1. de baptis. tom. 7.
Matth 18. d
Nahum, 1. c
2. Pet. 23.

tificauit, & peccatum dimissum reuocauit: vt cui humiliato ante Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato & ingrato imputet.

Aliorum sententia.

Sed quia absonum videtur, vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam, neminem pro peccatis semel dimissis iterum à Deo puniri. Sed ideo dicũtur dimissa redire & imputari, quia propter ingratitudinem ita reus & peccator constituitur, vt ante fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat, dicitur exigi, quia remissionis perceptę ingratus, ita reus fit vt ante fuerat. Vtriq; parti quæstionis probatę fauent doctores. Ideoq; alicui parti non præiudicans, studioso lectori iudicium relinquo: addens mihi tutum fore ac saluti propinquum, sub mensa dominorum micas edere.

Matth. 15. c

Quid sit hic Sacramentum & Res.

Post prædicta restat inuestigare, quid in actione pœnitentiæ sit Sacramentum & Res. Sacramentum n. signum est sacræ rei: Quid ergo hic signum est? & quæ est res sacra huius signi? Quidã dicunt sacramentum hic esse, q; exterius tantum geritur, scil. exterior pœnitentia: quę est signum interioris pœnitentiæ, scil contritionis cordis, & humilitatis. Quod si est, non omne sacramentum euangelicum id efficit, quod figurat. Exterior n. pœnitẽtia non efficit interiorem: potius interior, causa est exterioris. Sed ad hoc inquiunt illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis, quæ in nouo testamento instituta sunt: vt est sacramentum baptismi, confirmationis, & corporis Christi. Sacramentum verò pœnitentię, sicut & coniugii, ante tẽpus gratiæ, etiam à primordio humani generis fuit. Vtrunq; n. institutum fuit in primis parentib. Item, Si exterior pœnitentia sacramentum est, & interior res sacramenti: sæpius præcedit res sacramẽtum, quam sacramentum rem. Sed nec hoc incõ-

uenie-

ueniens est. Nam & in aliis sacramentis, quæ efficiunt, quod figurant, hoc sæpè contingit. Quidam a dicunt, exteriorem pœnitentiam & interiorem esse sacramentum, nec duo sacramenta, sed vnū, vt species panis & vini non duo sunt sacramenta, sed vnum. Et sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt, aliud esse tantum sacramentum, scil. exteriorem pœnitētiam, aliud sacramentum & rem, sc. interiorem pœnitentiam, aliud rem & non sacramentum, scil. remissionem peccatorum. Interior enim pœnitentia, & res est sacramenti, id est exterioris pœnitentiæ: & sacramentum remissionis peccati, quam signat & facit. Exterior quoque pœnitentia & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

DE SACRAMENTO VNCTIONIS EXTREMÆ.

DISTINCT. XXIII. A

PRæter præmissa est etiam aliud sacramentum, scil. vnctio infirmorum: quæ fit in extremis, oleo per Episcopum consecrato. Et sunt tria genera vnctionis. Est n. vnctio, quæ fit chrismate: quæ dicitur principalis vnctio, quia in ea principaliter paracletus datur. Vnde & propter abundantiam gratiæ duos liquores mixtos habet, oleum scil. & balsamum, oleum conscientiæ, balsamum famæ. Chrisma verò Græcè, vnctio Latinè dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnctionem sanctificatum chrisma vocatur, sed illud solum, quod miscetur cum balsamo: quo capita regum & pontificum vnguntur, quo etiam baptizatos sacerdos vngit in vertice, & pontifex per impositionem manus confirmandos vngit in fronte. Est & alia vnctio, qua catechumeni & neophyti vnguntur in pectore, & inter scapulas, in perceptione baptismi. Tertia vero vnctio est, quæ dicitur oleum infirmorum: de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum. B

Iac. vlt. cap. Hoc sacramentum vnctionis infirmorum ab Apostolis institutum legitur. Ait n. Iacob⁹, infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orēt super eum, vngētes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dñs: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramētum hoc institutum, scil. ad peccatorum remissionē, & ad corporalis infirmitatis alleuationē. Vnde constat eum, qui hanc vnctionem fideliter deuoteq; percipit, & in corpore, & anima alleuiare: si tamen expedit, vt in vtroq; alleuietur. Quod si fortè corporis valetudinē illi habere non expedit, illam quę est animę, sanitatē in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis, ita & in isto aliud est sacramētum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa vnctio exterior: Res sacramenti, vnctio interior, quę peccatorum remissione, & virtutum amplia tione perficitur. Et si per contemptu vel negligentia sacramētum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

Quærunt aliqui Si hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus & alia quædā sacramēta semel susceptа, non iterētur? Aug. dicit, sacramētum nō iterandum, & sacramento non faciendā esse iniuriā, sed hoc dicit vbi agit de sacramento baptismi, & cōfirmationis, & ordinationis. Vnde non videtur illud generaliter accipiēdum, sed de sacramēto baptismi, confirmationis & ordinationis, quæ nullaten⁹ sunt repetēda: quia semel tantum, & nō sæpius datur baptismus, cōfirmatio & ordinatio. Sacramētum vero altaris, & pœnitentiæ, & cōiugii sæpè iterari videtur: quia sæpè sacramētū corporis percipitur, frequēter pœnitētia agitur, coniugiū sæpè contrahitur. Quare ergo vnctio similiter non pōt iterari? Si morb⁹ nō reuertitur, medicina nō iteretur. Si vero morb⁹ non pōt cohiberi,

Aug. libr. 2. contra epist Parmeniani, ca. 13. t. 7.

quare

quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest ita & vnctio iterari posse videtur, vtraque n. illic cõmemorat Iacob. & vtrumq; alteri cooperatur ad conferẽdam alleuiationẽ corporis & animæ. Cur ergo negatur vnctionẽ super infirmũ posse iterari, ad impetrandã sæpius sanitatẽ mentis & corporis: cum propter infirmitatẽ eadẽ sæpè iteranda sit oratio? Quidam a. de omni sacramẽto intelligi volunt, q̃ non sit iterandum, sc. secundum totum illud, q̃ pertinet ad sacramentum: dicentes quædã sacramenta sæpi⁹ posse susci pi, quędã verò non. Nec tamẽ, quæ sæpius sumuntur, totaliter iterantur: vt sacramenta altaris & vnctionis: quæ licet sumantur sępius, tamẽ quia non iterum benedicitur eadẽ hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramẽtum cum iniuria. Sed dicet quis, sic & baptism⁹ non iteratur, etsi aliquis frequẽter baptizetur, dum eadẽ aqua nõ iterũ benedicatur. Sed aliud est inquiunt illi, de benedictione aquæ qua fit baptismus, aliud de benedictione panis & olei. Potest ẽt baptismus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerẽtia tantũ fit & decore, virtute sacramenti. Sed corpus Christi non põt confici, nisi de pane cõsecrato: nec vnctio illa fieri potest, nisi de oleo ab Episc. consecrato. Ideoq; illa sanctificatio ad virtutẽ sacramẽti pertinere videtur: In cõiugio quoq; semel tantum benedicitur quisq; non sæpi⁹. Benedicitur n. vt ait Amb. cum prima & nõ secunda vxore. Si ergo cum dicitur sacramentũ non esse iterandũ, nec iniuria ei esse facienda, rationẽ dicti referas ad sanctificationẽ rei, qua sacramẽtũ expletur: de omni sacramẽto generaliter id verũ est. Si vero ad susceptionẽ sacramenti, de quibusdã verũ est, q̃ non iterãtur crebra susceptione: de aliis vero quibusdã nõ: quia frequẽter sumuntur, vt hoc vnctionis sacramentum, q̃ in omni penè ecclesia sæpè repetitur.

Am. ad illud 1. Cor. 7. Beatior autem erit. to. 5

DE ORDINIBVS ECCLESIASTICIS.

DISTINCT. XXIV.

NVnc ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septē sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis apertè traditur, & capitis nostri, scil. Iesu Christi exemplo monstratur: qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est ecclesia, eosdem ordines obseruandos reliquit. Septem autē sunt, propter septiformem gratiam S. Spir. cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indignè accedunt. Illi vero in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia Spir. S. cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quales assumendi sunt ad clerum. B

Clemens Pa. epist. 2. ad Iacobum.

Tales autem ad mysterium spirituale eligendi sunt clerici, qui dignè possint dominica sacramēta tractare. Melius est enim Episcopo paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere: quam multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. Tales n. decet esse ministros Christi, qui septiformis gratia Spir. S. sint decori: ex quorum doctrina & conuersationis forma, eadem gratia in aliis transfundatur, ne cœlestes margaritas spiritualium verborum officiorumq; diuinorum sordidæ vitæ pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus septem sunt gradus ecclesiastici, scil. Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Diaconi, Subdiaconi, Sacerdotes: omnes tamen clerici vocantur, id est, sortiti. Corona enim signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerii diuini. Corona regale dec9 significat: quia seruire Deo regnare est. Vnde ministri ecclesiæ, reges esse dicunt, vt se & alios regant: quibus Petrus ait, Vos estis genus electum, regale sacerdo-

Isid. c. 18. lib. 7. Etym.

cerdotium,&c. Summitas capitis desuper nudatur,vt eorũ mens ad Dñm libera monstretur,quæ reuelata facie gloriam Dei cõtempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis. Denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli vsq; ad reuelationem sensuum, sc. oculorum & aurium: vt vitia in corde & opere pullulantia doceantur præcidenda, ne ad audiendum & intelligendum verbum Dei præpediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ a. ecclesiasticæ vsus à Nazareis exortus videtur: qui prius crine seruato, deinde ob vitæ continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit, vt qui diuinis cultib. mancipantur, quasi Nazarei, i. sancti, crine posito inueniantur. Sicut ad Ezechiel. dicitur. Fili hominis sume gladium acutum, & duc super caput tuum & barbam. In Actib. etiam Apost. Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoq; & alii quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Rectè ergo in quibuslibet gradibus constituti, clerici vocantur, quorum nomina & rationes nominum Isidor. exponens, ait. Cleros & clericos hinc appellatos esse credimus, quia Matthias electus est sorte: quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim Græcè, Latinè sors vel hæreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia sunt de sorte Domini, vel quia Deum patrem habent. Generaliter verò clerici nuncupati sunt omnes, qui in ecclesia deseruiunt: quorum gradus & nomina sunt hæc. Ostiarius, Lector, &c.

Raban. c. 4. lib. 1. de institutione clericorum.
1. Petri 2. b
2. Cor 3. d
Num. 6. b
Ezech. 5. a
Act. 18. c
1. Cor. 11. c
Isido. in l. 7 etym. c. 12.

De Ostiariis. C

Ostiarij iidem & ianitores sunt, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus. Dicti a. ostiarij, eo quod præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes

clauē, omnia intus & extra custodiunt: atq; inte
bonos & malos habentes iudicium, dignos rec
piunt, indignos respuunt. Vnde & eis cum ordiná
Cap. 6 concil. Carth. 4. tur, claues ecclesiæ dantur ab Episc. Et dicitur ei
Sic agite, tanquam rationē Deo reddituri pro re
bus quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium
Ioan. 2. c Dñs in sua persona suscepit, quando flagello de fu
niculis facto vendentes & ementes eiecit de tem
Ioan. 10. b plo. Ipse enim se ostiarium significans dicit, Ego
sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, &
ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

De Lectoribus.

Isidor. ad finē c. 12. li. 7. etymol. Secundus est gradus Lectorum. Lectores à legendo, sicut psalmistę à psalmis canendis, vocati sunt. Illi n. prædicant populis quid sequantur: isti cantant & excitant ad compunctionē animos audiētiū: licet quidā lectores ita miserabiliter pronuntient, vt quosdā ad luctum & lamentationē compellant. Iidē etiam pronuntiatores vocantur, qui porrò ante nuntiāt: quia tam erit clara eorū vox, vt etiā longè positorum aures adimpleat. Ad Le-
Idem dist. 23 c. Perlectis. ctorē a. pertinet lectiones pronuntiare, & ea, quæ Prophetæ vaticinauerunt, populis prædicare: vt iam ex officio in ecclesia legat prophetias & lectiones. Vnde & ei videntę populo, traditur ab Episc. codex diuinarum lectionum, & dicitur. Accipe, &
Dist. 23. cap. Lector. esto verbo Dei relator: habitur⁹ si fideliter impleueris officium, parē cum his, qui benè verbum Dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradū ꝓuehitur, literarū sc. ētia debet esse instruct⁹, vt sensum verborum intelligat, vim accentuū sciat, distinctè legat: ne confusione ꝓlationis intellectū auditorib. auferat. Attēdat quid indicatiuè, quid interrogatiuè sit intelligēdum. Vbi sit in oratione facienda distinctio. Hæc n. malè seruata, intellectū turbant, & alios ad risum prouocant. Aurib⁹ & cordi con-
Luc. 4. c sulere debet vox lectoris. Hoc officium impleuit Chri-

Christus cum in medio Seniorum librum Esaię aperiens, distinctè ad intelligendum legit, Spiritus Domini super me, &c. Ex quo lectorib. datur intelligi, quia gratia spirituali clarere debent, qui aliis verbum Dei annuntiant Hic ordo formam & initium à prophetis accepisse videtur: quib. dicitur, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. *Esa. 61. n* *Esa. 58. n*

De Exorcistis. E

Tertius est ordo Exorcistarum. Exorcistæ a. ex Græco in Latinum adiurantes vel increpãtes vocantur. Inuocant n. super catechuminos, & super eos, qui habẽt spiritum immundum, nomen Domini adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis Ad Exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusq; super energuminos, & catechuminos in exorcizãdo imponere. Debet a habere spiritum mundum, qui spiritib. immundis imperat: & malignum expellere de corde suo, quẽ expellit de corpore alieno: ne medicina quã alii facit, sibi non prosit & dicatur ei; Medice cura teipsum. Hi cum ordinãtur, accipiunt de manu Episcopi librũ exorcismorum: & dicitur eis. Accipite, & habete potestatẽ imponendi manus super energuminos vel catechuminos. Hoc officio vsus est Dominus, quando saliua sua tetigit aures & linguam surdi & muti, dicẽs: Effeta, quod est Adaperire: per hoc docẽs nos spiritualiter debere aperire aures præcordiorum hominum ad intelligendũ, & ora ad confitendum: vt pulso dœmone, Spir. S. fas suum recipiat. Hoc etiam officio vsus est Christus, cum dœmoniacos multatos sanauit. Hic ordo à Salomone videtur descendisse: qui quendam modum exorcizandi inuenit, quo dœmones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati Exorcistæ vocati sunt. De quibus Christus in Euangelio, Si ego in Beelzebub eiicio dœmonia: filii vestri, scil. Exorcistæ, in quo eiiciunt?

Isidor. cap. 2. lib. 7. etym. *Raba ca. 10. lib. 1. de institutione clericorum.* *Luca 4. d* *Matth. 8. d* *Luca 8. d* *Iosephus cap. 1. lib. 8. antiquitatum.* *Matth. 12. e* *Luca 11. c*

De Acolytis.

Isidor. lib. 7. etym. cap. 12. Quarto loco succedunt Acolyti, Acolyti verò Græcè Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legēdum est Euangeliū vel sacrificium offerēdum. Tunc n. accenduntur luminaria & deportantur ab eis: nō ad effugādas aeris tenebras, cum sol eo tēpore rutilet, sed ad signum lætitiæ demōstrandum: vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostēdatur, de qua legitur, Erat lux vera *Ioan. 1. a* quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc *Dist. 25. cap. Perlectis.* mundum. Ad Acolytū pertinet, præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereū portat, ipse vrceolū cū vino & aqua suggesta, pro eucharistia, subdiaconis præparat. Hi cum ordinantur, cum edocti fuerint ab Episcopo, qualiter in officio suo agere debeant, ab archidiacono accipiunt candelabrum *Ioan 8. b* cum cereo, & vrceolū vacuum. Hoc officium Dñs se habere testatur dicens, Ego sum lux mundi: qui *Exod. 27. c* sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius offi- *Leuit. 6. b* cii formam illi gerebant in veteri testamento, qui lucernas candelabri cōponebant, & accendebant igne cœlesti, ad illuminandas tenebras aquilonares.

De Subdiaconis.

Isid. cap. 12. lib. 7. etym. Quintus est ordo Subdiaconorum. Græcè Hypodiacones vocātur, quos nos Subdiacones dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis & officiis Leuitarum. Oblationes n. in tēplo à fidelib. suscipiunt, & Leuitis superponēdas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos Nathinnei vocabantur, i. in humilitate seruiētes. Ad Subdiaconū pertinet, calicē & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisq; ministrare. Vrceolū quoq; cum aqua mantile, & manutergiū tenere Episc. & presbyteris & Leuitis, pro lauādis ante altare manib. aquam præbere. His lex continentiæ imponi- *Con. Carth. 4. cap. 5.* tur: quia altari propinquantes, vasa corporis & sanguinis Christi portant. Vnde illud implere de-

bent

bent, Mundamini qui fertis vasa Dñi. Ad hos etiã pertinet tantum de oblationib⁹ ponere in altari, quãtum sufficere possit populo: nec nõ corporales, & pallas, & substratoria lauare. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu Episc. patenam & calicem vacuum: ab Archidiacono vero vrceolum cum aqua manili, & manutergium. Hoc officio vsus est Dñs, quando linteo se præcinxit, & mittẽs aquam in peluim, pedes discipulorum lauit, & linteo tersit. *Esa.52.d* *Ioan.13.A*

De Diaconis. H

Diaconorum ordo sextum tenet locum, propter senarii perfectionẽ. Hic ordo in vet. testam. à tribu Leui nomẽ accepit vel traxit. Dicuntur n. & Leuitæ Præcepit quippe Dñs Moysi, vt post ordinationẽ Aaron & filiorum eius, prorsus trib. Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur, & consecraretur Dño: & seruirẽt pro Israel coram Aarõ & filiis eius in tabernaculo. Ipsiq; gestarẽt arcam & tabernaculum, & omnia vasa eius: & in circuitu tabernaculi excubarẽt: & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumq; cõponerent. A 25. annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo, quã regulã in nouo testam. sancti patres cõstituerunt: quia hæc ætas ad ferẽda onera est robusta. Leuitæ ergo ex nomine auctoris vocati sunt. De Leui n. Leuitæ exorti sunt: à quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Græcè Diacones, latinè ministri dicũtur: quia sicut in sacerdote cõsecratio, ita & in Diacono ministerii dispensatio habetur. Ad Diaconum pertinet assistere sacerdotib. & ministrare in omnib⁹ quæ aguntur in sacramẽtis Christi, scil. in baptismo, in chrismate, in patena, & calice: oblationes quoque inferre, & disponere in altari. Cõponere etiam mensam Domini & vestire, crucẽ ferre, & prædicare Euangelium & epistolam ad populum. Nam sicut lectoribus vetus testament. ita Diaconibus nouum prædica- *Isid. cap. 12. lib. 7. etym.* *Num. 3.* *Num. 4.* *Num. 8.d* *Dist. 25. cap. Perlectu.*

dicare præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio catechuminorum nominum. Ipsæ prænonet aures habere ad Dominũ: ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Quod a huic ordini à Moyse statutum est, hoc etiã in nouo testamento repræsentatur, cum Diacono super læuum humerum stola ponitur, & casula in diebus iunii cõplicatur, quia quicquid laboris & sustinẽtiæ in hac vita toleratur, quasi in læua portatur, donec in dextera, i. in æternitate, requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebratꝰ est, quãdo (vt legitur in Actib. Apost.) septẽ viros plenos Spir. S. ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, vt in omni matrice ecclesia 7. Diaconos circa Christi aram, quasi 7 columnæ, assistãt. Hi sunt 7. angeli, tuba canentes in Apocal. qui quales esse debeant, Apost. docet Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit: quia ad ministerium applicãtur. Ponit eis orariũ, i. stolam, super læuum humerum, vt per hoc intelligant se accepisse iugũ Domini suaue: quo ad sinistram pertinentia, diuino timori subiiciant. Accipiunt & textũ euangelii, vt intelligant se esse prædicones euangelii Christi. Hi a. antequam ordinentur, probentur, vt docet Apost. & sic ministrent, nullum crimen habẽtes. Hoc officio vsus est Christus, quando post cœnam sacramentum carnis & sanguinis discipulis dispensauit, & quando Apostolus dormientes ad orationem excitauit dicens, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

Num. 4. a

Act. 6. b

Apoc. 8. a
1. Tim. 3. a

Con. Carth. 4. cap. 4.
Matth. 11. d

1. Tim. 3. b

Matth. 26. c
Luc. 22. d

De Presbyteris.

Septimus est ordo Presbyterorum. Presbyter Græcè, Senior interpretatur Latinè. Non modo ætate vel decrepita senectute, sed propter honorẽ & dignitatẽ quam acceperunt, presbyteri nominantur: qui morum prudentia & maturitate conuersa-

Isid. 7. etym. cap 12.

uersationis prȩcellere debẽt in populo. Vnde scriptum est, Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero cõputata. Cani n. sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Ideo a. etiam presbyteri sacerdotes vocãtur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamẽ pontificatus apicem non habẽt sicut Episcopi: quia ipsi nec chrismate frontẽ signant, nec paracletũ dant: quod solis deberi Episcopis lectio Actuum Apost. demonstrat. Vnde & apud veteres ijdem Episcopi & presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis, hoc ætatis. Sacerdotes nomen habent cõpositum ex Græco & Latino, q̃ est sacrum dans, siue sacer dux. Sicut n. rex à regendo, ita sacerdos à sacrando dictus est: consecrat n. & sanctificat. Antistes vero sacerdos dictus est ab eo, quod ante stat, primus n. est in ordine ecclesiæ. Ad presbyterum a. pertinet sacramentũ corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere: qui cum ordinantur, iniunguntur eis manus, vt intelligant se accepisse gratiã consecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ vtrunq; tenet latus: quia debent esse muniti armis iustitiæ contra aduersa & prospera. Accipiunt etiam calicẽ cum vino, & patenam cum hostiis: vt per hoc sciant sese accepisse potestatẽ placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit initium. Summos n. pontifices, & minores sacerdotes instituit Deus per Moysen: qui ex præcepto Dei, Aaron in summum pontificẽ, filios vero ei⁹ vnxit in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim elegit discipulos prius quos & Apostolos vocauit: quorum vicẽ gerunt in ecclesia maiores põtifices. Deinde alios septuaginta & duos discipulos designauit: quorum vicẽ in ecclesia tenent presbyteri. Vnus a. inter Apostolos princeps extitit Petrus: cuius

Sapient. 4. b

Act. 8. c & 19. a

Isidor. vbi supr.

Exod. 29. a

Matth. 10. c

Luc. 10. a

Matth. 16. c

cuius vicarius & succeſſor eſt Pontifex ſummus. Vnde dicitur Apoſtolicus, qui & Papa vocatur, ſc. pater patrum. Qualis a. eligi debeat presbyter, A-
1. Tim 3. a poſt. ſcribens Timotheo oſtēdit, vbi nomine Epiſcopi presbyterū ſignificat. Hoc a. officio vſus eſt
Matth. 27. f Chriſtus, cum ſeipſum in ara crucis obtulit, idem
Hebr 9. c ſacerdos & hoſtia: & quando poſt cœnam panem & vinum in corpus ſuum, & ſanguinem cōmutauit. Ecce de ſeptē eccleſiæ gradib. breuiter elocuti, quid ad quenquā pertineat inſinuauimus. Cumq; omnes ſpirituales ſint & ſacri, excellenter tamen canones duos tantum ſacros ordines appellari cēſent. Diaconatus, ſcil. & Presbyteratus: quia hos ſolos primitiua Eccleſia legitur habuiſſe, & de his
1. Tim. 3. b, ſolis præceptum Apoſtoli habemus. Apoſtoli e-
Act. 6. b nim in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos & Presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apoſtolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit B. Stephanus. Subdiaconos vero & Acolytos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit.

Quid ſit, quod hic dicitur Ordo. K

Si autem quæritur, Quid ſit, quod vocatur Ordo? Sanè dici poteſt ſignaculum eſſe, id eſt, ſacrum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, & officium. Character ergo ſpiritualis, vbi fit promotio poteſtatis, Ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi Ordines ſacramenta: quia in eorum perceptione res ſacra, id eſt, gratia confertur, quam figurant ea, quæ ibi geruntur.

De nominibus dignitatum vel officiis. L

Sunt & alia quædam non ordinum, ſed dignitatum vel officiorū nomina. Dignitatis ſimul & of-
Iſid. c 11. l. 7. ficii nomen eſt Epiſcopus. Epiſcopatus a. vocabu-
etym. lum inde dictum eſt, ꝙ ille qui Epiſcopus efficitur,
Ezech 33. b ſuperintēdat, curam, ſc. ſubditorum gerens. σκοπὸς enim Græcè, Latine intendere dicitur. Epiſcopi a. Græce, Latine ſpeculatores interpretatur. Nam

ſpecu-

ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia: dict⁹ eo, quod ſpeculetur atq; perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores & vitam. Pontifex eſt princeps ſacerdotū, quaſi via ſequētium. Ipſe & ſummus ſacerdos nuncupatur: ipſe n. Leuitas & Sacerdotes efficit: ipſe omnes eccleſiaſticos ordines diſponit.

De quadripartito ordine Epiſcoporum. M

Ordo a. epiſcoporum quadripartitus eſt, ſcil. in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & Epiſcopis. Patriarcha Græce ſumm⁹ patrum interpretatur: quia primum ſcil. Apoſtolicum tenet locum: vt Romanus, Antiochenus, Alexandrin⁹: ſed omnium ſummus eſt Romanus. Archiepiſcopus, princeps epiſcoporum, archos enim Græce, Latine princeps dicitur. Metropolitæ a. à menſura ciuitatum dicuntur. Singulis n. prouinciis & ciuitatibus præeminent: quorum auctoritati & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt. Solicitudo n. totius prouinciæ, ipſis epiſcopis cōmiſſa eſt. Omnes autē ſuperi⁹ deſignati ordines, epiſcopi nuncupantur. Nota q archiepiſcoporum nomine, primates ſuperius ſignificaſſe videtur, & metropolitanorum, quos nunc archiepiſcopos dicimus. Horum a. diſcretio à gentilib. introducta videtur: qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Sacerdotes n gētilium flamines dicebantur, qui habebant in capite pileum, in quo erat breuis virga, deſuper habēs aliquid lanæ, quod cum per æſtum ferre nō poſſent, filum tantum in capite ligare cœperunt. Nudis n. capitibus eis incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur flamines dicti ſunt: quaſi filamines. Sed feſtis dieb. filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotii eminentia. Vates à vi mentis appellati ſunt: cuius ſignificatio multiplex eſt. Modo enim ſacerdotē, modo Prophetam, modo Poetam ſignificat. Cantor vero vocatur, qui vocē modu-

Iſid. cap. 12. lib 7. etym.

Iſid. ad fin. cap. 12. lib. 7. etym.

modulatur in cantu. Huius sunt duo genera: Præcentor & succentor. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu: Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor a dicitur, quia consonat. Qui à non consonat nec concinit, concentor non erit. His breuiter tractatis admonẽdi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita præcellant vitæ sanctitate: & plebs ei commissa, eorumq; disciplinis educta, gratanter eis obediat, & eorum imitatione de die in diem proficiat, à quibus diuina sacramenta percipiunt, & missarum solennia audiunt.

Missa autem dicitur, vel quia missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio: vnde dicitur, Ite missa est, id est, sequimini hostiam, quæ missa est ad cœlestia, tendentes post eam, vel quia missus cœlestis venit ad consecrandum dominicum corpus: per quem ad altare cœleste defertur hostia. Vnde & dicitur, Ite Missa est.

DE ORDINATIS AB HÆRETICIS.

DISTINCT. XXV.

SOlet etiam quæri. Si hæretici ab ecclesia præcisi & damnati possint tradere sacros ordines: & si ab eis ordinati, redeuntes ad Ecclesiæ vnitatem debeant reordinari. Hanc quęstionem perplexam ac pẽnè insolubilem faciunt doctorum verba: qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere, hæreticos sacros ordines dare non posse, nec illos, qui ab eis ordinati videntur, gratiam recipere. Dicit enim Innoc. Arrianorum clericos non videri suscipiendos, cum sacerdotij vel ministerij alicuius dignitate: quibus solum baptisma tantum esse permittit, quod in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti percipitur. Dicit etiam eos non posse dare Spiritum sanctum quem amiserunt: & ordinatos ab hæreticis, caput habere vulneratum: & eum qui honorem amis-

Innoc princ. epist 18. Alexandro epis. Antio. cap. 3. Idem epi. 22. ad epis. Maced. ca. 3. 4.

sit, honorē dare non posse: nec illum aliquid accepisse, quoniam in dante nihil erat, ꝙ ille posset accipere. Tradit etiam, venientibus ab hæreticis per manus impositionē laicam tantum tribuendam cōmunionem, nec ex his aliquē in clericat⁹ honorem vel exiguum subrogare. Greg. etiam dicit sacrilegam esse Arrianorum consecrationē, cum ex eorum manu cōmunio percipitur. Cypr. etiā dicit, Omnia quæcunq; faciunt hæretici, carnalia & inania & sacrilega esse: & eorum altaria falsa & illicita, sacerdotia & sacrificia sacrilega: qui more simiarum, quę cum homines non sint, formā imitantur humanā, vultum ecclesiæ catholicæ, & auctoritatē sibi vendicant, cum ipsi in ecclesia non sint: & cum sint sacrilegi, sacerdotiū administrant, & altare ponunt: cum nec sacrificari oblatio illic possit, vbi spir. S. nō sit: nec cuiquam Dominus per ei⁹ preces & orationes prosit, qui Dñm ipsum violauit. Hiero. quoq; asserit, omnia quæ offeruntur ab hæreticis, cōtaminata esse in cōspectu Domini: quia licet sancta videantur specie sui, tamen quia contacta sunt ab illo, qui pollutus est, polluuntur omnia. Idē, Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit, & quotiens in nomine eius cōgregati fuerint, detestatur fœtorē eorum & claudit nares suas. Idem, Illi offerunt panem sacrilegum, &c. Leo etiam testatur, extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera esse sacrificia. Idē etiam dicit, per crudelissimam vesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. His aliisq; testimoniis astrui videtur sacramenta ecclesiastica, præcipue corporis & sanguinis, ordinationis & confirmationis, per hæreticos non posse ministrari.

In li. 3. dial. cap 5. Cyprianus epist. 6. lib. 1. ad magnū.

Ad eum locum sic populus.

Idem ad c. 5. Amos odi. Leo. 1. ep. 38. ad Anacoliū Constantin. Episcop: Idem Leo epi. 73. Leoni Augusto. Idem lib. 2. ad c. 8. ☞ *see*

Auctoritates ponit, quæ videntur præmissis obuiare. B

Contra a. alii sentire videntur, quod ab hæreticis etiam præcisis, sacri ordines, sicut & baptismus tradi valeant: nec ab hæreticis redeuntes, qui illic ordinati sunt & baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Vnde Aug. De hæreticis etiã damnatis, quod quidam dicunt. Baptisma quod accepit nõ amittit, qui recedit ab ecclesia, ius dandi, & accepit amittit: multis modis apparet inaniter dici. Primo, quia nulla ostẽditur causa, cur ille, qui illud baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrunq; n. sacramẽtum est, & quadã cõsecratione vtrunq; homini datur: illud cum baptizatur, & illud cum ordinatur. Ideo non licet in Catholica Ecclesia vtrunq; iterari. Nam quãdo ex ipsa parte veniẽtes, etiam præpositi, pro bono pacis correcto schismatis errore susceptisunt: etsi visum est opus esse vt eadẽ officia gererẽt, quæ agebant, nõ sunt rursus ordinandi. Sed sicut baptismus in eis, ita mansit ordinatio integra, quia in præcisione fuerat vitiũ, q̃ in vnitate pacis est correctum: nõ in sacramẽtis, quæ vbicunq; sunt, ipsa sunt. Et cum ipsi expedire videtur ecclesiæ, vt prepositi eorum veniẽtes ad Catholicam societatem, honores suos ibi non administrẽt: non eis tamen ipsa ordinationis sacramẽta detrahuntur, sed super eos manẽt. Ideoq; non eis man⁹ imponitur: ne nõ homini, sed ipsi sacramẽto fiat iniuria. Sicut enim in baptismo est ius, q̃ per eos dari possit: sic in ordinatione, ius dandi est: vtrunq; quidẽ ad perniciẽ suã. Sed aliud est non habere, aliud pernicioseha-bere, aliud salubriter habere. Idẽ, De his qui ab ecclesiæ vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin habeãt & dare possint: sed pernicioseh abẽt, pernitioseq; dant? quia extra vinculũ pacis sunt. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non recte habet, qui ab vnitate recedit, sed tamen habet, & ideo redeunti nõ redditur: sic etiã nõ rectedat,

Aug. li. 2. c. 13. contra epist. Parmeniani.

Augustl Ibid. paulò inferius.

Ephes. 4 a

dat, qui ab vnitate recedit, & tamen dat: & ideò qui ab eo accipit, venienti ad vnitatem non iteratur. Idem, Aliud est non habere aliquid, aliud est nõiure habere, vt illicitè vsurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi & Ecclesiæ, quia eis illicitè vtantur non modò hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem sunt agnoscenda & veneranda. Item Greg. Quod dicitis vt qui ordinat⁹ est iterum ordinetur, valdè ridiculosum est. Vt n. baptizat⁹ semel, iterum baptizari non debet: ita qui cõsecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari. His aliisq; auctoritatibus videtur asseri, in omnibus impijs: etiam in hæreticis præcisis & damnatis, Christi sacramenta permanere, cum iure dandi. Possunt enim dare, sed pernitiosè: & quibus dederint, non sunt iterum ordinandi: quæ præmissis ex opposito obuiare videntur.

Aug. lib. 3. c. 10. de baptismo contra Donatistas.

Greg epist. 12. l. 2. Ioan. Rauenat.

Determinatio præmissæ contradictionis auctoritatum. C Hæc autem quidam determinant, Dicunt enim hæreticos accepta sacerdotali vel Episcopali vnctione ab Ecclesia recedentes, baptismi quidem dandi ius retinere: sed non habere facultatem tribuẽdi sacros ordines vel consecrandi dominicum corpus, postquam præcisi & damnati sunt ab Ecclesia. Sicut degradatus Episcopus non habet potestatẽ largiendi sacros ordines: facultatẽ tamen baptizandi non amisit. Quod vero Aug. ait, intelligunt dictum de hæreticis, qui non sententia Ecclesiæ, sed prauitate sensus sui à fidei veritate ac doctrinæ vnitate diuisi sunt: qui licet tales sint, ius tamen ordinandi & consecrandi habẽt. Et qui ab eis ordinantur ante manifestam præcisionem, etiamsi cum eis apertè exierint, & sententia Ecclesiæ damnati fuerint: tamẽ si redierint, iterũ ordinandi nõ sunt. Et vbicunq; legitur de ordinatis ab hæreticis, & seruatis ordinibus ministrare valeãt,

Secunda opinio probabilis, lib. 1. cap. 10.

vel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postquam præcisi fuerint & damnati iudicio Ecclesiæ, ius ordinandi & consecrandi eis detractum asserunt: vt degradatis, vel excommunicatis. Alii verò dicunt, sacramenta ab hæreticis & præcisis secundum formam Ecclesiæ celebrata, vera esse & rata: quia recedentes ab Ecclesia ius dandi & consecrandi non perdiderunt: & qui sic ab hæreticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quæ verò ab hæreticis aliter quam in Ecclesia fiunt, falsa sunt & inania: & qui à talib. ordinari videntur, non munus, sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam variè de his loquuntur Dd. Quidam verò dicunt eadē sacramenta ab hæreticis præcisis posse celebrari, quæ à Catholicis, si ab illis forma Ecclesiæ seruetur. Et ab eis celebrata vera esse & rata quantum ad se: quantum verò ad effectum, falsa esse & inania, & in his qui malè tractant, & in his qui malè suscipiunt, & ideo irrita & falsa: quia promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur: quia illicitè dantibus vel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam hæreticorum tractationem. Ideo Greg. cōmunionem Arij vocat execrationem: & Innocentius Bonosij ordinationem, damnationem: non quod ita in se sint, sed quia malè dantes vel accipientes tales facit. Sicut etiam Hieron. sacrificia eorum panem luctus vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli verò tradunt illos hæreticos, qui in Ecclesia ordinati sunt, iterum ordinandi & consecrandi etiam cum separati fuerint, habere. Qui verò in schismate vel hæresi positi, ab eis ordinati & inuncti fuerint, illo iure essent. Ideoq; cum ordinare volunt, vulnus potius infligunt, quam gratiam conferant.

Tertia opinio.

In to. 6 ca. 9. Oseæ ad illud. Non placebunt ei.

De symonia dicitur, & quid sit. D

De symoniacis verò non est ambigendum, quin sint hæretici: qui tamen ante sententiam degradationis & ordinant, & consecrant. Et licet symoniaci propriè dicantur, qui instar Symonis magi imprecabilem gratiam pretio conducere volunt, & qui pro ministerio sacro precium recipiunt in modum Giezi, Giezitæ vocandi sunt. Omnes & dantes & accipientes, symoniaci dicuntur: & vtrique eadem sententia percelluntur. *Act. 8. d* *4. Reg. 5. f*

De his qui scienter à symoniacis ordinantur. E

Differt tamen inter eos, qui ordinantur à symoniacis scienter, & eos qui ignoranter. Qui enim scienter à symoniacis se permiserint consecrari, imò execrari: eorum consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinantur à symoniacis, quos cum ordinantur nesciunt esse symoniacos, qui & tunc pro Catholicis habentur: eorum ordinatio misericorditer sustinetur. *Vrbanus Papa, 1. q. 1. Si qui à symoniacis.*

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia. F

Si vero aliqui obiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex consecratione proueniunt: penitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum vendere derelinquit. *Pasch. 1. q. 3. c. si quis obiecerit.*

Distinctio symoniacorum. G

Symoniacæ autem hæresis tripartita est distinctio. Alij enim symoniacè à symoniacis ordinantur: Alii symoniacè à non symoniacis. Alii non symoniacè à symoniacis. Vnde Nicol. Papa. Statuimus decretum de symoniaca tripartita hæreli, id est, de symoniacis symoniacè ordinãtibus vel ordinatis, & de symoniacis symoniacè à non symoniacis, & de symoniacis non symoniacè à symoniacis. Symoniaci symoniacè ordinati vel ordinatores, secundum canones, à proprio gradu decidant, Symoniaci etiam symoniacè à non symo- *Nicolaus II. 1. q. 1. ca. statuimus decretum.*

niacis ordinati, similiter ab officio remouentur. Symoniacos vero non symoniacè à symoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his qui ordinantur à symoniacis, ignorantes eos esse symoniacos. Hos facit symoniacos non reatus criminis, sed ordinatio symoniaci.

Alexander Papa de his qui violenter à symoniacis vel ab hæreticis ordinantur. H

Alexand. 2. 1. q 1. cap. Ergo symoniacos, 1. q. 1. Constat.

Similiter cum decernit Alexander Papa, symoniacos omnino damnandos ac deponendos: subintelligendū est, nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim & à quibuslibet hæreticis violenter ordinatis, dicit Innoc. quod possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum cōciliabulo renuntiant.

De ætate ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa. I

Gratianus ex Bonifacio refert, dist. 78. in prine.

Sacri, inquit, canones sanxerunt, vt Subdiaconus non ordinetur ante 14. annos, nec Diaconus ante 25. nec Presbyter ante 30. Deinde si dignus fuerit, ad Episcopatum eligi potest: quod nos etiam pari modo seruare iubemus. Item Fabianus, Si quis 30. ætatis non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, & si valde sit dignus: quia *Luc. 3. c* & ipse Dominus 30. annorum baptizatus est, & sic cœpit docere.

DE SACRAMENTO CONIVGII, CVIVS institutio & causa ostenditur.

DISTINCT. XXVI. A

CVm alia sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum à Domino: non tamen ad remedium, sed *Gen. 2. d* ad officium. Refert enim scriptura Gen in Adam misso sopore, atq; vna de costis eius sumpta, & exinde muliere formata, virum in spiritu intelligē-

tem

tem ad quem vsum mulier facta esset, post extasim propheticè dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.

De duplici institutione coniugii. B

Coniugij autem institutio duplex est. Vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso, vbi esset thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles: ex quibus sine ardore conciperent sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum motum deuitandum. Prima vt natura multiplicaretur: Secunda, vt natura exciperetur & vitium cohiberetur. Nam & ante peccatum dixit Deus, Crescite & multiplicamini: & post peccatum, omnibus penè hominibus per diluuium consumptis. Quod vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum vero ad remedium concessum, Aug. testatur dicens, Quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinētiæ, quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si vero non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset & remunerabilis. Quia vero propter peccatum, lethalis concupiscentiæ lex membris nostris inhæsit, sine qua carnalis non fit commixtio, reprehensibilis est & malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij.

Hebr. 13. a.

Gen. 1. d.

August. de Gen. ad literam, cap. 7. lib. 9.

Rom. 6. c.

Quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium. C

Prima institutio habuit pręceptum, secunda indulgentiam. Didicimus n. Apostolo, humano generi ꝓpter vitandam fornicationē indultum esse

1. Cor. 7. a.

coniugium. Indulgentia vero, quia meliora non eligit, remedium habet, non præmium: à qua si quis declinauerit, metetur exitiale iudiciũ. Quod secundum indulgentiã conceditur, voluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud non faceret. Et potest sane intelligi illud sub præcepto dictum hominibus primis ante peccatum. Crescite & multiplicamini. Quo etiã post peccatum tenebantur, vsq; quo est facta multiplicatio, postquã secundum indulgẽtiam, matrimonii cõtractus fuit. Ita etiam post diluuium, quo vniuersum penè humanum genꝰ deletũ est, secundũ præceptum dictũ est filiis Noe, Crescite & multiplicamini. Multiplicato vero homine, secundum indulgentiã contractũ est, nõ secundum imperiũ.

Gen. 1. d

Gen. 9. b

Quibus modis accipiatur indulgentia. D

Indulgentia autem diuersis modis accipitur, sc. pro concessione, pro remissione, pro permissione: & est permissio in nouo testamento, de minoribus bonis & de minoribus malis. De minoribus bonis est cõiugium, quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, id est, de venialibus est coitus, qui fit causa incontinentiæ. Illud scil. coniugium, indulgetur, id est, conceditur. Illud vero, id est, coitus talis, permittitur, id est, toleratur, ita quod non prohibetur.

Quod nuptiæ sint bonæ. E

Fuerunt autem nonnulli hæretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt. Hi nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus aliisq; corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numero, cõiugio vtentem marem vel fœminam. Quod autem res bona sit coniugium, non modo ex eo probatur, quod Dominus legitur cõiugium instituisse inter primos parentes, sed etiam quod in Cana Galileę nuptiis interfuit Christus, easque miraculo commendauit, aqua in vinum cõuersa.

Augusti. ad quod vult Deum, de hæresib. cap. 25. in to. 9.

Gen. 2. d
Ioan. 2. a
Matth. 19. b

Qui

Qui etiam post virum dimittere vxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait, Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioqui non esset sacramentum, Sacramentum enim sacrum signum est. 1. Cor. 7. c

Cuius rei sacramentum sit coniugium. C

Cum ergo cõiugium sacramentum sit, & sacrum signum est, & sacræ rei scil. coniunctionis Christi & Ecclesiæ, sicut ait Apost. Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego a. dico in Christo & in Ecclesia. Vt enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum & secundum permixtionem corporum: sic Ecclesia Christo copulatur voluntate & natura, qua idem vult cum eo: & ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter, id est, charitate ac conformitate naturæ. Huius vtriusque copulæ figura est in coniugio. Consensus enim coniugum, copulam spiritualem Christi & Ecclesiæ, quæ fit per charitatem, significat. Commixtio vero sexuum, illam significat, quæ fit per naturæ conformitatem. *Ephes. 5. f* *Genes. 2. d*

Qualiter intelligendum sit illud, Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum. D

Inde est, quod quidam doctorum dixerunt, illam mulierẽ non pertinere ad matrimonium, quę non experitur carnalem copulam. Ait enim Aug. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo Pap. Cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter commixtionẽ sexuum non habeat in se Christi & Ecclesiæ sacramẽtum: nõ dubium est illam mulierẽ non pertinere ad matrimoniũ, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Itẽ Aug. Nõ est perfectũ coniugium *Leo 1. cap. 4. epist. 90. ad Rusticum Narbonens.* *Aug. in soliloquiis.*

iugium sine commixtione sexuum. Hoc sic secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariam & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tanto sanctius fuit atq; perfectius, quanto à carnali opere immunius. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum, sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam & plenam tenet figuram coniunctionis Christi & Ecclesiæ. Figurat enim illam vnionem Christi & Ecclesiæ, quæ est in charitate sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & Ecclesiæ: sed illius tantũ, qua Ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionẽ carnis, capiti membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia vt ait Aug. In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fœcunditas vẽtris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniri debent. Vnde Apost. ait, Viri, diligite vxores vestras, vt corpora vestra.

Ephes. 5. g

Aug in libr. de bono coniugali, c 18. in to. 6.

Ephes. 5 c

QVÆ SVNT CONSIDERANDA IN CONIVGIO. DISTINCT. XXVII.

A

POst hæc aduertendum est, quid sit coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugij, & causa propter quam contrahi debeat, & quæ sit bona coniugij, & quomodo per ea excusetur coitus carnalis, quæ sint legitimæ personæ ad matrimonium. Sunt & alia plura in matrimonio considerandæ, quæ sub compendio perstringemus.

B

Quid sit coniugium.

Sunt ergo nuptiæ vel matrimonium viri, mulieris q; coniunctio maritalis, inter legitimas personas,

has indiuiduam vitæ consuetudinē retinens Ad indiuiduam consuetudinē vitæ pertinet, ꝙ absq; consensu alterius neuter continentiam profiteri potest, vel oratione vacare: & quod inter eos dum viuunt vinculum coniugale permanet, vt alij se copulare non liceat: & vt inuicē alter alteri exhibeat, ꝙ quisq; sibi: hac autē descriptione legitimorum & fidelium tantum matrimoniū includitur. *Isidor cap. 7. lib. 9. etym. in princ.*

De consensu qui efficit coniugium. C

Efficiens autem causa matrimonii est consensus, non quælibet, sed per verba expressus, nec de futuro, sed de præsenti. Si enim cōsentiunt in futurum, dicentes. Accipiam te in virum, & ego te in vxorem: non est iste consensus efficax matrimonij. Item si consentiant mente, & non exprimant verbis vel aliis certis signis: nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicant, quod tamen in corde non volunt, sinon sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa verborum, quibus consentiunt dicentes. Accipio te in virum, & ego te in vxorem, matrimonium facit.

Auctoritatibus probat, quod solus consensus facit matrimonium. D

Quod autem consensus matrimonium faciat, subditis probatur testimoniis. Ait enim Isidorus, Consensus facit matrimonium. Item Nicol. Papa, Sufficiat solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur: qui solus si forte in nuptiis defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Item Ioan. Chrysost. Matrimonium quidē non facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis. Item Ambr. Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio cōiugalis. Ex his apparet, quod consensus, id est, pactio coniugalis, matrimonium facit: & ex tunc coniugium est, etiamsi non præcesit vel secuta est copula carnalis. *Isid. c. 7. lib. 9 etymol. Hic 1. hinc maro. remēso. Archiepisc. Chrys. ho 32 ad illud quicunq; dimiserit vxorem, cap. 19. Matt. to. 2.*

Quan-

Quando incipiat esse coniugium. E

Amb lib de institu. virginis, cap. 6. tom. 1.

Quod enim ab ipsa dispensatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, sanctorum testimonia probant. Ait n. Ambr. Cum initiatur coniugium, coniugii nomẽ ascisc itur, cum cõiungitur viro, cõiugium est, non viri admixtione cognoscitur. Idẽ Isid. Coniuges verius appellantur

In lib. etym. 9. cap. 7.

à prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur cõiugalis concubitus. Itẽ Aug. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide, quam

In lib. 1. de Nuptiis & concupisc. c. 11. in to. 7.

concubitu non cognouerat, nec fuerat agniturus.

Matth. 12. d Luca 2. g

Nec peierat, nec mẽdax manserat cõiugis appellatio, vbi non fuerat, nec futura erat carnis illa cõmixtio. Propter quod fidele coniugium ambo parẽtes Christi vocare meruerunt, nõ solum illa mater, sed etiã ille pater eius, sicut coniunx matris eius: vtrunq; tamen mẽte, non carne. Ex his euidẽter insinuatur, quod ex tempore, quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis, qui solus coniugium facit. veri coniuges sunt sponsus & sponsa.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulam, sed sponsi & sponsæ sunt. F

Quidam tamen asserunt, verum coniugium non cõtrahi ante traductionem & carnalem copulam: nec vero coniuges esse aliquos, antequam intercedat commixtio sexus: sed à prima fide desponsationis vir sponsus, & mulier sponsa est, non coniunx. Sponsos autem & sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt: cuius rei sponsionem inuicem fecerunt: Et secundum hoc verba præmissarum auctoritatum intelligenda fore tradunt?

Qua ratione nituntur. G

Quod vero inter sponsam & coniugem plurimum intersit, ex eo astruunt: quia licet spõsæ ante carnalem copulam: inconsulto vel nolẽte sponso monasterium eligere: quo facto, spõso etiam licet aliam

aliam ducere? Coniugatus vero vel cõiugata, nec continẽtiam nisi cõmuni consensu seruare valet, nec monasterium petere, nisi vterq; continẽtiam pariter ꝓfiteatur. Quod vero liceat sponsæ monasterium eligere, auctoritatibus sanctorum probatur. Ait n. Euseb. Pap. Desponsatam puellam nõ licet parentib. alii viro tradere: tamẽ licet sibi monasterium eligere. Itẽ Greg. Decreta legalia despõsatam, si conuerti voluerit, nullo penitus censuerunt damno mulctari. Refert etiam Hieron. quod Macharius inter Christi heremitas præcipuus, celebrato nuptiali cõuiuio cum vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens trãsmarina petiit, & heremi solitudinem sibi elegit. B. etiam Alexius similiter ex nuptiis diuina gratia vocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. His auctoritatibus & exemplis liquet, licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & è conuerso, continentiam profiteri.

Greg. epist. 20. lib. 6. ad Fortunatum Episcop. & Hiero. c 84. In vita Macharii de vita patrũ.

Quod coniugatus vel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu. H

Hoc à coniugatis nullatenus licet. Non n. potest vir melioris vitæ propositum sumere sine vxoris consensu, & è cõuerso. Vnde Greg. scribẽs Theoctistæ patritiæ. Sunt qui dicunt religionis gratia, cõiugia debere solui. Verum sciendum est, quia etsi hoc lex humana cõcessit, tamẽ lex diuina ꝓhibuit. Si vero vtriusq; cõueniat continentẽ vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic n. multos sanctorũ nouimus cum suis coniugib. & prius continentem vitam duxisse, & post ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse. Si vero continẽtiam, quam vir appetit, mulier non sequitur, aut quã vxor appetit, vir recusat, cõiugium diuidi nõ potest: quia scriptũ est. Mulier potestatẽ suæ carnis non habet, sed vir. Similiter & vir potestatẽ suæ carnis non habet, sed mulier. Idẽ, Agathosa, latrix præsentium, quæsta est

Greg. epist. 39. lib. 9. Matth. 5. a & 19. b

1. Cor. 7. a

Greg. epist. 44. lib. 9. in princ.

est virum suum contra voluntatē suam in monasterium esse conuersum. Quapropter experientiæ tuæ præcipimus, vt diligēti inquisitione discutias, ne fortè eius voluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc repereris, & illū in monasterio permanere prouideas, & hanc sicut promisit mutare vitā compellas. Si vero nihil horum est, ne quondā fornicationis crimē, propter q̄ licet vxorē dimittere, prædictam mulierē commisisse cognoueris: nec illius cōuersio vxoris relictę in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus vt maritum suū illi, etiāsi iam tōsuratus est, reddere debeas, omni excusatione cessante. Quia nisi fornicationis causa virum vxorē dimittere, nulla ratio concedit. Postquā n. copulatione coniugii viri & mulieris vnum corp⁹ efficitur, non pōt ex parte conuerti, & ex parte manere in seculo. Itē ex 8. Synodo, Si quis cōiugatus conuerti ad monasterium velit, non est recipiēdus, nisi prius à cōiuge castimoniā profitēte fuerit absolutus. Tales ergo tunc sine culpa sequuntur Christū relicto seculo, si habēt ex pari voluntate castitatis consensum. Itē, si vir & vxor diuertere pro sola religione inter se cōsenserint vita, nullatenus sine consensu Episcopi fiat: vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam vxore nolēte, vel altero illorum, etiam tali re matrimonium non soluitur. Itē Aug. Si abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinētiæ. Item Nicol. Papa, Scripsit nobis Thabergā regina, regia se velle dignitate vel copula exui, & sola vita priuata esse contētam desiderare. Cui scripsimus, non hoc aliter fieri posse nisi eandem vitam vir eius Lotharius elegerit. Ex his patet, q̄ coniugati sine communi consensu monasterium eligere, continētiam profiteri, vel habitū religionis sumere non valent: & si fecerint, reuocari debent.

Matth. 5. a & 19. b

27. q. 2. cap. Si quis. Ex Synodo Eugenij, 1.

Aug. lib. 1. De adulterinis coniugijs Nicol. 1.

bent. Sponſi vero poſſunt ſine communi conſenſu monaſterium eligere. Vnde videtur inter ſpõſum & ſponſam coniugium non eſſe. Ideoq; aſſerunt à prima fide deſponſationis coniuges appellari, non re præſentium, ſed ſpe futurorũ: quia ex fide, quã ex deſponſatione ſibi inuicem debent, poſtea efficiuntur coniuges, præmiſſas autem auctoritates, quib aſſeritur, quod conſenſus matrimonium facit ita intelligi volunt, vt conſenſus vel pactio cõiugalis non ante coitum faciat matrimonium, ſed in coitu. Sicut n. defloratio virginitatis non facit matrimonium, niſi præcedat pactio cõiugalis: ita nec pactio coniugalis, antequam aſsit copula carnalis. Ex pactione ergo coniugali ſponſi & ſponſæ fiunt autẽ coitum: in coitu vero ſic efficiuntur coniuges. Facit enim pactio coniugalis, vt quæ prius erat ſponſa in coitu fiat coniunx.

Reſponſio ad prædicta cum determinatione ſuperiorum. I Hiis ita reſpondemus. Fit aliquando deſponſatio, vbi eſt cõpromiſsio viri & mulieris de cõtrahẽdo matrimonio: non eſt ibi conſenſus de præſenti. Eſt & deſponſatio habẽs conſenſum de præſenti, i. pactionem coniugalẽ, quę ſola facit coniugium. In illa ergo deſponſatione, vbi eſt pollicitatio contrahendi matrimonium, ſponſi tantum & ſponſæ fiunt, non coniuges: & talib ſponſis licet ſine cõmuni conſenſu continentiã profiteri, & monaſterium eligere. In ea vero deſponſatione, vbi eſt conſenſus de præſenti, cõiugium contrahitur: & ab illius deſponſationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundũ hanc diſtinctionem deſponſationis, deſponſis variè loquuntur Dd.

Quomodo accipiatur ſponſa in ſubditis capitulis. K Aliquando enim ſponſas vocant, quæ talem habuerunt deſponſationẽ, vbi fuit pactio coniugalis de præſenti, & illæ veræ cõiuges ſunt. Vnde Greg. Si quis vxorẽ deſpõſauerit vel ſubarrauerit, quã-

quam

quam postmodum preueniēte die mortis eius nē quiuerit eam ducere in vxorē, tamen nulli de cōsanguinitate eius licet accipere eam in cōiugio: & si inuentum fuerit factum, separetur omnino. Itē Iulius Papa. Si quis despōsauerit vxorē vel subarrauerit, & vel præueniēte die mortis, vel irruētib. quibusdam causis eam non cognouerit: nec frater eius, nec vllus de consanguinitate eius eandē sibi tollat in vxorē vllo vnquam tempore. Item Greg. Qui despōsatam proximi sui puellam acceperit in cōiugium, anathema sit ipse, & omnes consentiētes ei: quia secundum legē Dei mori decernitur. Nam diuinæ legis mos est sponsas appellare cōiuges: vt in Euang. Accipe Mariam coniugem tuam. Et in Deut. Si quis alteri⁹ spōsam in agro vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia vxorē proximi sui violauit: non quæ iam vxor erat, sed quæ à parentibus vxor fieri debebat. Ex his colligitur, ꝙ sponsæ quædam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed fortè illud mouet, quod in fine capituli dicitur. Non quæ iam vxor erat, sed quæ vxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet quasi vxor verè non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercusit: sed quia nondum traducta fuerat, nec res vxoria interceſſerat, scil. concubitus coniugalis.

27. q. 1. c. Si quis vxorē.
Vbi supra c. si quis desponsauerit.
Ibid. c. Qui desponsatā.
Deut. 22.

Matth. 1. p
Deut. 12. f

Quod aliter accipitur in his aliis capitulis sponsa. L

Hæc etiam sponsa est, quæ sic viro despōsata est, vt non interceſſerit cōsensus de præsenti, sed spōsio futuri. Secundum quē modum illud decretum intelligitur. Si quis spōsam filii oppresserit, & post filius eius eā duxerit, pater postea nō habeat vxorē, nec mulier virum: filius qui patris facin⁹ ignorauit, aliā ducat. Si coniunx illa fuisset (quod vtiq; foret, si in sponsalib. pactio coniugalis interceſsisset) nō permitteretur spōso aliam ducere. Mœchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, vt

Ex con. Triburen. c. 43.

alij terreantur. Idem ex eod. Quidam desponsauit vxorē & dotauit: & cum ea coire nō potuit, quam clanculo frater eius corrupit, & grauidā reddidit: decretum est, vt quamuis nupta non potuerit esse legitimo viro, desponsatam tamē fratri frater habere non possit; sed mœchus & mœcha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita vero eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet, vbi non fuit consensus coniugalis de præsenti: alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia. Secundum hoc etiam illud intelligi debet. Statutum est, à sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Etsi ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur. Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de præsenti, & ideo non fuisse coniugem: cui viuenti sponso, alteri nubendi licētia non negatur. Sunt enim quædam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi & sponsæ vocantur, nec exinde coniuges sunt, & est pactio quædam coniugalis de præsenti, quæ sponsum & sponsam etiam coniuges facit. Et vtraque pactio desponsatio vel sponsalia interdum dicuntur: propriè tamen sponsalia dicuntur, quędam solennia pacta nuptialia.

Ex eodem con. tribur. cap. 41.

Ex Conc. Toletano vbi sup. c. Statutum.

Quare non statim tradantur sponsæ. M

De nuptialibus pactis, vbi est tantum sponsio futuri ait Aug. Institutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilatam.

Aug c. 3 l. 8. confessionum, to. 1.

Quæ sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non. N

Et est sciendum, quod illa sponsa, quæ tantum in futuro est pacta, mortuo sponso non remanet vidua: quia nō fuerat vir eius. Vnde si quis eā duxerit, ad sacros ordines [illegible] nō prohibetur: quia non duxit vidua. V[illegible] maritus æque sicut

27. q. 2. cap. Quod autē.

[illegible] biga-

bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur à sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest.

Pelag. Marcello Episc. Atonienſi. dist. 34. ca. 1.

Secundum hoc intelligendum est, quod ait Pelag. Pap. de illo, qui mortuo sponso eius sponsam ducit in vxorẽ. Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum attinet, q̃ ei obuiet de canonicis institutis, quin ad sacros ordines promoueri valeat. Si vero talis sponsa fuisset, inter quã & sponsum eius cõsensus de præsenti interceſsisset, eo mortuo vidua remansisset: cui copulatus in cõiugio, vlterius ad sacros ordines nõ accederet, cum viduã duxerit. Nõ est ergo ambigẽdum, quin solus de præsenti consensus coniugiũ efficiat, & exinde veri cõiuges appellẽtur. Ideò post talem consensum, si quis alij se copulauerit, etiamsi carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam reuocandus est.

Hic non tenetur.

SI CONSENSVS DE FVTVRO CVM IVramento faciat coniugium.

DISTINCT. XXVIII.

HIc quæri debet. Vtrum consensus de futuro, addito etiam iuramento, coniugium efficiat: vt si quis promittat, vel etiam iuret alicui se vsq; ad tẽpus placitum illam ducturum, & illa promittat vel iuret se illi nupturam: nunquid talis sponsio eos coniuges facit? Si mutato proposito alter vel vterq; ad alienã copulam trãsit, nunquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam, secundæ fœderationis pactum scindetur? Considera, quia longè aliud est promittere, & aliud facere. Qui promittit, nondum facit: Qui ergo promisit se in vxorem ducturum aliquam, nondum eam duxit in vxorem: & quæ spopondit se nupturam, nondum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt, qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item, Si ex vi iura-

iuramenti ad futurum pertinētis mox efficiuntur coniuges: cur iurant in futuro se facturos, quod in præsenti efficiunt? Item, si ex quo iurant, mox efficiuntur coniuges: tunc rē hanc efficiunt, quando iurant se facturos. Ideo dico, quia cōiugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille post vxorem duxit, & illa marito nupsit, coniugium vtrinq; fuit, & non potest dissolui. Præcedens ergo mendacium vel periurium, pœnitentia est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissoluendum. Non autem sic est, quando iuramentum coniugij præsentis consensus attestatione firmatur: quia post talē consensum, si quis alij se copulauerit, etiamsi prolem procreauerit, & irritum debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

Quæ videntur obuiare præmissis. B

Præmissæ à. sententiæ videtur obuiare illud, q; leges tradunt. Si quis tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimā vxorē habiturum, vel etiam si in oratorio tale sacramētum dederit, sit illi legitima vxor: quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur, quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat: Non n. per illud iuramentū tunc sit vxor, sed fieri debet: quia iuratum est. Potest & de illo iuramēto hoc dictum intelligi, vbi de præsenti consentiunt, ac se inuicē suscipiunt. Illi etiā sententiæ, qua dictum est, solum consensum facere coniugium, videtur obuiare, q; Euarist. Pap. ait: Aliter legitimum nō fit coniugiū, nisi ab his, qui super fœminam dominationē habere videntur, & à quib. custoditur. Vxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legib. docetur, & à sacerdote (vt mos est) benedicatur, & à paranymphis custodiatur, ac solēniter accipiatur. Itē, Ita legitima scitote esse cōnubia: aliter vero præsumta, nō coniugia, sed adulteria vel fornicationes sunt, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota

Constit. 74. Nouellarū. tit. Quibus modis nāturales.

Euaristus epist. 1. ad Episcopos Africanos.

Euaristus paulò infrà.

succurrerint legitima. Hoc a. non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium: sed quia sine illis non habet decorē, & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis quædā sunt pertinentia ad substantiam sacramēti, vt consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahēdum matrimonium: quædam vero pertinentia ad decorem & solennitatem sacramenti, vt parentum traditio, sacerdotum benedictio, & huiusmodi sine quibus legitimè fit coniugium, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatē sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri vel fornicatores conueniunt vti qui clanculo nubunt & vtiq; fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de præsenti, quæ legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & consensus occultus de præsenti per verba expressus, coniugium facit, licet non sit inde honest⁹ contractus: sed matrimonium non sanxit consensus, qui in occulto fuit. Si n. alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testib. contractus qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntarie in manifesto profiteantur, tunc vtiq; propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sanciendum coniugium, quod prius occultè fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto adhuc suffragatur, vt fiat coniugium manifestè vero expressa suffragatur, vt sanciat & roboret, ac liberum sit Ecclesiæ de hoc iudicare si expedierit.

De qua re sit consensus ille: An de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

Aug. lib de sancta vir-

Hic quæritur. Cum consensus de præsenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille: An carna-

carnalis copulæ, an cohabitationis, an vtriusq; ? Si cohabitationis consensus matrimoniũ facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia potest contrahere matrimonium. Si carnalis copulę: tunc inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in virginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet, secundum quod videtur angelo dixisse. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, i. me non cognituram proposui. Neq; n. quia virum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium: sed quia se nunquam cognituram proposuerat. Dicit n. Beda, quod in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum post consensit in carnalem copulam, videtur facta voti rea, mente, etsi non opere violata: Dicamus ergo, quod consensus cohabitationis vel carnalis copulæ non facit coniugium: sed consensus cõiugalis societatis, verbis secundum præsens tempus expressus: vt cum vir dicit. Ego accipio te in meam, non Dominam, non ancillam, sed cõiugem. Quia enim non ancilla vel Domina datur, ideo nec de summo, nec de imò à principio formata est, sed de latere viri, ob cõiugalem societatem. Si de summo fieret, vt de capite, videretur ad Dominationẽ creata: Si vero de imo vt de pedibus, videretur ad seruitutẽ subiiciẽda. Sed quia nec in Dominam, nec in ancillam assumitur, facta est de medio, i. de latere, quia ad coniugalem societatẽ assumitur. Cum ergo sic conueniunt, vt dicat vir. Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier, Accipio te in meum virum: his verbis vel aliis idem significantibus exprimitur consensus, non copulæ carnalis vel cohabitationis corporalis: sed coniugalis societatis: ex qua oportet eos cohabitare, nisi fortè causa religionis pari voto corporaliter separentur vel ad tempus, vel vsque in finem.

ginitate, c. 4. in principio, tom. 6. Lucæ 1. d

Beda ad illud Luc. c. 1. Quomodo fiet.

COACTIO EXCLVDIT CONSENSVM coniugalem.

DISTINCT. XXIX.

Gratia tribuit Hormisda, 31. q. 2. c. de neptis.

OPortet autem cõsensum coniugalem liberum esse à coactione. Coactus n. consensus, qui non consensus appellari debet, cõiugium non facere: sicut testatur Vrban. Pap. scribens Sanctio regi Aragonum in hæc verba. De neptis tuæ coniugio quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc æquitate dictante decreuimus: vt si illa virum illum omnino (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntate persistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturam: nequaquam eam inuitam ac renitentẽ eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem, S.

31. q. 2. cap. Si verum.

verũ esse constiterit, q̃ nobis legati Iordanis principis retulerunt, sc. quod ipse coactus & dolens filiam suam flentẽ & pro virib. renitentem, Raynaldo desponsauerit: quoniã legum, & canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges & canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus, vt si princeps cum assensu filiæ, id q̃ cœptum est perficere voluerit, concedamus. Sin a legatus noster vtrasq; partes audiat: & si nihil fuerit ex parte Raynaldi, quod amplius impediat, ab ipso Iordane sacramentum, quo confirmentur hęc, quę dicta sunt accipiat. Et nos canonum & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij viro si voluerit, prędicta eius filia tantum in Domino nubat. Ex his apparet, coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes & inuitos. Veruntamen qui inuiti & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo tempore sine contradictione & quærimonia cohabitauerint facultate discedendi vel reclamandi habita, consentire videntur, & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

In li-

In libro Pandectarum. B

Consentire autem probatur, qui euidenter non contradicit: secundum illud. In sponsalib. eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen patri filia consentire, nisi euidenter dissentiat. Item, Sponsalia, sicut nuptiæ, consensu fiunt contrahentium. Et ideo sicut in nuptiis, ita & in sponsalibus patrisfamilias filiam consentire oportet: quæ si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur. *Lib. 23. digestorum, tit. pri. de sponsalibus lege 7. Eodem tit. leg. 11.*

DE ERRORE QVI EVACVAT CONSENSVM.

DISTINCT. XXX. A

NEc solum coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse diues, qui pauper est, vel è conuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis, coniugii consensum non excludit: Error vero conditionis coniugalem consensum euacuat, de qua conditione postmodum tractabimus. Error quoque personæ consensum coniugalem non admittit: vt si quis fœminam nobilem in coniugium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non consensit vir in istam, sed in aliam. Vt si quis promitteret mihi se venditurum aurum, & pro auro offerret mihi aurichalcum, & ita me deciperet, nunquid dicerer consensisse in aurichalcum? nunquam volui emere aurichalcum: nec ergo in illud consensi: quia consensus nonnisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consensum, ita & in coniugio error personæ. Sed obiici- *Grat. hæc omnia habet 29. q. 1.* *Gen 29. d*

tur de Iacob, qui pro Rachel 7. annis seruierat, & supposita est ei Lya, nunquid error personę exclusit cõiugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed q; ibi factum est, in mysterio gestum non improbè traditur. Ibi tñ etsi non præcesit, secut⁹ est consensus: nec ex illo cõcubitu, qui cõsensum præcesit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu debitũ persoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatã. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiã excusaretur ille, cui insscio vxoris soror lectulum eius ingressa se subiiceret: quæ cum sine spe cõiugij perpetuò manere censeatur, ille tamẽ, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur, q; per simile probatur. Si n. diabolus transfigurás se in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosus. Quod a. vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis hæreticus nomine Augustini vel Ambrosij, alicui Catholico se offerret, eum q; ad suæ fidei imitationẽ vocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectã, sed in integritatem fidei, quam ille hęreticus se mentiebatur habere. Error vero fortunæ consensum nõ excludit. Quæ n. nubit pauperi putans illum esse diuitẽ, non potest renuntiare priori conditioni, quamuis errauerit. Nec error qualitatis: vt si quis ducat vxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eã dimittere.

1. Cor 11. c

De coniugio Mariæ & Ioseph. B

Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercesit. Sanè credi potest, non solum Mariã, sed etiam Ioseph apud se dispositisse virginitatẽ seruare velle, nisi De⁹ aliter iuberet: eosq; sic consensisse in cõiugalem societatẽ, vt vter q; de altero, reuelãte Spir. S. in-

Aug lib. 13. contra Faustum Manichæum, c. 9. in tom. 6.

S. intelligeret quod virginitatē seruare vellet, nisi Deus aliter inspiraret: sed illam voluntatē verbis non expresserant, postea vero expresserunt, & in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalē societatem, sed non in carna ē copulam, nisi de eodē specialiter Deus præciperet: cui? etiā consilio in maritalē consensit copulam, quia virginitatē seruare volebat: & ideo non aliter cōsensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset, de qua Aug. sic ait, B. Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuinæ dispositioni: proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinæ dispositioni, consensit in carnalam copulam, non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo: postea vero simul cum viro labiis expressit, & vterq; in virginitate permansit.

Aug. libr. de sancta virginitate c. 4. tom 6. & habetur 17. q. 2. ca. Sufficiat parag. Cum ergo.

Quod perfectum inter eos fuit coniugium. C

Inter quos, vt ait Aug. perfectum fuit coniugiū: perfectum quidē non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora sunt n. coniugia pari voto continētium. Vnde Aug. Quod Deo pari voto & consensu voueratis, ambo perseueranter reddere debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem perseuera. Non quia pariter tēperabatis à cōmixtione carnali, ideò marit? tuus esse desiterat: imò vero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectū ergo fuit Mariæ & Ioseph cōiugium in sanctitate. Perfectum etiā fuit secundum triplex bonum cōiugii, fidem, scil prolem & sacramentum. Omne n. nuptiarum bonum, vt ait Aug. impletum est in illis parentibus Christi: fides, proles, sacramentum. Prolem cognouimus ipsum Dominum: Fidem, quia nullum adulterium, sacramētum quia nullum diuor-

Cap 11. lib. 1. de nuptijs & concup. to. 7. Ad Editam epist. 199. Tom. 2.

In libr. 1. de nupt & concup. c. 11. t. 7. c. 12. contin.

diuortiũ. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudẽda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato: sine qua concupi voluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non interceſſerit coniugalis concubitus, coniuges tamen vere fuerunt mente & non carne, sicut & parẽtes: quamuis Ambr. dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam. In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur ſpiritualis: quam confirmat & perficit coniunctorum commixtio corporalis. Sed intelligendum eſt, coniugium perfici commixtione corporali, non quantum ad veritatem vel ſanctitatem coniugii, ſed quantum ad ſignificationem, quia perfectius vnionem Chriſti & Eccleſiæ tunc figurat.

In libr. 1. de Patriarchis cap. 9. ca 12. in tom. 4.

De cauſa finali coniugii. D

Expoſito quæ ſit afficiens cauſa matrimonii, cõſequens eſt oſtendere ob quam cauſam ſoleat vel debeat contrahi matrimonium. Eſt igitur finalis cauſa matrimonii contrahẽdi principalis, procreatio prolis, propter hoc n. inſtituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit, Creſcite & multiplicamini, &c. Secunda eſt, poſt peccatum Adæ vitatio fornicationis. Vnde Apoſt. Propter fornicationem vnuſquiſq; habeat vxorem ſuam, & vnaquęq; habeat virum ſuum. Sunt & alię cauſæ honeſtæ, vt inimicorum reconciliatio, & pacis redintegratio. Sunt etiam & alię cauſæ minus honeſtæ, propter quas aliquando contrahitur: vt viri mulieriſq; pulchritudo, quæ animos amore inflammatos ſæpè impellit inire coniugium, vt valeant ſuum explere deſiderium. Quæſtus quoq; & diuitiarum poſſeſsio frequenter eſt coniugii cauſa: & alia multa, quæ cuiq; diligentiam adhibenti facilè eſt diſcernere. Nec eſt aſſentiendum illis, qui dicunt non eſſe cõiugium, quod propter has cauſas minus honeſtas contrahitur. Conſtat n. ex præmiſsis

Geneſ. 1. c.

1. Cor. 7. a

missis coniugium fieri ex communi consensu verbis de præsenti expresso, quamuis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum præstat Iacob, qui Rachel decoram facie & venusto aspectu amauit, eamq; multum diligens ait, Seruiam tibi pro Rachel 7. annis. In Deuteronomio etiam legitur. Si videris in medio captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriſque vxorem habere, introduces eam in domum tuam, &c. *Genes. 29. a* *Deut. 21. b*

Quod malus finis non contaminat sacramentum. E

Et licet fine non bono contrahatur coniugium, quando species contrahentis mouet animum, cõiugium tamen bonum est: quia vita mala vel intentio peruersa alicuius, sacramentum non contaminat. Habuit autem coniugium Mariæ & Ioseph alias causas speciales, scil. vt virgo solatio viri sustentaretur, & vt diabolo partus celaretur: vt Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspicionis, ne adultera damnaretur. *Hiero. in cõment. ad c. 1. Matth. t. 9.*

DE TRIBVS BONIS CONIVGII.

DISTINCT. XXXI. A

POst hæc de bonis coniugii quæ sint, & qualiter coitum excusent, dicẽdum est. Tria sunt principaliter bona coniugii. Vnde Aug. Nuptiale bonum tripartitum est, scil. fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio vel alia coeatur: In prole vt amanter suscipiatur, religiosè educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur, & dimissis vel dimissa ne causa prolis alteri coniungatur. *Aug. de Genes. ad liter. li. 9. c. 7. to. 3.*

De duplici separatione. B

Separatio a. gemina est, corporalis scil. & sacramentalis: corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex cõmuni consensu causa religionis, siue ad tempus siue vsq; in finem. Sacramẽtaliter vero separari non possunt dum viuunt, si legitimæ personæ sint. Manet n. vinculum coniugale inter *Matth. 16. b*

inter eos, etiãsi aliis à se descendentes adhæserint. Vnde Aug vsq; adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarũ, vt potius sint inter se coniuges etiã separati, quam cum aliis quib. adhæserũt. Itẽ, Manet inter viuentes quoddã coniugale vinculum, q; nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima, velut de coniugio Christi recedẽs, etiam fide perdita, sacramẽtum fidei nõ amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur n. redeunti, si amisisset abcedens. Habet a. hoc qui recesserit ad cumulum supplicii, non ad meritum prẽmii. Itẽ Quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentię in perpetuum continere, absit vt vinculum inter illos coniugale rumpatur, imò firmius hæret, quo magis ea pacta secũ gerunt: quæ charius concordiusq; seruanda sunt, non voluptariis corporum nexib. sed voluntatis animorum affectibus. Et attende, quod tertium bonum coniugii dicitur sacramentum: non quod sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacrę signum est, id est, spiritualis & inseparabilis coniunctionis Christi & Ecclesiæ.

Ibid. cap 11. in princ.

Hæc tria non adsunt omni coniugio. C

Et est sciendum, ab al quib. contrahi coniugiũ, q; hæc tria bona non committantur. Deest n. fides, vbi vir cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonũ ita coniugio adhęret, vt ex eo si absit, amplius cõmendetur coniugium: si non adsit, non inde annihiletur. Quæ n. adultera est, non ideo coniunx non est: imò si cõiunx non esset, adultera nõ foret. Quod cum fit, culpa committitur, sacramẽtum vero non cassatur. Bonum quoq; prolis non omnibus adest coniugib. Quidam n. pari voto cõtinentiam seruant. Alii pro ętatis defectu vel alterius rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiã, qui prolem recipiunt, bonum prolis habent. Nam bonũ prolis dicitur non ipsa proles, vel prolis spes,

ſpes, quæ ad religionē non refertur: imò ad hæreditariā ſucceſsionē: (vt cum quis hæredes terrenæ poſſeſsionis habere deſiderat) ſed ſpes ac deſiderium quo proles ad hoc quæritur, vt religione informetur. Multi ergo prolē habent, qui tamen bono ꝑlis carēt: nec ideo tamē coniugiū eſſe deſinit. Sacramētum vero ita inſeparabiliter cōiugio hæret legitimarum perſonarū, vt ſine illo coniugium nō eſſe videatur, quia ſemper manet inter viuentes vinculū coniugale: vt etiā interueniente diuortio fornicationis cauſa, cōiugalis vinculi firmitas nō ſoluatur. Vbi vero non inter legitimas perſonas contrahitur coniugium, non adeſt illud bonum, ꝙ dicitur ſacramentum: quia poteſt ſolui talium copula, de quib. poſt dicetur. Quod vero coniugiū ſit inter eos, qui cōiugali affectu non tamē gratia ꝑlis ſed explendæ libidinis cauſa conueniunt: nec fornicarii, ſed cōiuges appellētur, oſtēdit Aug. in quiēs, Solet quæri. Cum maſculus & fœmina, nec ille maritus nec illa vxor alteri⁹, ſibimet non filiorū procreādorum, ſed pro incontinētia ſoli⁹ concubitus cauſa copulātur, ea fide media, vt nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id: vtrum nuptiæ ſint vocādæ. Et pōt fortaſſe non abſurdè hoc appellari connubiū, ſi vſq; ad mortē alicuius eorū id inter eos placuerit: & prolis generationē, quamuis non ea cauſa coniuncti ſunt: non tamē vitauerint, vt vel nolint ſibi naſci filios, & etiam opere malo aliquo agant, ne naſcātur. Cæterum ſi vel vtrunq;, vel vnum horū delit, nō inuenio, quomodo has nuptias appellare poſsim⁹. Et n. ſi aliquam ſibi ad tēpus adhibuerit, donec aliquā dignam honoribus aut ſuis facultatib. inueniat, quā in cōiugio adducat: animo ipſo adulter eſt: nec cū illa quā cupit inuenire, ſed cū iſta cum qua ſic cubat, vt cū ea non habeat maritale cōſortium. Ecce coniuges dicuntur, qui ſolius concubit⁹ cauſa conueniunt, ſi ta-

In lib. de bono coniugali in princ. c. 5. in to. 6.

si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

De his qui procurant venena sterilitatis. D

De nupt. & concu. lib. 1. ca. 15. to. 7.

Qui verò venena sterilitatis procurant, non cõiuges, sed fornicarii sunt. Vnde Aug. Aliquando eousq; peruenit hęc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam venena sterilitatis procuret: & si nihil valuerint, concœptos fœtus inter viscera aliquo modo extinguat vel fundat, volendo prolem suam prius interire quam viuere: aut si in vtero viuebat, occidi antequam nasci. Prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si vero ambo tales non sint, audeo dicere, aut illa quodammodo est mariti meretrix, aut ille adulter vxoris.

Quando sunt homicidæ qui procurant abortum. E

Hic quæri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicidæ, vel non? Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est, & animam habet, vt Aug. super Exod. asserit. Informe autem puerperium, vbi non est anima viua, lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit etiam Aug. quod informe puerperium non habet animam: ideoq; multatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed iam formato corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit de anima, tunc & multæ animæ quotidie pereunt, cum semen fluxu non proficit natiuitati. Primum oportet donum compaginari, & sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, vbi erit anima. Itẽ Hieron. ad Algasiam, semina paulatim formantur in vtero: & tamdiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membraq; suscipiant. His apparet tunc eos homicidas esse, qui

Aug. ca. 80.

Super Exod ca. 21. Idem li. quæst. ex veteri testa. q. 23. t. 4.

In to 3. epistolarum de 11. quæstion. quæst. 4.

qui abortum procurant, cum formatum est, & animatum puerperium.

De excusatione coitus, quæ fit per hæc bona. F

Cum ergo hæc tria bona in aliquo cõiugio simul concurrunt, ad excusationẽ coitus carnalis valẽt. Quando n. seruata fide thori causa prolis cõiuges conueniunt, sic excusatur coitus, vt culpam non habeat. Quando vero deficiente bono prolis, fide tamẽ seruata conueniunt causa incontinẽtiæ, non sic excusatur, vt non habeat culpam, sed venialẽ. Vnde Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia, non habet culpã: Concupiscẽtiæ vero satiandæ, sed tamẽ cum coniuge propter thori fidẽ, venialẽ habet culpam. Itẽ hoc quod coniugati victi concupiscẽtia vtuntur inuicẽ, vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quib. quotidie dicimus. Dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi a. hæc bona desunt, fides scil. & proles, non videtur coitus defendi à crimine. Vnde in sententiolis Sexti Pythagorici legitur. Omnis ardentior amator propriæ vxoris adulter est. Item Hiero. Sapiẽs iudicio amat coniugẽ, non affectu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil est fœdius, quam vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis vxoribus iungi, imitentur saltem pecudes: & postquam venter vxoris intumuerit, non perdent filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Idem, In matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore sunt damnatæ.

Matth. 6. b
Hiero. ad c. 18. Ezech. to. 5. lib. 1. contra Iouinianum, t. 21.

De indulgentia Apostoli, quomodo sit accipienda. G

Sed si concubitus qui fit causa prolis, culpa caret: quid Apost. secundum indulgẽtiam permittit? ita enim ait. Hoc a. dico secundum indulgẽtiam. Cui n. præstatur venia, nisi culpę? Per hoc etiam quidã probare volunt nuptias esse peccatũ. Sed vt prædictum

1. Cor. 7. &

dictum est, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apost. de nuptiis, & de carnali coitu: & ad vtrumq; retulit illud. Hoc a. dicō secundum indulgentiā. Indulgentur n. nuptiæ secundum concessionē, & concubitus nuptialis, qui fit tantū causa prolis. Concubit⁹ vero, qui est præter necessitatē generādi ob incontinentiā, indulgetur secundū permissionē: quia ibi est aliqua culpa, sed leuis: Ideoq; non iubetur, nec cōceditur, sed permittitur: quia non est laudabilis, sed venialis.

Glos. ord. ad id, 1. Cor. 7. hoc autem secundum.

De hoc Aug. sic ait. Fortè aliquis dicet, Si veniam concessit Apost. ergo peccatū sunt nuptiæ. Cui n. veniā, nisi peccato conceditur? Planè q infirmitati permisit secundum veniā audeo dicere peccatum esse, veniam namq; concedēs Apost. concubitum attendit coniugatorū, vbi est incontinentiæ malum. Incontinētiæ malū est, q vir cognoscit vxorē etiam vltra necessitatē procreandi liberos, sed & ibi est nuptiarū bonum. Non n. quia incontinētia malum est, ideo coniugiū. Vbi est concubitus præter intentionē generationis non est bonum, non propter illud malū culpabile est hoc bonum, sed illud malū fit veniale propter bonum nuptiale: q non reprehendit Apost sed malum incontinentiæ. Idē, Concubitum qui non fit causa prolis, nuptiæ non cogunt fieri, sed impetrant ignosci: si tamē non sit nimius, vt impediat tēpora, quæ orationi debētur: nec immutetur in eum vsum, qui est cōtra naturā. Concubitus n. necessarius causa generandi, inculpabilis, & solus nuptialis est. Ille vero qui vltra necessitatē ꝓgreditur, non rationi, sed libidini obsequitur: & hoc nō exigere sed reddere cōiugi ne fornicetur, ad cōiugē ptinet. Si vero ambo tali cōcupiscentiæ subiguntur, rē faciūt, quæ non est nuptiarū: cuius delicti nō sunt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices. Decus quidē cōiugale est castitas: ꝓcreandi & reddendi carnalis debiti

Aug. in lib. de bono coniugali ca. 10. tom. 6.

Ibid. ca. 11.

biti fides, hoc est opus nuptiarum, & ab omni pec cato defendit Apost. dicēs. Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intentione cōcubitus, qui propriè nuptijs imputandus est: quid secundum veniā concedit Apost. nisi quod coniuges debitum carnis exposcunt, nō propaginis voluntate, sed libidinis voluptate? quæ tñ voluptas nō propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Immoderata ergo progressio secundum veniā conceditur. Quocirca & hinc laudabiles sunt nuptiæ: quia etiam illud, & non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non n. iste cōcubitus, quo seruitur concupiscētiæ, agitur, vt impleatur fœtus, quē postulant nuptiæ. Omnino ergo in genere suæ nuptiæ bonæ sunt: quia fidē thori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrunq; sexum commiscent, & impietatē separationis horrēt. Sanctitati etiā coniugij nec cōiunx infidelis obesse potest, sed potius fidelis & deest infideli, vt Apost. docet. Ex his ostenditur, & coniuges, qui causa prolis tantum cōueniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit à peccato sanctitas coniugij, bonum q; nuptiale. Si n. absque peccato non posset fieri cōcubitus coniugalis, non præcepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicens: Crescite & multiplicamini: cum iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

1. Cor. 7. e
Aug. ca. 14. de nupt. & conc. l. 1. t 7.

Aug. cap. 16. lib. 3. contra Iulianum hæretic. t. 7.

1. Cor 7. b

Gen. 9. c

Quod non omnis delectatio carnis peccatum est. H

Sed fortè aliquis dicet, omnem carnis concupiscentiam & delectationē, quæ est in coitu, malam esse & peccatū: quia ex peccato est & inordinata. Et nos dicimus illā concupiscētiam semper malū esse, quia fœda est, & pœna peccati: sed hō semper peccatum est. Sæpè n. delectatur vir sanctus secundum carnē in aliqua re, vt requiescēdo post laborē, edendo post esuriem: nec tñ talis delectatio est peccatum, nisi fit immoderata. Sic & delectatio

Greg. ca. 10. ad interrogationes Augustini Cantuarien.

quæ fit in coitu coniugali, cui assunt illa tria bona, à peccato defenditur. Videtur tamen B. Greg. aliter sentire, scil. quod sine peccato non possit fieri carnalis commixtio, dicens: Vir cum propria coniuge dormiēs, nisi lotus aqua ecclesiam intrare nō debet. Quāuis diuersæ hominum nationes de hac re diuersa sentiant, & alia custodire videātur: Romanorum tamē semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionē propriæ coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu Ecclesiæ paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse cōiugium: sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu est abstinendum: quia voluptas ipsa sine culpa nulla ratione esse potest.

Determinat authoritatem.

Hoc autem ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis, qui non gratia prolis conueniunt, quorum voluptas non est sine peccato. Et vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experiētes, qui non interdum cōueniant præter intentionem procreandæ prolis. Hoc autem quotiens fit, ab ingressu Ecclesiæ abstinendum est. Et quod ita intelligendum sit, Greg consequenter ostendit. Si quis vero ita suæ coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia, vtitur, iste profecto, siue de ingressu Ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere cōmixtionis, habeant coniuges etiam de commixtione sua, quod defleant. Tunc autem vir, qui post admixtionem cōiugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem valeat accipere, cum ei secundum præfinitam sententiam Ecclesiam licuerit intrare.

Gregorius. Ibid paulò inferius.

DE

DE SOLVTIONE CARNALIS DEBITI.

DISTINCT. XXXII.

SCiendum etiam est, quia cum in omnibus alijs vir præsit mulieri, vt caput corpori: est enim vir caput mulieris, in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus vtriq; pariter præcipit in hac causa sibi inuicem subiici, inquiens. Vir debitum reddat vxori, similiter & vxor viro: quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: quia nec mulier ad alium virum, nec vir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet: nec vir ad continendum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu, sed alter alterius potestatem habet corporis, vt poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc enim pares sunt, quia nec viro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere: sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio. Per quod non dominium tollitur viro, sed vitium. Debent enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quæ prima est in ista mortalitate societas: verum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus deuitandos, mutuam quodammodo seruitutem: vt etsi alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis: quod adeo verum est, vt etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & incontinentiæ causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis: exigere autem vltra generandi necessitatem, culpæ est venialis. Fornicari vero vel mœchari, puniendi est criminis.

1. Cor. 11. a
1. Cor. 7. a

Aug. in libr. de bono coniuga. c. 6. in tom. 6.

Ibid. c. 7.

Quod neuter continere valeat, nisi ex communi consensu.

Quod verò sine consensu vxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimonijs. Ait n. Aug. Si dicat vir, Cõtinere iam volo, Nolo a. vxor. non potest. Quod n. tu vis, illa non vult. Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi cõputabit, si non, q̃ tibi debetur, exigis: sed reddis, quod debes, vxori. Idem, Secundum verba Apostolica, etiamsi vir continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur: & illi Deus imputaret continẽtiam, si non suæ, sed tuæ cõcederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo cõpatiens infirmitati vxoris reddit, non exigit debitum: aut si propter propriam infirmitatẽ ducit vxorem plangens potius, quia sine vxore esse non potuit, quàm gaudẽs quia duxit, securus expectat diẽ nouissimum. Idẽ, Vna sola causa esse potest, quare ad id, quod vouisti, non modo non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere: si fortè tua coniunx hoc tecum suscipere, animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam vouenta talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi, & si præpropere factum fuerit, magis est corrigẽda temeritas, quã persoluenda promissio. Non n. Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. Idẽ, Apostolus nec ad tẽpus, vt vacẽt orationi, nisi ex consensu voluit cõiugem carnali inuicẽ fraudari debito. Idẽ, Manifestum est ita voluisse legẽ fœminã sub viro esse, vt nulla eius vota, quę abstinẽtię causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author fuerit vir permittendo. Nam cum ad peculium eiusdem viri pertinere voluerit lex, si prius permiserit, & postea prohibuerit: non tñ dixit vt faciat

Ad finem Ps. 49. versu 8. tom. 8.

Epist. 199 ad Ediciam t. 2.

Aug. in li. 1. de nuptijs & concup. c. 14.

Idẽ in quæstio. Num. l. 29. t. 4.

ciat mulier quod vouerat, quia permissa iam pri⁹ à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit quod prius concesserat: non tñ mulieri ex hoc iussum dedit, vt cum prius vir ei cõcesserit, postea si prohibuerit cõtemnatur. Ex his apparet, quod vir vel mulier continẽtiam Deo offerre non potest sine comuni consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si vero quislibet eorum alterum à suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutẽ nunquid reuocare poterit? Hoc n. videtur Aug. supra voluisse. Quibusdã videtur, quod mulier non discedens à domo viri, quæ viro permittente continẽtiam vouerit vel promiserit, eodẽ prohibente soluere non valeat: & hoc propter dignitatẽ viri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu, vbi vir concedit mulieri vouere continentiam, & ante votum prohibet implere. Si vero habitum mutauerit, nõ potest reuocari, secundum illud, Qui vxorem suam velare perm serit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.

Quibus temporibus cessandum sit à coitu. C

Et licet debitum poscenti semper sit soluendum, non licet tamen qualibet die poscere. Vnde Aug. Christiano cum vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non, propter processionis n. dies, & ieiuniorum aliquando non licet cõuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Idẽ, Quotiens n. vel dies natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenerint, non solum à concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere. Idem Amb. Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi & dies processionis, & ipsa ratio conceptus & partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere temporibus demonstrant.

In lib. de qu. noui & ver. test t. 4. cap. 127. in fine. Sermone de Domi. 2. aduentus. Ad c. 7 prioris ad Cor.

Hieronymus videtur dissentire à præmissis. D

Hier. serm. in vigilia Paschæ de esu agni t. 4.

Illi autem, quod dictum est, reddere debitum non esse peccatum videtur obuiare, quod ait Hiero. Qui cunq; vxori debitū reddit, vacare non potest orationi, nec carnes agni edere. Item, Si panis propositionis ab his, qui vxores suas tetigerant comedi non poterant: quanto magis panis, qui de cœlo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulò ante hæsere complexibus, violari atq; contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus vacare à carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maximè ad ministros Ecclesiæ pertinere videtur: quibus non licebat sacra officia celebrare atq; mysteria tēpore cōiugalis amplexus: quo etiā præsentia Spir. S. non datur. Vnde idem ait, Connubia legitima carent quidem peccato: nec tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur, præsentia Spir. S. dabitur, etiamsi Propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur.

1. Reg. 21. b Ioan. 6. d

Quibus temporibus non sunt celebrandæ nuptiæ.

Conc. Ilerdense.

Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis: secundum illud, Non oportet à Septuagesima vsque in Octauam Paschæ, & tribus hebdomadis ante festum S. Ioannis, & ab Aduentu Domini vsque post Epiphaniam celebrare nuptias. Quod si factum fuerit, separentur. Item, Nicolaus Papa, Nec vxorem ducere, nec coniugia facere quadragesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror.

Nicolaus Papa I. ad consulta Bulgarorū.

DE DIVERSIS CONIVGII LEGIBVS.

DISTINCT. XXXIII.

32 q. 4. cap. Recurrat nunc parag. his ita.

QVæritur hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse vxores vel concubinas, vtrum peccauerint? Ad quod dicimus, Pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scil. & Euam, inchoatum est coniugi-

iugium, Deo per os Adæ dicente, Homo adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & secundum inchoationis modum inter duos tantum per omnem successionem temporum contraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum vero copulam filij & filiæ eorum matrimonio cõiuncti sunt, sed vnus vni tantum. Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia non erant aliæ mulieres vel viri; quibus Adæ filii vel filiæ iungerentur. Primus omnium Lamech dũas legitur simul habuisse vxores: & hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea vero cum iam penè omnes homines falsis diis seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est à Deo plures in matrimonio copulare sibi: ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraham viuente vxore ad ancillam intrauit, & ex ea genuit; Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiæ Loth patre ebrio vsæ sunt. Cùm enim cæteris in idololatria relictis, Abraham & filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, ritum multarum fœcunditate mulierum populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram: Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familiæ, successio est officij. Non ergo Abraham vel Iacob deliquit; quia præter vxorem filios ex ancilla quæsiuit: nec illorum exemplo præter coniugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere, cum illorum coniugia nostrorum æquentur virginitati: & immoderatus vsus cõiugii nostri temporis, turpitudinem ferè imitetur fornicationis illius tẽporis. De hoc Aug. sic ait, Antiquis iustis non fuit peccatum

Gen. 2. d

Gen. 4. e

Gen 16. a

Gen. 29. & 30.

Gen. 19. a

Deut. 7. c

tum quod plurib. fœminis vtebantur: nec contra naturā hoc faciebant: cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morē, qua eo tempore ea fiebant: nec cōtra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem, Objciūtur Iacob quatuor vxores: quod quando mos erat, crimen non erat. Sic Patriarchæ coniugib. excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiēdæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sicut Apostoli auditorib⁹ suis admirantib. doctrinam suā condelectabantur, nō auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandę veritatis. Idē alibi: Antiquis temporib. cum adhuc salutis nostræ mysteriū velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant, non victi libidine, sed ducti pietate: qui multo facilius continere possent & vellent. Vtebantur tñ coniugib⁹, & plures vni viro habere licebat: quas castius habebat, quam nunc vnam quilibet istorum: in quibus videmus, quod secundum veniā concedit Apost. Habebant n. eas in opere generandi, non in morbo desiderij. Itē Ambr. Dixit Sara ad Abrahā, Ecce conclusit me Dñs vt non pariā. Intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea: & ita factū est. Considera primum, quod Abraham ante legē Moysi, & ante Euāgelium fuit. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legē præuenit. Nondum n. interdictum videbatur. Secundo considera, q non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ cōtubernio coniugalē posthabuit thorum: sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuiū raritas erat humani generis, erat etiā religionis. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus desineret humanū: & ideo publici muneris gratia priuatā culpam prætexit. Itē Aug. Iustus quamuis cupiat

Cap. 47. lib. 22. contra Faustum, & 48. tom. 6.

Act. 2. c

Idem de bono coniugali, cap. 13.

1. Cor. 7. a

Cap. 4. lib. 1. de Abrahā.

Gen. 19.

Gen. 19. d

piat dissolui & esse cum Christo, tñ assumit alimẽtum, non cupiditate viuẽdi, sed officio consulẽdi, vt maneat quod necessarium est propter illos. Sic misceri fœminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod n. est cib⁹ ad salutẽ hominis, hoc est concubit⁹ ad salutem humani generis: & vtrũq; non est sine delectatione carnali, quæ tñ modificata, & refrenante temperantia in vsum naturalẽ redacta, libido esse nõ potest. Quod a. in sustentando vitã illicitus est cibus, h.e. in quærenda prole fornicarius vel illicit⁹ concubit⁹: & q̃ est in cibo licite immoderatior appetitus, h.e. in coniugibus venialis ille concubitus.

Non præfertur virginitas Ioannis castitati Abrahæ. B

Quod vero castitas virginalis non præferatur in merito coniugali castitati Abrahæ, Aug. ostendit inquiens. Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & in Ioanne, qui passus non est: sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, & in Abrahã, qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & istius cõnubium, pro tẽporum distributione Christo militauerunt: sed continẽtiam Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu: Melior est a. castitas cœlibum, quam nuptiarum: quarum vnam Abraham habebat in vsu, ambas in habitu. Castè enim & coniugaliter vixit. Esse a. castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Item Hieron. Quis ignoret sub alta dispẽsatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo Abraham ante placuit in coniugio, sic nunc virgines placẽt in castitate. Seruiuit ille legi & tempori suo: seruiamus & nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenerunt. Ex his apparet, quod sancti Patres ante legem sine peccato plures habuerunt vxores vel cõcubinas. Eas enim nunc vxores appellat scriptura,

In libr. 1 de bono coniugali, c. 21.

Hiero. lib. 2. contra Iouinian. tom. 2.

1 Cor. 10. c

Gen. 30. c

nunc concubinas. Rachel tamen & Lya ambæ vxores fuerunt, non concubinæ.

Oppositio.

Si quis opponat, quod fidē thori non seruabant illi patres. Dicimus, in hoc seruasse fidē thori, quia non aliis, sed propriis vxoribus vel ancillis miscebantur. Ecce quæ fuerit consuetudo in hac re ante legem. Legis vero tempore interdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre cum nouerca cum sorore, cum nepte, cum amita, cum matertera, cum nuru, & aliis quibusdam. Permisit autem diuortiū fieri dato libello repudii: in quo vir scribebat causas, pro quibus vxorem repudiabat. Permisit autē aliam ducere dato priori libello: quod propter duritiam cordis eorum permissum Christus dicit, non vt concederetur diſsidium, sed vt tolleretur homicidium Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittēdo non Dei iustitiam demonstrauit, sed in peccatore minuit culpam.

Leuit. 18. *Deut.* 24. *a*

Matth. 19. *a*

Cui licebat plures habere vel non.

Sed nunquid sub lege licebat habere plures vxores? Audi quid scriptum est in Deuter. Non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animam eius. Super quem locum ait Aug Manifestum est Salomonem hoc præceptum transisse. Dauid autem plures habuit, nec præceptum præteriit. Permissum est enim regi plures habere, nō plurimas, quæ alliciant animam, multiplicare? Cum tamen additur, Vt non eleuetur cor eius: alienigenas prohibitum esse videtur. Veruntamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est. Permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare. Veniente autem plenitudinis tempore, quo Christi gratia vbiq; est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestiorem q; institutionem: vt vnus vni in figura Christi & Ecclesiæ coniungatur. Nec quæritur electio muneris in successione gene-

Deut. 17. *c*

2. Reg. 11 *b*

Aug. ca. 27. *ad illud Deuter* 17. *Non multiplicabit* 4.

1. Reg. 1. *c*

Gal. 4. *a*

generis, sed in perfectione vitę & sinceritate scientiæ, & virginitas fœcunditati præferatur, & sacerdotibus continentia indicitur.

De virginitate mentis & carnis. E

Melior est autē virginitas mentis quam carnis. Vnde Amb. Tolerabilius est mentē virginem, quā carnem habere: vtrunq; bonum est, si liceat: si non liceat, saltem non est casti homini, sed Deo simus. *Amb. in lib. 1. de Virgin. to. 1.*

Virgo prostitui potest, adulterari non potest: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem, Non potest caro ante corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta. Idē Isid. Non potest corpus corrūpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Mundata n. à contagione anima, caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quomodo verum sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi, scil. peccato. Illud etiam Aug. aduertendum est. Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quam idolothytis vesci: ita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem quærere. Vndecunque vero nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salui erunt. Semen enim ex qualicunq; homine, Dei creatura est: & eo malè vtenti, malè erit, non ipsum aliquando malum erit. *Ca. 4. lib. ad virginem lapsam. Isid. in synonimis, lib. 2. Aug. in li. de bono coniugali, t. 16. in to. 6.*

DE PERSONIS LEGITIMIS.

DISTINCT. XXXIV. A

NVnc supereſt attendere quæ personæ sint legitimæ ad contrahendum matrimonium. Legitimæ iudicantur personæ secundum statuta patrum, quæ diuersa sunt. Aliæ namq; fuerunt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ, quæ modo nō sunt. Earum vero, quæ modo legitimæ sunt vel illegitimæ, quædā sunt plenè legitimæ, quędam omninò illegitimæ, quędā mediæ. Plenè legitimæ sunt, quib. non obuiat votum conti-

continẽtię, vel ordo ſacer, vel cognatio, vel diſpar cultus, vel cõditio, vel naturæ frigiditas, & ſi quid eſt aliud. Penitus vero illegitimæ ſunt per votum, per ordinẽ, per cognationẽ, per diſparẽ cultũ. Mediæ vero ſunt, nec plenè legitimæ, nec omninò illegitimę, per frigiditatẽ, per conditionẽ. Si n talis iunguntur ignorãter, cõmanere poſſunt quibuſcũ accedentib. cauſis, & eiſdem deficientibus diuidi.

De frigidis ſeparandis.

Gregor. Rauennati Epiſcopo, & refertur, 31. q. 1. c. Quod autem interrogaſti.

De his n. qui cauſa frigiditatis debitum reddere non poſſunt, conſuluit Greg. vt permaneant. Sed ſi mulier cauſatur dicens. Volo eſſe mater, & filios procreare, decreuit vt vterq; eorum ſeptima manu propinquorum iuret, quod nunquam carnaliter conuenerit: & tunc mulier ſecundas nuptias contrahat. Vir a. qui frigidę naturæ eſt, abſque ſpe coniugij permaneat. Ait n. ſic, Interrogaſti de his qui matrimonio iuncti ſunt, & nubere non poſſunt, ſi ille aliã, vel illa alium ducere poſsit: de quibus ſcriptum eſt, Vir & mulier ſi ſe coniunxerint, & poſt dixerit mulier de viro, quod coire non poſſit cum ea, ſi poteſt probari, quod dicit per iuſtum iudicium, alium accipiat: ſi vero ille acceperit aliã, ſeparẽtur. Itẽ, Requiſiſti de his, qui ob cauſam frigidæ naturæ dicunt ſe non poſſe inuicem operam carni dantes, cõmiſceri. Iſte vero qui nõ poteſt ea vti pro vxore, habeat eã quaſi ſororẽ. Quod ſi retinaculum coniugale voluerit reſcindere, maneãt vterq; innupti: nam ſi huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Itẽ, ſi vir aliã vult accipere, manifeſtè patet ratio, quia ſuggerẽte diabolo odii fomitẽ exoſam eam habuerit: & ideo eam dimittere mendacii falſitate molitur. Quod ſi mulier cauſatur & dicit. Volo eſſe mater, & filios procreare: vterq; eorũ ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctis reliquiis iureiurãdo dicat, vt nunquã per commixtionẽ carnis coniuncti,

33. q. 1. c. Requiſiſti.

iuncti, vna caro effecti fuisset. Tunc mulier secundas posse cõtrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir a qui frigidæ naturæ est, maneat sine cõiuge. Quod si & ille aliã coniugẽ acceperit, tunc hi, qui iurauerant, periurii crimine rei teneantur: & pœnitentia peracta priora cogãtur recipere cõnubia. Hoc seruandum est, cum vterq; idẽ fatetur. Sed vir si asserit se debitum reddidisse vxori, & illa diffitetur: cui potiꝰ fides habenda sit, meritò quæritur. De hoc ita statutum est. Si quis ita acceperit vxorẽ, & habuerit eam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quod nunquã coisset cum eo, & ille vir dicit, quod sic fecit: in veritate viri cõsistat, quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutũ est. *Ephes. 5. d*

De his qui maleficiis impediti coire non possunt. C

De malefícii a impedimento hoc tenendum decernitur: Quod si per sortiarias & maleficas cõcubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, vt spiritu contrito & humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant, & lachrymis, orationibus & ieiuniis Domino satisfaciant, & per exorcismos ac cætera ecclesiasticæ disciplinæ munimina ministri ecclesiæ tales sanare procurent. Quod si non vetuerint, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint illis viuentibus quib. post iunctæ fuerint, prioribus quos reliquerant: etiamsi possibilitas, concumbendi eis reddita fuerit, reconciliare nequibunt. Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictum intelligendum est quam ex canonica æquitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio ecclesiæ quo diuisio facta fuerat. *Hincmarius Remensis Archiepisc. 33 q. 3. cap. Si per sortiarias.*

De furiosis addit. D

Furiosi quoq; dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabian. Neq; furio-

furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur. Item Nicolaus Papa. Hi qui matrimonium sanè contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas accesserit: ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his, qui ab aduersariis execantur, vel membris truncantur, vel à barbaris execti fuerint.

De his qui cum duabus sororibus dormiunt. E

De his etiam, qui cum duabus sororib⁹ vel quæ cum duobus fratribus dormiunt, videndum est, quid censeant canones. Qui dormierit cum duab. sororibus, & vna ex illis ante fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulẽtur. Item nec propriæ vxori, licet sibi reddere debitum: quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo, nec post mortem vxoris licet ei vel adulteræ copulari in coniugium. Item Zachar. Pap. Concubuisti cum sorore vxoris tuæ: si fecisti, neutram habeas: & vxor tua si non fuerit conscia sceleris, & continere non vult, nubat in Domino, cui vult. Tu vero & adultera sine spe cõiugii maneatis: & dum viuitis, pœnitentiam agite. Quod ait, Cui vult nubat, intelligendum est, post mortem viri. Vnde Greg. Qui vxores suas in adulterio deprehendunt, nec ille aliam vxorem accipiat, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt. Si vero adultera mortua fuerit, vir ei⁹, si vult, nubat, adultera vero, nunquam, etsi mortuus fuerit vir eius: sed omnibus diebus pœnitentiæ lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri, vel cognata vxoris committitur.

Hic non tenetur.

Zachar Papa ibid. cap. Cõcubuisti.

Greg. ibid. cap. Hi vero qui.

Non est dimittenda vxor pro aliqua macula seu deformitate corporis. F

Illud etiam scidẽum est, quod pro aliqua deformitate vel macula corporali, non licet viro vxorẽ dimit-

dimittere, & è cõuerso: sed debet alter alteri subsidia prouidere. Vnde Aug. Si vxorem quis habeat sterilem, siue deformem corpore, vel debilem membris, vel cæcam, vel claudam, vel surdam, vel si quid aliud, siue morbis, vel laboribus doloribusue confectam, & quidquid, excepta fornicatione, excogitari potest vehementer horribile: pro societate fideq; sustineat. *Aug in li. de serm. Domini in mõte, to. 4.*

EODEM IVRE VTITVR VIR ET MVLIER.

DISTINCT. XXXV. A

HOc etiam notandum est, quod Dominus concedat vxorem dimitti causa fornicationis viro, eadẽ licentia non tollitur fœminis. Vnde Hieto. Præcepit Dominus vxorem non dimitti, excepta causa fornicationis: & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris præcipitur, hoc consequenter redundat ad fœminas. Non enim adultera vxor dimittenda est & vir mœchus tenẽdus. Item apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur. Ex his ostenditur, quod mulier potest super fornicatione virum conuenire, vt vir mulierem. Vnde Innocent. Papa. Christiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat: sed viros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, viri autem liberius vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre cõsueuerunt. Et ideo mulieribus prodito earum crimine, negatur communio: virorum autem latente commisso, non facilè quisquam ex suspicionibus arcetur: qui tamen submouebitur, si eius flagitium detegatur. *Matth. 19. & Hieron. de morte Fabiola ad Ocean. to. 1.* *Ibidem.* *Innoc. Pap. 1. epi. 3 Exuperio.*

Quod fornicariam nequit dimittere vir, nisi ipse expers fuerit & è conuerso. B

Si vero quæritur, An adulter adulterã possit dimittere causa fornicationis? Dicim⁹ qa neqt adulter⁹ vxor dimitti à viro, nisi & ipse expers fornicationis existat, & è cõuerso. Vnde Aug. Nihil iniquius *Lib. 1. de ser. in monte. Matth. 5. tom. 4.*

qui⁹ est, quã causa fornicationis dimittere vxorẽ, si & ipse cõuincitur fornicari. Occurrit n. illud, in quo alterum iudicas, teipsum condẽnes. Quapropter q̃squis fornicationis causa vult abiicere vxorẽ, prior debet esse fornicatione purgat⁹. q̃ similiter & de fœmina dixerũt. Idẽ indignãtur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cum tãto graui⁹ eos punire oportuerit: quãto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exẽplo regere fœminas. Ex his apparet, q̃ adulter adulterã dimittere nõ valet, & è cõuerso.

Rom. 2. a

In lib. 2. de adulterinis coniugijs, cap. 8. to. 6.

Quod possunt reconciliari, qui separantur causa fornicationis. C

Si quis à fornicationis expers fornicariã dimiserit, alii copulari nõ potest, sed cõtinere oportet, vel ad dimissam redire: sic & de fœmina. Vnde & Apost. His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego sed Dñs, vxorem à viro nõ discedere, q̃ si discesserit, maneat innupta, aut viro suo recõcilietur. Et de viro addit. Et vir vxorem non dimittat. Sed Amb. ait, Ideo nõ subdit de viro, sicut de muliere: quia licet viro aliã ducere. Sed hoc à falsariis Ambr. libro positum creditur: supplendum n. esse in viro, quod de vxore præmisit aperte dicit Aug. sic. Quare nõ addit de viro, q̃ prẽmisit de muliere, nisi quod similẽ formam vult intelligi? vt si dimiserit, q̃ causa fornicationis permittitur, maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Idẽ, Si nec nubere illi conceditur, viuo viro à quo recessit, nec huic alterã ducere viua vxore quã dimisit: multominus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Idem, Vt non facilè dimittatur vxor, Dñs solã fornicationis causam excepit: cæteras vero vniuersas molestias, si quę extiterint, iubet pro fidè cõiugali & pro castitate fortiter sustineri: & mœchũ dixit, qui à viro solutã duxit. Ex his ostẽditur quod si causa fornicationis sit separatio, non po-

1. Cor. 7. b
Matth. 16. a

Ambr. ad illud, Et vir vxorem nõ.

Aug. li. 1. de ser. Dom. in monte to. 4.

Matth. 22.

test

est vir vel mulier in aliam transire copulam. Possunt aut reconciliari & cohabitare, sicut prius, si dimissum alter reuocare voluerit.

Quæ prædictis videntur obuiare. D

Dicit tamen Ioan. Chrysostom. Sicut crudelis & iniquus est, qui castã dimittit: sic fatuus est & iniquus, qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris. Item Hier. Cum mulier vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, nõ debet teneri: ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui tenet adulterium, stultus est & insipiens. Idem, ad Amandum presbyterum scribens de quadam, quæ viro suo viuente alij nupserat, sic ait. Rem nouam loquor: imo non nouam, sed veterem, quæ veteris testamenti authoritate confirmatur. Si reliquerit secundum virum mulier, & reconciliari voluerit priori, non potest.

Chry. ho. 32. in Matth. c. 19. tom. 2.

Hier. ad ca. 19. Matth.

Deut. 24.

Determinatio. E

Sed hæc omnia intelligenda sunt de illa, quæ ab adulterio recedere noluit, nec per pœnitentiã peccatum delere. Quod si vir scienter patitur, consentire videtur. Si n. in adulterio perseuerare elegit, patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere voluerit. Si a. à peccato recesserit, & per pœnitentiam illud purgauerit, poterit viro reconciliari. Vnde Aug. Quod tibi durum videtur, vt post adulteriũ reconcilietur coniunx: si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos? Idem, Non erit turpis nec difficilis, etiam post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, vbi per claues regni cælorum, non dubitatur fieri remissio peccatorum: non vt post vitæ diuortium adultera reuocetur, sed vt post Christi consortium adultera non vocetur. Item, Hermes. Si vir scierit vxorem suam

Ad Pollentium li. 2. c. 6. de adulterinis coniugiis c. 9. eiusdem. lib. 2.

In li. qui dicitur pastor in mand. 4.

deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua: & viuit cum illa, vir reus erit & particeps peccati eius. quod si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, sed non sæpe.

De illis, qui se ante polluerunt per adulterium.

31. qu. 1. cap. Nullus ex conc. Tibur. ca. 40.

Solet etiam quęri an valeat duci in coniugium, quæ prius est polluta per adulterium. De hoc Leo papa ait, nullus ducat in matrimonium quam pri' polluit adulterio. Item. Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse: & insuper mœchæ iuramentũ dedisse, quod post legitimi mariti mortem si superueniret, duceret in vxorẽ: quod & factum est. Talt ergo connubiũ prohibemus & anathematizamus.

In li. de nuptiis & cõc. c. 10 de bono. coniug. c. 14. tom. 6.

His aliisq; auctoritatibus vetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerũt. Sed contra Aug. ostendit dicens. Deniq; mortuo eo cũ quo fuit verum coniugium, fieri potest coniugiũ cum qua præcessit adulterium. Idem, posse fieri sane licitas nuptias ex personis licite coniunctis honesto placito subsequente manifestum est.

Determinatio.

Sed hæc vltima auctoritas de cõcubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem & fidem seruare velint. Prima vero auctoritas Aug. de illis agit, qui de peccato pœnituerunt, & nihil in mortem viri machinatæ sunt, nec viuente viro fidem adulteræ dedit mœchũs, quod eam in cõiugio duceret si superueniret. Qui vero hoc faciunt, aliis præmissis auctoritatibus prohibentur copulari.

SI PRO EXTREMA CONIVNCTIONE valeat vxor separari à viro, & econuerso.

DISTINCT. XXXVI.

NVnc de cõditione videamus an valeat coniu-

gium

gium diuidere? Ad quod dicimus quia non negatur ingenua posse nubere seruo: sed si nescitur esse seruilis conditionis, libere potest dimitti cum seruitus eius fuerit deprehensa, secundum illud. Si quis ingenuus homo ancillam alterius vxorē acceperit, & æstimat, quod ingenua sit: si ipsa fœmina fuerit postea in seruitutem dejecta, si eam à seruitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit aliam accipiat. Si vero ancillam eam scierat & collaudauerat post, eam vt legitimam habeat. Item ex eodem. Si fœmina ingenua acceperit seruum, scieus quod seruus esset, habeat eum: quia omnes vnum patrem habemus in cœlis, vna lex erit viro & fœminæ. Cum dicitur sciens illum seruum, datur intelligi, quod si nescierit illum seruum esse, non cogitur manere cum ipso. Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei cuius fraude decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris vel econuerso: non valet eam dimittere. Vnde Zacharias papa. Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittendi eam, si consensu amborum coniuncti sunt, nisi ob fornicationem. De illis agit quibus alterutrius conditio nota est quando coniunguntur.

In concil. apud Vermeriam, ca. 6.

Ibid. ca. 8.

29 qu. 2. Si quis liber.

De copula serui & ancillæ diuersorum dominorum. B Quæritur etiam, si seruus vnius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos cōiugium? De hoc ēt ita statutum est. Dictū est nobis, quod quidā legitima seruorū matrimonia potestatiua quadā præsumptione dirimant: nō attendentes illud, Quod Deus cōiunxit, homo non separat. Vnde nobis visum est, vt coniugia seruorum non dirimantur, ēt si diuersos Dñs habeant, sed in vno coniugio permanentes Dñs seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatē Dominorum. Attē de finem huius capitu-

Matth. 19.

li, vbi videtur innui præter voluntatem Dominorũ inter seruum & ancillam non posse cõtrahi cõiugium, vel si contrahitur non esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium Dominis ignorantibus.

De viro, qui se facit seruum vt dimittatur ab vxore.

In Tiburt. concil. ibid. c. Perlatum.

Illud etiam notandum, quod si mulier virum liberum acceperit, & ille vt causſam præstet dissidij se alicuius seruum fecerit, nec ille vxorẽ dimittere, nec illa ob vinculum coniugii in seruitutem redigi poterit. Vnde illud, Perlatum est ad sanctã synodum, quod quidam ingenuus ingenuam acceperit vxorem, & post filiorum procreationem occasione diuortij, cuiusdã seruum se fecerit. Vtri & mulierẽ necessario tenere debeat, & si tenuerit an illa etiam seruituti subdici debeat quæsitum est. Iudicatum est vxorem minime debere dimitti: tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu coniugis seseruum fecerit, quẽ liberum ipsa maritum acceperat.

De ætate contrahentium.

Hoc etiam sciendũ est, quod pueri ante xiij. annos & puellæ ante xij. annos secundum leges matrimonium inire nequeunt. Quod si ante prędicta tempora copulam inierint separari possunt, quamuis voluntate & assensu parentum iuncti fuerint. Qui vero in pueritia copulati post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, & deceps nequeunt separari. Item, Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo n. consensu contrahuntur, qui interuenire non potest, nisi alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectione, quibus coniugium solui potest, necessitate tamen solui semper necesse est. Nũc de illis, quæ personas illegitimas penitus faciunt, addendum est & primum de ordine

30. q. 2. cap. Sponsalia.

IN QVO ORDINE NEQVEAT FIERI *Coniugium.*

DISTINCT. XXXVII. A

SVntigitur quidam ordines, in quibus nullatenus pōt contrahi coniugium: & si interceſſerit copula, fit diuortium: vt ſacerdotium, diaconat⁹ & ſubdiaconatus. In aliis vero permittitur ſortiri coniugium, ſi religionis habitum ſumpſerint, vel cōtinentiæ votum fecerint. Vnde Leo papa, Clericos, Lectores, Oſtiarios, Exorciſtas, Acolytos, ſi extra votum & habitum inueniuntur, & continētiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginem Eccleſia Romana permittit, nō viduam vel repudiatam: quia deinceps nec ad ſubdiaconatū prouehi poterūt, nec laicus vxorem ſortitus, niſi virginem, vel bigamus ad clericatum. Item ex Carthaginenſi concilio. Placuit epiſcopos, presbyteros, diaconos, ſubdiaconos etiā ab vxoribus abſtinere: quod ſi non fecerint, etiam ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros vero clericos ad hoc non cogit. Item Leo papa. Lex cōtinentiæ eadem eſt miniſtris altaris, quæ epiſcopis & presbyteris: qui cum eſſent laici vel lectores, licite vxores ducere potuerunt: ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis nō licere, quod prius licuit. Item in ſexta ſynodo, Si quis eorum qui ad clericatum accedūr, voluerit nuptiali lege mulieri copulari: hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat. Itē Calixtus papa, Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, monachis, concubinas habere ſeu matrimonium contrahere penitus interdicimus: cōtra quoꝙ matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi, & perſonas ad pœnitentiam debere redigi, iuxta ſanctorum canonum diſtinctionem iudicamus. Item Gregorius, Nullum facere ſubdiaconū epiſcopi præſumāt, niſi qui ſe caſte victurum promiſerit: quia nullus debet ad myſterium altaris

Diſt. 32 ca. Seriatim Ex Cartha. con. 5. cap. 3

Leo 1. ep. 90. Ruſtico epiſcopo.

Diſt. 32. ca. Si quis.

Diſt. 27. cap. Presbyteris.

Greg. epi 4. lib. 1. Petro ſubdiacono.

accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

De interfectoribus suarum coniugum. B

His adiiciendum est de occisoribus suarum coniugum: de quibus Nicolaus Papa scribit Radulpho Bituricensi archiepiscopo: Interfectores suarum coniugũ sine iudicio, (cum non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi) quid aliud habẽdi sunt, quam homicidæ? ac per hoc ad pœnitẽtiam redigendi: quibus penitus denegatur coniugium. Hic videtur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio huiusmodi vxores suas interficere: sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, nõ materiali criminosos ferire iubet. Vnde idẽ Nicolaus, Inter hæc vestra sanctitas addere studuit, si cuius vxor adulterium perpetrauerit, vtrũ marito eius secundũ mũdanam legẽ interficere liceat? Sed sancta Dei Ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus: gladiũ nõ habet nisi spiritualẽ. Itẽ Pius papa: Quicunq; propriã vxorẽ absq; lege & sine causa interfecerit, aliamque duxerit, armis depositis publicã agat pœnitentiã: & si contumax extiterit, anathematizetur vsquequo consentiat.

33. q. 2. Inter sectores.

33. q. 2. cap. Quicunque propriam.

DE VOTO.

DISTINCT. XXXVIII. A

NVnc de voto inspiciamus. Votum est testificatio quædã promissionis spontaneæ: quæ Deo & de his quæ Dei sunt, proprie fieri debet: Sunt tamen & vota stultorum, quæ frangenda sunt.

De votorum differentiis. B

Sciendum vero quod votorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, vt illud quod in baptismo omnes faciunt, cũ spondent renuntiare diabolo, & pompis eius: singulare vt cum aliquis sponte promittit seruare virginitatem, vel continentiam, vel aliquid huiusmodi. Item singulare votum, aliud est priuatum, aliud solenne. Priuatum

tum est, in abscondito factum: Solenne vero in conspectu Ecclesiæ factum. Item priuatum votũ, si violetur, peccatũ est mortale. Solenne vero violare, peccatum & scandalum est. Qui priuatum faciunt votum continentiæ, matrimonium contrahere non debent: quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest, quod occulte factum est. Qui vero solenniter vouent, nullatenus coniugiũ inire queunt: quibus non solum nubere, sed & velle damnabile est. Vnde Aug. in coniugali vinculo si pudicitia seruatur, dominatio non timetur: sed in viduali continentia, & virginali excellẽtia virtus muneris amplioris expetitur: quia expetita, & electa, & vota oblata iã non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Aug. Vouẽtibus enim virginitatem vel viduitatem, nõ solum nubere, sed etiam velle dãnabile est. Quod Apostolus ostendit Thimotheo scribens, Adolescentiores viduas deuita: cũ enim luxuritatæ fuerint, in Christo nubere volunt, id est, cum post votum continẽtiæ in diliciis egerint vitã, non dico nubunt: sed nubere volunt in Christo, quasi tunc non sit peccatum: sed quid sit ostẽdit subdens. Habentes damnationẽ: & quare subdit, quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen volendo: vt voluntatem quæ à proposito cecidit, appareat esse damnatam, siue sequantur nuptiæ, siue non. Damnatur enim propositi fraus: damnantur tales, quia continentiæ fidem primam irritam fecerunt, id est, votum, vel in voto violato fidem quam in baptismo professæ sunt. Si autẽ pro voluntate nubendi damnantur, constat si eam affectui mancipauerint, reuocandũ id esse irritum, easq; arcendas redire ad propositũ. Vnde Grego. Viduas à ꝓposito recedẽtes viduitatis, super quib⁹ nos cõsuluisti, credo te nosse à san-

Lib. de bona viduitatis, c. 9. to. 4.

Eodem ca. 9. continuo.

Ibid. paulo inferius.

cto Paulo, nisi conuertantur, olim esse damnatas: quas & nos apostolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium atq; à liminibus Ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant episcopis suis, & ad bonum, quod cœperunt, inuiti aut voluntarie reuertantur.

Ibidem continuo.

Innocen. 1. epist. 1. ad Victricium episcopum Rhothomagensem.

De virginibus autem nõ velatis, si deuiauerint à prædecessore nostro Innocentio papa tale decretum habemus. Hæ quæ necdum sacro velamine tectę, tamẽ in proposito virginali semper se simulauerunt permanere: licet velatæ non fuerint, tamen si nupserint aliquo tempore, his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Dño tenebatur. Si enim inter homines solet bonę fidei contractus nulla ratione dissolui: quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta nõ poterit? Item si virgines nondum velatæ taliter publica pœnitentia puniuntur, & à cœtu fidelium vsq; ad satisfactionem excluduntur: quanto magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris consilij existunt, & habitum religionis assumpserunt: & deinde apostatauerunt, atq; ad priorem vomitum sunt reuersæ: à nobis & ab omnibus fidelibus, à liminibus Ecclesiæ, & à cœtu fideliũ vsq; ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ. Ex his apparet, virgines vel viduas voto continẽtiæ astrictas, siue fuerint velatæ siue nõ, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidẽ de omnibus intelligendum est, qui cõtinentiam voluerunt. Quod n. ante erat licitum, post votum fit illicitum. Non est igitur prætermittendum, quod Innocentius papa de viduis & puellis decreuit, q̃ Christo spiritualiter nubunt: si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiã, nisi hi quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæ-

Ibidem continuo.

Innoc. c. 12. & 13. eiusdẽ epist. 2.

cun-

cunq; viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia conceditur, nisi vnus de illis fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali spō-so coniunxerat, & post hoc ad humanas nuptias transmigrauit? Attēde quod non solum coniugiū talibus negare videtur, sed ēt locum pœnitentiæ. Sed non ita intelligēdum est, vt aliquando excludantur à pœnitentia, quæ digne pœnitentiā agere volunt: sed illæ non sunt admittendæ ad pœnitētiam, quæ ab incessus copula discedere noluerint: quia post religionis propositū non pōt Deo recōciliari per pœnitentiam, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tūc ille qui se cōiunxerat ei, defunctus erit, cū ab eius illicitis amplexib⁹ hęc penitus recesserit. Cū ergo dicitur, eas non esse admittendas ad pœnitentiā, nisi quibus se iunxerant, de mundo recesserint, subaudiendū est, eis. Tunc n. eis viri de mundo recedunt & defunguntur, cum ab eorum concupiscentia isti se alienant, quē sensū similitudo subdita declarat & cōfirmat.

Quod grande malum sit adulterium D

Cum vir & mulier legitime coniuncti sunt, constat alterū altero viuente ad aliam non posse trāsire copulam: alioquin adulterium cōmittitur: de quo Clemens Papa ait. Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius? Secundum namq; in pœnis tenet locum, quē primum illi habent, qui aberrāt à Deo. Grauissime ergo peccant adulteri, grauiter fornicarij, sed cunctis his grauius incestuosi: quos omnes transcendunt, contra naturam delinquentes. Vnde Aug. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu. Peius n. est cum matre, quam cum aliena vxore dormire: sed horū omniū pessimum est, quod contra naturā fit: vt si vir mēbro mulieris non ad hoc cōcesso vtatur: si execrabiliter fit in meretrice, sed execrabili⁹ fit in vxore.

Clemens epist. 2. ad Iacobum.

Ca. 8. & 11. de bono coniug. tom. 6.

De illis qui post longam captiuitatem redeunt.

Hic quæritur de illis fœminis, quæ putantes viros suos interemptos, vel in captiuitate, vel ab inimica dominatione nunquã liberandos, in aliorum coniugia trãsierunt: si illi qui putabantur periisse remeauerint, vtrũ eis reddi debeant: & an secundi fornicati sint, & ipsæ reæ adulterij. De hoc Leo papa sic ait, Necesse est vt legitimarum fœderanuptiarum reintegranda credamus: & remotis his, quæ hostilitas intulit, cuicq; id legitime reformetur, quod intulit, procurandumq; est, vt recipiat quisq; quod proprium est. Nec tamẽ culpabilis iudicetur, & quasi alieni iuris peruasor habeatur, q personam eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatẽ ducti sunt, pertinebant, in ius alienũ transire potuerunt: & tamen plenæ iustitiæ est, vt eisdem reuersis reformentur. Ideoq; si viri post longam captiuitatẽ reuersi, ita in dilectione suarũ coniugum perseuerant, vt eas cupiant in suum redire consortium: dimittendum est, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit: & restituendum, quod fides poscit. Sin autẽ aliquæ mulieres ita vt virorum posteriorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere, quam ad legitimum transire consortium: merito sunt notandæ: ita vt ecclesiastica communione priuentur, quæ de re excusabili contaminationẽ criminis elegerunt. Redeãt ergo in suum coniugia statum: quia sicut mulieres, quæ ad viros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habẽdæ: ita illæ quæ redeunt, merito sunt laudãdæ. Ex his ostenditur, illos qui taliter iunguntur, vt credant virum interemptũ, per ignorantiam, aliquã excusationẽ habere de peccato: & tantum primã copulam esse legitimam, non secundam: veniam tamen habere, si careat opprobrio malæ voluntatis. Sed si quis relicta in patria sua vxore in lõginquam

Leo pri epi. 77. Nicetæ episco. Aquileiẽs.

quam abiens regionē aliam ducat vxorem, deinde pœnitētia ductus eam dimittere velit, asserens se aliam habuisse, quæ viuit: nec ecclesia permittat, quæ quod ille asserit, ignorat: quæritur an hæc secunda copula sit coniugū? Sane dici pót, non esse coniugium, & mulierē de crimine excusari per ignorantiam, virum autē adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire volens nec valens, cogitur ecclesiæ disciplina hāc tenere, incipit excusari per obedientiā & timorem, de hoc quod poscenti mulieri debitū reddit, à qua ipse nunquam poscere debet: & sic de aliis huiusmodi sentiendum est.

DE DISPARI CVLTV.

DISTINCT. XXXIX.

POst hæc de dispari cultu videndum est, hæc est enim vna de causis, quibus personæ illegitimæ fiunt ad contrahendum matrimonium. Nō enim licet Christiano cum gentili vel Iudæa inire cōiugium: quia etiam in veteri testamento prohibitū est, fideles viros infideles ducere vxores: Dño dicēte: Non accipias vxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post Deos suos. Iuxta hoc Dñi præceptum Iudæorum coniugia cū alienigenis inita Esdras separauit. Hocidem ēt in nouo testamento seruatur. Vnde Aug. Ne nubat fœmina, nisi suæ religionis viro: vel ne vir talem ducat vxorem. Id enim, vt dicis, iubet Dñs, docet Apostolus, vtrunq; præcipit testamētum. Itē Ambr. Caue Christiane gētili vel Iudæo filiam tuam tradere: caue ne gentilem vel Iudęam vel alienigenā, ideſt, hæreticam, & omnem alienam à fide tua, vxorem accersas tibi. Item, Si quis Iudęæ, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio misceatur, quicunque tantum nefas admiserit, à Christiano cœtu protinus segregetur. Ex his aliisq; pluribus testimoniis apparet, non posse contrahi coniugium ab his, qui sunt diuersæ religionis & fidei.

Exod. 24. Deut. 7.

Esdræ. 10.

Lib. 1. de adult. coniug. c. 21. t. 6.

Amb. ca. 9. lib. 1. de Abraham.

Exod. 34.

1. Cor. 7.

Ex concilio Vrbanensi.

2. Cor. 7.

De

De coniugio fidelis & infidelis, & duorum infidelium. 1

Huic a. videtur obuiare, quod Apostolus ait de imparibus coniugiis. Ego dico, non Dñs. Si quis frater habet vxorem infidelẽ, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier, &c. Sed aliud hoc esse, aliud illud, euidẽter ostendit Aug. Ibi n. agitur de illis coniugiis fidelium & infidelium, quæ contrahuntur ab eis in disparitate religione & fide manentibus. Apostolus vero agit de illis, qui vnius eiusdemque infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Sed cũ veniſſet euangelũ, alter sine altera credidit. Intelligisne quid dicam? Attende vt rem ipsam diligentius explanem. Ecce coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illud præceptũ veteris & noui testamenti, quod prohibetur fidelis cum infideli copulare cõiugium. Iam sunt cõiuges, & ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales cõiuncti sunt. Venit q; Euangelij prædicator, credidit eorum vnus vel vna, sed ita vt infidelis cum fideli habitare cõsentiat, non iubet Dñs, vt fidelis infidelem dimittat taliter coniunctum. Nec Apostolus iubet, vt non dimittat, sed consulit: vt si quis aliter agat, non sit transgressor, sicut & de virginibus consulit. Monet a. quod est lucrandi occasio, cum possit licite relinquere, sed non expedit. Tunc n. non expedit id, quod licitum est, quãdo permittitur quidem: sed ipsius vsus aliis affert impedimentum salutis: sicut discessio fidelis ab infideli, quam non prohibet Dñs, quia coram illo non est iniusta: sed Apostolus ne fiat, consilio charitatis suadet, vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed cõsilij volũtate libere faciat. Ex his mõstratur, inter infideles coniugium esse, & consilium Apostoli nõ obuiare præcepto Dñi, quod iubet fidelẽ non iungi infideli, & si coniuncti fuerint separari. Legitur enim

Aug. eodẽ c. 21. lib. 1. de adulteri. cõiug.

Aug ibid. lib. 1. ca. 18.

1. Cor. 7.

Aug. ad Pollentium. lib. 1. ca. 13.

1. Cor. 7.

enim, quod Esdras propheta, immo Dñs per eum iussit Israëlitis vxores dimittere alienigenas: per quas ibant ad Deos alienos, non illæ per maritos acquirebantur Deo. Recte ergo præcipit: quia per Moysen iusserat Dñs, ne quis vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant Dño prohibente, Dño iubente dimiserunt: quia vt ait Ambr. Non est putãdum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum cognoscitur, emẽdandum: vt quando fidelis infideli copulatur. Sed vt ait Aug. Cum cœpisset gentibus euangelium prædicari, iam coniunctos gentiles gentilibus cõpetit coniugibus: ex quibus si non ambo crederẽt, sed vnus vel vna, & infidelis cum fideli cõsentiret habitare: nec prohiberi à Dño debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec vera eius pudicitia cum coniuge dici põt: quia omne quod non est ex fide, peccatum est, quamuis veram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem domini gẽtiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiam, fideli infidelem dimittere: sed licitũ non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. Euidenter apparet & inter fideles coniugiũ esse, & Apostolum de illis agere, qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & post alter ad fidem conuersus est, cum quo etiam infidelis habitare consentit, & hunc non dimittere fideli consulit Apostolus: quia forte per fidelem saluabitur infidelis.

1. *Esdr.* 10.

Amb. ad ca. 7 *pri. ad Cor.*

Aug. li. 1. *& ca.* 18 *de adul. coniug.*

Matt. 19.

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniunx. C

Potest tamen dici licite dimittere: quia infideli est fornicatio, si non corporis tamen mentis. Causam n. fornicationis Dominus excepit. Fornicationem

In Glos. 1. 1. *Cor.* 7. *Si quis.*

tionem vero generalē, & vniuersalem intelligere cogimur, non modo scil. corporalem, sed & spiritualē, de qua Aug. ait, Idololatria & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dñs autem permisit & causa fornicationis vxorem dimitti, sed non iussit: & sic dedit Apostolo loco monendi, vt qui voluerit non dimittat: pōt tamen licitè dimittere. Si n. fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, i. infidelitas.

Matth. 5. & 19. lib. 1. Aug. in ser. Domini in monte.

Pro quibus vitiis possit dimitti. D

Si à. quæris, An propter aliud vitium, nisi propter infidelitatē vel idololatriam, possit dimitti? Attende quid Aug ait. Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria; non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum, quę in stupris cum alienis viris vel fœminis committuntur, sed ob quaslibet, quæ animam à lege Dei aberrare faciūt & pernicioſe corrumpūt, possit sine crimine & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum. Item, Rectissime dimittitur, si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: vel nisi solita lenocinia exerceas; aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum à viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter pœnitens est, habetque fidem per dilectionem operantem, membrum, quod eum scandalizat, amputabit. Ex his apparet, quod non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia, quæ pernitiose turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quā vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Cōsulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec à Deo reuocare.

Ibidem. vbi supra, paulo inferius.

Au. de fide & operibus cap. 16. to 4. Matth. vlt.

1 Cor. 7.

Si fideli liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa B

His

Hic quæritur. Si fidelis dimittat infidelẽ, vel infidelis à fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere? Videtur auctoritas testari, quod illa viuente alterã ducere non valeat. Ambr. n. verba Apostoli exponens ait, Alioquin si discedit is ab inuicem, & volẽtes cohabitare dimittitis, & aliis vos copulatis, adulteri estis: & filij vestri, qui de hac copula nascuntur, immundi, i. spurij sunt. Itẽ, Si quis habuerit vxorẽ virginem ante baptismum, viuente illa post baptismum, alteram habere non potest. Crimina n. in baptismo soluuntur, non coniugia. *Gloss. ordi. ex. Amb. ad c. 7. 1 ad Corinth.* *Ex conc. Meldens.*

Quæ præmissis contraria videntur. E

Sed cõtra Amb. testatur. Si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat. Non n. est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: quia non debetur reuerẽtia coniugij ei, qui horret auctorem coniugij. Non est n. ratum matrimonium, quod sine deuotione Dei est: & ideo non est peccatũ ei, qui dimittitur propter Deũ, si alij se copulauerit. Cõtumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis a. discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium, nec est seruanda ei fides coniugij, qui ideo recessit, ne audiret Christum esse Deum Christianorum cõiugiorum. Si vero ambo crediderint, per cognitionẽ Dei confirmatur cõiugium. *Amb. ad cã. 7. pri. ad Corinth. Non est enim.*

Determinatio. G

Attẽde, hæc prædictis contraria posse videri, ita vt sibi Ambr. cõtradicere videatur. Sed distinguẽdum est hic, aliud esse dimittere volẽtẽ cohabitare: aliud, dimitti propter Deum ab illo, q horret nomen Christi. Ibi lex benevolẽtiæ non seruatur, hic veritas custoditur. Et ideo cũ liceat dimittere volentẽ cohabitare, non tñ ea viuente aliam ducere licet. Dicedentẽ vero sequi nõ oportet: & ea viuẽte aliã ducere licet. Sed hoc nõ est intelligendum nisi de his, q in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si *28. quæst. 2.*

ad

ad finem vterq; conuersus est, vel si vterque fidelis matrimonio coniunctus est, & post alter eorum à fide discesserit, & odio fieri coniugem reliquerit: dimissus discedentē non comitabitur, nec tamen illa viuente alteram ducere poterit: quia inter eos fuerat ratum coniugium, quod nō potest dissolui.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, & quare. II

Sunt tamen nonnulli, qui inter infideles asserūt non esse coniugium: quia nec rata, nec legitima est eorum copula. Rata non est, quia solui potest: nec legitima, quia Apostolus ait. Omne quod non est ex fide peccatum est. Eorum a. coniunctio non est ex fide, & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium: quia nullum coniugium peccatum est. Aug. etiam dicit, quia non est vera pudicitia infidelis cum fideli. Sed vera negatur esse pudicitia: non quod infidelium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum, quod excusat coitum, & meretur præmium. Item illud Apostoli, Omne quod non est ex fide peccatum est: non ita intelligēdum est, vt quicquid fit ab infidelibus peccatum sit: sed omne, quod fit contra fidem, id est, conscientiam, male fit, & ad gehennam ædificat. Vel in omni eo, quod indelis facit, peccat: non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit, quo debet, non referens ad debitum finem.

Rom. 14.

Aug. ca. 18. lib. 1. de adulte cōiug. Tom. 6.

Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum & quare. I

Copula ergo maritalis, quæ est inter infideles, coniugium est legitimum, sed non ratum. Legitimū, quia est inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide. Coniugiū vero fidelium est legitimum, & ratū, si tamen legitimæ sunt personæ. Quod a. legitima sit infidelium coniunctio, Aug. testatur dicens, Vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquitur, si cū viro Christiano per-

In lib. de fide & operibus cap. 16. to. 4.

no permanere noluerit. Ex hoc etiam probatur, quod infideli ad fidem conuerso Apostolus cõsuluit infidelem non dimittere: quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est, quod legali iustitutione, vel prouinciæ moribus, non contra iussionem Dñi contrahitur. 1.Cor.7.

DE COGNATIONE CARNALI ET SPIrituali: & Prius de carnali.

DISTINCT. XL. A

NVnc supereſt de cognatione aliquid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de carnali cognatione & affinitate inspiciamus. Cognati ergo vel affines in septimo gradu, vel infra, copulari non debent. Vnde Gregor. Progeniẽ suam vnumquemq; vsq; ad septimã obseruare decernimus generationem: & quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos vel cognatos, ad coniugalẽ copulam accedere denegamus: quod si fecerit, separentur. Itẽ Nicolaus papa. De consanguinitate suâ nullus vxorẽ ducat vsq; post generationẽ septimam, vel quousq; parentela cognosci potest. Item, Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsq; ad septimum gradum vxores ducant. His auctoritatibus aliisq; pluribus, cõsanguineorum cõiunctiones prohibẽtur vsq; ad septimum gradum. *Greg. epi. 31. li. 12. ad Felicem Siciliæ episcop.* *Nicolaus 1. cap. 11. synodi Romanæ.* *Ex cõc. Lug.*

De computatione graduum consanguinitatis. B

Quomodo a gradus consanguinitatis computandi sunt, Isid ostẽdit sic: Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsũ seiunctis, ex radice illius trunci egrediũtur isti ramunculi nepos & neptis, primus: Pronepos & proneptis, secundus: Abnepos & Abneptis, tertius: Adnepos & Adneptis, quartus: Trinepos & Trineptis, quintus: Trinepotis nepos & trineptis neptis, sextus. Attende quod sex gradus tantum posuit Isidorus, quia truncum inter gradus non cõputat. Alij *Isid. lib. 9. etym. c 5.*

vero, qui septē gradus ponunt, trūcum inter gradus cōputant. Varie nanq; cōputantur gradus cōsanguinitatis. Alii n. patrem in primo gradu, filios in secundo ponūt: Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro sint pater & filius. Auctoritates ergo, quæ cōsanguinitatis cautelam vsq; in septimum gradum prohibent, patrē ponūt in primo gradu. Illi vero, qui vsq; ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant. Atq; ita fit, vt eædē personę secundum hanc diuersitatē inueniantur, in sexto, & septimo gradū. Patrē vero in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secundū gradum Hoc modo cōputat Zacharias papa, inquiens, Parētelæ gradus taliter computamus. Ego & frater meus vna generatio sumus, primumq; gradum efficimus. Rursus, filius meus, & fratris mei filius secunda generatio sunt, & secundum gradū faciūt: atq; ad hunc modū cæteræ successiones: Inter illos vero, qui sex cōputāt gradus, & illos qui septē computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamuis in numero graduū varietas videatur. Vltima enim generatio si à fratribus sumat initium numerādi, septima inuenitur.

Ibidem cap. Parentelæ.

Quare sex gradus computantur.

Quare vero sex cōputet Isidorus, ipse aperit dicens, Consanguinitas dum se paulatim propagini ordinibus dirimens vsque ad vltimum gradum protraxerit, & propinquitas esse desierit, tunc primum lex in matrimonii vinculum eam recipiet, & quodammodo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem vsq; ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur. Ita propinquitas generis tot gradib⁹ terminetur. In his sex gradib. omnia propinquitatum nomina continētur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio po-

Isid. lib. 9. etym. c. 6.

test

cest amplius prorogari. Secundum alios, septem gradus ideo computãtur, ita vt post septẽ gradus sponsus sponsæ iungatur: sicut post hanc vitã, quæ septẽ diebus agitur, ecclesia Christo iungetur. His autem occurrit illud, quod Gregor. Aug. Anglorum episcopo, à quo requisitus fuerat, quota generatione debeant copulari, rescribit sic: Quædã lex Romana permittit, vt siue fratris vel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimẽto didicimus, ex tali coniugio sobolẽ non posse succrescere. Vnde necesse est, vt quarta vel quinta generatio fidelium licenter sibi cõiungatur. Sed post multum tẽporis idem Greg. à Felice Messanæ Siciliæ præside, requisitus vtrum August. scripserit, vt Anglorũ quarta generatione contracta matrimonia non soluerentur, inter cætera talẽ reddidit rationem: Quod scripsi August. Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti, quæ nuper ad fidẽ venerat, nec à bono quod cæperat metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter me agnoscas scripsisse. Nec ideo hæc eis scripsi, vt postquam in fide fuerint solidati, si infra propriã consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur: aut infra affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem iungantur.

Greg. c. 6 ad interroga. Aug. episc. Anglo.

Greg. epist. 31. li. 12. Felici epis. Mes.

Ibidem.

DE GRADIBVS AFFINITATIS.

DISTINCT. XLI.

NVnc de affinitate videndum est: de qua Gregor. ait, Porro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum diuinã sententiã ego & vxor mea sum⁹ vna caro, profecto mihi & illi mea suaq; parẽtela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ, in vno & primo gradu erim⁹: filius vero eius, secũdo gradu erit à me: neptis

35. q. 5. cap. Porro de affinitate.

ptis vero in tertio. Idq; vtrinq; in cæteris agendum est, in successionibus. Vxorem vero propinqui cuiuscunq; gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoq; gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxoris meæ de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruare. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt. Itē Iulius papa: Æqualiter vir cōiungatur consanguineis propriis, & consanguineis vxoris, Item Isid. Sane consanguinitas, quæ in proprio viro conseruanda est, etiam in vxoris parentela de lege nuptiarum custodiēda est: quia cōstat eos duos fuisse in carnē vna. Ideoq; communis est illis vtraque parentela. Item Iulius papa. Nullum in vtroq; sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris, vsque in septimum generationis gradum, vxorē ducere, vel incesti macula copulari: quia sicut non licet cuiquā Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate vxoris cōiugem ducere, propter carnis vnitatē. Itē Greg. De affinitate consanguinitatis, per gradus cognationis placuit vsq; ad septimā generationē obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum definitiones sancita, vsq; ad septimum gradum hæredum protēdit successionem. Non n. eis succederent, nisi de propāgine cognationis deberetur. His auctoritatibus insinuatur, & quæ sit affinitas, & vsq; ad quem gradum sit obseruanda, scilicet, vsq; ad septimum.

35. qu. 3. ca. & qualiter. Concil. Vormacien-sis, cap. 78.

Ibidem ca. Nullum.

In cōc Melden. ibid. c de affinitate.

Variæ traditiones de affinitate

Sed alij videntur concedere, in quinta generatione inter affines cōtrahi coniugium, & in quarta etiam si contractum fuerit, non separari. Ait n. Fabianus papa, De propinquis ad affinitatem per virum & vxorē veniunt, defuncta vxore vel viro in quinta generatione iungantur: in quarta si inuenti fuerint, non separentur. In tertia vero pro-

Ibidem, De propinquis.

pin-

pinquitate, nõ licet vxorem alterius accipere post obitum eius. Æqualiter vir iungatur in matrimonio eis, qui sibi cõsanguinei sunt, & vxoris suæ cõsanguineis, post mortẽ vxoris. Ecce hic cõceditur, in quinta vel quarta propinquitate, affinium fieri cõiugium. Iulius ẽt papa ait, Statutum est, vt relictam patris vxoris suæ, relictã fratris vxoris suæ, relictã filij vxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat: relictã vxorẽ cõsanguineorum vxoris suæ vsq; in tertiã progeniem, nemo in vxorẽ sumat. In quarta vero & quinta, si inuẽti fuerint, non separẽtur. Ecce quam varie de affinitatis obseruatione loquuntur auctores. Alij n. vsque ad septimum gradum eã obseruari sanciunt. Alij vero in quinto vel quarto matrimonio cõtracta nõ diuidunt. Sed illi veritatis rigorẽ, isti misericordiæ dispẽsationẽ vidẽtur proponere. Potest n. ecclesia dispensare in copula affinium vsq; ad tertium gradũ: sicut Greg. dispẽsauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud a. non est prætereũdum, quod Gregorius Venerio episcopo scripsit: Sedẽ apostolicã consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta, cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel sub alio viro cognationis vocabula d ssoluãtur, vel si susceptæ soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulã. Si vna caro fiunt: quomodo aliquis eorum põt propinquius vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credẽdum est. Porro vno defuncto, in superstite affinitas nõ delẽtur: nec alia copula cõiugalis affinitatẽ copulæ prioris soluere valet: sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri cõsortiũ transire. Si quis ergo sacrilego & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatẽ extinguere, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, vel si susceptas soboles alterius copulæ propinquitati prioris credit

Ibid. ca. ad hoc quoque.

35. q. 10. ca. Fraternitatis.

Gen. 2. Matth. 19.

dit legitime sociari: hic negat Dei verbum validū esse, quod dixit. Erunt duo in carne vna. Ecce hic prohibet, si mortuo primo viro vxor eius alij nupserit, filios de secundo viro genitos ducere vxores de cognatione prioris viri: quia filij mediante matre, ad cognationem prioris viri pertinent, cui quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem et Innocentius papa ait, Si qua mulier ad secundas nuptias transierit: & ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere. Hoc autem obseruandum est vsq; ad septimum generis gradum: sed maxime, vsque ad tertium & quartum, sicut supra positum est.

Gratianus ex synodo Romana refert.

35 q. 10 c. Si qua mulier.

Si coniugiū sit inter eos, qui nota cōsanguinitate diuidūtur. C

Et est sciendum, quod ecclesia infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si ignoranter coniuncti fuerint in cōspectu ecclesiæ, & postmodum probata consangu nitate eiusdem iudicio separati: quæritur vtrum copula illa coniugium fuerit? Quibusdam videtur non fuisse cōiugium, quia non erant legitimæ personæ: sed tñ de crimine excusantur per ignorantiā, & quasi cōiugium reputatur, quia bona fide, & per manum ecclesiæ conuenerunt. Vnde & filii eorum legitimi habentur. Alii vero dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimæ personæ: quia talium coniunctiones vocant canones coniugia, vbi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda cōiunctio. Vnde Vrbanus papa, Si duo, viri vel tres consanguinitatē iureiurando firmauerint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum cōtigerit, episcopi eos per fidem Christi obtestētur, quatenus palam fateantur, si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur cōtrahere. Idem, Notificamus ibi, vt cum tres vel duo ex propinquioribus eius

35. qua. 6. Si duo viri.

Idem Ricardo Ianuen. episc. vbi supr. c. Notificamus.

eius qui accusatur, hãc propinquitatẽ iuramento firmauerint: vel si duo vel tres ex antiquioribus. Iauensibus, quibus hæc ꝓpinquitas est nota, qui bonæ famæ & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, precio & omni malo studio prædicta firmauerint: sine mora coniugia dissoluantur. Cõsanguineos vero extraneorũ nullus accuset, vel cõsanguinitatẽ in synodo cõputet: sed propinqui ad quorũ notitiã pertinet. Si a. progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, qbus ꝓpinquitas tota nota sit, episcops canonice perquirat: & si inuenta fuerit, separẽtur. Ecce quibus accusantibus vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum cõiunctio, quæ coniugiũ vocatur.

Fabianus papa ibid. c. Consanguinitatis.

Distinctio vtilis, Quid sit fornicatio. D

Hic dicendum est, quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulteriũ, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet sit genꝰ omnis illiciti coitus, qui fit extra vxorem: tñ specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, vel concubinarũ. Stuprum, ꝓpriè est virginũ illicita defloratio. Adulterium, est alieni thori violatio, vnde adulterium dicitur, quasi alteriꝰ thori accessio. Incestus, est consanguinearũ, vel affinium abusus. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur, cũ puella violenter à domo patris educitur vt corrupta in vxorẽ habeatur. Siue puellæ, siue parentibus vis illata constiterit, hic morte mulctatur: Sed si ad ecclesiã cũ rapta confugerit, priuilegio ecclesiæ mortis impunitatẽ meretur. Addendũ est etiam illud Alexandri, qui ait, Quod frater sororve vxoris tuæ cognati dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam vlla cognationis causa. Vxor n. fratris, fratrissa potius quã cognata vocatur. Mariti frater, leuir dicitur. Duorũ fratrũ vxores, ianitrices vocantur, quasi eandẽ

36. q. 1. cap. Lex prætoritorum.

Alexan. 2. 35. qu. 5. c. Quod autẽ frater.

ianuã intrantes. Viri soror, glos appellatur. Sororis a. vir nõ habet speciale nomẽ, nec vxoris frater.

DE SPIRITVALI COGNATIONE.

DISTINCT. XLII.

DE Parentalium graduũ famosa quæstione, aliquid licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quæ etiã personas impedit, vt nõ sint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quidẽ sunt, consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos, qui genere quidẽ non sunt cõiuncti, sed mediante genere sunt sociati, verbi gratia. Vxor filii fratris mei qui non est de genere meo, per ipsum, qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi. Spiritualis proximitas, est inter compatrem & commatrẽ: & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales & spirituales.

Hugo sen. 4. cap. 13.

Qui sint filij spirituales.

Spirituales filii sũt, quos de sacro fonte leuam⁹, vel in catechizatione seu cõfirmatione tenemus. Filii etiã & filiæ spirituales eorum sunt, qui trinæ mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingũt. Dicitur etiã spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua cõfitetur. Vnde Symmachus papa. Omnes quos in pœnitẽtia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii: vt & ipsi quos vel nobis suscipiẽtibus, vel sub trinę mersionis vocabulo mergẽtibus, vnda baptismi regenerauit. Syluester etiã admonet, vt ad suã filiã pœnitentialẽ nullus sacerdos accedat: quia scriptum est, Omnes, quos in pœnitẽtia accipimus, ita nostri filii sunt, vt in baptismo suscepti: quorũ omniũ flagitiosa est cõmixtio. Quod a. compater & cõmater sibi iungi nequeãt, nec pater spiritualis: nec mater filiæ, vel filio spirituali, ex con-

30. q. 1. cap. Ad limina.

cõcilio Maguntinẽsi docetur. De eo quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit in vxorẽ, & de eo qui concubuit cum matre spirituali, & de eo, qui filium suũ baptizauit, & vxor eius eũ de fonte suscepit, hac causa vt disidium fieret coniugij, si post in tali copula possunt permanere: sic respondendũ est, si filiolam aut cõmatrem suam aliquis in coniugium duxerit separandos esse iudicamus, & graui pœnitẽtia plectẽdos. Si vero coniuges legitimi, vel vnus vel ambo ex industria hoc fecerint, vel filium suũ de fonte susceperint: si innupti manere voluerint, bonum est: sin a. grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si prẽuaricator cõiugii superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Ex his apparet, quod aliquis filiolã suam vel commatrem non potest sibi copulare nuptialiter: & si prẽsumptũ fuerit, separandi sunt. Qui a. legitime cõiuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum insidiose filium de fonte leuauit. Quod enim Nicolaus confirmat dicens. Nosse desideras, vtrũ mulier quę viri filium ex alia fœmina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secũdum canones sacros, nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugẽ, Cum Apostolus præcipiat. Nolite fraudare inuicẽ: nisi forte ex cõsensu ad tempus, & c. Ideo dictum est nobis quasdã fœminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad cõfirmandũ tenuisse. Vnde nos dignũ duximus, vt si qua mulier filiũ suũ desidia aut aliqua fraude corã episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciã vel fraudem, quam diu viuat, pœnitentiam agat: tũ à viro suo non separetur. Item Ioann. papa ad limina S. Petri homo nomine Stephanus

In concilio Maguntinẽ si. 30. q. 1. c. De eo.

Nic. Salonitano episco. Ibi. c. Nosse.

1. Cor. 7.

Ex concilio Cabilonensi Ibi. c. Dictũ est. 1.

Ibid. c. Ad limina.

phanus veniens, nostro præsulatui innotuit, quod filium suum in extremo vitæ positū, necdum baptismi vnda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumq; propriis manibus suscepit. Atq; pro huiusmodi negotio reuerentia tua præfatum hominē à sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura Quod Deus cōiunxit, homo nō separet. Et Dominus non dimittere vxorem, nisi causa fornicationis, iubet. Et nos tanta auctoritate freti dicimus non dimittendum esse, & inculpabile iudicandū, quod necessitas intulit: Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, libere conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientē aspiciens, ne animam perpetuo perire dimitteret, vnde baptismi lauit, vt eum de potestate mortis eriperet: bene fecisse laudatur. Ideoq; suæ vxori, sibi iam olim legitime sociatæ, impune dum vixerit iudicamus manere coniunctum: nec ob hoc separari debere. His aliisq; pluribus auctoritatibus edocetur, coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuarit, vel in confirmatione tenuerit.

Actuum. 19 Matth. 5. & 19.

Quid præmißis obuiat. ¶

Gordiano epis. Hispalienſi. Ibidem ca. Peruenit.

His a. obuiare videtur, quod Deus dedit papa ait, Peruenit ad nos Diaconus sanctitatis vestræ epistolam deferens, quod quidam viri & mulieres præterito sabbatho paschali, „p magno populi incursu nescientēr filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium vsum redire, vel non? Nos vero hac re mœsti, priorum inquisiuimus dicta: & inuenimus in archiuis, id est, in armariis apostolicæ sedis, iam talia contigisse in pluribus Ecclesiis quarum episcopis ab hac apostolica sede volentibus scire, vtrum viri ac mulieres redirent ad proprias thorum. Beatæ memoriæ sancti patres Iulius pa-

pa,

pa, Inno. & Cælestinus cum episcoporũ plurimorũ consensu in Apostolorum principis ecclesia præsidentes, talia rescripserunt & confirmauerunt: vt nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres, quicunq; hac ratione susceperunt natos: sed separent se, ne suadente diabolo tale vitium inualescat. Item si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationẽ, separetur ab vxore sua, & aliam nunquã accipiat. Hæc autem vel ad terrorem dicta sunt, non quod ita esset faciendum, sed ne illud fieret summopere cauendum: vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperunt, quam fierẽt coniuges. Præmissis a. auctoritatibus omnino consentiendum est: vt siue proprium, siue tantum viri filiũ mulier de fonte susceperit, nõ ideo à viro separetur: q & de viro similiter oportet intelligi.

Ex cõc. apud Vermeriam 30. qu. 1. Si quis filiastrum.

De copula spiritualium, vel adoptiuorum, & naturalium filiorum. D

Quod a. spirituales, vel adoptiui filii naturalibus copulare nequeãt, Nicol. papa testatur inquiens. Ita diligere debet homo eum, qui se suscepit de sacro fonte, sicut patrẽ. Inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta cõmunio est: quæ dicẽda nõ est cõsanguinitas, sed habẽda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugium, qa nec inter eos, q natura, & eos q adoptione filii sunt, venerandæ leges matrimonia cõtrahi permittunt Itẽ, Si inter eos nõ cõtrahitur matrimoniũ, quos adoptio iungit: quanto potius à carnali inter se cõtubernio cessare oportet, quas per cæleste sacramentum regeneratio S. Sp. vincit.

Ad con. Bulgarorũ. 30. qu. ita diligere.

Si filij ante compaternitatem vel post nati valent coniũgi. E

Hinc a. quidam volunt intelligere tantum de illis filiis, quibus cõpatres facti sunt, de aliis vero qui ante compaternitatẽ vel post geniti sunt, concedunt, q legitime & licite iungi possunt. Quibus vide-

Vbi supra. super quibus.

videtur consentire Vrbanus 2. dicens, super quib' consuluit nos tua dilectio, hoc videtur respondẽdum: vt & baptismus sit, si instãte necessitate fœmina puerum in nomine Trinitatis baptizauerit: & quod spiritualium parentũ filii vel filię ante vel post compaternitatẽ genitæ, possunt legitime cõiungi, præter illã personã, qua cõpatres effecti sũt.

Paschalis papa. F

Ibid. c. post susceptum.

Paschalis vero 2. post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino episcopo: Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel ex cõmatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandũ est, quod in Tiburiensi concilio legitur. Si quis suę spiritualis commatris filiam fortuitu, & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit. maturiori seruato consilio habeat, atque legitimo connubio honeste operam det.

Ca. 48 con. Tiburien.

Si quis ducere possit duas commatres vnam post alteram. G

Solet etiam quæri. Si commatrem vxoris post eius obitum quis ducere valeat? De hoc Nicolaus papa sic scribit, Sciscitatur à nobis sanctitas vestra, si quis duas commatres habere valeat, vnam post alteram? In quo meminisse debes scriptum esse. Erunt duo in carne vna. Cum ergo constet, quod vir & mulier vna caro efficiuntur, restat virum compatrem cõstitui mulieri, cuius assumpta vxor cõmater erat: & ideo virum illi fœminæ non posse coniungi, quæ commater eius erat, cum qua idem fuerat vna caro effectus. Huic a. illud contrarium videtur. Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lauacro susceperit, & vxor eius commater non est, licet ei defuncto compatre suo eius viduam ducere in vxorẽ: quos nulla generatio spiritualis secernit. Itẽ ex epistola Paschalis papæ. Post vxoris obitum, cum commatre vxoris coniugio copulari, nulla ratio vel auctoritas videtur prohibere.

Constan. epi. 30. qu 4. ca. Sciscitatur

Ca 47. con. Tiburiẽ. ibi. ca. Qui spiritualem ibidem c. Post vxoris.

bere. Non n. per carnis vnionem ad vnionem Sp. transitur. Sed sciendum, quod auctoritas Nicolai de illo ait, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam cõmater illi⁹ extitit. Aliæ vero auctoritates de illo agunt, cuius vxor postquã à viro suo delinquitur, illius cõmater efficitur, nec post cõpaternitatẽ à viro suo cognoscitur: vel de illo potius agũt cui⁹ vxor ante defũgitur, q̃ ab eo cognoscatur.

Si vir & mulier possint simul tenere puerum. H

Solet etiam quæri, Si vxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum? De hoc Vrbanus ait, Quod vxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate videtur vel reperitur prohibitum: sed vtipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conseruetur immunis, decernimus vt vtrique simul ad hoc aspirare non præsumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, quia duabus commatribus velut sororibus nupsit, magna pœnitentia debet ei iniungi. *Ibidem cap. Quod vxor.*

De secundis & tertiis nuptiis & deinceps. I

Sciendum est etiam, quod non solum primæ, vel secundæ nuptiæ sunt licitæ, sed etiam tertiæ & quartæ non sunt damnandæ. Vnde Aug. Secundas nuptias omnino licitas, Apostolus concedit. De tertiis a. & quartis, & de vltra pluribus nuptiis, solent homines mouere quæstionem: Sed quis audeat definire quod nec Apostolum definisse video. Ait n. Si dormierit vir eius, cui vult nubat. Non dicit, primus, vel secundus vel tertius, vel quotus libet: nec à nobis definiendum est, quod non definit Apostolus. Vnde vt breuiter respondeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecũdiam numerositatis auferre: nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quotiens voluerint nubant: nec ex meo corde præter scripturæ auctoritatem, quotaslibet nuptias damnare. Item testa- *Aug. ca. 12. lib. de bono viduitatis tom. 4. 1. Cor. 7.*

Hic ad finē apologiæ pro libris ad Pammachium, tom. 1. 1. Tim. 3. Ca. 7. conc. Neocæsar.

testatur Hier. Ego nunc libera voce exclamo, nec damnari in Ecclesia bigamam, imo nec trigamam: & ita licere quinto & sexto, quemadmodum secundo marito nubere. Apo. tamē bigamos à sacerdotali honore excludit. Sed hoc non facit pro vitio bigamiæ, immo pro sacramenti virtute, vt sit vna vnius, sicut vnica vnici. Illud tamen Cæsariē. concilīū videtur innuere, bigamiam esse peccatū. Presbyterum, inquit, in nuptiis bigami prandere non conuenit: quia cum pœnitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter, qui talib⁹ nuptiis possit præbere consensum? Sed hoc de illo intelligi potest, qui primæ vxori insidiatus putatur desiderio secundæ: vel pro signaculo sacramenti illud dicitur, quod in bigamo non seruatur. Ambr. etiam dicit, quod primæ nuptiæ tantum à domino sunt institutæ: secundæ vero sunt permissæ. Et primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter: secundæ vero etiā in presenti carent gloria.

Super epist. 1. Cor. 7.

DE RESVRRECTIONIS ET IVDICII *Conditione.*

DISTINCT. XLIII.

Au. in enc. ca. 84.

POstremo de conditione resurrectionis, & modo resurgentium, nec non & de die iudicij & misericordiæ qualitate breuiter differendum est. Omnibus quæstionibus, quæ de hac re moueri solēt satisfacere non valeo, resurrecturam tamen carnem omnium quicunq; nati sunt atq; nascētur, & mortui sunt & morientur, nullatenus ambigere debet Christianus. Ait enim Esaias. Resurgēt mortui, & resurgent qui erunt in sepulchris. Et Apost.

Esa. 29. 1. Thess. 4.

Nolumus vos igno. fra. de dorm. vt non con. sicut & cæteri, qui spem non habent scil. resurrectionis. Hoc enim vobis di. in verbo do. quia nos qui vi. qui re su. non præ. eos qui dor. Quoniam ipse do. in iussu & in vo. ar. & in tu. Dei descen. de cœ. & mor. qui in Christo sunt, re. primi. Deinde nos qui vi. qui

vi. qui relin. si ra. cum illis in nu. obui. Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. His verbis & veritas resurrectionis, & causa atque ordo resurgentium præclarissime insinuatur.

De voce tubæ. B

Causa enim resurrectionis mortuorũ erit vox tubæ, quæ in aduentu iudicis ab omnibus audietur: & cuius virtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgent. Vnde propheta, Dabit voci suæ vocem virtutis, id est, effectum resuscitandi mortuos. *Psal.67.* Et Ioannes Euangelista ait, Venit hora in qua omnes, qui in monumentis, sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. *Ioan. 5.* Si vero quæritur, cuius vel qualis erit vox illa? Apost. dicit quod erit archangeli, id est, ipsius Christi, qui est princeps archangelorum, vel vox erit alicuius, vel plurium angelorum. *1. Thess. 4. 1. Cor. 15.* Eadem dicitur tuba: quia erit manifesta & nouissima, quia post eam non erit alia. Hęc tuba (vt ait August.) est clamor: de quo dicitur in euangelio, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tubæ nomine aliquod euidens & præclarum signum intelligitur. *Aug. epist. 120. ad Honoratum. c. 34. Matt. 25* Quod vox archangeli & tuba Dei ab Apost. dicitur, in euangelio vox filii Dei & clamor appellatur: quod signum mortui audient & resurgent. *1. Thess. 4. d*

De media nocte. C

Media a. nocte dicitur venturus, vt Aug ait, nõ pro hora temporis: sed quia tunc veniet, cum non separatur. Media ergo nocte, sc. cum valde obscurum erit. id est, occultum veniet. Dies enim domini, sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non incõgrue intelligi mediæ noctis tẽpore venturus, quia vt ait Cassiod. Hoc tẽpore primogenita Ægypti percussa sunt, quando etiã sponsus venturus est. Pluribus etiã locis contestãtur auctores, quod aduen- *Matth. 25. a* *1. Thess. 5. a* *Versu Media nocte surgebam. super octonarium. 8.*

Exod. 11. aduentus Christi dies dicitur Dñi, non pro qualitate tẽporis, sed rerum: quia tunc cogitationes & *Daniel.* 7. c. consilia singulorum patebũt. Vnde in Daniele, Vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo. *Matt.* 10. c Libri sunt conscientiæ singulorum, quæ tunc aperientur aliis. Et tunc implebitur, nihil occultum *1. Cor.* 4. c quod non reueletur. Aduenientе a summo iudice, non solum aeris tenebræ illuminabuntur, sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet vt cuiq; opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset vel excuset hominem cõscientia, eaq; teste damnetur vel saluetur.

De memoria electorum, si tunc præcedentia mala teneat.

Hic quæritur, vtrum electis tunc adsit memoria præcedẽtium malorum, sicut bonorum? Quæ- *Esaias* 65. c. dam auctoritates videntur tradere bonos non habituros tunc memoriam præcedentium malorũ, id est, peccatorum vel tormentorum. Ait enim Esaias, ego creo cælos nouos, & terram nouam: & *Ibid Hiero.* non erunt in memoria priora, & non ascendent *& Gloss. su-* super cor, sed gaudebitis in æternum. Item, Obli- *per illũ locũ.* uioni traditæ sunt angustiæ priores, & absconditæ *Esa.* 65. to. 5. ab oculis nostris. Quæ de futuro exponens Hiero. ait, Obliuioni tradentur priora mala: quia forsitã in futuro pristinæ cõuersationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis æternis: ne sit pars malorũ, prioris angustiæ memorari. Sed hæc & his similia possunt accipi sic, vt omnia excludãt memoriã præcedentium malorum, sed ea molestiam & læsionẽ amoueant. Non n. eorum memoria sanctos contristabit, vel eorum beatitudinẽ obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde su- *Greg. lib.* 4. *moral. c.* 24 per Ps. 88. ait Greg. Quomodo in æternum miseri- *ad illud Iob* cordias domini canit, qui miseriæ non meminit? *3. Paruus &* Quomodo autẽ plena beatitudo, si memoria ea- *magnus ibi* tus mentẽ tangit? Sed sæpe læti tristium memini- *sunt.* mus, &

mus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius lęti & grati sumus Ex his apparet, q̃ li priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamẽ erit ad pœnam vel gloriæ derogationẽ, sed ad gratiarum actionem. Si vero quæritur, vtrum peccata quæ fecerunt electi, prodeant tunc in notitiã omnium, sicut mala damnãdorum omnibus erunt nota. Non legi hoc expressum in scriptura. Vnde nõ irrationabiliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam tecta & deleta, illic etiam tegi alijs: alia vero cunctis propalari.

De his qui viui reperientur. E

Quæri solet, Vtrũ illi, quos viuos inueniet Christus, si nunquam omnino morituri sint, an ipso tẽporis puncto, quo rapiẽtur obuiã Christo, ad immortalitatẽ mira celeritate sint transituri? Non n. dicẽdum est, fieri non posse, vt per aëra in sublime portẽtur, in illo spatio & moriantur & reuiuiscãt. Ad hunc a. sensum, quo existimamus illos in paruo spatio & passuros mortem, & accepturos immortalitatẽ. Apost. nos vrgere videtur, vbi dicit. Omnes in Christo viuificabimur. Et alibi. Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Cur ã. nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodãmodo seminari, atq; ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus in ictu oculi futurã resurrectionẽ, & in membra sine fine victura, tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadauerum puluerẽ. Sed vellem de his potius audire Dd. Si ergo sanctos, qui reperiẽtur Christo veniente viuẽtes, eiq; obuiam rapiẽtur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporib. exituros, & ad eadẽ mox immortalia redituros: nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipiẽtes illud quod dictum est. Omnes quidẽ resurgemus, scil. tam boni quam mali: sed non omnes immu-

Aug. de ciu. Dei, lib. 20. cap. 20.

1. Cor. 15. c

Ibid. Aug. ad finem capitis 20.

1. Cor. 15 f

1. Thess. 4. super illud. Hoc enim vobis dicimus in responsione ad 3. q. to. 3.

tabimur, sc. in solennitatē resurrectionis. De hoc etiam Amb. ait. In ipso raptu eorum, qui viui reperientur, mors erit & resurrectio, vt anima quasi per soporē egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Cōtra verò scribēs ad Marcellam Hieronymus testari videtur, dicēs, quosdam in fine seculi aduenientē Christo non esse morituros, sed viuos repertos in mortalitatē repentè mutandos. Horum autē quid verius sit, non est humani iudicij definire.

Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum & mortuorum.

Aug. in Enchir. c. 55. in princip.

His autem adiiciendum est, dupliciter intelligi quod dicitur Christus iudicaturus viuos & mortuos. Aut enim viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, licet in raptu moriantur: & mortui, qui ante decesserant: vel viui & mortui accipiuntur, iusti & iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam, quod omnes resurgent incorrupti: non vtiq; impassibiles, quia reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamen glória ac spe impassibilitatis induentur.

DE ÆTATE ET STATVRA RESVRGENTIVM.

DISTINCT. XLIV.

Ephes. 4. c

SOlent autem nonnulli percontari & quærere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecturi sint? Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & staturæ Christi: ideo quia Apost. ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis & plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cui vtiq; ætatis mo-

tui fuerint. Virum a. posuit, non vt distingueret sexum, sed vt significaret perfectionem virorum, quam tunc habebunt: sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt. Vnde Aug Non ait in mẽsuram corporis vel staturæ, sed ætatis: quia vnusquisq; suam recipiet mẽsuram corporis, quam vel habuit in iuuentute, etiãsi senex obiit, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Ætas vero erit illa, ad quam peruenit Christus, scil. iuuenilis, vt circa 30 annos. Triginta n. duum annorũ & trium mensium erat ætas Christi, in qua mortuus est, & resurrexit. Non est autem fas dicere, quod in resurrectione accedat corpori magnitudo, quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu viuendo: nec maiora corpora redigenda sunt ad modum dominici corporis. Periret n. multum de illis corporibus, cum nec periturus sit capillus, vt ait Dominus. Capillus de capite vestro non peribit.

In lib. de Ciuitate Dei, lib. 22. c. 15.

Luc. 21.

Quod resurget quicquid fuit de substantia & natura corporis, & in eadem parte corporis. B

Non enim perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: sed in quemlibet puluerem cineremve soluatur, in quoslibet halitus auraſq; diffugiat, & in quancunq; aliorum corporum substantiã, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunq; etiã animalium vel hominum cibum carnemq; mutetur, illi animæ in puncto temporis redit, quæ illam carnem primitus vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit. Ipsa ergo terrena materies, quæ discedente anima sit cadauer, non ita in resurrectione reparabitur, vt ea, quæ dilabuntur, & in alias atque alias rerum species vertuntur: quamuis ad corpus redeãt vnde dilapsa sunt: ad easdem quoq; corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus redit, quem tam crebra tonsura detraxit: si vnguibus, quos totiens depressit exactio immoderata & indecens,

Aug. in Enchir. c. 88.

Ibid. continuò, c. 89.

cens, cogitantibus resurrectionem carnis, & ideò non credẽtib⁹ occurrit infirmitas. Sed quẽadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret, vel contereretur in puluerẽ, vel cõfunderetur in massã: & eam vellet artifex rursum ex illius materia & quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatẽ, quę particula materię cui mẽbro statuæ redderetur, dum tñ totum ex quo cõstituta fuerat, restituta resumeret. Ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto, quocunque nostra extiterat, eam mirabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit ad ei⁹ redintegrationẽ, vtrum capilli ad capillos redeãt, & vngues ad vngues: an quicquid eorũ perierat, mutetur in carnẽ & in partes alias corporis reuocetur: curãte artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. Indecorum quippe aliquid ibi nõ erit: sed quicquid ibi futurũ est, hoc decebit: quia nec futurũ est, si non deçebit.

Quod sancti sine omni deformitate resurgent.

Aug. in eodem Enchi. cap. 91.

Hoc autem in corporibus sanctorum intelligendum est, de quibus consequenter adiungit. Resurgent ergo sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate: in quib. tanta facilitas quanta felicitas erit: propter quod & spiritualia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Ex his apparet, quod vna erit ætas omnium resurgentium, scil. iuuenilis: statura verò diuersa, scil. quam quisque habuerat in iuuenili ætate, vel erat habiturus, si ante est defunctus. Nec de substantia, de qua hominis caro creatur, aliquid peribit: sed omnium particularum ante dispersarum collectione, reintegrabitur naturalis substantia

Matth. 13. f

corporis. Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida, sicut sol, resurgent, præcisis cunctis deformitatibus, quas hic habuerunt.

Si mali tunc habeant, quas hic habuerunt deformitates.

De reprobis a. quæri solet, an cum deformitatibus his habitis resurgant? Hoc a. Aug. non asserit, sed dubium reliquit, ita inquiens. Quicunq; ab illa perditionis massa, quæ per Adam facta est, non liberantur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi, vnusquisq; cum sua carne, sed vt cum diabolo eiusq; angelis puniantur. Vtrum vero ipsi cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant, quæcunq; in eis gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Ecce non definit, an tunc habeant deformitates, quas hic habuerunt reproborum corpora. *In Ench. ca. 92. in princ.* *Matth 25. d*

Quod non consumuntur corpora, quæ tunc ardebunt. E

Si vero quæritur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant, & non consumantur? Aug. varijs exemplis astruit, & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa combustione: sicut animus cuius præsentia corpus viuit, & dolorem pati potest, mori autem non potest. Hoc enim erit tunc in corporibus damnandorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. *De ciu. Dei, lib. 21. c. 1. 2. & 3.*

Si dæmones corporali igne cremantur. F

Quæri etiam solet, an dæmones corporali igne ardeant? Ad quod Aug. respondens ait. Cur non dicamus (quãuis miris, veris tamen modis) etiam spiritus incorporeos posse pœna corporali ignis affligi, si spiritus hominum etiã incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Gehenna illa, quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit: & cruciabit damnatorum corpora vel hominum, vel dæmonum: sed solida hominum, aerea dæmonum. Vnus n. vtriusq; ignis erit, vt veritas ait. De quo igne si quæritur, qualis vel vbi sit. Aug. sic respõdet, *Apoc. 19.*

Matth. 25. d de Ciu. Dei, lib. 20. c. 16. tom 5.

ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit.

Si animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem. C

Cum autem cõstet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quæri solet, an interim ante resurrectionem corporum animæ defunctorum reproborum materiali igne crementur? de hoc Iulianus Toletanæ Ecclesiæ Episc. Gregorij dictatecutus, ita scripsit: Si viuẽtis hominis incorpore spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corpore igneo teneatur? Teneri autem per ignem spiritum dicimus, vt in tormento ignis videndo atq; sentiẽdo puniatur. Quod a. non solum videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex euangelio colligitur, vbi veritatis voce diues mortuus dicitur in inferno sepultus: cuius anima, quod in igne teneatur, insinuat, cum Abraham deprecatur dicens: Mitte Lazarũ vt intingat ex di. s. in a. vt refr. l. m. quia cruc. in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitẽ damnatum in ignibus veritas perhibet, quis sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? Præcipuè, cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat Aug. ita inquiens: Profiteri animam habere similitudinẽ corporis & corporalium omnino membrorum, quisquis renuit, potest negare animam esse, quæ in somnis videt vel ambulare se, vel sedere, vel huc atq; illuc gressu vel etiam volatu ferri: hoc sine quadã similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinẽ etiam apud inferos gerit, non corporalẽ, sed corpori similẽ: ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corporalium similibus siue in requie, siue in doloribus. In Cassiani etiam voluminibus legitur, quod non sint otiosæ, neq; nihil sentiant, cum diues ille in inferno se flamma cruciari clamat.

Dialog. 4. c. 29. Iulian. lib prognosti. 2. de futuro seculo, c. 16.

Luc. 16. f

Super Gen. c. 12. cap. 33.

Cassianus lib. de decem collat. patrũ

Vnde

Vnde probatur, animas defunctorum non solum suis sensibus non priuari, sed nec istis affectibus scil. spe, tristitia, gaudio ac metu carere: & ex his, quæ sibi in illo generali examine reseruantur, eas quædam iam incipere prægustare. *colla. prima abbatis Moysi, c. 14.*

De abortiuis fœtibus & monstris. H

Illud etiam inuestigari oportet, si abortiui fœtus & monstra resurgent, & qualia. De quo Aug. ita ait: Occurrit de abortiuis fœtibus quęstio, qui iam nati sunt in vteris matrum, sed non ita vt iam possint renasci. Si n. resurrecturos eos dixerimus: de his qui iam formati sunt, tolerari potest vtcunque quod dicitur, informes vero, quis non procliuius perire arbitretur: sicut semina, quæ concepta non fuerunt? Scrupulosè quidem inter Dd. quæri ac disputari potest, quando incipit homo in vtero viuere, an sit quædam vita occulta, quæ nondum motibus viuentis appareat? Negari enim vixisse puerperia, quæ ideo membratim execantur, vt eiiciantur ex vteris prægnantium: ne matres etiam, si mortua ibi relinquantur, occidant: impudētia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtiq; iam mori potest: mortuus vero vbicunq; illi potuit mors euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat, reperire nequeo. Neq; enim & monstra, quæ nascuntur & viuunt, quantumlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt: sed potius correcta eorum emēdataq; natura. Absit enim, vt illum bimembrem, quē nuper natum in oriente fratres fidelissimi, qui eum viderunt retulerunt, & S. Hieron. scriptum reliquit, vt vnum hominem duplicem, ac non potius duos: quod futurum erat, si gemini nascerentur: resurrecturos existimemus, ita & cætera, quæ nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram in resurrectione reuocabuntur. *In Enchir. cap. 85.*

DE DIVERSIS ANIMARVM RECEPTACVLIS. DISTINCT. XLV.

A

Aug. tract. 49. ad illud Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit, t. 9.

PRæterea sciendum est, quod omnes animæ (vt ait Aug.) cum de hoc seculo exierint, diuersas habent receptiones: bonæ habent gaudium, malæ vero tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur, q̃ maius erit gaudium sanctorum in resurrectione & post, quam fuerit ante: & q̃ diuersa receptacula habebunt animæ sanctorum. De quib. idē Aug. ait, Tempus quod inter hominis mortē & vltimam resurrectionē interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæq; digna est vel requie, vel ærumna, pro eo, quòd sortita est in carne, dum viueret.

Aug. 109. in Ench.

B

De suffragiis defunctorum.

In Ench. ca. 110. continuè.

Neq; negandum est, vt ait Aug. defunctorum animas pietate suorum viuētium releuari, cum pro illis sacrificium mediatori offertur, vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia. Sed hæc eis tantum prosunt, qui cum viuerent, hæc sibi, vt postea possent prodesse meruerunt. Est n. quidā viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei non prosint ista quidquā. Est vero talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hāc vitam quispiam grauari vel releuari. Nemo a. speret quod hic neglexit, cum obierit apud Deum promereri. Non ergo ista quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sentētiæ, quæ dictum est. Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundū ea, quæ per corpus gessit, scil. bona vel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisq; cum in corpore viueret, comparauit;

Rom. 14. b

rauit, vt possunt ei ista prodesse: non n. omnibus prosunt. Et quare? Nonnisi propter differentiam vitæ, quam quisq; gesit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcunq; aliarum eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis, sunt propitiationes. Sed pro valde malis, etsi nulla sunt adiumēta mortuorum, tñ qualescunq; viuorum consolationes sunt. Quibus vero prosunt, vel ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, vel certè vt tolerabilior sit ipsa damnatio, orationibus ergo sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubium mortuos adiuuari: vt cum eis misericordius agatur à Domino, quã eorum peccata meruerunt. Hoc n. à patrib. traditum tota obseruat ecclesia, vt pro eis, qui in cõmunione corporis & sanguinis Domini defuncti sunt, cũ ad ipsum sacrificium loco suo commorẽtur, oretur, ac pro illis quoq; id offerre cõmemoretur. Nõ est ergo ambigendum ista prodesse defunctis: sed talibus qui ita vixerunt ante mortẽ, vt possint eis hæc vtilia esse post mortẽ. Nam qui sine fide operante per dilectionẽ, eiusq; sacramẽtis, de corpore exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur: cuius dum hic essent, pignore caruerunt, nõ misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis aliquid boni operantur sui: sed eorum præcedentibus consequẽtia ista reddũtur. Nam istam quisq; finiens vitã, nisi quod in ea meruerit, non poterit habere post eam. Ecce quib. & qualiter prosunt illa, quæ pro defunctis frequentat Ecclesia. Mediocriter malis suffragãtur ad pœnæ mitigationẽ: Mediocriter bonis ad plenam absolutionẽ: qui non habent tantæ perfectionis merita, vt nõ indigeant iuuari per pauperes, quorum

Gal. 5.

Rom. 2. a

est regnum cœlorum, quos ibi fecerunt amicos de mãmona iniquitatis. Quorundam tanta est perfectio: vt his adiutoriis nõ indigeant: quales sunt Apostoli & Martyres. Vnde ait Aug. Iniuria est pro Martyre orare in Ecclesia, cuius nos debem⁹ orationibus cõmendari: pro aliis a. defunctis oratur.

Matth 5. a Luc. 6. c De verbis Apost. serm. 17.

De officiis sepulturæ. C

De pompis vero exequiarum idem Aug. ita dicit, Pompa funeris, agmina exequiarũ, sumptuosa diligẽtia sepulturæ, viuorum sunt quasi cuncta solatia, non adiutoria mortuorũ, quia si aliquid deest impio sepultura pretiosa, obest pio vilis vel nulla, præclaras exequias in cõspectu hominũ purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorũ: sed multò clariores in cõspectu Dñi, vlceroso illi pauperi ministeriũ exhibuit angelorũ, qui eum extulerunt nõ in marmoreũ tumulum, sed in Abrahæ gremium. Sit tñ cura mortuos sepeliendi, & sepulchra construẽdi: quia hęc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solũ in corporib. patriarcharũ aliorumq; sanctorũ, sed etiam in ipsius Dñi corpore, qui ista fecerunt laudati sunt. Impleant igitur homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verum illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, scil oblationes, orationes, multo obseruantius procurent.

Aug. l. 1. de Ciu. Dei, ca. 12.

Luc. 16. f. g

Gen. 23. a & 35. a. & 35. b. & 50. a

De duobus æquè bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia. D

Solet moueri quæstio de duobus, vno diuite, altero paupere, pariter sed mediocriter bonis, qui prædictis suffragiis indigẽt, & meruerunt pariter post mortem iuuari: pro altero vero, i. pro diuite, speciales & communes fiunt orationes, multæq; eleemosynarũ largitiones: pro paupere vero non fiunt, nisi cõmunes largitiones & orationes. Quæritur ergo, an tantum iuuetur pauper pauciorib⁹ subsidiis, quantum diues ampliorib. Si nó pariter iuua-

iuuatur, nō ei redditur secundum merita. Meruit n. pariter iuuari: quia pariter boni extiterunt. Si vero tantum suffragii consequitur pauper, quantum diues: quid contulerunt diuiti illa specialiter pro ea facta? Sanè dici potest, non ei magis valuisse generalia & specialia, quam pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diuiti specialia non quidem ad aliud vel magis aliquid, sed ad idem quod generalia, vt ex plurib. & diuersis causis vnum perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem.

Quibus suffragiis iuuabuntur mediocriter boni, qui in fine inuenientur. E

Sed iterum quæritur de aliquo mediocriter bono, qui talib. indigēs suffragiis, in ipso consummationis articulo cū reliquis migrabit, si saluus fuerit: pro eo nō offertur vlteriꝰ sacrificium, vel oratio, vel eleemosyna: nec habebat tantæ perfectionis merita, quę his suffragiis non egerēt. Nunquid ergo saluabitur? Existimo eum quasi per ignem transeuntem, saluari meritis & intercessionibus cœlestis Ecclesiæ: quæ pro fidelibus semper intercedit voto & merito, donec impleatur Christus. 1. Cor. 13. a. b.

Quomodo sancti glorificati audiunt preces supplicantium: & quomodo intercedunt pro nobis ad Dominum. F

Sed fortè quęris. Nunquid preces supplicantium sancti audiunt, & vota postulantiū in eorum notitiā perueniūt? Non est incredibile, animos sanctorum, ꝙ in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione lætantur, in ipsius cōtemplatione ea quę foris aguntur intelligere, quātum vel illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium pertinet. Sicut n. angelis, ita & sanctis qui Dei assistunt, petitiones nostræ iñotescunt in verbo Dei, ꝙ contēplantur, vnde & dicuntur angeli orationes & vota nostra offerre Deo: nō quia eum doceāt, sed quia eiꝰ voluntatem Tobiæ 3. d.

tatem super eis consulunt. Vnde Aug. Angelis, qui sunt apud Deum innotescunt petitiones nostræ, vt quodammodo offerant Deo, & de his consulant: & quod Deo iubēte implendum esse cognouerint, hoc nobis euidēter vel latenter reportēt, vnde & angelus hominibus ait, Cum oraretis orationem vestram obtuli Deo. Ad omnia quidē scienda sufficit Deo sua perfectio: habet tamē nuntios, i. angelos, non qui ei, quę nescit annuntiēt. Non n. sunt vlla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operib. suis eius consulere veritatem: & hoc est, quod dicuntur nonnulla nuntiare: non vt ipse ab eis discat, sed vt ab eo ipsi per verbum ei? sine corporali sono nuntiāt, etiam quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit. Totum ab illo per illud verbū eius audientes, i. in eius veritate inuenientes, quid sibi faciēdum quib? & quando nuntiandum sit. Nam & nos orantes eum, non eum docemus: quia nouit, vt ait verbum eius, pater vester quid vobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit: sed futura omnia temporalia, atq; in eis etiam quid & quando ab illo petituri fueramus: & quos & de quibus rebus vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio ante præsciuit. Non ergo dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus non nouerit quid velim?, & quo indigeamus: quæ omnia antequam fiant, sicut & postquam facta sunt, nouit: sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat.

In lib. de orando Deū, siue epi. 121. c. 9. prob. vidua to. 2. Tob. 11 c Aug. lib. 15. de Trin. c. 13.

Matth. 6. d

Epist. 120. honorato, c. 39.

Quod dictum est de angelis, attribuit sanctis animabus. G

Si a. angeli à Deo per verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his implendū sit, & quid non: Cur non credamus & animas sanctorum Dei faciē contemplantium, in eius veritate intelligere preces hominum, & quæ implēdæ sint vel nō. Inde est

est, quod Deus dicitur exaudire preces quorundã, non solum quando effectui mancipat, sed etiam quãdo innotescit curiæ angelorum, & sanctarum animárum, quid inde futurũ sit vel non: & quod cognoscunt in Dei voluntate esse, volunt & ipsi. Adeo enim supernæ volũtati addicti sunt, vt nihil præter eius voluntatẽ queant velle. Intercedunt ergo ad Deũ pro nobis sancti: & merito, dum illorum merita suffragantur nobis: & affectu, dũ vota nostra cupiunt impleri, & tamen non faciunt nisi voluntate Dei implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pro nobis: i. vt merita eorum nobis suffragentur, & vt ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentib. Deus vult, & ita fiet, ex præmissis constat, & cum quibusdam misericordius agit Deus, quam eorũ peccata meruerint, sc. cum mediocriter malis, qui suffragijs Ecclesiæ iuuantur.

SI VALDE MALIS DETVR MITIgatio pœnæ.

DISTINCT. XLVI. A

SEd quæritur hic de valdè malis: vtrum & ipsi in aliqua pœnarum mitigatione Dei misericordiã sentiant, vt minus quam meruerint puniantur? Quidẽ autumant eos nullam reuelationem pœnæ habituros: quod confirmant Iacobi auctoritatè dicentis: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Aug. etiam ait, Misericordia hic, iudicium in futuro. Idem distinguens quomodo omnes viæ Domini sint misericordia, & veritas ait. Erga sanctos omnes viæ Dei misericordia: erga iniquos omnes, veritas: quia & in iudicando subuenit, & ita non deest misericordia: & in miserando id exhibet, quod promisit, ne desit veritas: erga omnes autem quos liberat & condẽnat, omnes viæ sunt misericordia & veritas: quia vbi non miseretur, vindictæ veritas datur. Dicens vbi non miseretur, dat intelligi aliquid à Deo fieri, vbi

Iacob. 2. c Versu 5. Psal. 32. Matth. 5. In fine concionis 92. Psal. 118.

uers. 15. Libera me de. vbi ipse non miseretur. Sed de his occurrit, q̃ ait Cas. super Ps. 50. loquẽs de misericordia & pietate
Idẽ Cas. ver. 1. Psal. 100. Dei. Hæ duę, inquit, res iudicio Dei semper adiunctæ sunt. Ergo & in punitione malorum nõ est iustitia sine misericordia. Itẽ de iudicio & misericordia ait. Hæc duo mutua societate sibi iungũtur. In
In Ench. c. 112. his breuiter omnia opera Dei includit. Aug. quoq; respondẽs illis, qui reproborum supplicia finẽ habitura contẽdunt, ita illiorum repellit opinionẽ, asserẽs reprobos perpetuo puniẽdos, vt eorum supplicia mitigari aliquatenus nõ neget. Fruſtra, inquit, nonnulli æternam damnatorum pœnam, & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atq; ita futurum esse non credunt: nõ quidẽ scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæq; molliẽdo, & leuiorẽ flectẽdo sententiã: quæ putant in eis terribilius esse dicta quam verius. Non n. (inquiunt) obliuiscetur misereri Deus, aut cõtinebit in ira sua misericor-
Psal. 76. dias suas. Hoc quidẽ in Psalmo legitur: sed de his intelligitur, q̃ sunt vasa misericordiæ: quia & ipsi nõ pro meritis suis, sed Deo miserãte de miseria liberãtur. Aut si ad hoc omnes existimãt pertinere,
Rom. 9. c non ideo necesse est, vt damnationẽ opinentur finiri posse eorum, de quib. dictũ est. Ibunt hi in supplicium ęternum. Ne hoc modo putetur habitura
Matth. 25. d finẽ felicitas eorum, de quib. cõtrario dictum est. Iusti a. in vitam æternã. Sed pœnas damnatorum certis temporib. existimẽt, si hoc his placet, aliquaten⁹ mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira Dei in illis, i. ipsa damnatio. Hæc n. vocatur ira Dei, non diuini animi perturbatio: vt in ira sua, i. manẽte ira sua, non contineat miserationes suas, non ęterno supplicio finẽ dando, sed leuamẽ adhibẽdo, vel interponẽdo cruciatib. quia nec Psalm⁹ ait ad finiendam iram suã, vel post iram suam, sed in ira sua. Quæ si sola esset, alienari à regno Dei, & care-

carere magna multitudine dulcedinis Dei, tam grandis tamē est pœna, vt ei possunt nulla tormēta, quæ nouimus, cōparari: si illa sit æterna, ista a. sit quamlibet multis seculis lōga. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorū: & ipsa omnib. erit cōmunis, sicut manebit cōmuniter omnium vita æterna sanctorum. Ecce ita asserit, hic pœnas reproborum non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongruè dici potest, Deum etsi iustè id possit, nō omnino tantum punire malos in futuro, quantum meruerunt: sed eis aliquid, quantumcunq; mali sint, de pœna relaxare. *Aug. ca. 113. continuò in Ench.*

Determinat præmissas auctoritates. B

Quod ergo dictum est, iudiciū sine misericordia fieri illi, qui non fecit misericordiam: ita intelligi potest, q̄ iudicium damnationis fiet illi, qui nō fecit misericordiam, pro eo q̄ fuit sine misericordia, vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante & saluāte: qui tñ in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiā Dei sentiet. Ita cum dicitur misericordia, hic, iudiciū, in futuro: nō negatur, quin in futuro sit misericordiæ affect⁹, & in electis, qui per misericordiā ab omni miseria liberabuntur: & in reprobis qui minus quam meruerint, cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri de misericordia, & iudiciū in futuro: quia & hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc. Vocat n. De⁹ nunc peccatores & iustificat, q̄ tunc nō faciet: & tunc reddēs singulis secundū merita sua, manifestè iudicabit, qui nunc occultè iudicat. Cui⁹ occultum iudiciū, vt ait Aug. intelligitur pœna, qua quisq; vel exercetur ad purgationē, vel mouetur ad conuersionē: vel si cōtemnit, excæcatur ad dānationē. Occultū ergo iudiciū Dei, pœna dicitur: qua iudicat purgādo, conuertēdo, vel excæcando. Iudicia quoq; Dei interdum appellantur dispēsationes

Luca 5. c

In Præfationes, Psal. 9.

tiones eius de omnibus rebus. Vnde, quàm incō-
Rom.11.d prehensibilia sunt iudicia eius. Et iudicia eius a-
Psal. 35. byssus multa. Iudicium a quo in futuro iudicabit, intelligitur sententiá iudicis, qua ventilabitura-
Matth.25.c rea, i. diuidentur localiter boni à malis ministério angelorum: & isti in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

De iustitia & misericordia Dei. C

Sed quomodo iustitiam Dei & pietatē, i. misericordiā supra Cassiod. duas esse res dixit, quæ sem-
Psal. 50. per adiūctæ sunt iudicio Dei? Iustitia n. Dei, & misericordia non duæ res sunt, sed vna res, i. vna diuina essentia est, sicut supra pluribus auctoritatib. ostēsum est. Quia non est Deo aliud esse misericordē, quam misericordiā: nec iustū, quàm iustitiam: sed idē prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem, quam iustū: vel misericordiam, quam iustitiam: sed omnino idē, quia nō denominatiuè, sed essentialiter hæc de Deo dicuntur. Cur ergo dicit Scriptura de operibus Dei, quædam esse misericordiæ quædā iustitiæ? Si n. iustitia Dei, misericordia est: quæcunq; sunt opera misericordiæ, esse videntur iustitiæ, & è cōuerso. His responderi potest sic, illis
Responsio. locutionibus, quib. huiusmodi operū fiunt distinctiones, vt alia misericordiæ, alia iustitiæ, alia bonitati attribuantur: nō diuersitas subiacētis, i. rei, his vocabulis significatè exprimitur, sed varietas sensuū & effectuū in creaturis mōstratur. Cum n. dicitur Deus iust⁹ vel iustitia, essētia diuina prædicatur: & etiā q̄ ipse sit distributor & iudex meritorū, intelligi datur. Ita & cum dicitur misericors, essentia diuina prędicatur: & insuper quod ipse sit miserorū liberator, intelligi datur. Si mulier cum dicitur bonus, essentia diuina prædicatur. Et cum dicitur De⁹, & insuper auctor omnium bonorum ostenditur. Ita & cum dicitur Deus, essentia diuina prædicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde

ergo

ergo quædã opera misericordiæ, quædam iustitiæ dicuntur: nõ quin diuina essẽtia hęc & illa operetur, & qn hæc & illa sint opera diuinæ essẽtiæ, quæ dicitur misericordia & iustitia: sed quia quædam sunt, quib. ostenditur iudex & æquus distributor, quædam quib. ostẽditur miserator. Misericors n. dicitur in natura, miserator, in exhibitione. Et in quibusdam operib. dicitur effectus esse misericordiæ, in quibusdã effectus iustitiæ: non q̃ aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei, si ad essẽtiam referas; sed quia ex quibusdam effectib. intelligitur iudex, ex quibusdã miserator, vel, vt quibusdã placet, iustus & misericors. Sed secundum hoc occurrit quæstio, quomodo ex alijs ostẽdatur iust⁹, & ex alijs misericors, cum sit idẽ ei esse iustum, & esse misericordẽ? Si n. secundum eandẽ rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & è cõuerso. Sed dixi supra, qa cum dicitur Deus iustus & misericors, ita eadem diuina essentia significatur, & secundum eam idẽ prædicatur, vt etiã quædam diuersa intelligãtur. Intelligimus n. per hoc eum esse miseratorẽ & iustum iudicẽ. Quod euidẽter Orig. ostẽdit dicens, Omnia quæ Dei sunt, Christus est: ipse sapiẽtia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cum vnum sit in subiacẽti pro varietate sensuum, diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud n. significat sapiẽtia, aliud iustitia. Quando n. sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumq̃ rerum instruere intelligitur: Quando iustitia, distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita & prudentia cum dicitur, doctor, & demonstrator bonarum, vel malarum rerum vel neutrarum intelligitur.

Hom. 5. Super Hieremiam, c. 10. super illud. Qui fecit terram in fortitudine, tom. 2.

Auctoritatibus probat quædam iustitiæ, alia misericordiæ, alia bonitati attribui. D

Quod autem quædam opera misericordiæ, quæ-

dam iustitię, quędã bonitati attribuantur, in scripturis facilè est repire. Et de misericordia quidẽ, & iustitia manifestũ est: de bonitate vero & misericordia amplius latet. Sed Aug. docet illa operà priè ad misericordiã pertinere, quib. aliqui à miseria liberantur. Ad bonitatẽ vero non solum illa, sed facturam & gubernationẽ naturalium: ita dicẽs, Ad misericordiam pertinet, ꝙ à peccatis mundat, & de miseria liberat: Ad bonitatẽ vero, quod cœlum & terrã, & omnia valde bona creauit vtessent. Idẽ, Cœli non indigẽt misericordia, vbi nulla est miseria: & in terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia. Miseria ergo hominis, & misericordia Dei plena est terrá, nõ cœli, qui non indigent misericordia, indigent tñ regẽte Domino. Omnia n. indigent Domino, & misera, & felicia: quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur. Item alibi, Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet. Interdum tamen misericordia largè accipitur, vt bonitas.

Ad primum ver. Psal. 139.

Idẽ ad versum 5. Psal. 32. cont. 2.

Idem ad ver. 11. Psal. 24. hunc vniuersæ viæ Domini.

Quomodo vniuersæ viæ Domini dicantur misericordia & veritas.

Post hæc considerari oportet, ex quo sensu vniuersæ viæ Domini dicantur misericordia & veritas. Hoc multiplicẽ recipit expositionẽ. Vniuersæ n. viæ Domini misericordia, & veritas quibus ad nos venit, vt ait Aug super Psal. intelliguntur duo aduentus. Primus in quo manifestam & multiplicẽ misericordiam nobis exhibuit: & secundus, in quo requirẽdo merita, iustitiã exhibebit. Vniuersæ etiam vię Domini, i. quib. ad Dñm ascendimus, sunt iustitia, qua à malo declinamus: & misericordia, qua bonum facimus. In his n. duob. omne bonum meritũ includitur. Sed cum superius Cassiõ. dixerit in his duob. omnia opera Dei includi, meritò quæri potest, an in omni opere Dñi hæc duo mutuò sibi iungantur? Quibusdã placuit non in-

Psal. 24.

Ad Ps. 100.

omni

mni opere Domini hæc duo cõcurrere, secundum effectum dico: nam secundum essentiam non diuiditur misericordia à iustitia, sed vnum est. Vetum secundum effectum non in omni opere Domini dicunt esse misericordiam & iustitiam: sed in quibusdam fatentur tantum misericordiam, in aliis iustitiam, atq; in aliis misericordiam & iustitiam. Fatentur tñ Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iustè: referẽtes rationẽ dicti ad Dei voluntatẽ, quę iustitia est, & misericordia: non ad effectus misericordiæ & iustitiæ, qui sunt in rebus. Aliis a. videtur, quod sicut dicitur Deus omnia opera sua iustè facere & misericorditer: ita concedendum sit, in omni opere Dei iustitiam esse & misericordiam, i. clementiam, secundum effectum vel signum: quia nullum opus Dei est, in quo non sit effectus vel signum æquitatis & clementiæ, siue occultæ, siue apertæ. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando è conuerso.

DE SENTENTIA IVDICII.

DISTINCT. XLVII.

SOlet etiam quæri. Qualiter dabitur iudicij sententia? Sed non est perspicuum id explicare. Nõ enim Scriptura apertè definit an voce illa proferantur. Venite benedicti, &c Ite maledicti: An virtute iudicis ita fiet, conscientiis singulorum attestantibus: vt modo dicitur futurum vt iudicis potentiæ effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam, Esuriui & non dedistis mihi manducare, & huiusmodi magis conscientiis exprimendam plurimi putant, quam verbis: quia Apostolus in momento & in ictu oculi mysterium consummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt, non ad iudicium: qui aliis iudicii sententiam, & malorum increpationes, & bonorum præmia verbis exprimenda asserunt.

Matth. 25. d
Ibidem.

Quod iudicabunt sancti, & quomodo.

Aug. cap. 5. libr. 20. de Ciuit. Dei. Non a. solus Christus iudicabit, sed & sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse n. Apost. ait, Sedebitis & vos super 12. sedes, iudicãtes 12. tribus Israel. Nec est putandum, quod 12. Apostolis tantum hoc permiserit Christus. Vbi n. sedebit Paulus, qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi 12? Per 12. ergo sedes perfectio tribunalis, i. vniuersitas iudicantium intelligitur, sc. omnes perfecti, qui relictis omnib. secuti sunt Christum. Per 12. tribus vniuersitas iudicandorum. Iudicãbunt vero ecclesiæ sancti, nõ modo cooperatione, sed etiã auctoritate & potestate. Vnde, Gladij ancipites in manibus eorũ, i. sentẽtia de bonis & malis in potestate eorum. Si vero quęritur, quę erit eorum potestas vel auctoritas in iudicando: Puto nõ ante sciri, quam videatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

Sap. 3. b
Matth 19. d
1. Cor. 15. b
Matth. 19. d
Marc 10. d
Psal. 149.

De ordinibus eorum, qui iudicandi erunt.

Erunt a. 4. ordines in iudicio. Duæ quippe sunt partes electorum: scil. & reproborum, vt Greg. in moralib. ait. Sed bini ordines eisdẽ singulis partibus continentur. Alij n. iudicantur, & pereunt: alij non iudicantur, & pereunt. Alij iudicantur, & regnant: alij non iudicantur & regnant. Iudicantur, & pereunt, quib⁹ dominica inclamatione dicetur, Esuriui, & non dedistis mihi mand. &c. Non iudicantur, & pereunt, quib. Dominus ait, Qui non credit, iam iudicatus est. Eorum n. damnatio tota Ecclesiæ nota est, &c. & ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suę infidelitatis accedent. Qui vero professionẽ fidei sine operibus habent, iudicabuntur, & peribunt, i. redarguentur vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in se fieri non audient: quia infidelitatis suę tenebris præiudicati, eius quem despexerant inuectione redargui non merentur. Illi autem

Ad cap 36. Iob, Deus potentes non abijcit, libr. 26. cap. 24.
Matth. 25 c
Ioan. 3 c
Iacob. 2 b

autem saltē verba iudicis audient, qui eius fidem saltem verbo tenuerunt. Illi a. in damnatione sua æterni iudicis nec verba percipient, qui eius reuerentia nec verbotenus seruare voluerunt: & ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi dicuntur. Ex electorum vero parte alij iudicantur, & regnant, scil. qui vitæ maculas lachrymis tergunt, & eleemosynarum superinductione operiunt: quib. iudex veniens in dextra consistentibus dicet, Esurivi, & dedi mihi mandu. Alij a. non iudicantur, & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt: quia non hoc solum, ꝙ lex precipit implere cōtēti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur, implere student, de quibus Propheta ait, Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Et Salomon de Ecclesiæ sponso loquens ait, Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatorib. terræ. Et Iob ait, Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices veniunt: quia & præcepta generalia viuendo vicerunt, & omnib. relictis Christum secuti sunt. Rectè pauperibus iudicium tribuit: qui quando huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc maiori culmine potestatis excrescent. De talibus dicitur, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo, in throno eius. Vincens Dominus cum patre, in throno sedit: quia post passionis certamen & resurrectionis palmam, quod patri esset æqualis omnibus claruit. Nobis vero in throno filii sedere, est ex eiusdem filii potestate iudicare. Quia enim iudicandi principatum ex eius virtute percipimus, quasi in throno eius residemus. Ex his apparet, quod etiam perfectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate: & quare quidam dicuntur iudicandi, alii non iudicandi.

Greg. ca. 25. eiusdem lib.

Matth. 35. c

Esaiæ 3. c

Prou. vlt. c

Iob 36. a

Apoc. 3. d

Greg. ca. 26. eiusdem.

Cap. 27. continuò.

De ordine iudicandi, & ministerio angelorum. D

Matth. 13. f Cum autē in Euangelio legatur, quod Dñs mittet angelos suos, qui colligent de regno eius omnia scandala, & mittent iniquos in caminum ignis. Et

Matth 24. c item, Exibunt angeli, & separabunt malos de me-

Psal. 49. dio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Et idem, Mittet angelos suos cum tuba, & congregabunt electos à 4. ventis. Et Propheta dicit, Congregate illi sanctos eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. Domino n. veniente ad iudicium, præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius: & peribit cœlum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem, quæ immutabitur: cœlum quidem aereum, non æthereum. Tantum n. ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuio. Ille ignis malis, qui reperti fuerint viui, erit consumptio: bonis vero, non, vt ait Aug. Hoc erit in

De Ciu. Dei, lib. 20. c. 18. tom. 5. cendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pueris. In quibus, si aliquid purgandum fuerit, per illum ignem purgabitur. Aliis vero nullam inge-

Matth. 3. c *Luc. 3. d* ret molestiam. Purgato vero per ignem mundo, & ad iudicium veniente Domino, emittetur vox illa magna, qua resurgent omnes mortui: & tunc ministerio angelorum ventilabitur area, quia boni congregabuntur ibi de quatuor partibus mundi angelico ministerio: quo & rapientur obuiā Christo, in aera, reprobis in terra, quam dilexerunt, remanentibus & tunc præconia illa bonorum, Esu-

2. Thess. 4. d riui, & dedistis mihi manducare: & increpationes

Matth. 25. c illæ malorum, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. proferentur vel sono vocali, vel alio

Matth. 25. g *Idem 13. f* modo. Deinq; proferetur sententia super vtroscq; Venite benedicti: &, Ite maledicti, &c. Et ministerio angelorum virtute Dei cooperante mittentur mali in caminum ignis, hoc est, in infernum.

Si post iudicium dæmones præerunt hominib. ad puniendā. E

Et

Et solet quæri, Vtrum in inferno malis ad puniẽdum præsint dœmones post iudicium, quos carnifices tortoresq; animarum Scriptura appellat? Apost dicit, quod Christus tunc euacuabit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Dum n. durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsunt. Sed omnib. collectis, iam omnis prælatio cessabit. Hinc quidam putant, post iudicium dæmones non habere potestatem cruciandi homines, sicut modo. Sed vt dæmones virtute Dei cruciari sine creaturæ ministerio asserunt: sic reprobos homines ibi non per operationem dæmonum, sed virtute diuina tantum æternis subiici cruciatibus. Præmissa tamen auctoritas nõ id cogit sentire: quæ etsi asserat tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines hominibus præesse, non definit tamen, an dæmones præsint hominibus ad torquendum. Vnde quibusdam videtur, eos sic constare hominibus tortores in pœna, sicut extiterunt incentores in culpa. 1. *Cor.* 15. *Haymo ad cap.* 15. 1. *ad Corinth.*

DE FORMA IVDICIS.

DISTINCT. XLVIII. A

SOlet etiam quæri, in qua forma Christus iudicabit. In forma vtiq; serui iudicabit: quæ omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali, in quem pupugerunt. Diuinitatem vero eius mali, non videbunt. Vnde Esaias. Tollatur impius nec dicat gloriam Dei. Humanitatem videbunt vt timeant, diuinitatem vero non, ne gaudeant. Diuinitas enim sine gaudio videri non potest. *Esa.* 29 *b. secundum* 70.

Qualis apparebit tunc in forma serui. B

Sed cum in forma humana cõstet eum appariturum, quæritur an in forma illa glorioſa appareat, sicut vere est, an in forma qualis in passione extitit. Quidã putant, à malis talẽ videri, qualẽ crucifixerunt, i. infirmum: quia dicit scriptura, vt videant in quẽ pupugerunt. Sed apertè Aug. dicit formam *Zach.* 12. *Lib.* 1. *de Trinit. ca.* 13. *to.* 3. *ad princ.*

mam ſerui glorificatam, à bonis & à malis tunc vi-
Ioan. 5. d dèri: ſic, Cum in forma ſerui glorificata iudicante viderint boni & mali, tolletur impius, vt non videat charitatē Dei, qua Deus eſt: quam ſoli mundo corde videbunt: quod erit eis vita æterna. Forma ergo humana in Chriſto glorificata videbitur à cunctis: vnde & Chriſtus dicitur iudicaturus, quia filius hominis eſt. Ita n. legitur in Euang. Ioā. & poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Non quod ipſe ex virtute hominis ſit iudicaturus, vel quod ipſe ſolus ſine patre & Spir. S. ſit iudicium facturus: ſed quia ipſe ſolus in forma ſerui iudicans bonis & malis videbitur. Cum
Ioan. 5. c ergo pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio: non ita eſt intelligendum, quaſi filius ſolus iudicet, & non pater: ſed quia forma filii humana cunctis in iudicio apparebit, non in forma infima, ſed glorioſa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis, non ſine patre & Spir. S. & apparebit terribilis impiis, & mitis iuſtis. Erit enim terror malis, & lumen iuſtis.

Quare ſecundum formam ſerui dicitur Chriſtus ſuſcitaturus corpora. C

Et ſicut dicitur Chriſtus ſecundum formam ſerui iudicatur⁹, ꝓpter cauſam præmiſſam: ita etiam dicitur ſuſcitaturus corpora mortuorum, ſecundum humanitatem, cum tñ virtute diuinitatis ſit ſuſcitaturus, non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate ſuſcepit, ꝙ eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, i. paſſionē & reſurrectionē. Ideo ei aſſcribitur ſecūdum hominē ſuſcitatio
Super Ioan. tract. 23. mortuorum. Vnde Aug. Per verbum filium Dei, fit animarū reſurrectio. Per verbum factum in carne
Ib d. paulò inferius. filiū hominis, fit corporum reſurrectio. Itē, iudicat & ſuſcitat corpora non pater, ſed filius ſecundum diſpēſationē humanitatis: in qua minor patre eſt Chriſtus. In eo ꝙ eſt filius Dei, eſt vita, quæ viuifi-

cat

cat animas: in eo, q̄ est filius hominis iudex. Ecce secundum formā humanitatis dicitur suscitatur⁹ corpora, & iudicaturus. Iudicaturus autē quia illa forma cunctis in iudicio apparebit: & suscitatur⁹, quia in eadē forma meritū, & causam resurrectionis nostræ suscepit. Et quia secundum eandē formam vocē dabit, qua mortui de monumentis resurgent & p̄cedent. Secundum quod Deus est, viuificat animas, nō pater tantum: quia non tantum pater vita est, sed & filius cum eo, & Spir. S. eadem vita est, quæ pertinet ad animam non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiæ, sed anima, quæ illuminatur à lumine æterno. Licet ergo Christus potentia diuinitatis viuificet animas, & suscitet corpora, & iudicet: non otiosè tamen & præter rationem ei secundum formam Dei tribuitur viuificatio animarum, & secundum formam serui iudicium & resuscitatio corporum.

De loco iudicii. D

Putant quidam Dominum descensurum in vallem Iosaphat in iudicio: eo quod ipse per Iohelem Prophetam sic loquitur. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. *Iohel 3. a*

In cui⁹ capituli expositione ita reperi. Hoc quidem pueriliter intelligunt, quod in valle, quæ est in latere montis Oliueti, descensurus sit Dominus ad iudicium: quod friuolum est. Quia non in terra, sed in spacio huius aeris sedebit, contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. *Gloss. ord. ad c. 3. Ioel. hæc omnia habet.*

Et sicut Ioan. Chrysost. dicit, Angeli deferent ante eum signum crucis: vnde in Euangelio veritas dicit. Et tunc apparebit signum filii hominis, &c. Iosaphat autem interpretatur iudicium Domini. In vallem ergo Iosaphat, id est, iudicii Domini congregabuntur omnes impii. Iusti vero non descendent in vallem iudicii, id est, damnationem: sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo. *Chrys. ho. 12 de cruce & latrone, t. 5. Matth. 24. c 1. Thess. 3.*

De qualitate luminarium, & temporis post iudicium. E

Veniente a. ad iudicium Domino in fortitudine & potestate magna, sol & luna dicuntur obscurari: non sui luminis priuatione, sed superuenientis maioris luminis claritate. Virtutes quoq; cœlorũ, i. angeli, dicuntur moueri: non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum, quæ viderint? Vnde Iob, Columnæ cœli pauent aduentum eius. Ante diẽ vero iudicii sol & luna eclipsim patiẽtur, sicut Ioel testatur dicens, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequam veniat dies Domini magn⁹ & horribilis. Magnus vero dicitur, propter magna quæ ibi fient. Cum a. factum fuerit cœlum nouum & terra noua, tunc erit lux lunæ, sicut lux solis testante Esaia, Et lux solis septempliciter, i. sicut lux septem dierum: quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum ante peccatum primi hominis, tantum lucebit post iudicium. Minorata enim fuit lux solis, & lunæ, aliorumq; syderũ, per peccatũ primi hominis: sed tunc recipiet sol mercedẽ sui laboris, quia septempliciter lucebit: & tũc nõ erit vicissitudo diei & noctis, sed tantum dies. Vnde Zacharias, & erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neq; nox: & in tẽpore vespere erit lux, quia tunc non erit varietas diei & noctis, quæ modo est, sed continua dies & lux. Esaias tñ videtur dicere, quod tunc non luceat sol vel luna, loquens congregationi sanctorum. Non erit tibi, inquit, amplius, sol ad lucendum per diem, nec splẽdor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucẽ sempiternam. Sed his verbis non negat solem & lunam tunc lucere, sed significat his, qui tunc erunt in æterna beatitudine, nullũ lucis vsum præstare. Quia vt ait Hieron. super eundem locum, Cœli & terræ, solis atq; lunæ nobis cessabit officiũ, & erit ipse Dominus lumẽ suis in perpetuum. Patet

Luc. 12. c
Matth. 24. c
Iob 62. c
Ioel. 2. g
Esa. 30. f
Zach. 14. b
Esa. 60. d
Hieron. ad illud Esaiæ 60. Non erit tibi amplius sol in com. men. to. 5.

test etiam intelligi illud Esaiæ ea ratione dictum, quia sol & luna tunc non habebunt ortum & occasum sicut tunc. Vnde Isidor. illud Esaiæ quasi exponens, ait. Post iudicium sol laboris sui mercedē suscipiet, vnde Propheta. Lucebit septempliciter, *Esa. 30. f.* & non veniet ad occasum nec sol nec luna: sed in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impii in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc, Sol & luna steterunt in ordine suo. Ecce apertè dicit solem & lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere: vbi etiam significat infernum esse sub terra. Si vero quæritur quis vsus lucis solis & lunæ tunc? Fateor me ignorare, qui in Scripturis non memini me legisse. *Abacuc 3. a*

DE DIFFERENTIA MANSIONVM IN cœlo, & in inferno.

DISTINCT. XLIX. A

POst resurrectionem vero facto vniuerso impleto; iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ; vna Christi alia diaboli: vna bonorum, altera malorum, vtraque tamen Angelorum & hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi vel vlla conditio moriendi. Istis in æterna vita feliciter viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quorum vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio præstabilius: in miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt. Ex his apparet, quod sicut boni differenter glorificabuntur, alii magis, alii minus: ita & mali differenter in futuro punientur. *Ioan. 14. a* Sicut enim in domo patris, id est, in regno cœlorum mansiones multæ sunt, id est præmiorum differentiæ: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est, suppliciorum differentiæ. Omnes tamen æternam vitam patientur, sicut omnes electi eundem habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. No- *Aug. in Enchir. c. 11. in princ.* *Ioan. Chry. hom. 65. ad ca. tom. 2.*

mine

mine denarii aliquid omnibus electis cõmune in-
Matth.20. telligitur, scil. vita æterna, Deus ipse, quo omnes
fruẽtur, sed impariter. Nam sicut erit differẽs cla-
rificatio corporum, ita differẽs gloria erit anima-
1.Cor 15.c rum. Stella n. à stella, i. electus ab electo differt in
claritate mentis & corporis. Alii a aliis vicinius
clariusq; Dei speciẽ contemplabuntur, & ipsa cõ-
tẽplandi differentia, diuersitas mansionum voca-
Matth.20.a tur. Domus ergo est vna, i. denarius est vnus: sed
diuersitas est ibi mansionum, i. differentia claritatis; quia vnum est & summum bonum beatitudo
1.Cor.14.d & vita omnium, i. Deus ipse. Hoc bono omnes e-
lecti perfruẽtur, sed alii aliis plenius. Perfruentur
a. videndo per speciẽ, non per speculum in ænig-
Ioan.17.a mate. Habere ergo vitam, est videre vitam, i. cognoscere Deum in specie: Vnde veritas ait in Euãgelio. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christum esse vnum & solum verum Deum: h.e. habere vitam, i. cognoscere te, nõ est ipsa cognitio, quæ tu es, sed per cognitionem habere bonum, quod tu es, id est, vita.

Si omnes volunt esse beati. B

Cap.4.in pr. som.3. Solet etiam queri de beatitudine, vtrum eam omnes velint & sciant, quæ sit vera beatitudo? De hoc Aug in 13.li.de Tri.ita differit, Mirum est cum capessendæ retinẽdæq; beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tãta existat de beatitudine rursus diuersitas voluntatum: non q; eam aliquis nolit, sed quod non omnes eam norint. Si n. eam omnes noscerent, non ab aliis putaretur esse in virtute animi, ab aliis in voluptate corporis, ab aliis
Ibid. paulò post. atq; aliis alibi atq; alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod non omnes sciunt? Quis potest amare, quod nescit, sicut supra disputaui? Cur ergo beatitudo amatur ab omnib. nec tñ scitur ab omnibus? An fortè sciunt omnes, quæ ipsa sit, sed nõ omnes sciunt vbi sit, & inde contẽtio est? An fortè falsum

est,

est, quod pro vero posuimus, beatè viuere omnes homines velle? Si n. beatè viuere est (v g.) secundum animi virtutē viuere: quomodo beatè viuere vult, qui hoc non vult? Nonne verius diximus, Homo ille nō vult beatè viuere, quia non vult secundum virtutē viuere: ꝙ solum est beatè viuere? Non ergo omnes beatè viuere volunt, imò pauci hoc volunt: si nō est beatè viuere, nisi secundū virtutē animi viuere, ꝙ multi nolunt. Itane falsum erit, vnde nec ipse Cicero dubitauit? Ait enim, Beati certè omnes esse volumus. Absit vt hoc falsum esse dicam? Quid ergo? An dicēdum est, etiāsi nihil aliud sit beatè viuere, quam secundum virtutē animi viuere: tñ & qui hoc nō vult, beatè viuere vult? Nimis quidē hoc videtur absurdum. Tale n. est, ac si dicamus, qui nō vult beatè viuere, vult beatè viuere. Istam repugnantiā quis audiat? quis ferat? & tñ ad hanc cōtrudit necessitas. Si omnes beatè viuere velle, verum est, & nō omnes volunt sic viuere: quomodo solum viuitur beatè? An illud ab his angustiis poterit nos eruere, si dicamus nihil esse beatè viuere, nisi viuere secundum delectationē suā, & ideo falsum non esse, ꝙ omnes beatè viuere velint, quia omnes ita volunt, vt quenq; delectat. Sed id quidē falsum est. Velle n. quod non deceat, est esse miserrimum. Nec tñ miserum est, non adipisci ꝙ velis, quā adipisci velle, quod nō oporteat. Quis ita cæcus sit, vt dicat aliquem ideo beatum, quia viuit vt vult? cum profectò etsi miser esset, minus tñ esset, si nihil eorum, quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala enim volūtate vel solæ miser quisq; efficitur: sed miserior, cum desideriū malæ voluntatis impletur. Quapropter quoniam verum est, ꝙ omnes homines esse beati velint, idq; ardentissimo amore appetant: & propter hoc cæteras quæcunq; appetant: nec quisquā potest amare, ꝙ omninò, quid vel quale sit nescit: nec potest nescire,

Cicero in Hortensio.

Ibid. cap. 5. continuò.

scire, quid sit, quod se velle scit: sequitur vt omnes beatam vitam sciant. Omnes a. beati habẽt quod volunt, quamuis non omnes qui habẽt, quod volunt, continuò sint beati. Continuò a miseri sunt, qui vel non habẽt, ꝙ volunt: vel id habent, quod non rectè volunt. Beatus ergo non est, nisi qui & habet omnia quę vult, & nihil vult malè. Ille quippe beatè viuit, qui viuit vt vult, nec malè aliquid vult. Cum ergo ex his duob. constet beata vita, licet in malis sit aliquis bonus, non tñ nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac vita, qui in his miseriis fidelis bonus est, venerit ad beatam vitam: tunc erit verè, quod nunc nullo modo esse potest, vt sic homo viuat, quomodo vult. Non n. ibi volet malè viuere, cui volet aliquid, quod deerit aut deerit aliquid, quod voluerit. Quicquid amabitur, aderit nec desiderabitur, quod non aderit, & omne quod ibi erit, bonum erit: & summus Deus, summum bonum erit: &, quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos a. esse se velle, omnium hominum est. Beatos esse se velle, omnes in corde suo vident, nec tamen omnium est fides: qua ad beatitudinẽ peruenitur.

Ca. 6. eiusd.

Ca. 7. eiusdẽ ad princ.

Si quid de Deo cognoscit aliquis, quod ibi non intelligant omnes. C

Solet etiam quæri. Vtrum aliquid de Deo cognoscat aliquis magis meritꝰ, vt Petrus: ꝙ non cognoscat aliquis minus meritus, vt Linus? Plurib. videtur quod omnia de Deo ad beatitudinẽ spectantia omnes cõmuniter electi cognoscant, sed differenter. Nihil n. in Deo noscibile maius digniusq; videtur quam eum intelligere trinum & vnum. Hoc a. omnes tunc per speciẽ cognoscent. Vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, quorũ cognitio seruit beatitudini, sed in modo videndi differẽt. Alius n. alio magis, alius alio minus fulgebit.

a. Cor. 15. g

De

De paritate gaudii. D

Solet etiam quæri, An in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt? De hoc Aug. ait, Multæ mansiones in vnâ domo erunt, scil. variæ præmiorum dignitates: sed vbi Deus erit in omnibus, erit etiam in dispari claritate per gaudiũ: vt quod habebunt singuli, commune sit omnibus: quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculũ charitatis. Ex his datur intelligi, quod per gaudium omnes habebunt etsi disparem, cognitionis claritatem: quia per charitatem, quæ in singulis erit perfecta, tantum quisq; gaudebit de bono alterius, quantum gauderet, si in seipso haberet. Sed si pariter cunctorum gaudium, videtur quod par sit omnium beatitudo: quod constat omninò non esse. Ad quod dici potest, quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, vt etiam par esset cognitio: sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudii paritatem beatitudinis. Potest etiam accipi par gaudium: vt non referatur paritas ad intentionem affectionis gaudentium, sed ad vniuersitatem rerum, de quibus lætabitur: quia de omni re, vnde gaudebit vnus, gaudebunt omnes.

Tract. 67. ad illud Ioan. 14 In domo patris mei; tom. 9.

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. E

Post hoc queri solet, Si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium, quam interim? Sine omni scrupulo credendum est, eos habituros maiorem gloriam post iudicium, quam ante: quia & maius erit gaudium eorum, vt supra testatus est Aug. & amplior erit eorum cognitio. Vnde Hiero. Peracto iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus demonstrabit electis. Si quem mouet, quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo præberi, difficilis quæstio est, nec potest à nobis perfectè definiri. Sed tamen dubium non est, & raptã à carnis sensib. hominis mẽtem,

Glos. ordin. super Osee 6. ad illud: Venite & reuertamur.

Super Gen. ad literam, l. 12. cap. 35. in princ.

tem, & post mortē ipsa carne depositā nō sic videre posse incommutabilem substantiam, i. Deum, sicut sancti angeli vident, siue alia latentiori causa: siue ideo, quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodammodo, ne tota intētione pergat in illud summum cœlum, donec ille appetitus conquiescat. Porrò si tale sit corpus, cuius sit difficilis & grauis administratio, sicut hæc caro, quæ corrumpitur: multò magis auertitur mens ab illa visione summi cœli. P. oinde cum hoc corpus iam non animale, sed spirituale, recepit æquata angelis, habebit perfectum naturæ suę modum, obediens & imperans, viuificata, & viuificans, tam ineffabili fabilitate, vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.

Ibid. paulò inferius.

2. Cor. 15. f

SI MALI IN INFERNO PECCABVNT.

DISTINCT. L.

Aug. in Enchir. c. 111.

HIc oritur quęstio, ex præmissis ducens originē. Supra n. Aug. loquens de malis in inferno damnatis, & bonis in cœlo glorificatis, dixit, quod nec bonis voluntas, nec malis facultas esse peccādi poterit. Et de bonis quidē constat, sed de malis à quibus voluntatē malam non remouet, quæritur quomodo sit verum eos non posse peccare: imò, quomodo verum sit eos non peccare, cum malam habeant voluntatē? Quidam autumant illam voluntatē nō esse peccatum, sed supplicium tantum. Alii vero peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquā pœnā: quia nō est ibi locus merēdi. Illud ergo peccatum dicunt nō esse meritum supplicii, sed supplicium mali meriti, quod in hac vita præcesserit. De hoc a. Aug. ita dicit. Tempus acquirēdi vitam æternam in hac tantum vita Deus hominib. dedit, vbi voluit etiam pœnitētiam esse fructuosam. Ideo hic pœnitētia fructuosa est, quia potest hic homo depositā nequitia benè viuere, & mutata voluntate, merita operaq; mutare, & ea gere-

In lib. de fide ad Petrum, ca. 3. 26.

gerere, quæ Deo placeant. Quod qui in hac vita nō fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro seculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu domini non inueniet: quia etsi erit stimulus pœnitudinis, tamē nulla erit ibi correctio voluntatis: A talibus enim ita culpabiliter iniquitas sua, vt nullatenus ab eis possit vel diligi vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, vt habeat semper in se malignitatis suæ supplicium, nunquā tamen recipere possit bonitatis affectum, quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi, qui erunt in supplicio æternæ ignis cum diabolo & angelis eius deputati, sicut nullam habebūt vlteri⁹ requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut cohęredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam: ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Ex his apparet reprobos in inferno pœnitentiam sic gesturos, vt per eam prauam voluntatem non deserant: & illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pœnæ: per quam tamen non merebuntur, quia nullus meretur nisi in hac vita.

Ca. 3. ad Petrum, continuo.

Matth. 25. d.

Quare dicuntur tenebræ exteriores. B

Hic quæri potest. Quare illæ tenebræ, quibus inuoluentur mali in gehenna, dicuntur tenebræ exteriores? Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem & spiritualem, scil. Deum erunt. Nunc n. etsi patiantur tenebras In cæcitate mētis, non tamen penitus extra lucem Dei sunt, nec corporali luce priuantur. De hoc Aug. sic ait, Ira Dei & in iudicio erit, & hic est in cæcitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, ni-

Gloss. ord. ad Psal. 6. versu. 7. Turbatus est à furore.

1. Tim. 6. c

si esse in summa cęcitate Siquidem habet Deus lucem inaccessibilē. Hæ autem tenebræ hic iam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur, sed non penitus dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras, & non hic: quia ibi secludetur penitus à luce Dei, quod non hic. Sed quomodo intelligenda est illa secluſio? An quia non videbunt Deum per speciem? Sed nec aliquis videt hic Deum per speciem,
Psalm. 23. An per dissimilitudinem, quam fecit peccatum inter Deum & hominem? Sed & hic multi per grauia peccata elongantur à Deo. An quia deum oderunt, ita vt velint Deum non esse? Sed & hic multi Deum oderunt, de quibus scriptum est, Superbia eorum, qui te oderunt, ascēdit semper. quę est, illa elongatio? Sane exteriores tenebræ intelligi possunt, quædam malignitas odij & voluntatis, quæ nunc excrescet in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei: quia tormentorum interiorum & exteriorum doloribus adeo afficientur & turbabuntur, vt ab illis ad cogitandū aliquid de Deo vix, vel raro, vel nunquam mentem reuocent. Vt qui nimio premuntur pondere, adeo stupescunt & turbantur, vt interim in aliam cogitationem non se extendant sed illuc tendit impetus cogitationis, vbi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est, vt penitus secludatur à cogita-
Super psa. c tione Dei: quia nec perdit appetitum beatitudi-
Luc. 19. fg nis, & quendam boni amorem quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores & profundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium dicit Aug. opponens de illo diuite, qui in inferno positus, eleuans oculos vidit Abraham, & in sinu eius Lazarum cuius comparatione coactus est confiteri mala sua, vsq; adeo vt fratres roget ab his præmoneri: quod ante iudicium factum legitur. Sed post iudiciū in profundioribus tene-

enebris erunt impij, vbi nullam Dei lucem videbunt, cui confiteantur.

De animabus damnatorum si quam habent notitiam eorum quæ hic fiunt. C

Præterea quæri solet, si reproborũ animæ, quæ nunc in inferno cruciantur notitiam habeant eorum quæ circa suos in hac vita geruntur, etsi aliquo modo doleãt super infortuniis suorum charorum? Hanc quæstionem Aug. commemorat, ex parte eam explicans, ex parte vero insolutã relinquens: ait enim, Quæret aliquis, an vllus dolor tangat mortuos, de his quæ in suis post mortem cõtingunt? vel quomodo ea, quæ circa nos aguntur, nouerint spiritus defunctorum? Cui respondeo magnam esse quæstionem, nec in præsenti disserendam. Veruntamen breuiter dici potest, quod est cura mortuis de suis charis, vt de diuite legitur: qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abrahã, & inter alia dixit. Habeo enim quinque fratres: mitte aliquem ex mortuis, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de viuis, quos sciunt viuere: quia nec in locis pœnarũ vident eos. vbi diues sine fratribus erat, nec in requie beatorum, vbi Lazarum & Abraham, quamuis longe, agnoscebat. Non tamẽ ideo consequens est eos scire, quæ circa charos suos aguntur hic, vel læta, vel tristia.

Aug. adver. 14. Psal. 103. Et disperiat de terra. t. 8.

Luc. 16.

Quomodo accipienda sunt, quæ de Lazaro & diuite leguntur. D

Si quis autem quærat, Quomodo intelligatur, quod de Lazaro & diuite legitur? Audiat Aug. responsum dicẽtis, si quis putat animas corpore extutas locis corporalibus contineri, cũ sint sine corpore, non deerunt qui faueant, & diuitem sitientem in loco corporali fuisse contendant, ipsamque gratiam corpoream propter arentem linguam, &

Aug. de Gen. ad literã. li. 8. c. 5. tom. 3.

stillam de Lazari digito cupisse. Sed melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur diuitis lingua, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abrahæ, & huiusmodi, vix à mansuetis, ā contentiosis autem nunquam inuenitur.

Si se vident boni & mali.

Glos. or. hæc habet ad illud cap. 16. Luc. Eleuãs autẽ oculos. ex ho. 40 ad illud idem Greg.

Solet etiam quæri, Vtrum vicissim se videant illi, qui sunt in inferno, & illi qui sunt in gloria? Sicut sancti tradunt, & boni malos, & mali bonos vident vsq; ad iudicium. Post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Vnde Gregor. Infideles in imo positi, ante diem iudicii fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

De chaos inter bonos & malos.

Sed cum sancti malos in tormentis videant, nonne aliqua compassione erga eos mouentur? nonne eos de tormentis liberare cupiunt? Recolendum est euangelicum, quod Abraham diuiti respondit. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt transire ad vos non possint, neq; inde huc transmeare. Quid est illud chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari valent? Adeo enim sancti Dei iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeāt, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire ad illos, sed non possunt? quia si Dei iustitia admitteret, non fieri eis molesta liberatio eorum. Vel ita dicuntur velle & non posse: non quia velint, & non possint, sed quia etsi vellēt, non possent eos iuuare. De hoc ita Gregor. ait. Sicut reprobi à pœnis ad gloriam Sanctorum transire volunt, & non possunt: & ita iusti per misericordiam mente ire volunt ad positos in tormentis, vt eos libē-

Greg. ad illud Luc. 16. Et in his omnibus inter nos ho. 40.

liberent, sed non possunt: quia iustorum animæ etsi in naturæ suæ bonitate misericordiam habēt, iam tunc auctoris suæ iustitię coniunctæ tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

Quod visa impiorum pœna nō minuit beatorum gloriam. G

Postremo quæritur. An pœna reproborum visa decoloret gloriam beatorum? an eorum beatitudini proficiat? De hoc ita Greg. ait. Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinem aspecta pœna reproborum: quia vbi iam compassio miseriæ non erit, minuere beatorum lætitiam nō valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vident pœnas malorum, quas per gratiam euaserunt: quia qui Dei claritate vident, nil in creatura agitur, quod videre non possint. Non est autem mirandum, si sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia, cū prophetæ mortales adhuc videre hæc omnia meruerunt. Egredientur ergo electi, non loco, sed intelligentia vel visione manifesta, ad vidēdum impiorum cruciatus: quos videntes non dolore afficientur sed lætitia satiabuntur, agentes gratias de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Vnde Esaias impiorum tormenta describens, & ex eorum visione lætitiam bonorum exprimens ait. Egredientur, electi sc. & videbunt cadauera viuorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni, id est, electis. Lætabitur enim iustus, cum viderit vindictā.

Greg. ad illud Luc. 16. rogo te pater, ho. 40. Greg. paulo inferius.

Hier. ad illud cap. 66. Esaiæ. Egredientur & videbunt. t. 5. Esa. vlt. g

Psal. 57.

Hæc de pedibus sedentis super solium excelsum, quos Seraphin duabus alis velabant, scripto. i, etsi non auditori, commemorasse sufficiat: qui à facie exorsus sedentis: per media ad pedes vsque via duce peruenit.

LIBRI IV. ET VLTIMI FINIS.

SEQVVNTVR VARII ARTICVLI ERRONEI OMNIVM PENE FACVLTATVM, IN ANGLIA & Parisiis studiose & auctoritatiue condemnati, cum reuocationibus eorundem.

PRÆFATIO.

VNIVERSIS præsentes literas inspecturis Stephanus permissione diuina Parisiensis Ecclesiæ minister indignus, Salutem in filio virginis gloriosæ. Magnarum & personarum grauium crebra zeloq; fidei accensa insinuauit relatio, quòd nonnulli Parisiis studentes in artibus propriæ facultatis limites transcendentes, quosdã manifestos & execrabiles errores, immo potius vanitates & insanias in rotulo seu schedulis huic annexo seu annexis contentos quasi dubitabiles in scholis tractare & disputare præsumunt: non attendentes illud Gregor. Qui sapienter loqui nititur magnopere metuat, nec eius eloquio audientiũ vnitas confundatur: præsertim cum errores prædictos gentilium scripturis muniunt, quos prius pudor ad suam imperitiam asserunt sic cogentes, vt nesciant eis respondere. Ne autem quod sic innuunt, asserere videantur, responsiones ita palliant, quod dum putant vitare Scyllam incidunt in Charibdim. Dicunt enim ea esse nota & vera secundum philosophiam, sed non secundum fidem catholicam, quasi sint duæ veritates contrariæ, & quasi contra veritatem sanæ scripturæ sit veritas in dictis gentilium damnatorum: de quibus scriptum est. Perdam sapientiam sapientum, quia vera sapientia perdet falsam sapientiam. Vtinam tales attenderent dictum sapientis seu consilium dicentis, Si tibi est intellectus, respondeproximo tuo: sin autem, sit manus tua super os tuum, nec capiaris in verbo indisciplinato & confundaris. Ne igitur incauta locutio trahat simplices in errorem, nos tam doctorum sanctæ theologiæ, quam aliorum communicato consilio districte talia fieri & consilia prohibemus & ea totaliter condemnamus, excommunicantes omnes illos, qui dictos errores dogmatizauerint, vel aliquem de eisdem dogmatizare aut defendere vel sustinere præsumpserint quoquo modo, & audientes eorum,

eorum, nisi infra septem dies nobis vel Cancellario Parisiensi duxerint reuelandum, nihilominus processuri ad pœnas contra eos pro qualitate culpæ, prout ius dictauerit infligendas. Librum etiam de amore siue de Deo amoris, qui sic incipit. Cogit me multum & cætera, & sic terminatur. Caue igitur Galtere amoris exercere mandata, &c. Item etiam librum Geomantiæ, qui sic incipit. Æstimauerunt Indi &c. & sic terminatur, Ratiocinare igitur super eam, & sic inuenies, &c. Item libros & rotulos, & quaternos nigromanticos, aut continentes experimenta sortilegorum, inuocationes dæmonum seu coniurationes in periculum animarum, seu in quibus de talibus & similibus fidei orthodoxæ & bonis moribus aut operibus euidenter aduersantibus tractatur, per eandem sententiam nostram condemnamus, & omnes qui dictos rotulos, libros & quaternos dogmatizauerint & audierint, nisi infra septem dies nobis vel Cancellario Parienſi reueladuerint, eo modo quo superius est expressum. In his scriptis sententiam excommunicationis ferentes ad alias pœnas, prout grauitas culpæ exegerit nihilominus processuri. Datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: die dominica qua cantatur, Lætare Hieruſalem in Eccleſia Pariſienſi.

COLLECTIO ERRORVM PARISIIS CONDEMNATORVM.

ERRORES PARISIIS CONDEMNATI à Domino Guillermo Episcopo Parisiensi.

DE erroribus quos cõdemnauit Stephanus episcopus Parisiensis.

De erroribus quos idẽ Dominus condemnauit alia vice, vbi primo ponuntur errores de Deo.

Errores de intelligentia vel angelo,

Errores de anima vel intellectu.

Errores de voluntate siue libero arbitrio.

Errores de mundo & mundi æternitate

Errores de cœlo & stellis.

Errores de necessitate euentus rerum.

Errores de accidente.

Errores de sacra scriptura.

Errores de fide & sacramẽtis.

Errores de raptu.

Errores de vitiis & virtutibus.

Errores de resurrectione.

Errores de fælicitate siue beatitudine.

Errores Ioannis Guion, ordinis fratrum Minorum.

Errores Ioannis de Marcuria ordinis Cistercienſium.

Errores magistri Nicolai de Vltricuria.

Item quidã articuli damnati ab episcopo Parisiensi & magistris theologię anno domini 1340.

Copia schedulæ reuocationis quorundam articulorum fratris Dionysij Soulechat, ordinis fratrum Minorum factę per eundem Parisiis & in curia Romana.

Reuocatio magistri Ioannis de calore.

Reuocatio Ludouici facta anno domini 1302.

Reuocatio fratris Guidonis, ordinis hæremitarum S. Augustini.

Reuocatio Symonis facta anno domini 1301.

Articuli in quibus magister sententiarum cõmuniter non tenetur.

Determinatio quædam Parisiis facta per almam facultatẽ theologicam, Anno Domini 1318. super quibusdam superstitionibus nouiter exortis.

Ex-

Excerpta principalium articulorum tractatus cuiusdã contra errores fratris Ioann. de Monteſono ordinis Prędicatorum, in quo continentur etiam errores contra immaculatam virginis Mariæ conceptionem.

Iſti ſunt errores deteſtabiles contra catholicam veritatem, reperti in quibuſdam ſcriptis. Quos quicunq; dogmatizauerit vel defenderit, à venerabili patre Guillermo Pariſienſi epiſcopo, conuocato concilio omniũ magiſtrorum tunc Pariſiis degentium, vinculo anathematis eſt innodatus. Et ideo eos cauere debent omnes profeſſores fidei orthodoxæ.

Primus eſt, quod diuina eſſentia in ſe nec ab angelo, nec ab homine videatur vel videbitur.

Secundus error eſt, quod licet diuina eſſentia eadẽ ſit in patre, & filio, & ſpiritu ſancto: tamen vt hæc eſſentia eſt in ratione formæ vna ei in patre & filio, licet non vna in ſpiritu S. & in his: & tamen forma idem eſt quod diuina eſſentia.

Tertius eſt, quod ſpiritus ſanctus, prout eſt amor & nexus, non procedit à filio, ſed tantum à patre.

Quartus eſt, quod multæ veritates fuerunt ab æterno, quæ non ſunt ipſe Deus.

Quintus eſt. primum nunc vel principium & creatio paſſio non ſunt creator vel creatura.

Sextus, quod angelus malus in primo inſtanti ſuæ creationis fuit malus: & nunquã fuit non malus.

Septimus eſt, quod nec animæ glorificatæ nec corpora glorioſa vel glorificata erunt in cęlo empyreo cum angelis, ſed in cælo aqueo vel cryſtallino, quod eſt ſuper firmamẽtum. Quod etiam dicere præſumunt de beata virgine.

Octauus, quod angelus in eodem inſtanti poteſt eſſe in diuerſis locis: & eſt vbique ſi velit eſſe vbique.

Nonus eſt, quod qui habet meliora naturalia de neceſſitate, habebit maiorem gratiã & gloriam.

Decimus eſt, quod diabolus nunquã habuit vnde poſſet ſtare. Nec etiam Adam in ſtatu innocentiæ.

ASSERTIONES OPPOſitæ erroribus prædictis.

FIrmiter credendum eſt, & nullatenus dubitandum,

quod Deus in sua substantia essentia vel natura videbitur ab angelis sanctis & animab. glorificatis.

Item, quod est vna essentia substãtialis vel natura in patre & filio & spiritu sancto. Et eadem essentia in ratione formæ in patre & filio & spiritu sancto.

Item, quod spiritus sanctus, prout est sanctus & amor procedit ab vtroque scilicet, patre & filio.

Item, quod vna sola veritas fuit ab æterno, quæ est Deus. Et quod nulla veritas fuit ab æterno, quę nõ sit illa veritas.

Item quod primum nunc & creatio passio est creatura.

Item, quod malus angelus aliquando fuit bonus & non malus, & post peccando factus est malus.

Item, quod idem est locus corporis, scilicet, empyreum cælum, sanctorum angelorũ, & beatarum animarum, & idẽ erit corporum humanorum glorificatorum: & similiter idem est locus spiritualis sanctorum angelorum & hominum bonorum.

Item, quod angelus est in loco per distinctiones, ita quod si est hic, non est ibi in eodẽ instanti: impossibile est n. eum in eodem instanti esse vbiq;, cũ hoc sit propriũ Dei.

Item, quod secundũ, quod præordinatum est & prædestinatum à Deo dabitur gratia & gloria.

Item, quod malus angelus & Adam habuerũt vnde possent stare, etsi non vnde possent proficere.

Item, eodem anno dominica qua cãtabitur Lætare Hierusalẽ. 1270. Guilielmus postmodũ Constantien. Episcopus in sermone beati Ioannis Baptistæ in domo minorũ Parisiis prædicauit, quod liberũ arbitrium habet potentiam naturalem ad recipiẽdũ gratiam non effectuam aliquo modo quod falsum est, quia nolens non recepit eam. Secundo quod quidam natus nunquã fuit in gratia: sed semper Hismael aut Iudas fuit, & nunquã Ioannes, quod est cõtra fidem. Baptisati enim habent gratiam. De qua reprehensus publice in consequenti die Apostolorum Petri & Pauli publice retractauit Pax & gratia omnibus asserentibus hãc veritatem. Data fuit hæc sententia Parisiis Anno domini. 1240. in octaua Epiphaniæ.

Isti sunt errores condemnati

nati & excommunicati cum omnibus qui eos scienter docuerint vel asseruerint à domino Stephano Parisien. episcopo Anno domini 1270. die Mercurij ante festum B. Nicolai hyemalis.

Primus articulus est, quod intellectus omnium hominũ est vnus & idem numero.

Secundus est, quod illa est falsa vel impropria, Homo intelligit.

Tertius est, quod voluntas hominis ex necessitate vult vel eligit.

Quartus, quod omnia quæ in inferioribus aguntur subsunt necessitati corporum cælestium.

Quintus, quod mundus est æternus.

Sextus, quod nunquam fuit primus homo.

Septimus, quod anima, quę est forma hominis secundum quod homo corrumpitur corrupto corpore.

Octauus, quod anima separata post mortem non patitur ab igne corporeo.

Nonus, quod liberum arbitrium est potentia passiua nõ actiua, Et quod necessitate mouetur ab appetibili.

Decimus, quod Deus non cognoscit singula.

Vndecimus, quod Deus nõ cognoscit aliud à se.

Duodecimus, quod humani actus non reguntur prouident a diuina.

Tredecimus, quod Deus nõ potest dare immortalitatem vel incorruptibilitatem rei corruptibili vel mortali.

Isti articuli, qui sequuntur condẽnati sunt à domino Stephano Parisien. episc. de consilio magistrorum Theologię. Anno domini 1226. die dominica qua cãtatur Lætare Hierusalem in ecclesia Parisien. Vbi excommunicauit in scriptis omnes illos, qui eos docuerint & defẽderint. Et primo ordinãtur illi, qui sũt de deo.

Primus, quod Deus non est trinus & vnus: quoniam trinitas non stat cum summa simplicitate. Vbi enim est pluralitas realis ibi necessario est additio & compositio. Exemplum de aceruo lapidum.

Item, quod Deus non potest generare sibi similem: quod enim generatur ab aliquo habet principiũ aliquod à quo dependet: & quod in Deo generare nõ est signũ perfectionis.

Item, quod Deus non cognoscit alia à se.

Item, quod Deus nõ potest dare perpetuitatem rei trãsmuta-

mutabili vel corruptibili, vt est corpus humanum.

Itē, quod Deus siue prima causa non posset producere effectum sibi æqualē nisi temperaret suam potentiam.

Item quod Deus non posset facere plures animas in numero.

Item, quod Deus nunquam plus creauit intelligentiam quam modo creauit.

Item, quod Deus est infinitæ virtutis in duratione, non in actione: talis enim infirmitas non est nisi in corpore finito si esset.

Et quod prima causa non posset plures mundos facere.

Itē quod sine agente proprio vt patre à solo Deo non posset fieri homo.

Item quod Deum in hac vita mortali possumus intelligere essentiam.

Item, quod Deus non potuit feciſſe primam materiam nisi mediante corpore cæleſti.

Item, à voluntate antiqua non potest nouum procedere absque transmutatione præcedente.

Itē, quod prima causa non habet cognitionem aut scientiam futurorum contingentiū. Primo, quia futura cōtingentia sunt non entia. Secundo, quia futura contingentia sunt particularia. Deus a. cognoscit virtute intellectiua, quæ non pōt cognoscere particulare. Vnde si nō esset sensus, forte intellectus nō distingueret inter Socratem & Platonē: licet distingueret inter hominē & asinum. Tertium, propter, ordinem causæ ad causatum: præscientia enim diuina est necessaria causa præscitorum. Quarta, ratio est ordo scientiæ ad scitum: quanuis enim scientia non sit causſa fati, ex quo tamen scitur determinatur ad alteram partē contradictionis: & hoc multo magis in scientia diuina, quam in scientia nostra.

Item, quod primum principiū non potest esse sine diuersorum factorum hic inferius nisi mediantibus aliis causis, eo quod nullum trāsmutans diuersimodè transmutat nisi transmutatum.

Item, quod ab vno primo agente non potest esse multitudo effectuum.

Itē, quod primum principium non est causſa propria æternorū nisi metaphorice, id est, quia conseruat ea, quia nisi esset ea non essent.

Item, quod sicut ex materia non potest aliquid fieri ex agen-

gente, ita nec ex agente potest aliquid fieri sine materia. Et quod Deus non est causa efficiens nisi respectu eius, quod habet esse in potentia materiæ.

Item, quod entia declinant ab ordine caussæ primæ in se consideratæ, licet non in ordine ad reliquas causas agētes in vniuerso. Hoc est error, quia essentialior & inseparabilior est ordo entiū ad caussam primam quam ad causas inferiores.

Item, quod Deus nō potest esse causa noui facti: nec potest aliquid de nouo producere.

Item, quod Deus nō potest mouere cœlum motu recto. Et est ratio, quia tunc relinqueret vacuum.

Item, quod Deus nō potest irregulariter, id est, alio modo quā mouet mouere aliquid: quia in eo non est diuersitas voluntatis.

Item, quod Deus est æternus in agendo & mouendo sicut in essendo, alioquin ab alio determinaretur quod esset prius illo.

Item illud quod de se terminatur vt Deus, aut semper, aut nunquam & quod multa sunt æterna.

Itē quod Deum necesse est facere quicquid immediate fit ab ipso error: siue intelligatur de necessitate coactionis quia tollit libertatem arbitrij: siue de necessitate immutabilitatis quia ponit possibilitatem aliter faciendi.

Item quod primum principium non potest immediate producere generalia: quia sunt effectus noui.

Effectus autem noui exigit causam immediatā quæ potest aliter se habere.

Item quod primū principiū non potest aliud à se producere: quia omnis differētia quæ est inter agens & factum, est per naturam.

Item quod Deus nō potest immediate cognoscere cōtingentia nisi per aliam causam particularem & proximam.

Item quod si omnes causæ fuerint aliquando in quiete, necesse est ponere Deum mobilem.

Item quod Deus est prima & necessaria causa primæ intelligētiæ, qua posita ponitur effectus, & sunt simul duratione.

Itē quod Deus nō est necessaria causa motus corporū superiorū & cōiunctionis & diuisionis cōtingentis in stellis.

Item

Item ad hoc quod effectus omnes sint necessarii respectu causæ primæ non sufficit quod ipsa causa prima non sit impedibilis, sed exigitur quod causæ mediæ non sint impedibiles. Error: quia tunc Deus non posset facere aliquem effectum nouum sine causis posterioribus.

Item quod Deus possit agere contraria, hoc est mediante corpore cœlesti quod diuersum in vbi.

Item quod Deus infinitus virtute: non quia faciat aliquid de nihilo: sed quia communicat motum infinitum.

Item quod Deus non potest in effectum causæ secundariæ sine ipsa causa secundaria. Error.

Item quod effectus immediatus à primo debet esse vn⁹ tantum & similimus primo.

Itẽ quod Deus vel intelligentia non infundit scientiam animæ humanæ in sumno nisi mediante corpore cœlesti.

Item quod plures sunt motores primi cœli. Error.

Item quod primum immobile simpliciter non mouet nisi mediante aliquo motu: & quod talè mouens immobile est pars moti ex se.

Item quod potentia actiua non potest esse sine operatione & permixta potentiæ passiuæ. Error, si intelligatur de quacunque operatione.

Item quod Deus non potest indiuidua multiplicare sub vna specie sine materia.

Item forma quam oportet fieri & esse in materia non potest agi ab illo quod non agit ex materia.

Item quod Deus non potest facere accidens sine subiecto nec plures demensiones simul esse.

Item quod impossibile simpliciter non potest fieri à Deo, vel ab agente. Error, si intelligatur de impossibili secundum numerum vel naturam.

Item quod alius est intellectus in ratione secundū quod Deus intelligit se & alia. Error quia licèt sit alia ratio intelligendi: non tamen alius intellectus secundum rationem.

Item quod prima causa est causa omnium entium remotissima. Error: si intelligatur cum præcisione. ita scilicet quod nō propinquissima est.

Item quod aliqua possunt casualiter euenire respectu primæ causæ, & quod falsum est omnia esse præordinata à prima causa, quia nunc euenirent de necessitate.

Item

Item quod in causis efficientibus causa secunda habet actionem quam non accepit à prima causa.

Item quod in causis efficientibus cessante causa prima non cessat secunda ab operatione sua, dum tamen secunda operetur secundum materiam suam.

Item quod de Deo non potest cognosci nisi quia est siue ipsum esse.

Item quod Deum esse ens per se positiue non est intelligibile sed priuatiue est ens aut per se intelligibile.

ERRORES de angelo vel intelligentia.

Item quod omnia separata coæterna sunt primo principio.

Item quod intelligentiæ superiores creant animas rationales sine motu cœli. Intelligentiæ autem inferiores creant vegetatiuam sensitiuam motu cœli mediante.

Item quod intelligentia angelus vel anima separata nusquam est.

Item substantiæ separatæ eo quod habent vnum appetitum non mutantur in opere aut operatione.

Item quod intelligentiæ siue substantiæ separatæ quas dicunt esse æternas non habent proprie causam efficientem sed metaphoricè: quia habēt causam conseruantem in esse sed non sunt factæ de nouo, quia sic essent trāsmutabiles.

Item quod in substantiis separatis nulla est possibilis transmutatio, nec sunt in potentia ad aliquam mutationem ad aliud, quia æternæ sunt & immunes materia.

Item quod substantiæ separatæ quæ non habent materiam per quā plus sint in potentia quam in actu, & sunt à causa semper eodem modo sē habente, ideo sunt æternæ.

Item quod substantiæ separatæ per suum intellectum causant res ad extra.

Item quod intelligentia motrix cœli influit in animā rationalem sicut corpus cœli influit corpus humanum.

Item quod angelus non potest in actus oppositos immediate, sed in actus mediatos: & hoc mediante alio, vt orbe, sole vel cœlo.

Item quod angelus nihil intelligit de nouo.

Item quod si esset aliqua substantia separata, quæ non moueret aliquod corpus in hoc mundo sensibili, non clauderetur in vniuerso.

Item

Item quod ſubſtantiæ ſempiternę ſeparatę à materia habent bonum: quod eſt eis poſſibile cum producuntur: nec deſiderant aliquid quo carẽt.

Item quod ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt ſua eſſentia, quia in eis idem eſt quod eſt & per hoc quod eſt.

Item quod omne quod nõ habet materiam eſt ęternum: quia quod non eſt factum per tranſmutationem materiæ prius non fuit, ergo ęternum.

Item quia intelligentiæ nõ habent materiam, Deus non poſſet plures res eiuſdem ſpeciei facere: & quod materia non eſt angelis cõtra fratrem Thomam.

Item quod intelligentiæ ſuperiores non ſunt cauſſa alicuius nouitatis in inferioribꝰ. Et quod ſuperiores inferioribus ſunt cauſa æternæ cognitionis.

Item quod intelligẽtia perficitur à Deo in æternitate, quia ſecundum ſe totum immutabilis eſt; anima autem cæli non.

Item quod intelligentia inferior recipit eſſe à Deo per intelligentias medias.

Item quod ſcientia intelligentiæ non differt à ſubſtantia intelligentiæ: ibi enim nõ eſt diuerſitas intellecti ab intellectibilitate, nec diuerſitas intellectorum.

Item quod ſubſtãtiæ ſeparatę ſunt in actu infinitę: infinitas enim non eſt impoſſibilis niſi in rebus materialibus.

Item quod intelligentiæ ſuperiores imprimunt in inferioribus ſicut ãima vna intellectiua imprimit in aliam & in animam ſenſitiuam: & per talem impreſſiõem incãtator aliquis proiecit camelũ in foueam ſoloviſu.

Item quod intelligentia cũ ſit plena formis: imprimit alias formas in materia per corpora cęleſtia tanquam per inſtrumenta.

Item quod ſubſtãtię ſeparatę ſunt alicubi per operationem & non poſſunt moueri ab extremo in extremũ, nec medium: niſi quia poſſunt velle operari aut in medio aut in extremis. Error: ſi intellgatur ſine operatione ſubſtantiam non eſſe in loco nec tranſire de loco in locum.

Item quod intelligentia ſola voluntate mouet cęlum.

Item ſubſtantiæ ſeparatæ nuſquam ſunt ſecundum ſubſtãtiam. Error: ſi intelligatur ita quod ſubſtantia ſit res eſſendi in loco: verum eſt quod nuſquam

nusquam sunt secundum substantiam.

ERRORES de anima & intellectu.

Item quod intellectus non est forma corporis, nisi sicut nauta nauis: nec est perfectio essentialis hominis.

Item quod intellectus quando vult induit corpus, quando non vult non induit.

Item quod ex sensitiuo & intellectiuo non sit vnum per essentiam nisi sicut ex intelligentia & orbe, hoc est vnum per appositionem.

Item quod intellectus humanus est æternus, quia est à causa semper eodem modo se habente: & quoniam non habet materiam per quam prius est in potentia quam actu.

Item quod anima separata nullo modo patitur ab igne.

Item quod intellectus est vnus numero omnium licet omnino separatur à corpore hoc: non tamen ab omni.

Item quod intelligentia Sortis corrupti non habet scientiam eorum quæ habuit.

Item quod anima humana nullo modo est mobilis secundum locum nec per se nec per accidens: & si ponatur alicubi secundum substantiam suam nunquam mouebitur de vbi ad vbi.

Item quod scientia animę est terrena: & quod intellectus agens, & possibilis sunt æterni.

Item quod motus cœli sunt propter animam intellectiuam, & quod anima intellectiua sui intellectus non potest educi nisi mediante corpore.

Item quod nulla forma ab extrinseco veniens potest facere vnum cum materia quod enim separabile est cum eo quod est corruptibile vnum non facit.

Item anima separata non est alterabilis secundum philosophiam licet secundum fidem alteretur.

Item quod anima rationalis quando recedit ab animali adhuc remanet animal vnum.

Item quod anima intellectiua cognoscendo se cognoscit omnia alia: species enim omnium rerum sibi sunt concreatæ: sed hoc cognoscere non debetur in-

tellectui nostro vt noster est: sed quod secundum intellectus est agens. error est.

Item quod anima est inseparabilis à corpore, & ad corruptionem harmoniæ corporalis corrumpitur anima.

Item quod scientia magistri, & discipuli est vna & eadem numero: & ratio est quia intellectus vnus est: quia forma non multiplicatur nisi quia educitur de potentia materiæ.

Item quod intellectus agens non copulatur nostro possibili, & quod intellectus possibilis non vnitur nobis secundum substantiam: & si vniretur & forma nobiscum esset inseparabilis.

Item operatio intellectus non vniti copulatur corpori, ita quod operatio est rei, non habentis formam qua operetur. Error est: quia ponit quod intellectus non sit forma hominis.

Item quod nihil potest sciri ab intellectu post eius separationem.

Item quod intellectus qui est postrema hominis perfectio, est penitus abstractus. Vel quod intellectus vltima, vel est postrema operatio hominis, & est totaliter abstractus.

Item quod intellectus possibilis est inseparabilis à corpore simpliciter quantum ad hunc actum, qui est specierum receptio, & quantum ad iudicium quod fit per simplicem specierum acceptionem, vel intelligibilium compositionem. Error: si intelligatur de receptione omnimoda.

Item quod intellectus agens est quædam substantia separata superior ad intellectum possibilem: & quod secundum substantiam, potentiam & operationem est separatus à corpore nec est forma corporis humani.

Item quod inconueniens est ponere aliquos intellectus nobiliores alijs: quia cũ illa diuersitas nõ possit esse à parte corporũ, oportet quod sit à parte intelligentiarum: & sic animę nobiles & ignobiles essent necessariæ diuersarũ specierũ sicut intelligentiæ. Error: quia sic anima Christi non esset nobilior anima Iudæ.

Item

Item quod intellectus speculatiuus simpliciter est æternus & incorruptibilis, respectu vero huius hominis corrumpitur corruptis phantasmatibus in eo.

Item quod intellectus possibilis est in actu antequam intelligat: quia in natura intelligibili esse aliquid in actu est esse actu intelligens.

Item quod ex intelligente & intellecto fit vna substantia, & quod intellectus sit ipsa res intellecta formaliter.

Item quod nos peius vel melius intelligimus, hoc prouenit ex intellectu passiuo quem dicunt esse potentiam sensitiuam. Error est: quia hic ponit vnum intellectum in omnibus, aut æqualitatem in omnibus animalibus.

Item quod intellectus non potest transire de corpore in corpus: ita quod successiue sit motor diuersorum corporum.

Item quod intellectus noster per sua naturalia potest pertingere ad cognoscendam essentiam primæ causæ. Hoc male sonat, est error si intelligatur de cognitione mediata.

Item quod anima nunquam moueretur nisi corpus moueretur: sicut graue vel leue nunquam moueretur nisi aer moueretur.

ERRORES de voluntate sine libero arbitrio.

Item quod de sui natura non est determinandum ad esse vel non esse non determinatur nisi ad aliquod quod est necessarium respectu sui. Error.

Item quod voluntas manente passione & scientia in particulari, & in actu non potest agere contra eam.

Item si ratio recta, & voluntas recta Error est, quia est contra glos. Aug. super illum Psal. Concupiuit anima mea desiderare &c. Et quia secundum hoc ad rectitudinem voluntatis gratia non esset necessaria, sed solum scientia, quod fuit error Pelagii.

Item quod voluntate existente in tali dispositione, in qua nata est moueri, & mouente sic disposito quod natum sit moueri, impossibile est voluntatem non velle.

Item quod morbus est causa voluntatis medici vt sanet.

Item quod voluntas & intellectus, non mouentur in actu per se, sed per causam sempiternam, scil. per corpora cœlestia.

Item quod appetitus cessantibus impedimentis necessario mouetur ab appetibili. Error est de intellectiuo.

Item quod voluntas secundum se est indeterminata ad oppositа sicut materia. Determinatur autem ab appetibili sicut materia ab agente.

Item quod homo agens ex passione coactè agit.

Item quod post conclusionem factam de aliquo faciendo voluntas non manet libera, & quod pœnæ non adhibentur à lege nisi ad correctionem ignorantiæ, & vt correctio sit aliis principium cognitionis vel generationis.

Item quod voluntas hominis necessitatur per suam cognitionem sicut appetitus bruti.

Item quod nullum agens est ad vtrumlibet, imò determinatur.

Item quod effectus stellarum super liberum arbitrium sunt occulti.

Item quod voluntas nostra sub acet potestati corporum cœlestium.

Item quod voluntas necessario prosequitur quod firmiter creditum est à ratione: & quod non potest abstinere ab eo quod ratio dictat. Hæc autem necessitatio non est coactio sed natura voluntatis.

Item quod homo in omnibus suis actionibus sequitur appetitum, & semper maiorem. Error est, nisi intelligatur de maiore & in mouendo.

Item quod non est possibile esse peccatum in potentiis animæ superioribus, & ita peccatur passione, & non voluntate.

Item quod scientia contrariorum solum est causa quare anima rationalis potest in oppositа, nisi per accidens & ratione alterius.

Item quod anima nihil vult nisi mota ab alio à se, vnde istud falsum est: anima se ipsa vult. Error, si intelligatur mota ab alio, scil. appetibili vel ab obiecto: ita quod appetibile, & ob-

iectum

jectum sit tota ratio motus voluntatis ipsius.

Item quod duobus bonis propositis, quod fortius est forti, mouet. Error est, nisi quantum est ex parte boni mouentis.

Item quod omnes motus voluntarij reducuntur ad motorem primum. Error nisi intelligatur in motorem primum, simpliciter non creatum. Et intelligēdo de motu secundum substantiam & non secundum deformitatem.

ERRORES de mundo & mundi æternitate.

Item quod nihil est æternum à patre finis quod non sit æternum à patre principij: quia est contra fidem, & Error.

Item quod redeuntibus corporibus cœlestibus omnibus in idem punctum, quod fit in 30. millibus annorum redibunt ijdem effectus qui & modo.

Item quod non fuit primus homo nec erit vltimus imò semper fuit, & semper erit hominis ex homine generatio.

Item quod generatio hominis est circularis eo quod forma hominis redit plu-ries super eandem partem materiæ.

Item quod quia Sortes factus est non receptibilis æternitatis, & si debet esse æternus, necesse est vt transmutetur natura & specie.

Item quod mundus est æternus quantum ad omnes species in eo contentas, & quod tempus æternum & motus & materia agens & suscipiens, quia est à potentia Dei infinita, & impossibile est innouationem esse in effectu, sine innouatione in causa.

Item quod nihil esset nouum nisi cœlum esset variatum respectu materiæ generabilium.

Item impossibile est soluere rationes Philosophi de æternitate mundi, nisi dicamus quod voluntas primi implicat incompossibilia.

Item quod duo sunt principia æterna, scilicet, corpus cœli & anima eius.

Item quod tria sunt principia æterna in cœlestibus, subiectum motus æterni, anima corporis cœlestis, & primum mouens desideratum. Error est quo ad duo prima.

Item quod mundus est æternus, quia omne quod habet naturam per quam potsit esse in futuro toto, habet naturam per quam potuit esse in toto præterito.

Item quod mundus licet sit factus ex nihilo, non tamen est factus de nouo, & quamuis de non esse exierit ad esse non esse, non præcessit esse duratione, sed natura tantum.

Item quod theologi dicentes quod cœlum quandoque quieſcit arguunt ex falsa suppositione. Et quod dicere cœlum esse, & non moueri est dicere contradictoria.

Itẽ quod infinitæ præcesserunt cœli reuolutiones, quas non fuit impossibile comprehendi à prima causa, sed ab intellectu creato.

Item quod elementa sunt æterna, sunt tamen facta de noue in dispositione quam non habent.

Item quod quamuis generatio hominũ possit deficere voluntate primi tamen nõ deficiet, quia orbis primus nõ tantum mouet ad generationem elementorum sed etiam hominũ.

Item si quod cœlum staret ignis in stupam non generet quia nec Deus esset.

Item quod cœlum nunquam quieſcit: quia generatio inferiorum quæ est finis motus cœli cessare non debet. Alia ratio quia cœlum suum esse, & suam virtutem habet à motore suo, & hoc conseruat cœlum per suum motum, vnde si cessaret à motu cessaret ab esse.

Item quod æuum, & tempus nihil sunt in re, sed solum in apprehensione.

Item quod qui generat mundum secũdum totum ponit vacuum, quia locus necessario præcedit generatum in loco: & tunc ante mundi generationem fuisset locus sine locato quod est vacuum.

Item elementa prima generatione sunt facta ex nihilo chaos, sed sunt ęterna.

Item quod vniuersum non potest deficere, quia primum agẽs habet transmutare materiam æternaliter vicissim nunc ad istam formam nunc ad illam, & similiter materia nata est transmutari.

Item quod tempus est infini-

infinitum quantum ad vtrumque extremum, licet enim impossibile sit infinita esse pertransita quorum aliquid fuit pertranseundum, non tamen impossibile est infinita esse pertransita quorum nullū fuit pertranseundum. Error.

Item quod naturalis philosophus simpliciter debet negare mundi nouitatem quia innititur causis & rationibus naturalibus. Fidelis autem potest negare mūdi ęternitatē, quia nititur causis supernaturalib⁹.

Item quod ratio philosophi demonstrans motum cœli æternum non est sophistica. Et mirum est quod homines profundi hoc non vident.

Item quod creatio non est possibilis, quamuis contrarium sit tenendum secundum fidem.

Item quod non est verum quod aliquid fiat ex nihilo, vel neque factum sit in prima creatione.

Item quod creatio non debet dici mutatio ad esse. Error, si intelligatur de omni modo mutationis.

ERRORES de cœlo & stellis.

Item quod corpora cœlestia mouentur à principio intrinseco quod est anima, & quod mouentur per animam, & per virtutē appetitiuam sicut animal.

Sicut enim anima appetens mouetur, ita & cœlū.

Item corpora cœlestia ex se habent æternitatem suæ substantiæ, sed non æternitatem sui motus.

Item quod anima cœli est intelligentia. Et orbes cœlestes sunt instrumenta intelligentiarum sicut organa: sicut auris, & oculus est organum virtutis sensitiuæ.

Item quod si in aliquo humore virtutes stellarum deuenirent ad talem proportionē cuiusmodi proportio est in seminibus primorum parentum, ex illo humore posset generari homo. Et quod sufficienter posset generari ex putrefactione vel ex putredine.

Item omnium formarum causa effectiua est orbis.

Item natura quæ est principiū motus in corporibus cœlestibus est intelligentia mouens. Error si intelligatur de natura quæ est actus vel forma.

ERRORES de necessitate euentus rerum.

Item quod nihil à casu, sed omnia à necessitate veniunt. Et omnia futura quæ erunt necessitate erunt. Et quæ non erunt impossibile est esse. Et quod nihil euenit contingenter considerando omnes casus. Error. Quia concursus causarum est de definitione casualis, lib. 5. de consolatione Philosophiæ.

Item quod ex diuersitate locorum acquiruntur necessitates euentuum.

Item quod ex diuersis signis cœli significantur diuersæ conditiones in hominib⁹ tam bonorum aut donorũ spiritualium quã rerum temporalium.

Item quod quibusdam signis aut figuris sciuntur hominum intentiones, & mutationes intentionum. Et an intentiones illæ perficiendæ sint. Et quod per tales figuras sciuntur euentus peregrinorum: captiuatio hominum, aut solutio captiuorum, & an nati futuri sint scientes vel latrones.

Item quod ferunt, quod dispositio vniuersi procedit ex prouidentia diuina non immediatè, sed mediante motu superiorum. Et quod illud facit non imponit necessitatem inferioribus, quia habent contrarietatem, sed superioribus.

Item quod sanitatem & infirmitatẽ, vitam & mortem attribuunt positioni syderum & aspectui fortunæ, dicentes quod si cum aspexerit fortuna viuet, si non aspexerit morietur. Error.

Item quod hora generationis hominis in corpore suo, & per consequens in anima quæ sequitur exordine causarum superiorũ, & inferiorum inest homini dispositio inclinans in tales actiones & euentus. Error, nisi intelligatur, de euentibus naturalibus, & per viam dispositionis.

ERRORES de accidente.

Item quod cum Deus non comparatur ad entia in ratione causæ materialis, vel formalis non facit accidens esse sine subiecto, de cuius ratione est in actu inesse subiecto suo.

Item quod accidens existens sine subiecto non est acci-

accidens nisi æquiuocè. Et quod impossibile est quantitatem siue dimensionem esse per se, hoc enim esset ipsam esse substantiam.

Item quod facere accidens esse sine subiecto habet rationem impossibilis implicantis contradictionem, vt credimus in Eucharistia. quintus Error.

Item quod Deus non posset facere accidens sine subiecto nec plures dimensiones simul esse.

ERRORES de sacra Scriptura.

Item quod sermones Theologiæ fundati sunt in fabulis.

Item quod nihil plus scitur propter scire Theologiam.

Item quod fabulæ, & falsa sunt in lege Christiana sicut & in aliis.

Item quod lex Christiana impedit addiscere.

Item quod lex naturalis prohibet interfectionem animalium irrationabiliū, sicut & rationabilium, licet non tantum.

ERRORES de fide & sacramentis.

Item quod non est curandum de fide si dicatur aliquid esse hæreticum, quia est contra fidem.

Item quod non est credendum nisi per se notum, vel ex per se notis possit declarari.

Item quod non est curandum de sepultura.

Item quod non est orandum.

Item quod non est confessio facienda nisi ad apparentiam.

ERRORES de raptu.

Item quod raptus, & visiones non habet fieri nisi per naturam.

ERRORES de vitijs & virtutibus.

Item quod peccata contra naturam vtpote abusus in coitu licet sint contra naturam speciei, non tamen contra naturam indiuidui.

Item quod simplex fornicatio, vtpote solutus cum soluta non est peccatum.

Item quod dignitas esset in causis superioribus posse facere peccata, & monstra præter intentionem, cum natura hæc posset.

Item quod delectatio in actib. venereis nō impedit actum siue vsum intellect⁹.

Item quod continentia non est essentialiter virtus.

Item quod perfecta abstinentia ab actu carnis corrumpit virtutem & speciē.

Item quod pauperis hominis fortuna non potest agere in mortalibus.

Item humilitas prout quis ostentat ea quæ habet, sed vilipendit, & humiliat se non est virtus. Error, si intelligatur quod nec actus virtuosus.

Item quod non sunt possibiles aliæ virtutes nisi acquisitæ vel innatæ.

Item quod castitas non est maius bonum quam perfecta abstinentia.

Item quod finis terribilium est mors. Error, si excludat terrorem inferni qui est extremus.

ERRORES de resurrectione.

Item quod non contingit corpus corruptum redire idem numero, nec idem numero resurget. Error.

Item quod resurrectio futura non debet credi neque concedi à philosopho, quia impossibile est inuestigari perrationem.

Error, qui etiam philosophus debet captiuare intellectum in obsequium fidei Christi.

ERRORES de felicitate seu beatitudine.

Item felicitas non potest à Deo infundi immediate.

Item dicere Deum dare felicitatem vni, & non alii est sine ratione & figmentum.

Item quod homo ordinatus quantum ad intellectum & effectum, sicut potest esse sufficienter per virtutes intellectuales, & morales de quibus loquitur philosophus in ethicis est sufficienter dispositus ad felicitatem æternam.

Item quod felicitas habetur in hac vita, & non in alia.

Item quod homo post mortē amittit omne bonū.

Item quod bonum quod homini possibile est consistit in virtutibus intellectualibus.

ISTI sunt articuli reuocati Anno domini 1308. 2. die Octobris, Parisiis per fratrem Ioan. Guion. ordinis minorum in domo prędicatorum.

Item quod generare secundum suam rationem formalem non sit in patre.

Item generare realiter ilicitum sit in diuinis.

Item

Item quod generare siue elicitum, siue inelicitum sit in filio.

Item quod generare & generari in diuinis accepta notionaliter sunt idem inter se in diuinis.

Item dicere quod pater in diuinis non sit formaliter generans alia generatione quam illa qua filius formaliter est genitus.

ERRORES Ioannis de Mercuria ordinis Cistercienſ Articuli condemnati per magistros Parisienses. Anno domini 1347 & prohibiti omnibus baccalauriis legentibus qui legunt, vel legerunt sententias sub pœna priuationis ab omni honore facultatis: quorum articulorum aliqui reputãtur erronei aliqui suspecti aut male sonãtes in fide.

Item quod satis erat possibile quod per voluntatem aut volitionem creatam Christus aliquid voluit quod nunquam debuit euenire.

Item quod Christus potuit dixisse falsum, & asseruisse assertione creata tam vocali quam mentali.

Item qualitercunq; vult Deus vult efficaciter esse.

Itẽ quod Deus facit quod aliquis peccet, & quod sit peccator, & vult voluntate beneplaciti quod ille sit peccator.

Item quod nullus peccat volendo aliqualiter aliter quã Deus velit eum velle.

Item quod Deus aliquid reprobat quod ipse vult voluntate beneplaciti.

Item quemlibet peccantem Deus vult peccare voluntate beneplaciti, & facit eum peccare & vult quod peccet.

Item quod Deus facit malum esse, & peccatum.

Item quod peccatum magis est bonum quam malũ.

Item quod aliquis faciat aliquid omnino, vt Deus vult ipsum facere voluntate beneplaciti quod talis peccet.

Itẽ quicunq; peccat conformat voluntatem suam voluntati beneplaciti Dei, sic quod illa vult sicut Deus vult eum velle.

Item quod possibile est Christum secundum volũtatem creatam errasse, & secundum hominem mendacium protulisse.

Itẽ quod posset dici quod anima Christi vnita verbo

saltem

saltem per accidens posset odire Deum vel respuere siue detestari.

Item quod si aliquis habēs vsum liberi arbitrij incidēs in tentationem tantā quod non possit illi resistere moueatur, ad illecebram cum aliena vxore non committit adulterium, & sic de aliis peccatis.

Item quod aliqua est possibilis passio cui voluntas etiam habita gratia quacunque sine miraculo non possit resistere, quin eliceret actum secundum illam & talis actus nō est peccatū.

Item quod non est peior demeritoriè in casu qui vitiosum habet habitum demeritorum cum actu quā qui habet habitū sine actu.

Item quod non est peior moraliter qui vitiosum habet habitum, & actum quam qui habitum eiusdē rationis habet sine actu.

Item quod non est melior meritoriè qui habet habitum meritorium, & actum, quam qui habet consimilem habitum sine actu.

Item quod malus quacunque malitia actuali, & habituali, æqualibus, ad inuicem non est peior ex actuali simul quam ex actuali tantum, vel ex habituali tantum.

Item quod bonus quacunque bonitate actuali, & habituali ad inuicem æqualibus non est magis bonus ex vtraque quam ex habituali tantum.

Item quod nulla creatura aut nulla circumstantia rei bona diminuit peccatum quin sit tantum quantum foret sine illa cæteris parib.

Item quod pia intentio & naturalis pietas augēt peccatum, & non diminuunt cæteris paribus.

Item peccatum post longam consuetudinem commissum est minus quam foret ante consuetudinem.

Item quod odium proximi non est demeritorium nisi quia prohibitū à Deo.

Item quod probabiliter posset sustineri cognitionē, vel volitionem non esse distinctam ab anima, imo est ipsa anima, & sic sustinens non teneretur nec cogeretur negare propositionem, per se notam negare authoritatem admittendā.

Item quod probabile est in lumine naturali non esse accidentia sed omnem rem esse

esse substantiam & quod vbi non esset fides non esset ponendum, vel probabiliter poni posset.

Item quod non est euidēs euidentia reducta ad certitudinem primi principij, quin quodcunq; quod esse posset produci nobilius.

Item quod tenentes vel communiter tenetur quod intentio volitio sensatio sint qualitates subiectiuæ existentes in anima quas potest Deus creare se solo, & qui hoc ponere vult habet concedere, & dicere quod Deus potest facere se solo, quod anima odiret proximum, & Deum de meritorie.

Item quod Deus, est causa aliqualiter actus demeritorij, vt demetorius est.

Item quod Deus est causa peccati, vt peccatum est, & mali in quantum malū est.

Item quæcunq; voluntas causat aliquid causat taliter in virtute primæ causæ.

Item quod Deus est causa maxima, & immediatæ priuationis, & iustitiæ in actu.

Item quod Deus est actio, & causa peccati, vt peccatum est.

Item quod Deus est causa cuiuslibet modi actus & cuiuslibet circumstantiæ productæ.

Item quod à Deo est quod actus demeritorius, sit in quantum demeritorius est.

Item quod quacunq; creatura demonstrata hæc est vera chimera intelligitur hæc chimæra pōt intelligi.

Item quod quacunque creatura demonstrata hæc est vera, hæc res maior Deo potest cogitari.

Item quod propter opera alicuius futura bona Deus præordinauit aliquem ab æterno.

Item quod Deus prædestinatus est ab æterno propter bonum vsum liberi arbitrij quem Deus præsciuit eum habiturum.

Item quod non sic gratis, & misericorditer Deus prædestinauit illum quem prædestinauit, quin & pro omnibus bonis ipsius futuris vel alterius.

ARTICVLI contra Magistrum Nicolaum de Vltricuria Anno Domini, 1348. post festum omnium Sanctorum.

ISTI sequentes articuli fuerunt in Romana cuina con-

cõdemnati per Magistrum Nicolaum suprad. ctũ publicè in vniuersitate Parisiens. reuocati.

Quod Deus potest præcipere creaturæ rationabiliter vt habeat ipsum odio, & ipse obediens plus meretur quam si ipsum diligeret & præcepto, quoniam hoc faceret cum maiori conatu & magis contra propriam inclinationem. Istũ articulum assero falsum.

Item si aliquis velit conformare voluntatem suam voluntati diuinæ sequitur necessario altera pars illius disiunctiuæ, vel quod Deus eum instrueret de omnibus necessariis, & concernentibus salutem suam: ita quod errare non posset, vel quod non erraret, & si erraret in quocunque actu suo ille error non esset sibi impudandus nec peccaret, immo mereturin omni actu consequente talem errorem immo plus vel tantum quantum eliciendo actum oppositum sequendo iudicium rationis. Istum articulum assero falsum, & reputo erroneum prout iacet.

Item quod in principio primo suo tenuisse dicitur, quod quilibet tenetur plus diligere meliorem proximum se quam seipsum. Istũ articulum reputo falsum.

Item quod in ecclesia sancti sepulchri Parisiis prædicasse dicitur, quod quilibet tenetur plus diligere proximum meliorem.

Istum articulum reputo falsum.

Item quod Magister Nicolaus de Vltricuria prædictus dicere debeat alte & intelligibiliter quod propter istos articulos, & propositiones per eum reuocatas, ac multos alios articulos falsos, & hæreticos huius epistolæ libelli, combusti fuerunt in scriptis reuocare debeat publice, solenniter, expresse: propositiones per eum coram nobis reuocatas, alios articulos à prædictis asserendo aliquos falsos, aliquos præsumptuosos, etiam & quod debeat iurare, in præsentia nostra ad sancti Dei euangelia quod nunquam tenebit aut docebit etiam clam vel palam: & repræsentauit se Cancellario Parisiensi, & vniuersitati magistrorum, & scholarium Parisiis studen-

studentium, & etiam regentium.

ISTI articuli qui sequuntur sunt condemnati ab Episcopo Parisiensi, & magistris Theologiæ regentibus Parisiis. Anno Domini 1340. in octaua Epiphaniæ Domini.

Item quod Domini essentia in se nec ab homine nec ab angelo videbitur.

Item quod diuina essentia, licet eadem sit in Patre & Filio & Spiritu Sancto vt est essentia, tamen vt est forma siue in ratione formæ, est vna in patre, & filio, & non vna in Spiritu Sancto.

Item quod Spiritus Sanctus prout est amor vel nexus non procedit à patre & filio sed tantum à patre.

Item quod multę fuerunt veritates ab æterno, quæ non erant Deus.

Item quod corpora glorificata non erunt in cœlo empyreo cum angelis, sed in cœlo cristalino vel aliquo quod est supra firmamentū quod prę sumebant dicere de beata Virgine.

Item quod primum nunc, & creatura non est creator nec creatura.

Item quod angelus in primo instanti suæ creationis fuit malus & nunquam bonus.

Item quod angelus in eodem instanti potest esse in diuersis locis.

Item quod qui habebit meliora naturalia habebit de necessitate meliorem gratiam & gloriam.

Itē quod diabol⁹ nunquā habuit vnde stare posset.

Item nec Adam in statu innocentiæ.

COPIA schedulæ reuocationis quorundam articulorum fratris Dionysii Soulechat ordinis fratrum minorum factæ per eundem Parisiis, & in curia Romana. Reuerendi magistri mei & Domini, dixi aliqua in principio meo sententiarum, quæ in nonnullorum auribus male sonuerunt & ex causa. Ego veritate coactus, & ex ordinatione reuerendi patris Domini Cancellarii Parisiens. ac facultate theologię magistrorum tanquam Ecclesiæ, & dictæ facultatis theologiæ humilis filius ipsa dicta in præfato principio meo male posita corrigo sub hac forma. Quia

tertia

tertia conclusio articuli quarti fuit hæc, quod hæc benè dicta imo superbene dicta lex & dulcissima, videlicet lex amoris de qua loquebar omnem aufert proprietatem & dominiū: probaui quia non quærit vindictam, quia patiens est 1. Corint. 13. non grossitiem cordis, quia patiens est doloris proximi.

Item non est ambitiosa quantum ad honores. Non quærit quæ sua sunt quantum ad temporalia: vnde glossa, non æmulatur, id est non inuidet, quia non eam aliena contristat felicitas: sed alterius bonum diligit vt suum. Prædictam conclusionem reuoco tanquam falsam erroneam & hæreticam, quia Christus & Apostoli illam legem perfectissimè tenuerunt, & adhuc multi tenent, & per Dei gratiam tenebunt qui proprietatē & dominium habebunt, dico etiam quod authoritas Apostoli, & glossa per quas probabam non probant dictam conclusionem, nec sunt ad propositum, vt apparet intuēti textum, & glossas auctenticas super illo. Ex illa conclusione intuli corrolariū primum, quod hæc lex dispensat duo pronomina possessiua, scilicet, meum & tuum: probaui quia ista duo vnum facit, immo etiam omnia in vnum congregat, sicut Dionysius dicit de cœlesti hierarchia c. 1. in principio, Omne datum optimum, & omne bonum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. Sed & cunctis à patre luminis moti apparationis processus ad nos bonitatis dono veniens rursus sunt vnum facient virtus suscitatione nos adimplet, & conuertit ad congregantis patris deitatis deificam simplicitatem, amor enim omnia vnum & vnius facit, scilicet, Dei, quia non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.

Item intuli. 2. corrolarium quod non minus facit omnia communia charitas quam extrema necessitas: probaui, quia & vnū fit ex amore sui: sed affectio iusti est intensior, & eligibilior quam commodum pro baucalaureo de Sancto Bernardo in secundo corrolario quartæ conclusionis ar-

nis articuli, igitur confirmaui per Augustinum in prologo contra quinque hæreses dicentem, quod plus obligat charitas quam necessitas: dico nunc quod ista duo corrolaria, vt sequuntur ex conclusione prædicta sunt falsa: & dico, quod authoritates illæ quas adduxi non faciunt ad propositum.

Item ex prædicta conclusione intuli aliud corrolarium quod fuit quartum quod legẽ hanc dedit Christus discipulis suis principaliter & actualiter exequendam, non solum habitualiter probaui, quia dixit. Hæc mando vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Ioan. 15. Per istud corrolarium intelligendo hanc legẽ amoris auferentem omnem proprietatem & dominũ prout conclusio dicit, si intellectum reputo falsum erroneum, hæreticum, & contra determinationem ecclesię, dico etiam quod authoritas quam allegaui non est ad propositum. Item cõclusio quarta & finalis mea fuit quod actualis abdicatio cordialis voluntatis, & temporalis potestatis dominii seu authoritatis statũ perfectissimum ostẽdit & efficit probaui, quia hoc pro regula perfectionis à Christo datũ est Matth. 9. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperib⁹.

Idem Luc. 2. Idem Marc. 10. vnde non dixit, Pone in arca aut in scrinio, sed si videas pauperes da, quia vt dixit Christus Matth. 26. Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis, & dicebam quid ideo non dicat homo hanc regulam à Deo esse datam, sed animi præparationem, scilicet si opus sit, quia vbi semper opus est, semper debet fieri. Sed quia reuera paruus color sufficit ad excusationem agere, volenti, isti volunt dare intelligere quod orichalcũ est aurum, & fel mel: sed si ex ignorantia crederent, tamen est qui quærat & iudicet, quod propositiones dicunt hanc conclusionem esse positam vniuersaliter, ideo ipsam vniuersaliter intellectam dico falsam, erroneam & hæreticam, quia nec Christus nec Apostoli statum per-

fectissimum habuissent, & authoritates ad hanc probandam adductæ non sunt ad propositum, vt patet per glossas ordinarias & Doctores in hoc studio & alibi approbatos. Alias probationes vt probabant istam conclusionem reputat falsas & erroneas. Et vltimam dico falsam iniuriosam & scandalosam. Ex prędicta conclusione quarta inferebam primum corrolarium, quod Christum non abdicasse hu usmodi possessionem, & ius in temporal bus non habetur ex nona lege immo potius oppositum, quia Matth. 8. filius hominis nō habet vbi caput reclinet. Item secundum corrolarium est illud, quod hanc legem pro regula perfectionis Christus docuit, & exemplo confirmauit: probaui per regulā nunc dictam. Vade & vende omnia quæ habes, &c. Etiam quia vocati omnia dimiserunt, Matthæus telonium, Petrus & alij retia. Matth. 19 Ecce nos rel quimus omnia. ista duo corrolaria reuoco tanquam falsa erronea & hæretica, & contra determinationem decretalis Domini Ioannis Papæ quæ incipit. Quia quorundam intercętera dicentis omnis vir in cuiusque proprietate, & in eius vsu, quæ quidem assertio continet multa falsa, cum nec Christum expropriationem prædictam in se seruasse, nec etiam imposuisse Apostolis, nec sub voto ab eis fuisse assumptam euangelica, seu Apostolica doceat historia, sed contrarium euidētius manifestat hæc decretalis. Dico etiam quod authoritates nō sunt ad propositum, vt liquidē apparet intuenti textum, & glossas ordinarias & approbatas. Præterea fuit corrolarium quartum quod intuli, quod abdicatio rerum temporalium secundū animi præparationem: nullam aut valde imperfectam, & fragilem ostendit & efficit perfectionem probaui primo, quia semper habent pauperes, secundo quia nō valet nisi ratione actꝰ. Igitur actualis est perfectior, istum articulum reuoco tanquā falsum & scandalosum, nec probationes sunt ad propositum.

Item respondendo ad quendam

quẽdam baccalaurium de domo Beati Bernardi, cum ille dixisset quod Christus talia non abdicauit, illud negaui: & dixi quod Christus talia non abdicauit, illud negaui: & dixi quod Christus nihil sibi retinuit. Ista duo dicta reuoco tanquam falsa, & hæretica, quia Christus loculos habuit propter infirmos à fidelibus oblata conseruans, quæ & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat, vt & Christi Euangelium, & B. August. ac etiam determinatio Romani Pontificis hæc testantur. Vltimum corrolarium quod posui fuit, quod non plus curauit Christus de temporalib. quam faciunt diuites de pauperibus: probaui, quia sitiuit & non habuit potum, & pro nobis nudus in cruce pependit: nunc dico quod Christus de temporalibus curauit, quia non omnia abdicauit vt superius dictũ est: quod autem innui de diuitibus quod nõ curant de pauperibus, hoc retracto tanquã iniuriosum illis diuitibus, per quorum eleemosynas pauperes sustentãtur. Hæc igitur omnia male sonantia sic pri⁹ expressa in meo dicto sententiarum principio male posita reuoco, & retracto vt dictum est promittendo bona fide, quod illa de cætero non tenebo nec dogmatizabo; & ita iuro, veniam humiliter implorans de commissis. Hæc omnia prædicta dictus frater Dionysi⁹ iterũ omnino in præsentia magistri Guillermi Romani lectoris sacri palatii Apostolici, & aliorum nouem magistrorum in theologia Parisijs reuocauit, & ad sancta Dei euangelia iurauit se appellationem quã interposuerat nõ prosecuturum, ac conclusiones prædictas, & corrolariũ tanquã falsa erronea, & hæretica abiurauit secũdum tenorẽ reuocationis alias per eum factæ Parisijs, modo & forma superius annotatis. Hæc autem reuocatio facta est Auinione in domo præfati Magistri Guillermi Romani. Anno 1365. die vltimo mensis Ianuarij inditione tertia, Põtificatus sanctiſ. in Christo Patris, & domini nostri Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ 6. anno 3. Re-

uocatio articulorum prædictorum facta per eundem fratrem Dionysium in disputationibus solennib⁹ publicè facta in Ecclesia prædicatorum Parisijs. Anno Domini 1369. Die Iouis post Quasimo. de mandato reuerendissimi in Christo Patris Domini, Domini Cardin. Beluacensis commissarij ad hoc per sedem Apostolicam deputati.

Item cum debui exponere dicta mea in curia Romana coram reuerendissimis Patribus Dominis Cardinalibus. Nemanensi & Vabrensi addidi propositiones quæ sequuntur, videlicet, quod Christus in morte omnia simpliciter abdicauit: istam reputo tanquam falsam erroneam, & hæreticam.

Item dixi, quod quando corpus in sepulchro mansit, ibi charitas abstulit ab eo omnem proprietatem & Dominum: istam reuoco tanquam falsam erroneam & hæreticam.

Item dixi, quod tunc vocauit sedes generalis dominij, vsque ad diem istam, vt sequitur ex prædictis seu ad sensum prædictarum: reuocaui & reuoco tanquam falsam & erroneam.

Item quod aliqui dicunt quod dixi in prædicta declaratione, primo quia lex amoris, id est, charitas quæ statum perfectum facit est inseparabilis à nobis, & quod loquebar de charitate siue de lege amoris, et cuius obseruatione seu obseruantia vnius cuiusq; status perfectio mensuratur loquēdo de meritoria perfectione in homine vsum rationis habente. Secundo quia cuilibet creaturæ rationali hæc lex naturaliter est indita, & tertio quod Deus secundum hanc legem viuit. Istas propositiones non credo me dixisse neque dixi, quia istas reputo falsas, erroneas & hæreticas, prædictas autem propositiones per me reuocatas abiuro, & promitto eas de cætero nec tenere, nec dogmatizare publicè vel occulte, & veniam petiui, & peto humiliter de commissis.

Reuocatio Magistri Ioannis de Calore. Anno Domini 1363.

Antequam descendam ad conclusiones habeo aliqua

qua dicere, quia in primo articulo mearum vesperiarum posui duas propositiones, vnam scilic. quod summus legislator Deus ipse dignus est infinitis perfectionibus, quas nec habuit nec habet nec habere potest. Nunc dico quod ista propositio male sonat, immo reputo eam in sensu categorico falsam, quem sensum facit: nec in illo sensu intellexi eam, sed in sensu hypothetico, sc. quod si essent infinitæ perfectiones imaginabiles quas Deus non habet, adhuc esset dignus illis perfectionibus. Eodem modo de secunda propositione, scilicet, quod infinitæ perfectiones simul in legislatoris essentia sunt dignitas ad infinitas alias.

Item quia ex prædicta inuli vnum corrolarium, scilicet, quod dictus legislator significauit se in carne ad suam assumptionem hypostaticam, intellexi significauit, id est, manifestauit. Istud autem quod vltra addidi, scilicet, quod si alias non fuisset assumptus secundum hominem dignus esset quia frueretur: & istud pluries reiteraui, dico quod intellexi & prōtuli tanquam disputabile: nunc dico, quod non est disputabile & quod est falsum.

Item quia proposui in mea conclusione tertii articuli quod sub ducta prærogatiua disparis acceptionis veritatis sub falsitate staret, vt verus cultor non amplius quam falsus mereretur, & istam pluries reiteraui, dico quod male sonat, quia procedit ex vna suppositione impossibili: alicui bus tamen posset apparere possibilis.

FVERVNT Parisiis quidam discipuli cuiusdā Almarici nomine studentes Parisiis, qui dixerunt mortuo eo, quod illud quod alias est peccatum mortale vt stuprum factum in charitate non est peccatum, impunitatem peccatorum promittentes, Deum bonum & non iustum dicentes: qui ab Ecclesia propter huiusmodi condemnati à Rege Franciæ extra portas sunt combusti. Hæresiarcha vero eorum Almaricus à generali concilio Romæ condemnatus est & excom-

municatus, & ex ciuitate exhumatus, & cinis & ossa per sterquilinium sunt dispersa, & merito.

ARTICVLI Ludouici reuocati. Anno Domini. 1362.

Primo probando primã pattem primæ suppositionis arguitur sic, Ad quolibet nomen velle vel nolle respectu cuiuslibet producibilis ad extra sequitur necessario mutatio in voluntate perfecta. Deinde arguitur hypothetice, Si Deus de nouo aliquid vellet vel nollet ad extra, seu in Deo esset nouum velle vel nolle ad extra, ipse intrinsece mutaretur: igitur velle & nolle dicunt denominationem intrinsecam. Et hæc fuit mens mea per hoc quod dixi in 2. propositione huius, quod tam velle vel nolle ad extra est actus vitalis perfectæ voluntatis ipsum immutans vitaliter: non intellexi, quod per velle & nolle Deus mutaretur intrinsece, sed quod sunt opera vitalia. Sed quia apud multos iste modus loquendi velle diuinum immutat voluntatem diuinam, significat enim quod ipse intellectus mutatur: & placet Domino Cancellario & facultati quod de cætero in diuinis tali modo quis vtatur. Dixi in 2. corrolario primæ suppositionis quod licet perfectæ voluntatis seu diuinæ essentiæ quodlibet intrinsecum sit absolute necessarium secundum suum esse reale: tamen est aliquid intrinsecus contingens, & non est necessarium secundum suum esse formale, patet de nolle & velle ductis ad extra. Istud sic explano & dico quod nihil intrinsecum Deo est contingens secundum intellectum quem facit tanquam catholicæ fidei dissonum. Similiter illud quod dixi in 3. corrolario quod stat Deum esse intrinsece aliqualẽ, & ipsum posse non esse talem, & tamen ipsum esse talem, immutabiliter, debet sic intelligi, id est, stat Deum aliquid ad extra, & ipsum posse hoc nunquã velle, & tamen immutabiliter. Quod dixi in probatione huius quod non est inconueniens quod aliquid sit Deus secundum suum esse reale, &

tamen

tamen non sit Deus secundum suū esse formale, debet sic intelligi, id est, quod aliquid sit Deus realiter, & tamen non aliqua formali denominatione denominatur, quæ sibi non competit præcise, quia Deus, sed ratione alicuius effectus: vnde supradicti damnant hanc propositionem tanquam fidei dissonam secūdum intellectum quem facit, scilicet, quod aliud est Deus secundum suum esse reale, & tamen ipsum non est Deus secundum suum esse formale.

Item dixi 9. corrolario, quod non stat intellectum perfectum cognoscere vera contingentia & illorum ad extra non esse productiuam voluntatem.

Item dixi in 10 quod perfectus intellectus ad esse peccati, vt peccatum est, non potest immediate applicare cognoscitiuo, & quod ex isto sequitur finaliter peccatum esse vel deformitatem animę non est proprie aliqua veritate verum. Primum est malè dictū, & falsum, quia ad hoc sequitur quod Deus nō cognosceret peccata aut voluntatem diuinam horum esse productiuam, quorum vtrumque est falsum & secundū fuit aliàs cōdemnatum. Et alia corrolaria pro eo quod primo cōueniunt fa sa sunt & male sonant. In 2. corrolario 2. suppositionis dixi quod stat aliquid esse actu miraculosum & tamē in illo quod sic actuat nullam ponere perfectionē simpliciter magistri nostri istum modum loquendi non approbant, scilicet, quod Deus actuetur sicut nec illū Deus immutetur.

Item in 8 45 corrolaris 2 suppositionis dixi quod perfecta voluntas non intensius diligit prædestinatum quam diligat præscitum, & quod non plus intendit siue diligit se quam diligat diabolum inesse naturali, non debui ista dicere quia in auribus audientium male sonant & falsa sunt, cum secundum August. aliquid diligere sit ei velle bonum & ideo intensius diligere est ei magis bonum velle, & ita communiter intelligunt homines.

Corrolarium 8 fuit tale quod quælibet volitio qua

Deus vult autem esse non minus distinguitur formaliter à volitione qua vultibus esse quam deus distinguitur à materia prima realiter, probaui per hoc quia quælibet volitio quia Deus vult autem, esse immensæ formaliter distinguitur à volitione quia vult. b. esse Corrolariū hoc est falsum, probatio erronea: quia nō est admittēdum, qualitercunque quod in Deo sint plura immensa, aut plura immensa, esse distincta.

Corrolarium nonum, fuit, nullum velle immēsum perfectæ voluntatis continet aliquid ad extra producibile. hoc est falsum: quia velle Dei est causa rerum, In probatione autem corrolarie scripsi, quod si potentiæ volitiuæ angeli volitio Domini quę est immensa esset actualis volitio, quod non reputo impossibile & tamen per huiusmodi volitionem &cæt. Prędictū corrolarium nunquam putabam possibile, nec credo dixisse esse possibile, & est erroneum, quia alias fuit reprobatum, ac etiam quicquid ex eo sequitur inquantum ex hoc sequitur est possibile.

In tertio corrolario tertię suppositionis dixi quod peccatum esse perfectæ voluntas Deus non potest immediate nolle, & in alio quod peccatum nō est immediate odibile à perfecta volūtate. Ista male sonant & discordant scripturæ & dictis sanctorum, hoc autem intuli ex duobus corrolariis quorum vnum fuit quod perfecta volūtas quicquid extrinsec⁹ potest immediate velle præter immediate nolle & econuerso. Aliud est quicquid immediate ipsa potest nolle potest efficere, quæ applicata ad peccatum formaliter sumptum falsa sunt & male sonant.

Item sextum corrolariū fuit quodlibet extrinsecū perfectæ libertati seu voluntati æquè ab ipsa est odibile sicut diligibile & econtra, hæc propositio est erronea, repugnare videtur voluntati diuinæ.

Secunda conclusio mea fuit. Euidentiæ ad contradictoria intellectu diuino formaliter immensæ formaliter repugnant, dixi in probatione quod quælibet

earum

earum immensa, nunc dico quod illa conclusio cum suis corrolariis, & sua probatione male sonat quantum ad hoc quod designatur in Deo esse plura & immensa distincta quod iam fuit hic & superius reprobatum. Quantum etiam ad hoc quod dicitur immensæ, repugnant male sonat quia ad hoc datur intelligi quod repugnantia sit intrinsice in Deo.

Forma & modus reuocationis facta Parisiis per fratrem Guidonem ordinis eremitarum sancti August. actu legendis Parisiis sententias in scholis dicti ordinis Anno domini. 1354. 16. die mensis Maij. & hoc anno legendo & respondēdo ambulaui in magnis & mirabilibus super me, verbum veritatis non recte tractando, sed verbis contendendo prophanis & vaniloquiis quæ ad impietatem prouocant & audientium subuersionem: & ex quibus factus sum occasio scandali in sanctissima facultate, & ordine meo: quod mihi displicet bono corde, idcirco iuxta piam & sanctam ordinationē Domini Cancellarii Parisien. ac cæterorum magistrorū reuerendorum theologicæ facultatis, quorum correctioni & ordinationi me submisi & submitto, dicta mea scripta volo reuocare, & intensionem meam ostendere bonam nō obstātibus dictis & scriptis in forma quę sequitur Et licet Domini & magistri reuerendi suas conclusiones posuerim, non est intentionis meæ nec vnquam fuit per Dei gratiam eas sustinere pertinaciter.

Reuocatio facta parisiis.

Anno Domini, 1354.

Primo dico istam conclusionem, Charitas quæ semel labitur vel deperditur nunquam fuit vera charitas, & eam probaui contra bacalaurium beatæ Mariæ de monte carmelo: hanc reuoco tanquam falsam & hæreticam, & etiam quæ eneruat effectum sacramentorum, scilicet baptismi & pœnitentiæ & etiam contra decretum Ecclesiæ in c. fideliter extra de summa Trinitate, & fide catholica in cle. etiam tanquam se ipsam interimētum, quod nullo modo vere est deseri

non potest, vt ait Gratianus & præsumptuose positum esse quia eam dixi valde probabilem, & tamen est contra conclusionem & doctorum opinionem, scilicet magistri sentẽtiarum, Gratiani, & plurium aliorum. Si quæ vero authoritates August. vel aliorum videantur ad oppositum, intelligendæ sunt de charitate finali, quæ manet in patria, de qua loquitur Apostolus prima ad Cor. decimotertio, Charitas nunquam excidit. Vel intelligendum de charitate secundum efficaciam vt magistermet videtur glossare.

Secundo ex hoc intuli quod præscitus existens in charitate non potest mereri vel elicere actum meritorium vitæ iuxta scalam vitæ nostræ: reputo falsum & contumeliosum.

Tertio dixi contra baccalaurium Prædicatorum conferẽdo cum ipso quod homo meretur vitam æternam de condigno, id est, quod si non daretur ei fieret sibi iniuria, & scripsi quod Deus faceret sibi iniuriam & hanc probaui, istam reuoco tanquam falsam, hæreticam & blasphemiam, & mihi cõtradicentem conclusione infra recitanda quæ dicit totum est à Deo, ita quod nihil à voluntate.

Quarto dixi in disputatione respondẽdo de quolibet quod si nullum esset liberum arbitrium adhuc esset peccatum: quod scripsi hac in forma. Porro vnum probabile scilicet, si nullum esset intentum vel volitum adhuc esset peccatum tanti mali vel meriti. Probatio fuit quia imaginato quod nullum esset arbitrium adhuc esset in Dei contuitu malum. Hanc reuoco tanquam falsam, manifeste erroneam & hæreticam, scandalosam & blasphemam.

Quinto dixi quod bonum meritũ est à Deo, ita quod nihil est à voluntate, quam in hac forma scripsi, tantũ meriti est ex quanto beneplaciti intenti & volitinon ex quanto: hanc reuoco tanquam falsam scandalosam & in fide suspectam & mihi

mihi contradicentē in tertia propositione superius reuocata.

Sexto dixi, quod Deus potest aliquem necessitate præueniendo voluntatem ad bonum actum, quem errorem scripsi in hac forma, Deus quandoque præuenit ita voluntatem puri viatoris quod nunquam potest in non actum meritorum: probaui sic, aliter sequeretur quod homo posset mutare diuinum propositum. Secundo quod non posset facere hominem mendacem. Alia sententia probabilis est ista, quod Deus posset necessitare aliquem ad bonum actum præueniendo: hæc sustineri potest. Probationem tamen adduxi ad hanc scandalosam & in fide suspectam.

Septimo dixi, quod est dare plures vnitates quæ non faciunt numerum, quod reuoco tanquam falsum scandalosum & in fide suspectum, quantum ad Trinitatem in diuinis.

Octauo dixi & scripsi, quod nulla creatura rationalis specialiter est in se nisi quia Deus est esse: & ex hoc intuli in eodem scripto quod in omni eo quod non est Deus essentialius est non esse quam esse ipsum: has reuoco positas falsè falsas & erroneas.

Nono dixi & scripsi, quod aliquid potest esse sine tēpore in merito & peccato, & probaui quia possibile fuit vel est aliquod esse instanti æternitatis merito, & consequenter instanti temporis in peccato & iterato in instanti æternitatis in merito: hāc reuoco cum sua probatione tanquam falsam fatue positam & intelligibilem.

REVOCATIO FACTA Anno Domini 1352.

Quia ego Synon in respondendo in vesperiis exponendo vel declarando terminos quæstionis quod hoc nomen Iesus dictum est de Deo accidentaliter, & ex parte significat filiuna Dei qui assumpsit naturam humanam. Ponendo conclusiones pro prima conclusione quod hæc propositio est possibilis, Iesus non est Deus: probaui ex eo quod humanitate assumpta per possibile deposita,

Iesus

Iesus non est Deus, & intuli quod hæc est possibilis, Iesus potest non esse Deus.

Secundo quod Iesus potest esse & non esse Iesus: expositionem & significationem nominis huius Iesus reputo insufficientem, fallificantem cõclusionem & corrolariũ, posito namq; quod hoc nomen Iesus significat illud quod significat hæc oratio filius Dei qui assumpsit naturam humanam: hæc, Iesus non est Deus non est possibilis, sicut nec ista, filius Dei qui assumpsit naturam humanam non est Deus.

Item posito eodem, hæc, Iesus potest esse & non esse Deus est falsa sicut illa filius Dei qui assumpsit naturam humanam potest esse non esse filius Dei qui assumpsit naturam humanam, hanc reclusionem reputo sicut hæreticam instante dicta positione.

Item quod secundum conclusionẽ in libro primo corrolarium, quod Iesus potest non esse Deus: secundum quod Iesus non potest desinere esse Deus, corrolaria non fuernnt ponenda sine distinctionibus itaque expono ea & dico quod si terminus subiectus Iesus stat pro simplici persona, quæ dicitur Iesus, corrolaria sunt catholice tenenda. Si vero idem terminus Iesus pro vno Christo ex persona verbi & humanitate constituto videlicet pro implicito quod significat, & pro quo stat in dicto primæ conclusionis & in dicto primi corrolarii ex conclusione prima illati, ipsa corrolaria non sunt catholica sed falsa: nec etiam stat cum conclusione prima, nec cum corrolario primo ex conclusione prima illato.

Item posui conclusionem secundam, quod nulla res quæ est Deus potest non esse Deus, & intuli corrolarium tertium quod nulla res est aut potest esse quæ modo non sit Deus & aliquando possit esse Deus. Corrolarium quoq; quartum quod nulla res est aut esse potest quæ possit incipere esse Deus. Conclusionem sic vniuersaliter intellectam quod terminus subiectus distribuatur pro re quæ per communicationem idiomatum est vel

potest

potest esse Deus reuoco tanquam falsam & hæreticam: corrolaria etiam tali vniuersalitate intellecta reputo sicut falsa erronea & hæretica.

Itē posui conclusionē tertiam ꝙ Deus pōt aliqualiter se haberi qualiter se nō habet ac etiā esse aliqualis qualis nō est. Et ad ꝓbandū induxi (pro exēplo) Quod Deus Pater potest esse homo & non esse homo, conclusio vt posita fuit non bene sonat in eo quod rātione relatiui reciproci sonat quod substantiæ Dei de nouo possit aduenire habitudo aut qualitas realis: & ideo intellectus quem habuit potius fuit exprimēdus in his verbis, aliqua creatura se potest habere aliqualiter ad Deum qualiter se non habet. Exemplum etiam ad conclusionem non conuenit: quoniā ad huc posito ꝙ Deus Pater pōt esse homo & nō esse homo ꝓprie sequitur ꝙ Deus potest esse aliquid quod nō est sicut ex decretali arguitur extra de hære. c. Cum Christus, & non sequitur proprie quod Deus pater possit esset aliqualis qualis non est, aut aliqualiter se habere qualiter non se habet. Ex conclusione tertia intuli tertium corrolariū quod quamuis Iesus fuerit ab æterno semper patri coæqualis tamen aliquando fuit Deus quando non fuit Iesus. Istud corrolariū aliquando Iesus erat Deus quando non erat Deus male sonat & erroneè.

Itē ex conclusione quarta intuli quartū corrolarium quod filius Dei quando incipiebat esse filius virginis nō incipiebat esse aliquid. Istud corrolarium prout in di. positum fuit reuoco sicut erroneum & hæreticum quoniam filius Dei qui incipiebat esse filius Virginis incipiebat esse aliquid secundum quod homo, & incipiebat esse aliquid quod prius non erat.

Itē ex conclusione quarta intuli vltimum corrolariū quod nunquam hic homo demonstrato qui est Christus fiebat Christus: & probaui ex eo quod nec purus homo fiebat Christus: nec homo Christus fiebat Christus: Corrolarium istud prout indistincte fuit positum reuoco sicut falsum & erroneū.

erroneum: quando in sensu quo homo demonstratus staret pro filio Dei concedendo esset: q̃ aliquãdo hic homo fiebat Christus quãdo filius Dei viui nunc est homo aliquãdo fiebat homo dicẽte euãgelio, verbũ caro factum est, & cætera.

ISTI sunt articuli in quibus Magister sententiarum non tenetur communiter ab omnibus & primo.

PRIMI LIBRI.

Primo, quod charitas quã diligimus Deum & proximum est Spiritus S. di. 22. c. 2. vel quod charitas, quæ est amor Dei & proximi non est aliquid creatum.

Secundo quod nomina numeralia dicta de Deo dicuntur solum relatiue. di. 29. Et si diligenter. vel hæc omnia numeralia trinus & trinitas non dicunt positionem sed priuationem tantum. Tertio quod simile & æquale similiter dicũtur de Deo priuatiue. distinct. 21. cap. Et hoc idem.

Quarto quod Deus semper potest quicquid aliquãdo potuit & vult quicquid voluit & scit quidquid sciuit. distin. xliij. cap. Præterea quæri solet.

IN II. LIBRO.

Primo quod angeli non meruerunt beatitudinem per gratiam sibi datam, sed quod præmium præcessit meritum & postea meruerunt per obsequia fidelibus exhibita. di. v. ca. Hic quæri solet. vel quod angelis præmium præcessit & meritum respectu præmii substantialis habet subsequi.

Secundo quod angeli in merito respectu essentialis præmii & in ipso præmio proficiunt vsque ad iudiciũ. di. xi. c. Præterea illud.

Tertio quod charitas est Spiritus Sanctus, scilicet illa quæ animæ qualitates informat atque sanctificat. di. xxvii. cap. cum igitur.

Quarto, quod in veritate humanæ naturæ nihil transit extrinsecum: sed quod ab Adam descendit propagationem auctum & multiplicatum resurget in iudicio. distinct. xxx. cap. penult.

Quibus respondetur vel quod nihil de cibis transit in veritatem humanæ naturę per generationem nec per nutritionem.

IN III. LIBRO.

Primo, quod anima à corpore

pore exuta sit persona. dist. ij. ca. Hic apponitur à quibusdam.

Secundo, quod Christus conuenienter mortuus, & non mortuus dicitur passus & non passus disti. xxj. cap. vlt.

Tertio quod Christus in triduo mortuus fuit homo disti. xxij. cap. j.

IN IV. LIBRO.

Primo quod sacramenta legalia non iustificabant etiam si cum fide & deuotione fierent. distinct. j. cap. Non igitur.

Secundo, quod homo sine medio videbat Deum ante peccatum: eadem distinct. cap. Triplici.

Tertio, quod circumcisio nō conferebat gratiam ad bene operandum nec virtutes ad augmentum: sed solū ad peccata dimittenda valebat. eadem distinctione cap. Duo igitur.

Quarto, quod paruuli ante octauum diem morientes incircuncisi peribant; & quod causa necessitatis poterant ante circuncidi. eadem distinct. ca. Si vero.

Quinto, quod quædam sacramenta nouæ legis instituta sunt in remedium tantum, vt matrimonium. dist. ca. Iam ad sacramenta.

Sexto, quod baptizati baptismo Ioannis non ponentes spem in illo, non erant baptizandi baptismo Christi. distin. 2. ca. vlt. Hic considerandum vel aliter, baptism⁹ Ioannis cum impositione manuum æquipollebat baptismo Christi: ita quod baptizatus baptismo Ioannis, non erat baptizandus.

Septimo quod Deus potuit dare potentiam creaturę creandi & interius abluēdi, id est, peccata dimittendi. distinctio. 3. cap. vltimo. Hic quæritur quæ sit. Vel sic quod Deus poterat dare potestatem aliis baptizandi interius, & quod creatura potuerit suscipere & similiter quod Deus potest potestatē creandi creaturæ communicare & creare per creaturam tanquam per ministrum. dist. 1. Octauo quod schismatici degradati præcisi ab Ecclesia, hæretici, excommunicati non habent potestatem consecrandi corpus Christi. distinct. 13. cap. Illi vero.

Nono quod brutum, non sumit

sumit verum corpus Christi etsi videatur. dist. 13. c. illud etiam sane.

Decimo, quod scientia discernendi vt notat habitum scientiæ sit clauis. dist. 19. cap. 1.

Vndecimo quod episcopi symoniaci degradati non possunt conferre ordines. dist. 25. cap. de symoniacis.

Duodecima, quod secundus maritus alicuius mulieris incognitæ carnaliter à primo sit bigamus per cognitionem illius, & probatur ab ordinib. dist. 27. cap. vlt.

Decimotertio, quod cognoscens sororem vxoris suæ non tenetur vxori petenti debitum reddere dist. 24. ca. de his.

Decimoquarto, quod ille qui vxore viuente duxit aliam in aliena patria qui rediens ad conscientiam vult eam dimittere & non potest si cogitur ab Ecclesia remanere & debitum reddere quia sibi non creditur: dicit magister quod incipit excusari per obedientiam & timorem, & tenetur reddere debitum si petatur dist. 38. cap. vlt.

Decimoquinto, quod peccata deleta non patefiant aliis in iudicio. dist. 44. cap. Hic queritur vtram electis.

DETERMINATIO PARISIIS FACTA PER ALMAM FACVLTATEM THEOLOGICAM.

Anno Domini M. CCCXVIII. super quibusdam superstitionibus nouiter exortis.

PRÆFATIO.

VNIVERSIS orthodoxæ fidei zelatoribus Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis & facultas Theologiæ in alma vniuersitate Parisiens. matre nostra cum integro diuini cultus honore spem habere in Domino: ac in vanitates & insanias falsas non respicere. Ex antiquis latebris emergens nouiter erro-

errorum fœda colluuio recogitare commonuit: quod plerumq; veritas catholica apud studiosos in sacris literis apertissima est: quæ cæteros latet, nimirum cum hoc proprium habeat omnis ars manifestam esse exercitatis in ea, sic vt ex eis consurgat illa maxima. Cuilibet in sua arte perito credendum est. Hinc est orationum illud quod Hieronymus ad Paulinum scribens assumit, Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri Accedit ad hæc in sacris literis aliud speciale quod nec experientia & sensu constant vt aliæ artes, nec possunt ab oculis circunuolutis nube vitiorum facile deprehendi. Excæcauit enim eos malitia eorum. Ait siquidē Apostolus quod propter auaritiam multi errauerunt à fide: propterea non irrationabiliter idolorum seruitus ab eodem nominatur: alii propter ingratitudinem qui cum cognouissent Deum: non sicut Deū glorificauerunt in omnem idololatriæ impietatem (sicut idē commemorat) corruerunt. Porro Salomonem ad idola, Didonem ad magicas artes pertraxit dira cupido. Alios postremo misera timiditas tota ex castrino pendens in obseruationes superstitiosissimas impiasq; depulit: quemadmodum apud Lucanum de filio Pompeii Magni, & apud historicos de plurimis notum est. Ita fit vt recedens peccator à Deo declinet in vanitates & insanias falsas, & ad eum qui pater est mendacii. tantem impudenter palamque apostatando se conuertat. Sic Saul à Domino derelictus Phytonissam cui prius aduersabatur consuluit, sic Ochozias Deo Israel spreto misit ad consulendum Deum Acharon. Sic denique eos omnes qui fide vel opere absque Deo verosunt, vt à Deo falso ludificentur necesse est. Hanc igitur nefariam pestiferam mortiferamque insaniarum falsarum cum suis hæresibus abominationem plus solito nostra ætate cernentes inualuisse, ne forsan Christianissimum regnum quod olim monstro caruit. & Deo protegente carebit inficere valeat tam horrendæ impietatis & perniciosissimæ contagionis monstrum: Cupientes totis conatibus obuiare memores insuper nostræ professionis: proque legis zelo succensi paucos ad hanc rem articulos damnationis cauterio (ne deinceps fallant incogniti) notare decreuimus: rememorantes inter cætera innumera dictum illud sapientissimi Doctoris Augustini de superstitiosis obseruationibus. Quod qui talibus credunt aut ad eorum domum euntes aut suis domibus introducunt aut interrogant, sciant se fidem Christianam & baptismum præuaricasse & paganum & apostatam, id est, retro

abeuntem & Dei inimicum & iram Dei grauiter incurrisse, nisi Ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Hæc ille, Nec tamen intensio nostra est in aliquo derogare quibuscunque licitis & veris traditionibus scientiis & artibus: sed insanos errores atque sacrilegos insipientium & ferales ritus pro quanto fidem orthodoxam & religionem Christianam lædunt: contaminant, inficiunt, radicitus quantum fas nobis est extirpare satagimus: & honorem suum sincerum relinquere veritati.

Est autem primus articulus quod per artes magicas & maleficia & inuocationes nefarias quærere familiaritates & amicitias & auxilia dæmonum non sit idololatria. Error. Quoniam dæmon aduersarius pertinax & implacabilis Dei & hominis iudicatur: nec est honoris vel Domini cuiuscunq; diuini vere seu participatiue vel aptitudinaliter susceptiuus vt aliæ creaturæ rationales non damnatæ: nec in signo ad placitum instituto, vt sunt imagines & templa Deus in ipsis adoratur.

Secundus articulus, quod dare vel offerre vel promittere dæmonibus quamlemcunque rem vt adimpleant desideriũ hominis, aut in honorem eorum aliquid osculari vel portare non sit idololatria. Error.

Tertius, quod inire pactũ cum dæmonibus tacitum vel expressum non sit idololatria, vel species idololatriæ vel apostasiæ. Error. Et intẽdimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel natura rationabiliter expectari.

Quartus, quod conari per artes magicas dæmones in lapidibus, annulis, speculis aut imaginibus nomine eorum consecratis vel potius exsecratis includere cogere & arctare vel eas velle viuificare, non sit idololatria. Error.

Quintus, quod licitum est vti magicis artibus vel aliis quibuscunque superstitionib. à Deo & Ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine. Error: quia secundum Apostolum non sunt facienda mala vt bona eueniant.

Sextus quod licitum sit aut etiam permittendum mali-

maleficia maleficiis repellere. Error.

Septimus, quod aliquis cum aliquo posit dispensare in quocunque casu, vt talibus licite vtatur. Error.

Octauus, quod artes magicæ & similes superstitiones & earum obseruationes sint ab Ecclesia irrationabiliter prohibitæ. Errot.

Nonus, quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere dæmones suis inuocationibus obedire, Error.

Decimus, quod thurificationes & suffumigationes quæ fiunt in talium artium & maleficiorum exercito sint ad honorem Dei & ei placeant. Error & blasphemia, quoniam Deus alias non puniret vel prohiberet.

Vndecimus, quod talibus & taliter vti non est sacrificare seu immolare dæmonib. & cõsequenti damnabiliter idololatrare. Error.

Duodecimus, quod verba sancta & orationes quędam deuotæ & ieiunia & balneationes & continentia corporalis in pueris & aliis, & missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum quæ fiunt pro exercendo huiusmodi artes excusent, eas à malo nõ potiꝰ accusent. Error: nam per talia sacræ res imo ipse Deus in Eucharistia dæmonibus tentatur immolariet hæc procurat dæmon, vel quia vult in hoc honorari similis altissimo, vel ad fraudes suas occultandas, vel vt simplices illaqueet facilius & damnabilius perdat.

Decimustertius, quod sancti Prophetæ & alii sancti per tales artes habuerunt suas prophetias & miracula fecerunt, dæmones expulerunt. Error & blasphemia.

Decimusquartus quod Deus per se immediate vel per bonos angelos talia maleficia sanctis hominibus reuelauerit. Error & blasphemia.

Decimusquintus, quod posibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. Error: & hoc conari facere est impium & nephandum.

Decimussextus, quod ideo artes præfatæ bonæ sunt & à Deo & quod eas

licet obseruare: quia per eas quandoque vel sæpe euenit sicut vtentes eis quærunt vel prædicunt, quia bonum quandoque prouenit ex eis. Error.

Decimusseptimus, quod per tales artes dæmones veraciter coguntur & compelluntur, & non potius ita se cogi fingunt ad seducendos homines. Error.

Decimusoctauus, quod per tales artes & ritus impios, per sortilegia, per carmina & inuocationes dæmonum, per quasdam insultationes & alia maleficia nullus vnquam effectus ministerio dæmonum subsequatur. Error. Nam talia quandoque permittit Deus contingere: patuit in magis Pharaonis & alibi pluries: vel quia vtentes, seu consulentes propter malam fidem & alia peccata nephanda dati sunt in reprobum sensum, & demerentur sic illudi.

Decimusnonus, quod boni angeli includantur in lapidibus & consecrent imagines vel vestimenta aut alia faciant quæ in istis artibus continentur. Error & blasphemia.

Vicesimus, quod sanguis vpupæ vel hœdi vel alterius animalis, vel pergamenum virgineum vel cornu leonis & similia habeant efficaciam ad cogendos vel repellendos dæmones ministerio huiusmodi artium. Error.

Vicesimus primus, quod imagines de ære, plumbo, vel auro, de cera alba vel rubea vel alia materia baptizatæ exorcizatæ & consecratæ seu potius execratæ secundum prædictas artes & sub certis diebus habent virtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitantur. Error in fide & philosophia naturali & astronomia vera.

Vicesimus secundus, quod vti talibus & fidem dare non sit idololatria & infidelitas. Error.

Vicesimus tertius, quod aliqui dæmones boni sunt, alii omnia scientes alii nec saluati nec damnati. Error.

Vicesimus quartus, quod suffumigationes, quæ fiunt in huiusmodi operationibus conuertuntur in spiritus, aut quod sint debitæ eis. Error.

Vicesimus quintus, quod

vnus

vnus dæmon sit rex orientis & præsertim suo merito, & alius occidentis, alius septentrionis, alius meridiei. Error.

Vicesimus sextus, quod intelligentia motrix cœli influit in animam rationalem sicut corpus cœli influit in corpus humanum. Error.

Vicesimus septimus, quod cogitationes nostræ intellectuales & volitiones nostræ interiores immediatæ causentur à cœlo, & quod per aliq̃ traditionẽ magicã tales possint sciri, & q̃ per illã de eis certitudinaliter iudicare sit licitum. Error.

Vicesimus octauus articulus, quod per quascunq̃ artes magicas possim⁹ deuenire ad visionem diuinæ essentiæ vel sanctorum spirituum. Error.

Acta sunt hæc & post naturam crebramque inter nos & deputatos nostros examinationem, conclusæ in nostra congregatione generali Parisiis apud sanctum Maturinum de mane super hoc specialiter celebrata. An. Do. M. cccxviij. die 19. mensis Septembris. In cuius rei testimonium sigillum dictæ facultatis præsentibus literis duximus apponendum.

Originale huius determinationis est sigillatum magno sigillo facultatis Theologicæ Parisiis.

SEQVVNTVR EXCERPTA PRINCIPALIVM ARTICVLORVM TRACTATVS CVIVSDAM contra Errores fratris Ioannis de Montesono ordinis Prædicatorum, Parisiis condemnati.

PRÆFATIO.

APOSTOLICIS verbis edocti parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est fide ad tuitionem eius quam profitemur orthodoxiæ, & vt rationabilis quorundam errorum

condemnatio Parisiis nuper facta ac iustificatio exortæ super hoc causæ & aduersantium omnium quæcunque iniusta rationabilisque conquæstio, oblocutio atque vexatio singulis innotescat, præsentem tractatum sub Apostolicæ Petri sedis & sedentis in ea Summi Pontificis correctione duximus compilandum. In quo vniuersis Christifidelibus qui ipsum lecturi vel audituri sunt supplicamus affectu, vt æquo animo puraq; mentis acie prospiciant vniuersa nobiscum, &c. Ad honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis cuius fidei causam agimus præsentem tractatum aduersus errores fratris Ioannis de Monzesono ordinis fratrum prædicatorum nuper in Parisien. studio condemnatos ex deliberatione vniuersitatis studii Parisiens. & specialiter Doctorũ Baccalaureorum facultatis Theologicæ compositum in tria capitula distinguemus. In primo ad fundandum processum factum contra dictum fratrem per dictam facultatem Theologiæ, ac etiam processum inde secutum coram Domino Episcopo Parisiens. ad instantiam vniuersitatis prædictæ declarabitur, qualiter ad dictos Episcopum & facultatem Theologiæ pertinet assertiones hæreticas vel in fide erroneas & contra asserentes eas Parisiis condemnatæ. In secundo declarabitur, & tam rationibus quam auctoritatibus sanctorum & doctorum probabitur, quod assertiones dicti fratris per schædulam dictæ facultatis dicto Domino Episc. traditæ fuerunt rationabiliter condemnatæ. In tertio quia magister ac procurator generalis & nonnulli dicti ordinis fratres citra prædictum Episcopum & sibi adhærentes ad sedem Apostolicam appellauerunt: inter memoratas dicti fratris assertiones, vt præferidamnatas, aliquas ad S. Thom. de Aquino pertinere doctrinam quam asserunt per Ecclesiam approbatam ideo declarabitur doctrinam huiusmodi Sancti Thomæ non sic approbatam esse, quod propter eam oporteat ante dictam condemnationem aut dicti Episcopi processu mali qualiter impedire.

CIRCA primum principale est hæc diuisio præmittenda. Quod definitio circa ea quæ sunt fidei, id est, approbatio veritatis alicuius tanquam catholicæ, vel reprobatio aut condemnatio oppositi falsitatis tanquam hæreticæ aut in fide erronea potest esse dupliciter. Vno modo scholastice & doctrinaliter. Alio modo auctoritatiue & iudicialiter. Et hic 2. modus

est

est duplex secundum quod hæc auctoritas iudiciaria est bipartita. Vna est simpliciter suprema : alia est inferior & subordinata. Iuxta hanc trimembrem diuisionem quæ clara est, sunt tres cõclusiones principales declarandæ, & deinde ex eis quædam aliæ subinferendæ. Prima erit de definitione iudiciali, & auctoritatiua suprema. Secunda de inferiori & subordinata.

Tertia de doctrinali & scholastica. Et ipsarũ probatio principaliter fundabitur in iure diuino. Prima igitur conclusio est. Ad sanctam sedem Apostolicam pertinet auctoritate iudiciali suprema circa ea quæ fidei iudicialiter definire. Et, probatur: quia ad illius tanquam ad supremi iudicis auctoritatem pertinet in fide iudicialiter definire, cuius fides nunquam deficit. Sed sanctæ Apostolicæ sedis fides nunquam deficit, igitur, & cætera, maior est nota sed minor probatur: quia de hac sancta sede in persona Petri Apostoli in ea præsidentis dictum est, Petre rogaui pro te vt non deficiat fides tua Lucæ 22. Propter quod dicit Cyprianus 93. distin. qui, & cætera. Secunda cõclusio est, quod ad Episcop. catho. pertinet auctoritate inferiori & subordinata circa ea quæ sunt fidei iudicialiter definire. Et hoc probatur, qui ad eos pertinet iudiciali auctoritate inferiori & subordinata in fide definire, ad quos pertinet consimiliter Ecclesiã regere. Sed ad Episc. cathol. pertinet secundum: igitur & primum. Maior patet: quia Ecclesiæ regimen maximè concernit fidem, & ideo cui iure diuino committitur Ecclesiam regere, ei eodem iure committitur de fide cognoscere & iudicare. Sed minor probatur auctoritate Pauli actuum vicesimo. vbi dicit, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episc. Ecclesiæ regere Dei. Vnde patet quod iure diuino & auctoritate Spiritus Sancti Episcopi positi sunt ad regimen Ecclesiæ Dei. Regimen autem importat iudicialem auctoritatem : ergo sequitur

quod ad eos pertinet auctoritate iudiciali inferiori & subordinata & supremę auctoritati sub ecta Ecclesiam regere, & per consequens de fide cognoscere, & in ea definire. Vnde patet quod de tali regimine ad fidem pertinere loquatur Apostolus, &c.

Tertia conclusio est, quod ad Doctores Theologos pertinet determinare de doctrinali & scholastica circa ea quæ sunt fidei, doctrinaliter definire, ad quos pertinet sacram scripturā docere, & ex ea hæreticas assertiones & in fide erroneas reprobare, ac veritates catholicas approbare. Sed ad Doctores Theologos pertinet secundum igitur & primum. Probationes minoris & maioris vide si vis in dicto tractatu. Ex prædictis conclusionibus apparet responsio ad principalem articulum, scilicet, quod ad Episcopum Parien. & ad Theologiæ facultatem pertinet assertiones hæreticas, aut in fide erroneas & contra eas asserentes Parisiis cōdemnare, quia per secundam conclusionem patet quod hoc ad Episcopum pertinet definiendo iudicialiter. Et per tertiam conclusionem patet quod ad facultatem Theologicam pertinet definiendo doctrinaliter. Sed adhuc ad magis fundandū propositum tres aliæ conclusiones ex præmissis sunt subinferendæ.

Quarta igitur conclusio est, quod ad dictos episcopum & facultatem theologiæ pertinet nō solum coniunctim sed & diuisim modis prędictis assertiones hęreticas aut erroneas condemnare, licet tamen quādoque rationabiliter consueuerint in huiusmodi condemnatione coniunctim procedere. Probationes dimittuntur hic causa breuitatis.

Quinta conclusio, ad dictam facultatem Theologiæ contra certas personas scilicet contra singulares magistros & baccalaurios eidē facultati iuratos pertinet quandoque non solū doctrinaliter, sed etiam iudicialiter aliquo modo assertiones hæreticas, aut erroneas condemnare, & hæc conclusio probatur ex triplici radice. Prima probatio

batio fundatur ex conceſſa eis poteſtate, &c. Secunda probatio fundatur in obſeruata conſuetudine, &c. Tertia eiuſdem concluſionis probatio fundatur in publica vtilitate, &c.

Sexta concluſio eſt, quod ad ſuperiorem iudicē pertinet proceſſum per dictos Epiſcopum & facultatem Theologiæ factum, nec ſine magna & notabili cauſa fauorabiliter impedire nec approbationi contra eos in cauſa fidei interiectæ, ſine matura deliberatione & præuia informatione deferre. Et hæc probatur, &c. Ex dictis concluſionibus ad propoſitum applicatis patet luce clariùs iuſtificatio proceſſus facti contra dictū fratrem Ioannem ſicut patet in ſingulis articulis.

Primus igitur articul⁹ eſt, quod cum dictus frater infra ſcriptos errores Pariſijs in ſcholis publicè dogmatizauerit, & coram facultate Theologiæ euocatus per decanum eiuſdem facultatis monitus charitatiuè ipſos corrigere recuſauerit proteſtans eos vſque ad mortem velle defendere, dicta facultas errores huius potuit & merito debuit doctrinaliter condemnare. Prima pars ſcilic. quod hoc potuit, patet, &c.

Secundus articulus eſt, quod dicta facultas Theologiæ coaſſumptis ſibi magiſtris aliarum trium facultatum Vniuerſitatis Pariſienſis Doctores prius per eos examinatos & doctrinaliter condemnatos meritò debuit Domino Epiſc. Pariſien. tanquam iudici ordinario iudicialiter denunciare. Et hoc clarè patet ex ſecunda concluſione & eius probatione: ſed adhuc, &c. Quamobrem prænominatæ facultatis Theologicæ magiſtri tribus aliis facultatibus ſibi coaſſumptis & coadiunctis nunciauerunt Eccleſiæ. Ex quibus patet triplex ratio denunciationis prædictæ quam ſecreta & charitatiua monitio præceſſit, licet tamen hoc non eſſet neceſſe ſicut patet ex doctrina S. Thom. 22. quæſt. 33. art. 7. vbi docet quod peccata publica ſunt publicè arguenda: iuxta illud Apoſt. ad Tim. 5. peccantem coram omnibus argue vt cæteri timorem habeant. Quod intelligitur

de peccatis publicis vt dicit Aug. in libr. de verbis Domini, &c.

Tertius articul⁹ est, quod dicta facultas in scholis suis Theologicis & dictus Episcop. in locis suæ diœcesi præmissorum errorum dogmatizationem, publicationem aut defensionem finaliter inhibere potuerũt & debuerunt iudicialiter prohibere, &c.

Sed huic articulo opponuntur tria quę ponit dict⁹ frater in supplicatione sua seu quærela Domino Papæ exposita: in qua ferè tot sunt mendacia quod sunt verba.

Primum est, quod aliquæ conclusionum suarum trahuntur ex doctrina S. Tho. quam facultas Theologiæ alias expressè commendauit, & Dominus Steph. epis. Parisiẽs. per suas literas approbauit. Secundum est, quod Dominus Vrbanus Papa V. per eius bullam Vniuersitati studij Tholosani scripsit & voluit eiusdem sancti doctrinam benedictam & Catholicam sequi & teneri à Christicolis & studiosis & eam pro virib⁹ ampliari.

Tertium est quod solius Sedis Apostolicæ est declarare damnare & approbare. Vnde postea concludit, quod dictus Dominus Episcopus apponens falcem in messem summi Pontificis dictas conclusiones pronunciauit, & decreuit falsas hæreticas & erroneas. Et causam subdit ibidem: quia ista quæ tangunt fidem sunt de maioribus Ecclesiæ causis, & quæ ad solum summum Pontificem pro examinatione, & decisione deferri debent. Ex quibus sequi videtur quod nec Episcopus, nec facultas prædicta conclusiones prædictas potuerunt iudicialiter damnare, nec earum dogmatizationẽ aut publicationem aut defensionem finaliter cohibere. Ad illa autem faciliter respondetur. Vnde ad primum respondet vniuersitas in suis literis patentibus. Nos, inquit, millies diximus, & vt videmus non sufficit qualiter sancti Thomę doctrinam in dicta nostra condemnatione nequaquam reprobamus, sed hunc eiusque fautores doctrinam eius addictorum fidei-

fideique absonum sensum adaptantes aut vltra quam fieri debet contra eiusdem Doctoris documentum dilatantes condemnamus, audacter asserimus. Et hæc clarè patebunt ex dicendis in secundo, & tertio capitulis: vbi manifestè probabitur quod prædictæ erroneæ conclusiones non trahuntur ex doctrina S. Tho. sed magis contrariantur eidem.

Ad secundum respondetur quod ex prædicta Bulla Domini Vrbani, vel ex præallegata litera Domini Stephani Episcopi aut alia quacunque litera authentica non potest sufficienter concludi, quod sancti Thomæ doctrina sit in omnibus approbata, sicut clarè ostendetur in tertio capitulo huius tractatus. Et ad hoc dicunt aliquitalem rationem. Quia doctrina non potest sic esse in omnibus approbata, quæ multa continet in fide erronea. Sed vt dicunt prædicta sancti Thomæ doctrina non solum in materia de absoluta necessitate creaturæ, de qua præsentes controuersiæ inferiùs in tribus vltimis conclusionibus tertij capitùli specialiter tractabitur, sed etiam in pluribus aliis multa continet in fide erronea: quod declarant. Nam in prima parte summæ, quæst. 47. artic. dicis quod non est possibile aliam terram esse quam istam: quia omnis terra naturaliter ferretur ad hoc medium vbicunque esset: & notum est quod non loquitur de potentia naturæ. Item in articulo vltimo dicit, quod impossibile est duos Angelos esse vnius speciei: & quod impossibile est esse plures albedines separatas à substantiis: quæ videntur esse contra articulum de omnipotentia Dei, & contra veritates creditas: circa sacramentum altaris. Item infra, quæst. 78. artic. 3. & 6. in quæst. disputatis tenet articulum de vnitate formæ substantialis in homine: qui est decimus quartus articulus quintæ partis Euangelio æterno damnatus per Alexãdrum. Item ex hac opinione Tho. de vnitate formæ sicut dicit in glos. O quam in Dialogo suo, conclusiones sequuntur

quuntur quę in Anglia fuerunt ſcandaloſæ, ſcil. quod corpus Chriſti non fuit idē numero viuum & mortuū: & hoc concedit S. Thom. in quæſtionibus diſputatis q. 63. quod nō fuit ſimpliciter. Vnde ſequitur vltra quod caro mortua nunquam fuit viua: & quod corpora ſanctorum mortuorum nunquam fuerunt corpora ſanctorum viuentium: & ideo reliquiæ corporum ſanctorum nunquam fuerunt partes corporū viuentium: nec corpus Chriſti quod fuit vulneratum in cruce iacuit in ſepulchro, quæ omnia ſunt abſurda. Ex quibus & aliis pluribus erroribus contra quos quidā Doctores ſpeciales compoſuerunt tractatus concludunt iſti: quod huiuſmodi doctrina non poteſt eſſe in omnibus approbata: nec hoc obſtat eius ſanctitati vel canonizationi: quia nō obſtante, glorioſo martyrio Cypriani, ipſe erravit in fide: ſicut patet 4. ſent. diſt. 6. & infra dicetur cap. 3. Vnde ſanctitas vitę non infert ſanctitatem doctrinæ: ſicut patet de Papia martyre qui fuit patronus ſectæ hęretico. Vnde ex omnibus inferunt quod prędicta approbatio Vrbani V. non eſt huius doctrinæ approbatio vniuerſalis, ſed tanquam doctrinæ vtilis & in multis probabilis: ſicut doctrina Papiæ magiſtraliter dicta ſola habet auctoritatem magiſtralem ſicut Dominꝰ Innocentius IV. de ſuo apparatu teſtatus eſt. Sed de hac materia copioſius infrà dicetur in tribus primis concluſionibus tertij capituli, & ideo breuiùs pertranſimus. Ad tertium obiectum reſpondetur primo quod nec facultas, &c.

CIRCA ſecundum principium in quo declarādum eſt quod aſſertiones dicti fratris, per ſchædulam Theologiæ facultatis dicto Domino Epiſcopo traditā fuerunt rationabiliter cōdemnatæ. Præmittendum eſt vnum præambulum generale quod in aliquibus earum aſſertionum, & earum condemnatione eſt neceſſariò prænotandum, videlicet quod licet aliqua propoſitio vel aſſertio poſſit habere aliquem ſenſum verum, tamen rationabiliter condemnati tanquam reuo-

reuocanda propter alium sensum falsum in ea vel in eius probatione intellectū. Et hęc suppositio probatur tām rationibus quam auctoritat b. sanctorum Doctorum & specialiter ex dictis S. Thomæ de Aquino vt pars aduersa, &c. Quarto probatur suppositio præmissa, & singulariter declaranda est per exemplum sumptum ex doctrina Ecclesiæ. Nam per Ecclesiam nonnunquam assertio ambigua habens aliquem sensum Catholicum est damnata, imò quandoq; assertiones cōtradictorię secundum vocem per eam sunt damnatæ, & ideo altera earum vel vtraq; aliquem habet sensum Catholicum. Et ecce exemplum manifestum. Nam Isidorus in libro Etymologiarum cap. 5. lib. 8 & habetur 24. quæst. 3. cā. quædam autem apertè insinuant quod vtraq; istarū Deus creat mala. Deus non creat mala, est hæresis condemnata, vnde & assertores vtriusq; reputat hæreticos dictos Coliciani à quodam Coliciano nominati: qui dicunt Deum non facere mala: contra illud quod scriptum est. Ego Deus creans mala Floriani à Floriano qui è contrario dicunt Deum creasse mala, contra illud quod scriptum est. Fecit Deus omnia bona. Ex quibus colligitur quod vtraque istarum est hæresis condemnata: & tamen ista assertio Deus creat mala habet aliquem sensum Catholicum scil. istum, Deus creat mala pœnæ. Et similiter ista: Deus non creat mala habet sensum Catholicū, scil. istum, Deus non creat mala culpæ, &c. Hac igitur suppositione præambula sic firmiter stabilita sigillatim declarandum est, quod assertiones dicti fratris fuerunt rationabiliter condemnatæ.

Prima igitur propositio sua fuit, Maior est vnio hypostatica in Christo quam vnio trium personarum in essentia increata.

Secunda, Possibile est esse aliquam creaturam puram in puris naturalib. quę ita posset sibi & homini mereri sicut anima Christi concurrente gratia habituali: non est tamen aliqua possibilis, quæ tam conuenienter congruenter, &

suffi-

sufficienter hominem posset redimere & saluare sicut Christus. Et ista condemnaretur reuocanda tanquam falsa, & malè sonans & erronea ad intellectum probationis suæ, videlicet de gratia animæ Christi quo ad primam eius partem.

Tertia aliqua pura creatura rationalis potest in puris naturalibus beatificè Dei essentiam intueri: & hâc dicit patere de creatura prædicta. Et ista condemnatur reuocanda, aliàs Parisiis damnata tanquam erronea in fide.

Quarta, aliqua pura creatura est possibilis perfectio animæ Christi in merendo, puta gratia animæ Christi. Et hæc damnatur reuocanda tanquam falsa, & erronea, absurda in Theologia, & Philosophia, & Theologicæ doctrinæ irrisiua. Addit huic propositioni istam verificationem, & si non quo ad quantitatem meriti, tamen quo ad modum merendi hæc omnia eidem prodesse non possunt.

Quinta, videtur mihi quod talis creata si poneretur esset: simpliciter genus. Et hæc condemnatur reuocanda sicut immediatè præcedens.

Sexta ponere aliquod creatum vel aliqua creata esse simpliciter & absolutè necesse est non esse contra fidem. Et hæc condemnatur reuocanda tanquam falsa & malè sonans in fide secundum communè modum Theologorum.

Septima necesse est non repugnat esse causatum. Et hæc condemnatur reuocanda tanquam falsa & erronea in fide.

Octaua magis est consonum fidei ponere aliquid circa primum esse absolutè & simpliciter necesse: quam ponere ipsum sine aliqua additione esse necesse esse. Et hæc condemnatur reuocanda tanquam falsa, & erronea propter falsam implicationem, & erroneam comparationem quam includit quod aliquam rem creatam esse necesse esse, scilicet sine aliqua additione est consonum sacrę Scripturæ, & per consequens aliquod creatū est increatum: quod contradictionem includit.

Nona

Nona, asserere aliquid fore verum quod est contra sacram Scripturam, est expresiuè contra fidem & hæc condemnatur reuocãda tanquam falsa, & iniurioſa ſanctis, & Doctoribus ſi eam intelligat vniuerſaliter prout in probatione eius videtur prætendere.

Decima non omnem hominem præter Chriſtum contraxiſſe ab Adam peccatum originale eſt expreſſe contra fidem. Et hæc damnatur reuocanda tanquã falſa ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua, & præſumptuoſe affert à non obſtante probabilitate quæſtionis: vtrum beata Virgo fuerit in peccato originali concepta, &c.

Vndecima, beatam Mariam virginem & Dei genitricem non cõtraxiſſe peccatũ originale eſt expreſsè contra fidem. Et hæc condemnatur reuocanda tanquam falſa ſcandaloſa præſumptuosè aſſerta, & piarum aurium offenſiua.

Duodecima tantum eſt contra ſacram Scripturam vnum hominem eſſe exceptum à peccato originali præter Chriſtum, ſicut ſi decem homines ponerentur exempti. Et hæc condemnatur ſicut præcedens, reuocanda tanquam falſa ſcandaloſa, præſumptuoſe aſſerta, & piarum aurium offenſiua.

Tertia decima, magis eſt expreſſe contra ſcripturam ſacram beatam Virginem non eſſe conceptam in peccato originali, quam aſſererе ipſam ſimul fuiſſe beatam & viatricem ab inſtãti ſuæ conceptionis vel ſanctificationis. Et poſtquam probauit corrolarium: dixit quod pari modo videretur dici quod magis eſt expreſſum ipſam vnitam fuiſſe hypoſtatice, & hoc idem in Conſiſtorio & in ſcripto ſuo coram iudicibus recitauit. Hæc autem propoſitio condemnatur ſicut præcedens, reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuoſe aſſerta, & piarum aurium offenſiua, & meritò potuiſſet rigoriosius condemnari: quia nulla præcedentium eſt ita temeraria.

Quarta decima & vltima. In expoſitione ſacræ Scripturæ ſiue declarando per Eccleſiam ſiue per doctores

ſiue

siue excipiendo per quæcunque: de sacra Scriptura, & non aliunde trahenda est determinatio declaratio siue exceptio sicut in grammatica, cõtrà regulas ponit in eodem exceptio repetitur. Et hæc condemnatur reuocanda tanquam falsa & erronea, si intelligat quod exceptio vel expositio si trahenda expresse & explicitè ex Scriptura sacra & non aliunde prout videtur prætendere aliter non esset ad propositum suum. Harum propositionũ improbationis diffusæ, & pulcherrimæ ponuntur in dicto tractatu.

CIRCA tertium principale in quo declarandum est quod doctrina S. Thomæ non sit, est approbata quod propter eam oporteat antedictam condemnationem aut dicti Episcopi processum aliqualiter impedire prætermittenda est hic diuisio. Quod aliquam doctrinam esse per Ecclesiam approbatam potest tripliciter intelligi. Vno modo quod talis doctrina sit per Ecclesiam tanquam vtilis, & in fide probabilis acceptata; & tanquam tales in scholasticos diulgata. Secundo modo quod talis doctrina sit sic approbata, ꝙ oporteat credere, quod ipsa sit in omni sui parte vera.

Tertio modo sic, vt ipsa sic sit approbata vt oporteat credere, quod ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea, vel hæretica. Nam multa sunt falsa quæ non pertinent ad fidem quæ tamen nõ inducunt errorem condemnabilem, & in talibus non cadit hæresis quia hæresis importat coruptionem fidei Christianæ. In talibus autem falsitas aut error ad corruptionẽ fidei Christianæ non pertinet vt dicit S. Thomas 2. 2. qu. de hæresi art. 2. Et ideo patet quod approbatio alicuius doctrinæ, 2. modo maior est approbatione alicuius 3. modo. primus autem modꝰ approbationis multum differt à duobus aliis: quia multæ sunt doctrinæ illo primo modo approbatæ quæ continent non solum falsa, imõ etiam quędam in fide erronea: vt inferius patebit. Vnde primus modus approbationis communis est multis doctrinis

seu

seu libris vel tractatibus Sanctorum & Doctorum, sed secundus & tertius valde paucis scriptis conueniunt scilicet soli doctrinæ Scripturæ sacræ, & vniuersalis Ecclesiæ vt quidam dicunt, sicut apparebit ex dicendis, & ideo vterque ipsorum maior est primo. Quilibet autem prædictorum modorum, potest subdiuidi, quia talis approbatio alicuius doctrinæ potest esse expressa vel tacita. Expressa quidam per Scripturam authenticam sicut per auctoritatem scripturæ diuinæ vel constitutionem Ecclesiæ, vel Bullam Apostolicam aut aliam literam authenticam alicuius personæ vel Collegij in hoc potestatem habentis. Et sic expresse approbata est doctrina Scripturæ sacræ Noui & Veteris Testamenti, generalium Conciliorum, Epistolarum Decretalium & quorundam Opusculorum sanctorum Patrum; sicut patet ex Decreto Gelasij Papæ, 15. distinct. cap. Sancta Romana. Tacita verò potest esse alicuius doctrinæ approbatio per tolerantiam seu permissionem Ecclesiæ: & sic multæ sunt doctrinæ approbatæ, non solum sanctorum Patrum, sed etiam quorundam Doctorum, & Magistrorum qui scripserunt summas electuras diuersas & in quibusdam inter se aduersas tam in theologia quam in iure Canonico, sicut patet de multis Doctoribus Vniuersitatis Parisiens. & aliorum studiorum. Et hæc tacita eorum approbatio habetur implicite ex præallegato Decreto Gelasij Papæ vbi dicitur. Opuscula atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo à sancto Romanę Ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eis fidei prædicatione seiuncti sunt legenda decernimus. Vnde quia hic generaliter omnium illorum Magistrorum vel Doctorum qui huiusmodi sunt approbata tacita, scilicet, & implicita, licet non explicita, sed de opusculis eorum diligenter obseruandum est, quod ibidē sequitur. Quod causa hæc ad Catholicorum manus aduenerint beati Pauli Apostoli sententia

præcedat. Omnia probate, quod bonum est tenete. Iuxta primam diuisionem declarandæ sunt tres principales conclusiones circa approbationem doctrinæ S. Thomæ, deinde aliæ tres speciales circa doctrinam eius de absoluta necessitate creaturę. Prima igitur conclusio est. Doctrina sancti Thomæ in Opusculis suis Theologicis contenta Primo modo est per Ecclesiam approbata, & tanquam vtilis & probabilis diuulgata: & hæc probatur, quia, &c.

Secunda conclusio est. Prædicta S. Thomæ doctrina non est secundo modo per Ecclesiam approbata sic, scil. quod oporteat credere, quod ipsa in omni sui parte sit vera: & hæc probatur, quia, &c.

Tertia conclusio, Præfata sancti Thomæ doctrina non est. 3. modo prædicto per Ecclesiam approbata, sic quod oporteat credere quod ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, & hæc conclusio probatur, quia &c.

Secundo principaliter probatur, 3. conclusio, quia de illo non oportet credere doctrina quod ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, in qua quidem continentur multæ contrarietates, & repugnantiæ etiam in materia ad fidem pertinente, sed multæ huiusmodi repugnantes, & contrarietates continentur in doctrina sancti Thomæ, igitur, &c. Maior est nota, sed minor probatur, & de multis exemplis breuitatis causa pauca ponentur. Primum exemplum est, quia primo sententiarum, distinct. 11. artic. 4. tenet sanctus Thom. quod pater & filius possunt dici duo spiratores sicut spirantes. In prima vero parte summæ suæ quæst. 36. artic. vltim. dicit quod sunt vnus spirator & non duo, & tamen hæc materia multum ad fidem pertinet, cum in Concilio Lugdunensi sub Gregorio Decimo celebrato fuerit definitum, quod Spiritus sanctus à Patre & Filio non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit, sicut patet in cap. Fideliter extra de summa Trinitate & fide; Cath. lib. 6.

Secun-

Secundum exemplum est, quia in 2. sent. dist. 1. dicit quod creatio instrumentaliter communicare potuit creaturæ sustinens in hoc opinionem Magistri libr. 4. dist. 5. in qua tamen ab alijs Doctoribus communiter non tenetur. In prima verò parte summæ q. 45. artic. 5. dicit quod non & idem dicit in 2. contra gentiles ca. 21. & in q. de veritate.

Tertium exemplum potest poni quia in 2. sententiarum & similiter in 4. tenet quod omnis homo præter Christum concipitur in peccato originali & in primo tenet quod beata Virgo fuit concepta in peccato originali sicut supradictum est, & tamen pars aduersa contra quam agimus asserit, 2. expressè esse imò expressissimè contra fidem, & ideò habet concedere quod doctrina sancti Thomæ in hac parte est in fide erronea.

Quartum exemplum, quia in 3. sent. dist. 9. q. 2. art. 2. dicit quod prima opinio sibi posita à magistro non est hæretica licet sit falsa, scilicet, filius Dei assumpsit hominem, ab humana carne & anima rationali constitutum & ille homo cœpit esse Deus, & Deus cœpit esse homo ille. In tertia verò parte summæ, quæst. 2. art. 9. in fine dicit quod est hæretica, & damnata in Concilio.

Quintum exemplum est, quia in 4. sentent. dist. 38. art. 4. in solutione tertij argumenti dicit quod Papa potest dispẽsare voto continentiæ & in 2. 2. q. 88. ar. 11. dicit quod nõ, allegans decretalem. Cum ad monasterium: extra de sta. mo. vbi in fine illius decretalis dicitur q abdicatio proprietatis sicut custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit indulgere. Sed nec secũda opinio videtur esse erronea in fide cum sit contra obseruantiam Ecclesiæ, quæ in tali voto quandoq; dispensauit, sicut ostendit Dominus Durandus in 4.

Sextum exemplum generale quod sumitur ex quodam tract. S. Tho. de concordia quorundam Doctorum suorũ inter se discordantium, qui incipit, pertransibunt plurimi & multiplex

tiplex erit scientia, vbi multi diuersa & aduersa: quæ in doctrina sua continentur corrigit & exponit. Et quia verisimile est quod tunc non omnia huiusmodi sibi occurrunt: ideo in fine Prologi sui supplicat librorum suorum lectoribus ita dicens: Si quis aliquid inuenerit non concordanter, si non sit manifesta causa dicendi ex qua secundum Hilarium accipienda est intelligentia Doctorum: discretiorem & magis exercitatum consulat. Si vero non fuerit inuentum quomodo vtrunq; stare possit, alterum eligat quod magis consonum veritati iudicauerit: alterum vero nos ipsi reuocaremus si talis discordia nobis occurreret, ex quo dicto corrolari è sequitur, quod si in doctrina S. Thomæ aliqua assertio reperiretur, quę esset hæretica aut in fide erronea non propter hoc sequeretur, quod asserēs fuisset hæreticus, quia scil. eam pertinaciter non asseruisset cum ad reuocationem humiliter se offerat. Si enim B. Cyprianus, & B. Hieronymus licet erroneas opiniones vel hæreticas scripserint quas reuocasse non leguntur vt infra dicetur: quia tamen eas pertinaciter non defenderunt non sunt hęretici iudicandi, &c. & propter hoc solum quod hæresim tenuerit verbo vel scripto non esset post mortem dē hæresi accusandus, nisi probari posset, quod talem hæresim pertinaciter tenuisset. Ex hoc patet ex dictis sancti Thomæ 2.2. quæst. de hæresi artic. 2. in solutione ad tertium argumentum vbi allegat Augustinus 24. q. 3. dicentem: Si qui sentētiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: quærunt autem tacita solitudine veritatem corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos comparandi. Vnde concludit quod si aliqui Doctores dissensisse videntur in vel contra ea quorum nihil interest ad fidem, vel etiam in quibusdam ad fidem pertinentibus, quę nondū erant per Ecclesiam determinata, nō est vitium hæresis: postquam autem essent determinata auctoritate ecclesię

vniuer-

vniuersalis, si quis tali determinationi pertinaciter resisteret vel repugnaret hæreticus esse sentiretur. Et hæc dicit S. Thom. propter dissensionem, quę fuit inter Hieronymum & Augustinum, circa cessationem legalium. Ex quibus omnibus satis patet, quod idem sanctissimus Thomas qui Augustinum in regula, & in doctrina sequitur sicut magistrum discipulus dicere potuit, & debuit cum eodem Augustino errare potero sed hæreticus non ero: quia non oportet credere quod doctrina sua in nulla sui parte fuerit hæretica vel in fide erronea, licet ipse non fuit hæreticus. Tertiò probatur eadem conclusio quod si oporteat dicere quod huius doctrina in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, hoc maximè esset quia ipsa est per Ecclesiam approbata, sed aliqua est doctrina multò magis approbata, quam doctrina sancti Tho. quæ tamen in aliqua sui parte est hæretica vel erronea in fide: igitur hoc etiam sine vlla temeritate dici poterit de doctrina S. Thom. non obstante eius approbatione, consequentia est clara & maior nota: quia illi fundamento innititur pars aduersa. Sed minor probatur per multa exempla.

Et vtà maioribus ad minora procedatur. Primum exemplum ponitur de doctrina beati Petri Apostoli quam nulli dubium est esse magis approbatam quam doctrinam beati Pauli pro omnibus ad fidem pertinentibus, quæ verbo aut facto docuit, constat quod huius doctrina in aliqua sui parte fuit in fide erronea scilicet, in illa parte in qua Paulus Apostolus eum reprehendit, de qua reprehensione dicitur ad Galatas 2. cap. Cum autem venisset Cæphas Antiochiam in faciem ei restiti quia reprehensibilis erat: et causam reprehensionis ipsius, & aliorum per eius doctrinam errantium subdit, quia certè non rectè ambulabat ad veritatem Euangelij. Et sic patet quod errabat contra veritatem Euangelij, quia eius doctrina erat in hoc in fide erronea. Vnde etiam patet

quod in errore fidei minor reprehendere potest quantumlibet maiorem, cum Paulus sic reprehenderit Petrum principem Apostolorum, & ideo non debet mirum nec temeratium iudicari si minores Doctores reprehenderint sanctum Thom. vbi ostenderent eum errasse in materia fidei.

Secundum exemplum est de doctrina sancti Cypriani, qui inter Doctores approbatos primus nominatur in Decreto Gelasij Papæ, 15. dist. cap. sancta Romana, & tamen eius doctrina in aliquibus fuit erronea. Vnde de baptismo parvulorum eundem reprehendit Augustin. de consecr. dist. 4. c. quomodo, & meritò erat reprehendendus licet esset sanctus martyr, & insignis sicut ponitur 3. dist. c. porrò. Reprehensibilis autem erat: quia scilicet, baptisma hæreticorum lauacrum diaboli appellabat. Vnde Augustinus lib. 2. contra quendam Donatistam de Scripturis Cypriani dicit sic, quod in eis diuinarum Scripturarum auctoritati congruit, cũ laude eius accipio, quod autem huic non congruit cum pace eius respuo. Et infra: Viri huius laudem assequi nõ valeo eius multis literis mea scripta non comparo: eius ingeniũ diligo, eius laude delector, eius charitatẽ miror, eius martyrium veneror. Hoc quod aliter sapuit non accipio, quia Ecclesia non accipit pro qua sanguinem fudit.

Tertium exemplum est de doctrina beati Hieronymi qui in prædicto Decreto Gelasii inter approbatos doctores numeratur cuius eloquium vt Augustinus de eo ait contra Iulianum, ab oriente in occidentem instar solis refulget ac etiam intantum defert Ecclesia, vt sacræ scripturæ testimonium prætueritis interpretibus ex eius translatione suscipiat, & tamen constat quod eius doctrina in aliqua sui parte conceditur fuisse erronea etiam in his quæ ad fidem & doctrinam Apostolicam pertinere noscuntur. Nam sicut habetur in Decretis 36. distinctione circa doctrinam B. Pauli Apostoli dicentis: oportet Episcopum

pum esse vnius vxoris virum. & non plurium, Hieronym. & Augustinus contrarias sententias protulerunt. Hinc est quod glossa in prædicta distin. c. 1. dicit quod male sentit hic Hier. Augustẽ corrigit in proximo. Isti etiam sancti sicut patet in eorum epist. vt recitat glossa ad Galat. 2. cap. de reprehẽsione: quia Paulus dicit Petrum Apostolum esse reprehensibilem contrarium sentiebant, vt supra tactum est, & ideo alter eorum circa veritatem Euangelii erroneam opinionem tenebat. De Augustino etiam, & aliis pluribus approbatis Doctoribus simile potest ostendi.

Quartum exemplum de doctrina seu compilatione magistri sententiarum quę in studiis generalibus, & quandoq; ex mãdato Apostolico publice tanquam approbata, & auctentica legitur, & tamen in ea aliqua continentur in fide erronea, sicut est illa opinio quam tenet in 3. distin. 32. quod Christus in triduo suæ mortis fuit homo, & quædam aliæ in quibus communiter reprobatur. Hoc tamen non obstante videtur, quod ei⁹ doctrina sit magis auctentica quam doctrina Sancti Thomæ.

Quintum exemplum est de doctrina seu compilatione Decreti Gratiani, quæ à Doctoribus decretorum tanquam approbata & auctentica legitur, & à qua & non lectura decretalium Doctores decretorum, & non Doctores decretalium nominantur, & tamen illa doctrina in aliqua sui parte est erronea in fide, sicut patet. 33. q. 4. cap. sed obiicitur, vbi narratur Gratianus quod tempore regis Achab fuerunt missi duo quinquagenarii ad Heliam qui dixerunt ei, Homo Dei Rex Israel vocat te: quod est hęresis explicita: quia contraria veritas explicite approbata: quia hoc accidit tempore Ochoziæ mortuo rege Achab, sicut expresse in sacra scriptura reperitur. 4. Reg cap. 1. Vnde si Gratianus pertinaciter adhæsisset, fuisset manifestus hęreticus: sed non fuit hæreticus, quia non pertinaciter, sed in aduertenter illud dixit. Vnde super illo passu dicit glo: quod ipse

confundit historiam: non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed Rex Ochozias, nec etiam illud contingit tempore Achab, sed sub Ochozia. In pluribus etiam aliis locis reprobat Gratianum sicut 1. parte 2. quæstione 3. ad mensuram, & 12. quæstione 1. capite 1. & aliis quam pluribus locis. Et dicunt aliqui propter hoc quod multis licet negare glossas Decretorum, & decretalium, cum glossa apertè negat textum. Et consimiliter dicunt alqui de glosis ordinariis Bibliæ, quæ tamen videntur esse maioris auctoritatis quam doctrina sancti Thomæ cum allegantur auctoritatiuè.

Sextum exemplum potest poni de quibusdam Doctoribus qui non sunt sancti canonizati, sicut venerabilis Anselmus Cantuariensis Episcopus, Hugo de sancto Victore, & quidam aliquorum dicta vel scripta in aliquibus reperiuntur erronea, & tamen eorum doctrina non minus videtur esse authentica quam doctrina sancti Thomæ, cum ipsi communiter in actibus Scholasticis scientificis allegantur auctoritatiuè: nec solent negari: sed eorum dicta reuerenter glossari: & exponi, quod tamen Scholastici nondum consueuerunt facere de dictis sancti Thomæ, & ideo præsumptuosum videtur eius doctrinam super ipsos, & alios doctores sic extollere, quod non liceat credere aut asserere ipsum in fide errasse, sicut & alij errarunt.

Nec obstat eius canonizatio quam aliqui pro magno colore prætendunt ex quibus videtur quod dicere sanctum Thomam in aliqua parte doctrinæ suæ errasse in fide, nec obuiat, seu derogat canonizationi suæ nec approbationi doctrinæ suæ Theologicæ; sicut hoc idem dicere de aliis sanctis, & præcipuis Doctoribus non derogat canonizationi nec approbationi eorum. Nam Ecclesia sicut canonizando aliquem sanctũ nõ per hoc approbat omnia eius facta, ita approbando eius doctrinam non per hoc approbat omnia dicta vel scripta, se solum illa quæ per auctorem ipsum non sunt retractata nec per

alium

alium sunt correcta aut merito tanquam veritati contraria corrigenda. Iuxta superius allegatam Apostoli sententiam. Omnia probate quod bonum est tenete. Sic igitur per Ecclesiam approbatur aliqua doctrina non tamen quoad omnia, sed quoad illa quæ sunt veritati consona sicut patet de doctrina Origenis de qua dicit Gelasius Pap. 15. distinct. cap. sancta Romana. quod Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat legenda suscipimus: reliqua autem cum auctore suo dicimus esse renuenda. Ex omnibus igitur prædictis clare patet tertia conclusio principalis, &c.

Quarta conclusio doctrinæ sancti Thomæ lib. 2. summæ contra gentiles ca. 19. de rerum creatarum necessitate adsoluta est de virtute sermonis falsa & multum impropria. Et hæc conclusio patet quia illud capitulū intitulatur, qualiter in rebus creatis esse potest necessitas absoluta: & est principalis conclusio capituli, quod sunt quædam in rebus creatis, quæ simpliciter & absolute necesse est esse & aliqua quæ sunt contingentia esse. Sed quod ista locutio sit de virtute sermonis falsa & multum impropria, & hoc probatur, &c.

Quinta conclusio. Prædicta Sancti Thomæ doctrina secundum quosdam est in fide erronea, seu in aliqua sui parte, de huiusmodi errore suspecta. Et in hac conclusione non assertiue, sed solum recitatiue loquimur. Dicunt enim aliqui quod ista doctrina multos errores continet.

Primus est quia ponit aliquid à Deo esse necesse quod videtur contra sacram scripturam, & intentionem sanctorum: quia necesse esse est proprium nomen Dei: & videtur esse intentio sacræ scripturæ. Exod. 3. cap. vbi Moysi interroganti Dominum si dixerint mihi quod nomen est eius: quid dicam eis: Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum qui sum, sic dices filiis Israel, qui est, misit me ad vos. Super quo verbo dicit glossa, &c.

Secundus error, vt isti dicunt est in principali fundamento prędictæ positionis quod est istud. Sunt inquit, quædam in rebº creatis, quæ simpliciter & absolute necesse est esse. Illas enim res simpliciter, & absolute necesse est esse, in quibus non est potestas ad non esse. Quædam autem res sic sunt à Deo in esse productæ, vt in eis naturaliter sit potentia ad non esse. Quod quidem contingit ex hoc quod materia in eis est in potentia ad aliam formam. Istæ igitur res in quibus, vel non est materia: vel si est non est potentialis ad aliam formam nõ habent potentiam ad non esse: eas igitur simpliciter & absolute necesse est esse. Hoc autem iterum circa medium capituli magis explicat dicens, quod quia materia secundum quod est in eius potentia est ex ordine materiæ, necessario res aliquæ corruptibiles existunt: sicut animal quod ex contrariis compositum est: quia eius materia contrariorum est susceptiua: forma autem secundum id quod est actus est, & per eã res existunt actu. Vnde ea ipsa prouenit necessitas ad esse in quibusdam, quod contingit quia res illæ sunt formæ non in materia: & sic non est in eis potentia ad non esse, sicut est de substantiis separatis: vel quia formæ rerum sua perfectione adæquãt totam potentiam materiæ, vt sic nõ remaneat potentia ad illam formam nec per consequens ad non esse, sicut est in corporibus cœlestibus. Hoc est igitur principale fundamentum positionis Sancti Thomæ quod videtur multipliciter erroneum: primo quia, &c.

Tertius principalis error prædictę positionis esse videtur, quia dicit per hoc quod dicitur Deum produxisse res per voluntatem non per necessitatem: non tollitur quin voluerit aliquas res esse quæ de necessitate sint, & aliquas quæ sint contigenter: ad hoc quod sit in rebus diuersitas ordinata. Nihil igitur prohibet res quasdam diuina volũtate productas necessarias esse. Et consequenter hæc declarando subdit esse necesse simpli-

citer

citer non repugnat ad rationem esse creati. Nihil enim habet aliquid necesse esse: quod tamen suæ necessitatis causam habet, sicut conclusiones demonstrationũ. Nihil igitur prohibet quasdam res sic esse productas à Deo, vt tamen eas esse sit necesse simpliciter. Et iterum postea ibidẽ aliam rationem concludit, sic igitur aliqua creatura de necessitate habet esse.

Ex quibus clare patet quod non solum concepit quasdam res diuina voluntate productas necessarias esse, vel eas necesse esse, sed etiam concludit quod quædã de necessitate sunt, & quod eas esse est necesse simpliciter, & de necessitate habent esse, modo hoc repugnat libertati diuinæ voluntatis, quod arguitur sic: quia ista consequentia est bona, Deus vult creaturam esse, ergo creatura est, & è contra: & per consequens si antecedens libere, & voluntarie verificatur de aliqua creatura, consequens consequenter verificatur de eadem: quia si Deus libere, & contingenter vult quamlibet creaturam esse, sequitur quod quælibet creatura est contingenter, & nulla est de necessitate. vnde etiam ex oppositio sumitur oppositum: quia, &c.

Quartus error huius doctrinæ esse dicitur in quadam ratione, quæ ibidem sequitur quæ dicit: quod quãto aliquid magis distat ab eo quod per seipsum est ens, scilicet, à Deo, tanto magis propinquum est ad non esse. Quanto igitur aliquid est propinquius Deus, tanto magis recedit à non esse: quæ autem iam sunt propinqua sunt ad non esse per hoc quod habent potentiam ad non esse. Illa igitur quæ sunt Deo propinquissima, & per hoc à non esse remotissima, talia esse oportet ad hoc quod sit ordo rerum completus, vt in eis non sit potentia ad non esse: talia autem sunt necessaria absolute: sic igitur aliqua creatura de necessitate habet esse. Hæc autem ratio deficit in multis. Primo in hoc quod supponit entia Deo propinquissima sicut angeli tanto magis recedũt à non esse: hoc enim proprie

prie loquendo non est verum: quia proprie nihil distat vel recedit à non esse, &c.

Quintus error prædictæ positionis est in ipsius declaratione in qua dicit. Sciendum est itaque quod si rerum creatarum vniuersitas consideretur prout sunt à primo principio inueniuntur dependere ex voluntate non ex necessitate principii nisi necessitate suppositionis: vt dictum est. Si vero comparentur ad principia prima inueniuntur necessitatem habere absolutam. Nihil enim prohibet aliqua principia non ex necessitate produci, quibus tamen positis de necessitate sequitur talis effectus sicut mors animalis huiusmodi necessitatem absolutam propter hoc quod ex contrariis iam est compositum, quamuis ipsum ex contrariis componi non fuisset necessarium absolute. Similiter autem quod tales rerum naturæ à Deo producerentur voluntarium fuit: quod autem eis sic statutis aliquid proueniat, vel existat absolutam necessitatem habet. Ex quo patet quod hæc positio est locutio impropria, & petit principium: quia hoc assumit quod debet probare, nam per exemplum positum patet quod vocat necessitatem absolutam illam, quæ non est ex conditione, vel suppositione sicut mors huius animalis: non ex suppositione vel conditione, scilicet, quod animal non sit ex contrariis compositum non habet necessitatem, & ideo non habet necessitatem nisi conditionalem, &c.

Sextus error doctrinæ prædictæ assignari potest in quodam dicto quod sequitur ibidem vbi ait, Manifestum est quod omnia, quæ contrarium habent, vel ex contrariis sunt corruptibilia sunt: quæ autem huiusmodi non sunt, sempiterna sunt nisi pars corrumpatur, sicut formę, quę non subsistunt, sed esse earum est per hoc quod insunt materiæ. Ex hoc enim sequitur quod gratia in anima vel in angelo, cum non habeat contrarium, nec ex contrariis existat, nec sit forma, quę insit materiæ,

teriæ, est sempiterna, & idem videretur sequi de luce, vel lumine si esset sine materia, sicut accidentia sacramenti Altaris sunt sine subiecto. Hoc etiam fauet articulo Parisiis condemnato, allegato superius in quo dicitur, quod omne quod non habet materiam est æternum, & breuiter hæc & alia multa erronea, falsa & improprie dicta videntur multis in prædicta doctrina contineri quæ tamen ex tædio pertranslimus. Dicunt etiam quod in terminis Philosophiæ, & naturalibus principiis in eodem lib. capite vigesimo quinto, errauit manifeste, vbi declarando qualiter Deus omnipotens dicatur quædam non posse, inter alia quædam non posse inter alia dixit quod Deus non potest facere vnum & idem esse, & non esse, quod est contradictoria simul: & postea subdit quod contradictio in contrariis, & priuatiue oppositis includitur: sequitur enim quod si est albū & nigrum, quod sit album & non album: & si est vidēs & cæcum, quod sit videns & non videns. Vnde eiusdem rationis est, quod Deus non posset facere oppositā simul inesse eidem secundum idem. Ex quo patet quod ponit, quod Deus non magis potest facere duo contraria simul inesse eidem secundum idem, quam duo contradictoria. Hoc autem est erroneum: quia de facto corporis Christi secundum se totum in Sacramento Altaris in diuersis altaribus sunt motus contrarij. sursum, scilicet, & deorsum, & pari ratione posset facere Deus idem corpus secundum se totum esse album & nigrum. Dicunt etiam quod in pluribus locis doctrinæ suæ ipse errauit per hoc quod principia Philosophiæ, seu potiꝰ quędam Philosophorum verba ad conclusiones Theologię nimis applicauit: non enim loqui taliter debent Theologi qualiter loquuntur Philosophi, sicut docet Augustinus 10. libr. de Ciuit. Dei, cap. 23. dicens, Liberis verbis loquuntur Philosophi: nec in rebus ad intelligendum difficilimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. No-

bis autem ad certam regulam loqui fas est: ne verborum licentia etiam de rebus quæ his significantur, impiam gignat opinionem, &c.

Conclusio.

Huic ergo tractatui, vtinam aduerso errori, finem fecimus. Illi laus, honor, atque gratiarum actio, qui nobis causam suam tractantibus non defuit, quo docente assertam hic veritatem sentimus, quo instruente probamus, quo præcipiente defendimus: & per quem postremo fraterna charitate permoti ad omnes deuenire, & nobiscum sentire vehementer affectamus. Quia si veritati huic, iudicio nostro clarissime, nec sic credit aut alio fauore, vt ipsi conantur alioue fiue quam eius postulet dignitas, criminemur: testamur te Christe, testamur & illam cui testimonium perhibes esse totam pulchram, & in ea maculam non esse: omnes ad extremum tui atque ipsius amatores in testimonium euocamus: nostrum nunc debitum sufficienter, & (vt putamus) superabundanter expleuisse.

ERRORVM FINIS.

Coll. Soc. Iesu Pad. 1665

ANNO

DOMINI

1666

Th
417

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN